 consilio pontifex Stephanus et rex Pippinus Carlomannum illic in Franciam in monasterium collocaverunt, votum quod 45
 Deo voverat observare. Misitque rex missos suos ad Haistolfum virum sevisimum, pacis foedus et res proprias
 sanctae Romanae ecclesiae reddere postulans, pluraque ei munera in hoc pacto promittens; sed ille obedire
 renavit. Tunc dominus Pippinus cum Francorum exercitu et sanctus vir apostolicus sequens eum pro-
 fecti sunt in Italiam, et sanctus vir iugiter domnum regem diligentissime monuit et petiit, ut sine
 sanguinis effusione succederet, nefandum regem Deo suo reddere et sancto Petro sua propriis restituere, 50
 misitque ei epistolam exhortatoriam^e, per quam eum fortiter contestans et coniuans per futuri iudicii diem, ut paci-
 fice sine humanae sanguinis effusione propria sanctae Dei ecclesiae redderet; quod ille totum contempsit. Pre-
 mittens autem dominus Pippinus aliquos ex proceribus suis ad custodiendas proprias Francorum chuss; quod audiens
 Haistolfus, primo diluculo inruit super eos; sed Deo protegente, multi Langobardi ibi ceciderunt, et Haistolfus
 sine armis vix evasit et fuga in Ticinis pervenit, ibique diu circumclusus a rege et apostolico viro cum exercitu 55
 valido, tandem convictus, dedit^f obsides 40, et sub terribili sacramento promisit, se Ravennam civitatem et
 cetera omnia redditurum. Misitque rex Pippinus Folradum abbatem cum papa Stephano ad recipienda propria
 ecclesiae, sicut promiserat Haistolfus, et saluum pontificem Romae perduxit; sed Haistolfus in sua per-
 mansit sevitia. Dominus Pippinus reversus est in Franciam, iterumque audiens sevitiam Haistolfi, venit
 iterum cum exercitu suo in Italiam, et conclusit eum in Paviam, per vim constrinxit eum, ut redderet 60
 Deo sua et sancto Petro et omnem Pentapolim et cetera omnia, et ibi dimisit iterum Folradum ad suscipienda
 haec omnia, et reversus est in Franciam; et Haistolfus divina ultione in venatione quadam interit, et Desiderius rex

a) ut certius legatur, duas voces N. et N. superscr. etiam m. al. c. b) e corr. m. al. c. c) Pettaño c. d) Baiowariam c. e) dominus corr. dominus man. al. c. f) suppl. in marg. man. scribae c. g) impetranda corr. impetranda c. h) dominum man. al. corr. domnum c., et ita postea saepius c. i) Brohardus corr. man. al. Hrohardus c. 65 k) exhortariam c.

1) Cf. Ann. Laur. mai., Ann. Iuvav. min. h. a. 2) de Latino in Grecum G. pont. 3) Quae his litteris exprimi iussi cum Ann. Mosell. et Lauresh. conveniunt. 4) Ita Ann. Laur. mai.

- factus est Langobardorum per consilium et adiutorium eiusdem papae et Fohradis abbatis; qui cum sacramento a p. terribili promisit Deo et sancto Petro omnia sua reddere et sancto Petro et domino apostolico fideliter deservire; sed mentitus est omnia. Hinc beatus Stephanus fecit ecclesiam sanctae Petronellae ex rogatu domini Pippini iuxta ecclesiam sancti Petri, et posuit in ea corpus eius et multis donariis decoravit.
- 5 Anno 754. Bonifatius episcopus martyrizatus est, et Hiltrudis et Karlomannus transierunt.
- Anno 761. Rex Pippinus in Wasconiam, et conquesivit Lemodicam civitatem, Clermontem cremavit, A. Pet. et alio anno conquesivit civitatem Bituricas.
- Anno 764. Hiemps magnus erat, et Tassilo de Aquitania clam se de hoste subtraxit. A. Pet. cf. A. Laur. m.
- Anno 765. Venerunt corpora sanctorum in Franciam de Roma Gorgonis, Naboris et Nazarii. A. Pet.
- 10 Anno 767. Pippinus rex synodum magnam habuit de sancta Trinitate vel^a decorandis^b imaginibus cum Romanis et Grecis. A. Laur. m.
- Anno 768^c. Pippinus mortuus est 8. Kal. Octobris, et Karolus elevatus est ad regem 7. Idus Octobris in Noviana civitate et Carlomannus in Sessionis. A. Pet.
- Anno 769^d. Carolus primo per se in Wasconiam.
- 15 Anno 770. Berta regina fuit in Langobardia ad placitum contra Desiderium regem, et redditae sunt civitates quam plurimae ad Romam sancto Petro.
- Anno 771. Carlomannus rex transivit.
- Anno 772. Dominus Carolus perrexit in Saxoniam et conquisivit Eresburc et pervenit ad eum locum qui dicitur A. Pet. Irminsul et incendit eam et quicquid illi adorabant. Adrianus¹ papa factus est.
- 20 Anno 773. Carolus cum Francis in Italiam, et concitato bello, fugit Desiderius rex in Pabiam civitatem, et ob- A. Pet. sedit eam Carolus cum Francis, dominans in Italiam et omnia; dispositis omnibus, placet cum suis rediit in Franciam. ib. 774.
- Anno 775. Carolus in Saxoniam conquesivit civitatem quae dicitur Sigobure, et magna multitudo Saxo- A. Pet. norum occisa est, et oppida eorum succensa, obsidibusque acceptis, victor rediit in Franciam. cf. A. Laur. m.
- 25 Anno 776. Carolus cum Francis in Italia, et occiso Hrodgazo, qui repellis extiterat, multi ex Langobardis foras ducti, multique per loca expulsi sunt². Eodem anno multa turba de Saxonibus baptizata est. Franci civitatem fecerunt in Saxoniam quae dicitur urbs Caroli et Francorum. A. Pet.
- Anno 777. Carolus cum Saxonibus conventum magnum habuit ad Patrisbrunnom, ubi multitudo magna baptizatus est, et ibi ecclesiam magnam Franci fecerunt. A. Pet.
- 30 Anno 778. Carolus³ in provincia quae dicitur Gallicia conquesivit civitatem Pampeloniam et in Spaniam Ocam et Barollonam ac Gerudam. A. Pet.
- Anno 779. Hostis Francorum iterum in Saxoniam. A. Pet.
- Anno 780^f. Dominus Carolus in Saxoniam pervenit usque ad Albiam fluvium, et Saxones omnes tradiderunt se illi, et ille divisit ipsam patriam inter episcopos et abbates atque presbyteros baptizare et predicare, et tunc Winidorum atque Fresonum multitudo magna credere se Domino sponderant.
- 35 Anno 782. Carolus iterum cum Saxonibus conventum magnum habuit ad Lippisbrunnom, et constituit super eos comites ex nobilibus Francis atque Saxonibus.
- Anno 783. Obiit Hilligart regina pridie Kalendas Maii, et Bertha regina obiit in Idibus Iunii.
- Anno 784. Carolus duobus vicibus cum exercitu in Saxoniam.
- 40 Anno 785. Carolus cum Francis civitatem Eresburc a novo construxit et basilicam ibi fecit et exinde perrexit usque in⁴ Bardungawi, et multi ex Saxonibus ibi christiani facti sunt; indeque domi reverso rege, Widuchin Saxo, magnorum malorum auctor, in Saxoniam venit ad domnum regem in Attinaco palatio, et ibi baptizatus est et a domno rege de sacro fonte susceptus est et multis donis honoratus est.
- 45 Anno 786. Quidam comites in partibus Austriae invicem coniurantes contra domnum regem insurgere; quod Domino revelante et protegente regem minime latuit, et ultionem condignam in eis exercuit⁴. Eo⁵ quoque anno signum crucis in vestimentis hominum multimodis apperuit, sanguisque de caelo ac terra profluere multorum adfirmatione innotuit, unde pavor magna venit in populis, et multi se corripiebant. Lul episcopus obiit.
- 50 Anno 787. Carolus Romam venit et Beneventum sancto Petro reddidit⁴. Ibi missi Tassilonis Arn episcopus et Hunricus abba pro pacis foedere venerunt inter Carolum et Tassilonem, et rex inde rediens, coadunato exercitu magno, super fluvium Leh; ibi Tassilo venit ad regem et Theodonem, filium suum, dedit ad obsidem. Et Grimoldum per terribile sacramentum constituit ducem super Beneventum et in Wirtzipurc translationem sancti Cilianii martyris celebravit.
- 55 Anno 788. Carolus rex Tassilonem ducem ad se venire iussit; et accusatus a multis, petiit ipse licentiam se tonsorandi, et intrare in monasterium ac pro peccatis suis poeni-

a) et corr. man. al. vel c. b) lege: de sanctorum. c) 758. c. d) 779. c. e) superscr. c. f) 730. c. g) sed corr. man. al. se c. h) iu c. i) excrevit c.

60 1) Cf. Ann. luv. min. 2) Quod Karoli diplomate confirmari, Simson p. 124. monuit. 3) Haec cum codice Chesnii (nunc Vaticano reg. Christ. nr. 213) conveniunt. 4) Ita etiam Ann. luv. min., 58. l. p. 68.

tentiam agere, sicut et factum est. Eodem anno commissum est bellum inter Grecos et Langubardos^a atque Beneventanos, ubi ex Francis fuerunt missi domni Caroli regis, et cessavit victoria Francis; et alium bellum commissum est in campestribus Foroiuli contra Avaros, qui cum contumeliam reversi sunt patriam; et tertium bellum habuerunt idem Avari cum Baiowariis^a, et inde similiter confusi redierunt ad sua. Eodem anno venit Carolus rex⁵ ad Reginespurc et ibi prout libuit ordinavit.

cf. A. Laur. m. Anno 789. Cum exercitu suo perrexit per Albiam fluvium et conquesivit Winidos qui dicuntur Wilzi et suo dominio^b subiugavit.

Anno 790. Cum pace et sine bello moratus^c est Carolus in Wormacia⁴.

Anno 791. Perrexit¹ domnus Carolus cum Francis et Saxonibus, cum Baiowariis et 10 Alamanniis et cum ceteris populis suis in Pannoniam ultra Omundesthorf², et cum triumpho gloria rediit et hiemavit in Reganesburc. Engilrammus, Wiomodus, Sindperhtus^{d, 3} episcopi obierunt.

Anno 792. Carolus rex synodum magnam habuit in Reganesburc contra Felicem hereticum de adoptione filii Dei, quae heresis ibi damnata est, et libri plurimi Felicis sive Eli- 15 pandi in eadem herese perduranti combusti sunt^e, et Felix Romae per Engilbertum transmissus est.

Anno 793. Domnus Carolus rex per fossatum Alchmonae fluminis perrexit.

Anno 794^f. Carolus⁴ rex synodum magnam habuit ad Frangonofurt cum omnibus episcopis Galliae, Germaniae, Aquitaniae, Italiae, Baiowariae de adoptione filii Dei, quam⁴ Eli- 20 pandus episcopus Toletanae sedis introducere nitebatur. Cui synodo interfuerunt missi Adriani papae Stephanus episcopus et Theophilactus diaconus, Paulinus patriarcha, Petrus Mediolanensis archiepiscopus, Alchuinus magister cum ceteris orthodoxae fidei defensoribus et refutantibus dogma perversum, ubi et eiectus est pseudo-synodus Grecorum, quam false septimam vocare iussi sunt^g, quam pro adorandis imaginibus fecerunt. Et Fastrada 23 regina mortua est.

cf. A. Laur. m. Anno 795. Domnus^b Carolus in Saxonia, et tertiam eorum partem generis masculini foras tulit^h. Missi de Tudun¹ Avaro venerunt, qui magnus in eodem regno fuerat; qui se cum^k populo suo dicioni domni Caroli subiugavit. Adrianus papa obiit.

cf. A. Laur. m. Anno 796. Huni se dicioni domni Caroli regis subdiderunt⁵. Aericus comis¹ thesau- 30 rum magnum inde ad Aquis palatium domni regi adduxit, quem mox fidelibus ac magnatis suis largitus est. Tudun ibi baptizatus est cum sociis suis et a domno rege de fonte susceptus est et magnifice honoratus. Leo papa factus est. Domnus Pippinus rex ad locum celebre Hunorum qui hrinc vocatur pervenit et ibi ordinavit secundum iussionem domni Caroli patris sui. 35

A. Laur. m. Anno 797. Barcelona civitas, quae iam pridem a dicione Francorum decidit, per Zatum prefectum ipsius domno^m regi Carolo reddita est; qui ipse se ad palatium Aquis domnoⁿ regi commendavit, et Adbella^o Sarracenus, filius binmanger regis eorum, similiter. Domnus rex in Saxonia castrum Heristelle construxit.

Anno 798. Legatus Hedefonsi regis Galliciae et Asturiae nomine Froia papilionem mirae pulchritudinis domno regi obtulit. Nordiuti contra fideles Francorum debellantes, 4 milia eorum una die ceciderunt. Legati 40 Herenae imperatricis^p Theofilus presbyter et Michabel patricius epistolam pacem petentes obtulerunt. Nam⁴ filius eius Constantinus imperator anno priore a suis comprhensus et excecatus est. Hedefons rex Galliae et Asturiae Olistiponam, ultimam civitatem Hispaniae, devastavit et loricas multas ac mulos captivosque Mauros domno Carolo per Froiam et Basiliscum missos direxit.

Anno 799. Romani Leonem papam lactaniae maiore coptum martyrizabant⁶ et in custodiam detruserunt, 45 quem noctu filiolus eius Albinus et Maurus⁷ per murum dimiserunt^r et ad Sanctum Petrum ad Winigium duces detulerunt. Et ille in Spoletiam illum deduxit et inde direxit in Franciam; et domnus Carolus tunc erat in Saxonia ad Petrisbrunnom, ubi domnum papam honorifice suscepit atque similiter dimisit, et in locum suum

a) Langobardos corr. man. al. Langubardos c. a) Baioriis c. b) domino corr. man. al. dominio c. c) mortuus corr. man. al. moratus c. d) Sindphtus c. e) superscr. c. f) 795. c. g) missis c. h) Dominus hoc loco c. i) e corr. man. al. c. 50 k) s c. e corr. man. al. c. l) ita c. m) et domni c. n) domni c. o) ad bella corr. man. al. Adbella c. p) imperatoris corr. man. al. imperatricis c. q) e corr. man. al. c. r) dimiserant corr. dimiserunt c.

1) Idem Ann. Xant. SS. II, p. 223. referunt. 2) Omundestberch in Ann. Fuld. 890, SS. I, p. 407, occurrit, fortasse Münzenberg in Stiriae marcha. 3) Mettensis, Treverensis et Ratisbonensis; cf. Ann. Laur. mai. 55
4) Cf. Ann. Xant., qui haec partim iisdem verbis referunt. 5) Cf. Ann. Xant. 6) Ita etiam Ann. Iuv. mai., SS. I, p. 87. 7) Haec ex G. pont. (V. Leonis) exscripta esse, vix statuerim, cum ibi neque Albinus filiolus papae vocatur, neque Mauri hoc loco mentio fiat.

per Hildibaldum et Arnonem archiepiscopo restituit¹. Eodem anno Aericus^a dux Foroviensis^b in A. Laur. m. Tarsatica Liburniae civitate cecidit, et Geroldus comes, prefectus Baioariae, commisso contra Avaros prelio, cecidit. Wido comitis cum aliis fidelibus Francorum regionem Britanniae conquesivit. Eodem anno monachus quidam de sepulchro Domini, mittente patriarcha Hierosolimitano, reliquias de sepulchro Domini domno Carolo 5 delulit. Azan prefectus civitatis quae Osea dicitur per legatum suum claves civitatis cum aliis muneribus domno regi direxit.

Anno 800. Dominus rex monachum Hierosolimitanum reverti fecit et misit cum eo Zacharium presbyterum, qui donaria sua per loca sancta deferret; et ipse per litus oceani proficiscens, pascha in Centulo habuit, et ita ad Rodomagus, inde Turonis orationis gratia pervenit, ubi Liutgardis^c regina obiit et ibi sepulta est. Eodem anno Romanus 10 perrexit, et Leo papa pridie ei occurrit apud Nomentum duodecimo ab Urbe miliario et eum magno eum suscepit honore atque ad Urbem eum precessit. Iterum eum cum magna turba hominum laudes dicentium suscepit valde honorifice die 8. Kal. Decembris. Ibiq; diligentissime discussit omnia quae obiecta sunt crimina pontifici. Sed nullo super eum quicquam mali comprobante, coram domno rege et coram omni populo ante Confessionem sancti Petri², evangelium super pectus suum tenens, ambonem conscendens, se cum iuramento de obiectis 15 criminibus expurgavit.

Anno 801. Die sancto natalis Domini, nesciente domno Carolo, cum ante missam ad Confessionem sancti Petri ab oratione surrexit, Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Romano populo adclamatum est: 'Karolo augusto, a Deo coronato, magno, pacifico imperatori^d vita et victoria!' Et post laudes ab apostolico more antiquorum principum adoratus est, atque ablato patrici nomine, augustus et imperator appellatus est. Post dies aliquos iussit exhiberi eos qui pontificem deposuerunt, quorum auctores fuerant Paschalis nomenclator et Campulus sacellarius, et habita de eis quaestione, secundum legem Romanam iudicati sunt ad mortem; pro quibus tamen papa apud domnum imperatorem pio intercessit affectu, et ita vita et membra eis concessa sunt, et pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Et ibi domnus imperator tota hieme ecclesiasticas et publicas causas pro studio ordinavit, et post pasche 6. Kal. Maias de Roma profectus est et die 2. Kal. Maias Spoletium venit. Et nocte sequente hora 2. terrae 25 motus factus est magnus, qui multas civitates destruxit, et montes per loca ruerunt, et tectum ecclesiae beati apostoli Pauli magna ex parte cum trabibus cecidit. Eodem anno loca quaedam circa Hrenum fluvium et in Gallia et in Germania tremuerunt. Aaron Persa legatus Amiral-munilin venit et legati Mirati Abraham, qui in Africa presidebat. Qui Isaac Iudaeum, quem imperator ante quadriennium ad regem Persarum cum Lanfrido et Sigimundo miserat, reversurum cum magnis muneribus nuntiaverunt et elephantem secum ducentem, Lanfrido et Sigimundo defunctis. Teate 30 civitas in Italia capta et incensa est, eiusque prefectus Roselinus comprehensus. Barcinona civitas iam biennio obsessa, Zutun prefectus eius et alii Sarracenis quam plures comprehensi, amboque una die domno imperatori presentati, exilio damnati sunt, et Isaac mense Octobris venit.

Anno 802. Herena imperatrix de Constantinopoli misit Leonem spatrium de pace confirmanda inter Francos et Grecos, et imperator Carolus e contra misit Iesse episcopum Ambianensem et Helmgaudum comitem ibidem, ut pacem cum ea staterent. Ortana civitas et Luceria in deditionem domni imperatoris venerunt. Grimoldus Beneventanorum (dux^e) Winigisium comitem Spoletii caepit captivumque honorifice habuit.

Anno 803. Hieme circa Aquis palatium et finitimas regiones terrae motus factus est magnus, et mortalitas subsecuta est. Winigisius dimissus est. Iesse et Helmgaudus de Constantinopoli redierunt, et missi Nicefori imperatoris venerunt cum eis^f Michael episcopus et Petrus abba et Calistus candidatus, qui pactum faciendae pacis in 40 scripto susceperunt. Nam et missi Georgii patriarchae de Hierosolimis, id est monachi duo, ibi venerunt ad eum^g. Imperator autem in Baiowaria profectus, causas Avarorum et Pannoniorum disponens, Aquis palatium reversus est mense Decembrio.

Anno 804. Carolus imperator Saxones qui ultra Albiam et Wihmodis habitabant omnes cum mulieribus et infantibus transtulit in Franciam et ipsos pagos Abodritis dedit. Eodem tempore Gotsfridus^h rex Danorum promisit se ad conloquium imperatoris venturum, sed suorum consilio territus, minime pervenit; et medio Novembrio dictum est domno imperatori, Leonem papam natalem Domini cum eo celebrare velle; cui etiam obvium misit Carolum, filium suum, qui eum honorifice suscepit, ipseque imperator in Remis civitate venit et obviam et valde laetanter suscepit illum, et in Carisiaco pariter natalem Domini celebrabant, epiphaniam vero in Aquisⁱ; ita post dies 8 magnis ditatum muneribus Romam redire per Baiowariam fecit. Causa autem adventus eius haec erat. Dictum est enim, Christi sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum, et propter hoc rogavit eum domnus imperator ibidem venire, petiit huius causae veritatem inquirere: qua occasione perrexit in Franciam.

Anno 805. Capuanus^j princeps Hunorum propter necessitatem populi sui postulans sibi locum dare ad habitandum inter Sabariam et Carnuntum; quem imperator benigne suscepit — erat enim christianus nomine Theodorus —, et precibus eius annuens imperator, muneribus datis redire permisit; qui, paucis post tempore transacto, diem obiit; et eaganu summam totius regni eorum concessit^k et iuxta priscum eorum ritum eaganum eos habere precepit. Eodem anno Carolum, filium suum, misit in Beheimis; qui omnem eorum terram depopulatus, Lechonem ducem eorum occidit et^l prospere domum rediit, et imperator cum omnibus filiis suis ad hiemandum in villam Theodonis pervenit.

Anno 806. Post natalem Domini Villarius^m et Beatus duces Venetiae et Paulus duxⁿ Iadtrae^o atque Donatus eiusdem civitatis episcopus, legati Dalmatarum, ad imperatorem in Theodonis villa pervenerunt^p cum magnis donis; et facta est ibi ordinatio ab imperatore de ducibus et populis tam Dalmatae quam Venetiae; ibique conventum magnum habuit imperator cum filiis et obtimatibus suis de pace constituenda et conservanda inter filios suos et de divisione

a) Aericus c. b) Foroviliensis corr. Foroviensis c. c) ita c. d) domni c. e) Liutg. c. f) imperatore c. g) a. s. e corr. m. al. c. h) deest c. i) Gotsfr. c. k) natalem corr. man. al. natal. c. l) hoc c. m) e corr. man. al. c. n) Villanus c. o) dux c. p) l. man. al. addit c. q) provenerunt c.

1) Cf. G. pont., ubi hi archiepiscopi Romae praesentes dicuntur. 2) Non hoc loco eius in G. pont. Ann. Iuv. mai., SS. I, p. 87. 3) Cf. Ann. Iuv. mai., SS. I, p. 87, et quae de hoc loco notavit Simson p. 125. 4) Ita mentio fit. 5) Imperator.

A. L. m. regni facienda in tres partes, ut sciret quisque illorum, quam partem tueri et regere debuisset, si superstitis illi fuissent, et testamentum inde fecerunt, et iurando hoc Francorum optimates hoc cum illis pariter confirmaverunt, et hoc ita scriptum domino Leoni papae transmissum, et ipse hoc propria manu subscripsit; et Pippinum et Lodowicum in regnum eorum ire permisit¹, et ipse quadragesimam et pascha in Niwimago habuit. Eodem anno Carolum, filium suum, in terra Sclavorum qui Suurbi dicuntur direxit et super Albium fluvium; ubi Milidoch dux eorum² interfectus est. Et duo castella ibi facta sunt ab exercitu, unum super fluvium Sala, alium super fluvium Albiam; et exercitus Alamannorum, Burgundiorum atque Baiuvariorum in Beheimis missus est, et magna vastatione ibidem facta, absque gravi incommodo domum rediit. Eodem anno Hadumaris comes a Mauris in Corsica cecidit. In Hispania Navarri et Pampilonenses se reddiderunt. Legati, qui ante 4 annos ad regem Persarum missi sunt, per Grecarum navium stationes, nullo adversario sentiente, in Tavis regressi sunt.

Anno 807. Legatus regis Persarum nomine Adbella cum monachis de Hierusalem, qui legationem Thomae patriarchae deportabant, et idem Adbella munera detulit, quae idem rex imperatori miserat, id est papilionem et tentoria atri necnon et funes ad tendenda bissina, omnia vario colore facta mirae magnitudinis atque pulchritudinis, pallia sirica multa et preciosa, odores et unguenta ac balsamum necnon et horologium³ de auriscalco mirifice factum et magnum, candelabra 2 mirae magnitudinis et proceritatis de auriscalco. Eodem anno Mauri de Hispania Sardiniam adpulsi sunt, et ibi cum Sardinis prelio commisso, tria milia illorum cecidisse perhibentur. Inde in Corsicam venientes, cum classe, cui Burchardus praerat, desertaverunt, victi atque fugati sunt, amissis 13 navibus et plurimis eorum interfectis⁴, et multa eodem anno adversitate fatigati sunt, ut ipsi sibi hoc accidisse testati sunt, eo quod anno superiori de Patalaria insula 60 monachos captos⁵ in Hispania vendiderunt, quorum multi per domum imperatorem redempti et ad sua loca dimissi sunt.

Anno 808. Nuntiatum imperatori, Cotafridum regem Danorum in Abodritos cum exercitu intruisse. Carolus, filium suum, ad Albiam cum manu valida Francorum et Saxonum misit, vesano regi resistere, si in Saxoniam temptaret venire; sed ille, expugnatis et taptis aliquibus Sclavorum castellis, Drasconem ducem loco populit, Godelahum ducem alium patibulo suspendit et duas partes Abodritorum sibi vectigales fecit, optimos tamen⁶ suorum militum perdidit et Reginolfum, filium fratris sui, cum magnoque detrimento reversus est. Carolus autem ad Albiam pontem⁷ inunxit et exercitum suum in Linone et Smeldingorum direxit, depopulatisque eorum agris, transito eodem flumine, cum incolomitate rediit. Interea rex Nordanhunbrorum nomine Arduif, regno et patria pulsus, ad imperatorem Noviomagi pervenit, et patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur, inde per legatos Leonis papae et domni imperatoris in regnum suum reducitur.

Anno 809. Mauri de Hispania Corsicam ingressi, in ipso sancto paschali sabbato civitatem quandam⁸ diruperunt⁹ et preter¹⁰ episcopum ac paucos senes¹¹ atque infirmos nihil in ea reliquerunt. Interea audiens Cotafridus rex Danorum, quod imperator ei fuisset iratus, eo quod in Abodritis tanta mala exercuit, studuit se purgare de foederis inruptione, quod obieciatur ei; petiit conventum fieri comitum imperatoris et suorum¹² iuxta terminos regni sui trans Albium fluvium, in quo res gestae invicem possent referri. Non abavit imperator, multaque hinc et inde¹³. Trasco¹⁴ dux Abodritorum, collecto exercitu et auxilium a Saxonibus accepto, vicinos suos Wiltos adgressus¹⁵, agros eorum ferro et igne vastavit et Smeldingorum civitatem maximam. Imperator in Aquis concilium habuit de processione Spiritus sancti, quam quaestionem primo commendavit Iohannes quidam monachus Hierusolimis, ob quam¹⁶ definiendam Bernharius episcopus et Adelhardus abba Romam ad Leonem papam missi sunt. Imperator statuit trans Albium fluvium civitatem construere¹⁷ et Francorum in ea presidium condere propter Danos rebelles. Egbertoque comiti hunc¹⁸ locum occupare iussit atque munire et ad hoc per Galliam et Germaniam homines congregare disposuit armisque¹⁹ ac ceteris rebus instructos²⁰ per Frigiam²¹ ad locum destinatum ducere. Amoro²² prefectus Caesaraugustanae urbis, qui et Ocam coeperat, cum omnibus quae habebat in ditionem domno nostro se venire promisit.

Anno 810. Amoro²³ Caesaraugustanae prefectus, postquam imperatoris missi venerunt ad eum, petiit, ut conloquium fieret inter ipsum et Hispanici limitis custodes²⁴, promittens se in eo in²⁵ omnibus cum suis imperatoris ditionem esse venturum; quod licet imperator ut fieret non abavit, multis intervenientibus causis remansit infectum. Mauri totam pene insulam Corsicam devastabant. Pippinus propter perfidiam ducem Veneticorum Venetiam bello iussit appetere, subiectaque sibi Benetia ac ducibus in ditionem acceptis, ipsam classem ad devastanda Dalmatiae litora direxit. Hrodthrudis, filia imperatoris, obiit 9. Id. Junii. Classis magna de Nordmannia Frisiam venit multasque in ea insulas devastavit ternaque prolia cum Frisionibus fecit tributumque victis imposuit, et centum libras iam a Frisionibus esse solutas. Quo audito, dominus imperator misit in omnes circumquaque regiones ad congregandum exercitum; 50 ipse sine mora exivit de palatio, primo quidem classis occurrit, deinde transito Hreno flumine, Lippehamne²⁶ expectavit exercitum; ubi elevans²⁷, quem Aaron miserat, subita morte periit; et inde ad confluenta Alare et Wisurae fluviorum²⁸ contra Cotafridum regem abiit; sed interea Cotafridus a suis interfectus est. Pippinus obiit 8. Idus Iulii. Missus Nicifori imperatoris nomine Veraficus²⁹ venit, et alius de Corduba, causa faciendae pacis; sicut et factum est. Et Venetiam Carolus imperator Niciforo imperatori reddidit et Haimiricum comitem, iam olim³⁰ a Saracenis captum, Abulat remittente, recepit. Magna et immensa mortalitas animalium tunc contigit. Mortuo Cotafrido, Hemmingus, filius fratris eius³¹, rex Danorum factus est.

Anno 811. Absoluto Arsafo, missos suos dominus Carolus imperator confirmandae pacis gratia Constantinopolim misit Haidonem episcopum Basileensem, Hugonem comitem Toronicum et Haidonem Langobardum et Leonem spatarium natione Siculum et Willarium ducem Veneticorum ibidem reddidit. Pax condita est inter imperatorem³² et Heimmingum regem Danorum, sed propter hiemis³³ asperitatem firmari non potuit, quia³⁴ in unum conloquium venire non potuerunt, qui eam firmare debuissent. Redente autem veris tempore, conveniunt in unum ex utrisque partibus: ex Francorum partibus Walk comes, Burchardus comes, Unrod comes, Odo comes, Bernhardus comes, Egbertus comes, Theoteri comes, Abo comes, Aosdac comes, Wigman comes; de parte vero

a) horologium c. b) interfecti sunt c. c) accedisse c. d) captos man. al. in loco vacuo rel. c. e) tam 65
corr. tamen man. al. c. f) Noviomago c. g) quondam c. h) propter corr. praeter man. al. c. i) sene c.
k) i. s. c. l) quaedam deesse patet; cf. Ann. L. m. p. 196. l. 26. m) Frasco c. n) adgressos c. o) que corr. quam
man. al. c. p) e corr. man. al. c. q) hinc c. r) instructo c. r') ita c. s) Lippehamne corr. man. al. Lippehamne c.
t) fluvius c. u) lege: Arsafo, ut recte a. 811. v) fr. e. suppl. man. al. in loco vac. rel. c. w) imperator corr.
man. al. imperatorem c. x) Heimis c. y) potuit c.?

1) Imperator.

Danorum fratres Heimingi Hanwin et Angandeo, Ausfrid cognomento Turdimulo, Wartstein, Suomi, Vurm^a-et alijs A. Laur. m. Ausfrid, Heiligen, Ausfrid de Scaonawa, Hebbi et Vowin, super fluvium Egidorum. Ex utrisque partibus 12 datis vicissim secundum ritum ac morem suum sacramentis, pax firma facta est. Imperator autem, hoc facto, generale placitum habuit et in tres partes regni sui tres exercitus misit, unum trans Albin in Linones, alterum in Pannoniam ad 5 controversias Hunorum et Slavorum finiendas, tertium in Brittones ad eorum perfidiam puniendam; qui omnes, rebus prospere gestis, incolomes regressi sunt. Ipse autem per classem, quam anno superiori fieri iussit, ad Bononiam venit, civitatem maritimam, videre, ubi eadem^b naves congregatae erant, farumque ibi ad navigantium cursus dirigendo san- quitus factum renovavit. Iterum Novembre medio Aquis venit, ubi legati Hemmingi regis venerunt Hacuus et Hebbi, 10 priores ac duces Sclavorum circa Danubium habitantium. Interea Carolus, filius domini imperatoris maior natu, diem obiit 2. Nonas Decembris^d.

a) Suomivum e corr. m. al. c. b) eadem c. c) principes corr. princeps m. al. d) sequuntur al. manu addita quae in fine chronici a. 741. leguntur. De reliquis sextae aetatis. Haec de cursu praeteriti saeculi ex Hebraica veritate.

ANNALIUM VETERUM FRAGMENTA PARTIM EX METTENSIBUS DESUMTA.

Volume XX. huius collectionis a b. m. G. H. Pertz duo Annalium Francorum edita sunt fragmenta, quos Annales Werthinenses appellavit et tam Laurissensium quam Mettensium fontem esse statuit. Sed postea alia reperta sunt, non in eodem codice, ne ex eodem opere quidem servata, sed arte necessitudine cum illis coniuncta, omnia ita constituta, ut revera quin magna Annalium Mettensium pars ad talem annalium veterum recensionem redeat dubitari nequeat, Annales vero Laurissenses maiores una cum Fredegarii continuatione illi materiam suppeditasse pateat. Quod a VV. CC. Wattenbach¹, de Giesebrecht² et me ipso aliis locis³ latius expositum hic breviter monuisse sufficiat.

Nunc vero tam fragmenta illa nuper reperta quam eam Annalium Mettensium partem nondum a nobis editam⁴, quae probabilis coniectura ex opere deperdito derivanda videtur, huic volumini inserenda duximus; necnon fragmentum alterum codicis Werthinensis; nunc in bibliotheca Vindobonensi servatum repetimus, quippe quod tam cum hac Annalium Mettensium parte quam cum fragmento Bernensi sit comparandum; denique locum chronici Moissiacensis ex eodem fonte haustum: ita annales quos nunc deperditos lugemus, restituere conati.

Post a. 805. eorum vestigia in Mettensibus haud exstant, et ad illum usque annum eosdem in Annalibus, quos dicunt Guelferbytanos, excerptos esse, V. Cl. Heigel monuit⁵. Quare paullo post eos confectos esse, verisimile est. Non multa quidem antecedentibus annis addunt iis quae in Annalibus Laurissensibus maioribus memoriae tradita erant; sed maxime id scriptor egit, ut eorum narrationem, nimis simplicem et rudem, planiorem et elegantiore redderet. Nonnulla tamen inserta sunt, fide digna, de regum et reginarum sepulchris, alia. Ultimis vero annis⁶ auctor, quisquis fuerit, proprio Marte res tradidisse videtur, illo fonte procul dubio destitutus; qua libri parte etiam aegrius caremus.

Codicem Annalium Mettensium, in bibliotheca Cheltenhamensi nr. 1853 (Meermann nr. 746) servatum, membr. s. XI—XII, a V. Cl. Pauli et me evolutum, a Chesnio (SS. III, p. 262) satis fideliter esse expressum, locis nonnullis

1) GQ. ed. II, p. 540. 2) 'Forschungen z. D. G.' XIII, p. 627. 3) 'Forschungen' VIII, p. 631. 'N. Arch.' V, p. 33 sqq. in contrariam sententiam disputavit, probare nequeo. 4) Nonnulla tantum Annalibus Laurissensibus maioribus aliena, signo 9^b notata, his subiecta sunt. Sed unus saltem locus Reginoni debetur. 5) 'Forschungen' V, p. 400. Quae Arnold, 'Zur Kritik Karol. Annalen' p. 33 sqq. in contrariam sententiam disputavit, probare nequeo. 6) Annales Laurissenses maiores non ultra a. 788. habuisse videtur, cum iam a. 790. rem narret ab illis plane alienam. Ceterum Mettenses his annis plerumque Reginonem sequuntur.

comparatis, intelleximus¹; attamen occasione data a V. Cl. Liebermann petii, ut haec fragmenta cum ea editione compararet.

Fragmentum a V. Cl. Bächtold in libro olim fratrum minorum Solodoniensium repertum et in 'Anzeiger für Schweiz. Gesch.' 1872, nr. 4, p. 245, postea a V. Cl. de Giesebrecht in 'Forschungen zur Deutsch. Gesch.' XIII, p. 628, editum, nunc in bibliotheca Basiliensi asservatur, ex qua benevole huc transmissum est.

Alterum fragmentum in bibliotheca Bernensi exstat, primum a V. Cl. Hagen exscriptum et a V. Cl. Meyer de Knouau luci datum ('Forschungen' VIII, p. 632), nunc a bibliothecae praefecto Felscherin qua excellit liberalitate mecum communicatum.

Scripturae specimina, quae tabula prima exhibet, hos codices inter se et a codice Werthinensi (cuius specimen v. SS. XX) differre ostendunt. G. W.

Fragmentum Basiliense.

15 56. Anno dominice incarnationis 769.

Karolus audiens perfidiam Hunaldi, qui iterum fraudulenter Aquitaniae principatum arripere^a volebat, adunato exercitu illuc tendens, per Dei auxilium fraudulentiam illius consiliis optimis dissipavit. In quo itinere cum germano suo Carolomanno colloquium habuit in loco qui dicitur Duos-Clives^b; inde Carolomannus ad propria revertitur. Rex vero Karolus perrexit ad Equalismam civitatem, et inde venit ad flumen Dorniniam et edificavit castrum quod dicitur ad Lupum Wasconum principem Hunaldum transmittit timore perterritus, misit Hinc castro preparato Hu Karolus rex in in villa quae dicitur Duria et pascha in Leudico vico publico, ubi beatus Lambertus martyr in corpore requiescit.

35

57. Anno dominice incarnationis 770.

40 Precellentissimus rex Karolus habuit synodum in Vurmacia civitate, et Carolomannus cum genitrice sua Bereta regina colloquium habuit in castro quod dicitur Salussa. Eodem anno perrexit iam dicta regina per Bawariam partibus Italiae. Karolus autem rex celebravit natalem Domini in Magoncia civitate et pascha in Heristallio.

45 58. Anno dominice incarnationis 771.

Karolus rex egit synodum in Valentianas; eodemque anno Carolomannus rex defunctus est in villa quae dicitur Salmuntiacus pridie Nonas Decemb., sepultusque est in basilica sancti Remigii confessoris iuxta urbem Remorum. Rex vero Karolus ad Corbiniacam villam publicam pervenit. Ibi venientes ad eum Willeharius, archiepiscopus et Fulradus capellanus cum aliis episcopis ac sacerdotibus, Warinus quoque et Adalardus comites cum aliis

55 a) arripere corr. arripere c. b) clive' e.

1) Cf. N. Arch. IV, p. 589. 2) Cf. Ann. Laur. min. 3) Ita Regino. Quae ex hoc sumta sunt, minutissimis litteris exprimi iussi.

Annales Mellenses.

Anno dominice incarnationis 769.

Karolus audiens perfidiam Hunaldi, qui iterum fraudulenter Aquitaniae principatum arripere volebat, adunato exercitu in Aquitania tendit, et per Dei auxilium fraudulentiam Hunaldi consiliis optimis dissipavit. In quo itinere cum germano suo Carolomanno colloquium habuit in loco qui dicitur Ad-duos-Clivos; et inde Carolomannus ad propria revertitur. Rex vero Karolus perrexit ad Aecolosinam civitatem, et inde venit ad flumen Dorniniam et edificavit castrum quod dicitur Fronciacus. Indeque direxit legatos ad Lupum principem Wasconum, ut sibi ad se fugientem Hunaldum mitteret. Haec audiens Lupus, regio timore perterritus, direxit sibi Hunaldum cum uxore sua, se vero totamque terram suam regis ditioni submitit. Castro igitur preparato Hunaldoque recepto, Karolus rex in Franciam reversus est, et celebravit natalem Domini in villa quae dicitur Duria, et pascha in Leodio vico publico, ubi sanctus Lambertus martir in corpore requiescit.

Anno dominice incarnationis 770.

Karolus precellentissimus rex habuit colloquium vel synodum in Wormatia civitate. Et Carolomannus cum genitrice sua Bereta regina colloquium habuit in castro quod dicitur Salussa. Quae regina per Baioariam perrexit in Italiam. Karolus vero rex celebravit natalem Domini in Magoncia et pascha in Heristallio.

Anno dominice incarnationis 771.

Karolus rex synodum habuit ad Valentianas, et eodem anno Carolomannus rex defunctus est in villa Salmuntiaco 2. Non. Decembris, sepultusque est iuxta urbem Remorum in basilica beati Remigii confessoris². Venit autem rex Karolus ad villam Corbiniacam, et ibi venerunt ad eum Folcarius et Folradus capellani³ cum aliis episcopis et sacerdotibus, Wirinus et Adalardus comites cum aliis pri-

Fragmentum Basiliense.

principibus, qui fuerant^a ex partibus Carolomanni, et unxerunt super se Karolum gloriosissimum regem, et obtinuit feliciter monarchiam totius regni Francorum. Gerberga vero, uxor Carolomanni, cum duobus parvulis et paucis^b principibus de parte coniugis^b sui Carolomanni Italiam petens, et ad Desiderium regem Langobardorum pervenit. Rex vero Karolus celebravit natalem Domini in villa quae dicitur Adthiniacus et pascha in Heristallio.

59. Anno ab incarnatione Domini 77[2].

Karolus rex synodum tenuit in Warmacia, et inde perrexit in Saxoniam prima vice, et Erisburgum castrum cepit. Inde ad Ermensul usque pervenit, et ipsum fanum destruxit, aurumque et argentum, quod superstitiosum ibi adunatum fuerat, suis fidelibus distri[buit].

Chron. Moiss.

Adrianus papa urbis Romae legatos suos ob defensionem Romanae ecclesiae ad Karolum regem Francorum misit, quia valde affligebatur a rege Langobardorum Desiderio, qui Haistulfo successerat ac per donationem Pippini regis Francorum regnum tenebat¹ Langobardorum. Eratque tunc Karolus rex in loco qui dicitur Teudonivilla. Veniens ibi domni apostolici missus Adriani nomine Petrus, precibus apostolici id ipsum ad defendendam sanctam ecclesiam postulavit, ut ipsum Romanum populum [de^c manibus] superbi regis Desiderii liberaret, adiungens, quod ipse legitimus tutor et defensor esset illius plebis, quoniam illum predecessor suus beatae memoriae Stephanus papa unctione sacra liniens, in^d regem ac patricium Romanorum ordinavit. Karolus igitur rex per consilium optimatum suorum voluntatem domni apostolici se adimpleturum esse cum Dei auxilio, devota mente spondit. Eodem anno synodum tenuit in Ienna civitate; in quo conventu exercitum divisit, partem secum retinens, ut per Cenisium montem transiret, partem vero reliquam, cui prefecit Bernardum avunculum suum, cum ceteris fidelibus per Iovis montem in Italia intrare precepit. Desiderius vero rex, immemor benefitorum Pippini regis, per cuius donationem regnum Langobardorum sortitus est, elusas fortiter contra regem Karolum exercitumque eius

Annales Mettenses.

matibus, qui fuerant Carolomanni, et unxerunt domnum Karolum super se in regem, et optinuit feliciter monarchiam regni Francorum. Girberga vero, uxor Carolomanni, cum duobus parvulis et paucis principibus de parte viri sui Italiam petiit, et ad Desiderium regem Langobardorum pervenit. Rex vero celebravit natalem Domini in Attiniaco et pascha similiter.

10

Anno dominicae incarnationis 772.

Karolus rex synodum tenuit in Warmatia, et inde perrexit in Saxoniam prima vice, et Heresburgum castrum cepit, et ad Ermensul^e usque pervenit, et ipsum fanum destruxit, aurumque vel argentum, quod ibi reperit, abstulit. Erat autem tunc siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supradicto loco. Sed divina pietas magnum ibi ostendit miraculum. Nam cum universo populo aqua deficeret et rex vellet ibi duorum²⁰ vel trium dierum moram facere, ut illud fanum ex toto destruere posset, subito ex arido torrente fons largissimus aquae erupit, ita ut universus populus affluentia aquarum habundaret. Ita Deus omnipotens voluntatem²⁵ gloriosissimi regis in suo servitio permanentis misericorditer adimplevit. His rite peractis, Karolus rex [super¹] fluvium Ysaram² castra posuit; quo in loco cum Saxonibus placitum habuit. Acceptisque ab³ illis obsidibus quot³⁰ voluit, reversus est cum pace in Franciam. Et celebravit natalem Domini in Heristallio et pascha similiter.

Anno dominice incarnationis 773.

Cum³ hiemaret rex Karolus in villa quae dicitur³⁵ Theodonis, ibi venit ad eum missus domni Adriani papae nomine Petrus, obnixè postulans, ut ad defendendam ecclesiam Romanam festinaret et ut populum Romanum de manibus superbi regis Desiderii liberaret, adiungens,⁴⁰ quod ipse legitimus tutor et defensor esset ipsius ecclesiae, quoniam illum predecessor suus beatae memoriae Stephanus papa unctione sacra liniens, in regem ac patricium Romanorum ordinavit. Karolus igitur rex⁴⁵ per consilium optimatum suorum voluntatem domini papae se adimpleturum esse cum Dei auxilio, devota mente spondit. Eodemque anno synodum tenuit in Ianna civitate; in quo conventu exercitum divisit, partem secum reti-⁵⁰ nens, ut per Cenisium montem transiret, partem vero reliquam, cui prefecit avunculum suum Bernardum, cum ceteris fidelibus suis per Iovis montem in Italiam intrare precepit. Desiderius vero, immemor benefitorum Pippini⁵⁵ regis, per cuius donationem regnum Langobardorum sortitus est, elusas^b fortiter contra regem Karolum et exercitum eius

a) ... G. b) paucis c. b') coniugis c. c) haec desunt c. d) hunc cod. Anian., tunc Pertz. e) Hermensul eadem manu superscr. in c. f) deest c. g) de corr. ab c. h) ita Ann. Bert.

60

1) Cf. cont. Fred. c. 122: Langobardi una cum consensu praedicti regis Pippini Desiderium in sedem regni instituunt. 2) Wiseram Ann. L. 3) Haec

— nomine Petrus fortasse ex Ann. Bertin. (Laur. mai.) vel Reginone sumta sunt.

Chron. Moiss.

Annales Mettenses.

firmare precepit. Castra metatus est itaque predictus rex Karolus e regione clusarum et valli, quod Langobardi defenderant. Misit autem per difficilem ascensum montis legionem ex probatissimis pugnatoribus; qui transcensu montis Langobardos cum Desiderio rege eorum et Oggerio¹ in fugam converterunt. Karolus vero rex cum exercitu suo per apertas clusas, auxiliante Domino et sancto Petro, in Italiam intravit, ad Papiam civitatem usque pervenit. In qua Desiderio incluso, ipsam civitatem obsedit et vallo firmissimo circumdedit.

firmare precepit. Igitur rex Karolus castra metatus est e regione clusarum. Sed vallum Langobardi defendebant. Misit autem Karolus legionem ex probatissimis militibus per difficilem ascensum montis; qui, transscenso monte, Langobardos cum Desiderio rege suo in fugam converterunt. Karolus vero rex cum exercitu suo per apertas clusas, auxiliante Domino et sancto Petro, in Italiam intravit et ad Papiam civitatem usque pervenit. In qua Desiderio incluso, ipsam civitatem obsedit et vallo firmissimo circumdedit. Et dum propter defensionem sanctae Romanae ecclesiae ibidem resideret, dimissa

15 marca contra Saxones, nulla omnino federazione suscepta, ipsi Saxones exierunt cum magno impetu super confinia Francorum, pervenerunt usque ad castrum quod nominatur Buriaburg. Attamen ipsi confines de hac re solliciti^b, cum hoc cernerent, castellum sunt ingressi. Dum vero ipsa gens sevens episset domos forinsecas incendio concremare, venerunt ad quandam basilicam in loco qui dicitur Fricdislar, quam sanctus Bonifatius martyr consecravit, atque per Spiritum sanctum predixit, quod numquam incendio cremaretur. Ceperunt autem prefati Saxones nimium seviré adversus eandem basilicam, premeditantes, quomodo possent eam comburere. Dum haec igitur agerentur, apparuerunt quibusdam christianis, qui erant in castello, similiter et quibusdam paganis, qui in ipso erant exercitu, duo iuvenes in albis, qui basilicam ab igne defendebant, et propterea non poterant neque interius neque exterius ignem accendere nec aliquid dampnum eidem inferre. Tunc pavore perterriti in fugam versi sunt, nevine persequente. Inventus est autem postea unus Saxo mortuus iuxta ipsam basilicam, genibus curvis adclinis supra pedes, habens ignem et ligna in manibus, velut ore flans, ut basilicam combureret.

sanctae Romanae ecclesiae ibidem resideret, dimissa super confinia Francorum, pervenerunt usque ad castrum quod nominatur Buriaburg. Attamen ipsi confines de hac re solliciti^b, cum hoc cernerent, castellum sunt ingressi. Dum vero ipsa gens sevens episset domos forinsecas incendio concremare, venerunt ad quandam basilicam in loco qui dicitur Fricdislar, quam sanctus Bonifatius martyr consecravit, atque per Spiritum sanctum predixit, quod numquam incendio cremaretur. Ceperunt autem prefati Saxones nimium seviré adversus eandem basilicam, premeditantes, quomodo possent eam comburere. Dum haec igitur agerentur, apparuerunt quibusdam christianis, qui erant in castello, similiter et quibusdam paganis, qui in ipso erant exercitu, duo iuvenes in albis, qui basilicam ab igne defendebant, et propterea non poterant neque interius neque exterius ignem accendere nec aliquid dampnum eidem inferre. Tunc pavore perterriti in fugam versi sunt, nevine persequente. Inventus est autem postea unus Saxo mortuus iuxta ipsam basilicam, genibus curvis adclinis supra pedes, habens ignem et ligna in manibus, velut ore flans, ut basilicam combureret.

Celebravit autem in hisdem castris natale Domini et pasca Rome.

Celebravit autem in hisdem castris natalem Domini et pasca Rome.

30 Revertente cum Dei auxilio, intercedentibus apostolis Petro et Paulo, glorioso rege Karolo a Romana urbe, ad Papiam venit,

Anno dominice incarnationis 774.

35 ibique venientes undique Langobardi de singulis civitatibus Italiae, subdiderunt se dominio et regimini gloriosi regis Karoli. Adalgisus vero, filius Desiderii, fugiens, navem intravit, ad Constantinopolim perrexit. Karolus vero Papiam civitatem decem menses obsedit, et ita mense Iunio capta est civitas a Francis. Porro gloriosus rex Karolus, cuncta Italia sibi subingata vel ordinata, custodias Francorum in Papiam civitate dimissas, trusoque in exilium Desiderio rege et Oggerio et uxore et filia, ipse cum magno triumpho, auxiliante Domino, in Franciam reversus est. Sic regnum Langobardorum finivit. Regnaverunt² Langobardi annis 214.

Revertente cum Dei auxilio, intercedentibus beatis apostolis Petro et Paulo, glorioso Karolo rege a Romana urbe, Papiam venit, ipsamque civitatem cepit et Desiderium regem cum uxore et filia et omnibus thesauris suis suae ditioni subegit. Ibi que venientes undique Langobardi de singulis civitatibus Italiae, subdiderunt se dominio gloriosi Karoli. Adalgisus vero, filius Desiderii, fugiens, navem intravit, et per mare Constantinopolim usque pervenit. Haec tenus³ autem stetit regnum Langobardorum annis 214. Porro Karolus rex, tota Italia subacta, et ordinata custodia Francorum in Papiam, trusoque in exilium Desiderio rege et uxore et filia, ipse cum magno triumpho, auxiliante Domino, in Franciam reversus est. Et cum pervenisset in locum cuius vocabulum est Ingilheim^c, misit quatuor legiones in Saxoniam. Ex quibus tres cum Saxonibus [prelium^d] inierunt et adiuvente Domino victoriam optinuerunt. Quarta vero legio bellum non habuit, sed cum magna preda illesi reversi sunt ad propria. Celebravit autem rex natalem Domini eodem anno in Carisiaco et pasca similiter.

55 Anno incarnationis dominice 775.

Rex Karolus sinodum habuit in villa quae dicitur Duria. Dehinc perrexit in Saxoniam, et Sigiburgum^e castrum cepit Heriburgumque redificavit. Inde proficiscens, super fluvium Wisera castra posuit in loco qui dicitur Brunisbere. Tunc Saxones armis defendere transitum fluminis conati sunt. Sed Franci, transito flumine, multos ex eis occiderunt, ceteris in fugam versis. Rex vero partem exercitus sui ibi derelinquens, perrexit usque ad Ovacrum fluvium. Ibi una pars Saxo-

a) p. ins. cod. b) si post suppl. c. c) Ingilheim superscr. i. c. d) deest c. e) Sigurgum c.

1) Franco, qui Carlomanni viduam ad Desiderium Lauresh. sumta esse videntur. 3) Haec ad a. 773. duxerat; cf. V. Hadriani, Muratori III, p. 185; Mon. etiam Ann. Bertiniani trahunt, quos in hac parte Sang. II, 17, SS. II, p. 759. 2) Haec ex Ann. exscriptos putarim. 4) Cf. n. 2.

num. qui dicuntur Wespali¹, cum optimatibus suis ad eum venit, sacramentaque et obsides dederunt, iurantes, amodo se fore fideles domino Karolo regi. Inde proficiscente rege, venit ad eum altera pars que dicitur Angari in loco cui vocabulum est Bucki, una cum Brunione^a duce suo et reliquis optimatibus, dederunt obsides, et iuraverunt, se amodo regi Karolo et Francis esse semper fideles. Interea Saxones cum Francis qui — in villa que dicitur Selczistai in Elbatio *ex Regione*. 5

Anno dominicæ incarnationis 776.

Karolus rex, ut prediximus, ad Papiam civitatem venit, et sub festinatione in parthe Foroiuliensium iter direxit, improvisumque Rothgaudum cepit, et decollare precepit, et ad Tarsisium — Niumaga. *Reg.*

Anno dominicæ incarnationis 777.

[Karolus] rex Saxoniam — Saraceni de partibus Hispaniæ, et se cum omnibus suis ditioni regis Karoli subdiderunt. Ubi etiam multitudo — Casinogilo. *Reg.*

Anno dominicæ incarnationis 778.

Rex Karolus, motus precibus et querelis christianorum qui erant in Hispania sub iugo Sarracenorum, cum exercitu Hispaniam intravit. Venit autem — Francorum convenerunt. His innumerabilibus legionibus Hispania tota contremuit. Obsidione itaque cincta Cesaraugustana civitate, territi Saraceni obsides dederunt cum immenso pondere auri. Post hæc cunctis Saracenis etiam de Pampillona, murisque eiusdem civitatis dirutis, Hispanis, Wasconibus et Navarris subiugatis, in Franciam revertitur. Interea Saxones — similiter. *Reg.*

Anno dominicæ incarnationis 779.

Karolus rex venit in villa — et pasca similiter. *Reg.*

Anno dominicæ incarnationis 780^b.

Karolus rex Saxoniam — in Papia civitate. *Reg.*

Anno dominicæ incarnationis 781^c.

Karolus rex a Papia egressus, celebravit pasca Domini Rome, et ibi — pasca similiter. *Reg.* 25

Anno dominicæ incarnationis 782.

Karolus rex Cumam^d veniens, Reum — pasca similiter. *Reg.*

Fragmentum Bernense.

[783].

... derent. Inde itinere coepto rex ad Patrebrunnam pervenit, adunatoque et aucto exercitu, inde proficiscens, super fluvium Hasa^e castra posuit. In quo loco Saxones iterum recuperatis viribus pugnam committunt cum Francis; sed suis fidelibus Dominus victoriam tribuens, plurimi Saxonum, in eo bello sunt prostrati. Inde proficiscentis rex Karolus, Wiseram fluvium transit et ad Albiam fluvium pervenit, cunctisque bene dispositis atque ordinatis, rex in Franciam reversus est. Eodem anno beatæ memoriæ domna Bercta regina obiit in monasterio Causiaco 4. Idus Iulii. Inde translata est in pagum Parisiacum, sepultaque est in basilicam sancti Dionysii martiris iuxta sepulchrum viri sui gloriosi Pipini regis. Porro Karolus cum triumpho in Franciam reversus, pervenit ad Vurmaciam urbem, in qua sociavit sibi in matrimonium præclaram Fasteradam reginam. Indequè pergens, celebravit natalem Domini in villa quæ dicitur Horistallo.

[784^f].

More solito iterum Saxones rebelles apparuerunt cum aliqua parte Fresonum. Hac causa comperta, præcellentissimus rex Karolus cum generali exercitu Francorum, transiit Rheno in loco qui dicitur Lippieham, Saxoniam vastat, et pervenit ad Hucculvi; in quo consilio inito propter nimias inundationes aquarum,

Annales Mettenses.

Anno ab incarnatione Domini 783.

f. 35. Anno dominicae incarnationis 1083, indictione 6, sub quarto Heinricho rege, 7. Idus Octobris consecratum est hoc templum sancti Victoris a Sigewino Coloniensi archiepiscopo in honore sanctissimae et victoriosissimae crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis, et principaliter eiusdem Victoris patroni nostri, qui in hoc templo requiescit, et caeterorum quorum hic reliquiae continentur cum illo. In maiore enim altari continentur reliquiae sanctorum 5 Iohannis baptistae, apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iohannis euangelistae, Iacobi fratris Domini, Tathe, Phylippi et Iacobi; sanctorum martyrum Victoris, Gereonis sociorumque eius, Cassii atque Florentii, Mauricii, Stephani protomartyris, Iohannis et Pauli, Cosmae et Damiani, Georgii, Stephani papae, Pancracii, Nerei et Achillei, Cyriaci, Xysti, Benigni, Gregorii martyris et principis Maurorum, Fabiani et

f. 36. Sebastiani, Maurini, Albini, Ewaldorum, Pantaleonis, Vitalis, Iustini; sanctorum confessorum Martini, 10 Bonifacii, Liborii, Paulini, Columbanii abbatibus; sanctarum virginum Coeciliae, Priscae, Sabinae, Agathae, Walburgis, Margaretae, Ursulae, Praxedis, Petronillae, Mariae Magdaleneae, et plurimorum* quorum nomina propter vetustatem kartularum tunc non poterant cognosci.

In altari vero Crucis continentur reliquiae sanctorum martyrum Cornelii et Cipria in Alexandri. Eventi et Theodoli, Stephani protomartyris, Laurentii, Pancracii, Cosmae et Damiani, Salvatoris; virginum 15 Ceciliae, Romulae, Rufinae et Secunda.

Ipsa autem crux priori die, quod est 8. Idus Octobris, ab eodem episcopo consecrata continet de ligno Domini, reliquias^b sanctorum.

Posteriori vero die, 6. scilicet Idus eiusdem mensis, idem episcopus consecravat altaria laterum, includens reliquias^b in sinistro altari: reliquias sanctorum martyrum Lamberti, Stephani protomartyris, Laurentii, Vincentii, Pancracii, Antonini, sanctorum Innocentium, septem dormientium^c. In dextro altari reliquias sanctorum^d confessorum^d Remigii, Martini, Ambrosii, Silvestri, Servacii, Nicolai, Severini, Clementis,^e, Heriberti, Egidii.

Eodem die^e patroni nostri et socii^e

f. 36. In^f argentea capsula habentur reliquiae sanctorum martyrum Albini de Britannia, Machabeorum, 25 septem fratrum, Pontiani, Yppoliti, Cyriaci, quattuor coronatorum; confessorum Desiderii, Beati; sanctorum 11 mil. virginum^g; de vestimento sanctae Mariae, de pallio sanctae Agathae, de sepulchro sancti Andreae, de terra Iordanis.*

In^b scrinio obsito imaginibus deauratis sunt reliquiae de ossibus et dentibus sancti Victoris, de sancta cruce, de sanguine Domini, de vestimento eius, de lacte beate Marie, de vestibus eius, de ossibus 30 Agilolfi martyris, Calixti pape, Silvestri pape.

f. 37. In^b scrinio eburneo sunt reliquiae sancti Laurentii, Xixtiⁱ, brachium Cosme vel Damiani, Iohannis et Pauli, Nerei et Achillei, Ceciliae virginis et Prisce virginis et alie plurium sanctorum reliquiae.**

f. 39. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo vigesimo octavo, indictione sexta, 11. Kal. Augusti, quarto anno imperii regis Lutharii consecratum est hoc templum a Northerto 35 Madeburgensis ecclesiae archiepiscopo et huius ecclesiae canonico, rogatu Fritherici Coloniensis sedis archiepiscopi, sub preposito Godefritho^h et Godezone^k decano, in honore sanctae Crucis et perpetuae virginis Mariae et aliorum quorum nomina invenies conscripta, si replicaveris quattuor folia, et principaliter sancti Victoris patroni nostri et beatissimae Mariae Magdaleneae. Preterea eadem die consecrata sunt duo altaria, maius videlicet et quod 40 sub cruce est, reliquiis quae prius ibi erant reinclusis.

Proxima^l vero die, videlicet 10. Kal. Aug., collateralia altaria consecrata sunt. In dextro latere unum, scilicet beati Remigii. In sinistro latere duo, unum superius beati Stephani protomartyris et aliud inferius sancti Lamberti. Eodem quoque die consecratum est altare sanctae Dei genitricis Mariae, quod est in in cripta, et altare beati Petri apostoli, 45 quod est post maius altare.***

f. 46. Anno dominice incarnationis millesimo ducesimo 13, 8. Kal. Sept. consecratum est altare novi chori ab episcopo Estiensi² in honore beate Marie virginis, sancti Iohannis

*) manu s. XV. add.: Notandum, quod reliquiae de dicta capsula et infra scripto scrinio sunt receptae et pro parte in monstranciis posite.

**) manu s. XV. add.: In dicto scrinio sunt modo reliquiae de societate Thebeorum, alie sunt in monstranciis posite.

***) manu s. XIII. ex. add.: Postmodum anno Domini 1284. translatum est festum dedicationis templi predicti a fratre Hermanno episcopo quondam Saubinensi³, gerente vices domini Sifridi Coloniensis archiepiscopi, et positum est hoc festum in dominicam proximam post nativitatem beate Marie, sicut in eodem loco huius kalendarii continetur.

a) rum abs. b) s abs. c) primum i abs. d) rum abs. e) quaedam legi non possunt. f) haec manu s. XII. post addita. g) 11 — virg. add., ut vid., at. man. h) manu s. XIII. ex. i) Xixti corr. Sixti c. k) e corr. ut videtur eiusdem manus. l) alia manu coeva add.

1) In columna dextra. 2) Theoderico. 3) Samland.

euvangeliste et beate Marie Magdalene. Continentur autem ibi reliquie de vestibus sancte Marie virginis, sancti Vitalis martyris, sancti Vincentii; de vestibus sancti Stephani protomartyris, sancti Godhardi, Tutuani confessoris, Epiphani confessoris et Spetiose virginis, Iusti et Artemii, Tiburtii et Valeriani, Gereonis et sotiorum eius, Regine virginis, Nicolai episcopi, sancti Petri, Bernardi episcopi, Trhani martyris, Augustini episcopi, Teduardi episcopi.

Quoniam, ut ait veritas, nemo accendens lucernam^a abscondit aut sub modio ponit sed super candelabrum, [expediens^b arbitramur], ne lumen gratie, quod in ecclesia Xantensi hiis diebus Dominus dignatus est revelare, sub oblivionis modio abscondatur^c, ipsum legencium memoriis^d per scripture candelabrum presentari^e. Universorum igitur Christi fidelium immutescat karitati, quod, cum dudum sub ignorantie nubilo tectum et pene cunctis incognitum haberetur, ubi sacra beatorum martirum corpora, qui una cum glorioso principe suo Victore patrono nostro apud Troiam Francorum, que nunc Xantici dicitur, triumphum exceperunt martirii, essent recondita et humata, presertim cum nulla de hoc scripti series superesset, crebro forsitan prefate ecclesie incendio intercepta: ecce dominice incarnationis anno 1264, cum iam dicte basilice pars orientalis, ob magnam sui vetustatem ruine iam proxima, renovanda et funditus reedificanda destrueretur, sub ipsius vasta fundamenti et pavimenti soliditate, ubi nec alia corpora consueverant nec poterant sepeliri, nobilis ille preciosorum corporum thesaurus divina annuente gratia est repertus. Ita copiose, quod intra spacium tam loci quam temporis satis artum fere 17^o sanctorum martyrum corpora cum intersignis inventa certissimis in capsas devote et celebriter fuerint translata, quorum capita, que integra haberi poterant, decenter ornata in speciali scrinio reservantur. Unde veracem illam nostrorum seniorum comperimus esse relacionem, qui asserere solebant, licet probare non possent, quod a beata Helena, prima eiusdem basilice fundatrice, dictorum martirum corpora a palustribus locis, in que ab impiis suis carnificibus proiecta esse leguntur, cum non parva diligencia collecta sub predictum pavementum et fundamentum fideliter sint locata. Huic autem assercioni magnum prestat fidei argumentum, quod alias iam multis retro diebus, cum in parte occidentali sepe dicte ecclesie novum chori et turium^f opus construi deberet, ibidem plurima sanctorum corpora modo simili sunt inventa. Itaque cum tam in parte anteriori quam posteriori prefati martires reperti fuerint, minime dubitandum est, quin etiam in locis intermediis reliqui iaceant tempore quo divine placuerit providencie revelandi. Benedicamus igitur Deum cum omni creatura, qui tam precioso locum istum decoravit martirio. Memores verbi, quod quondam Moysi a Domino dictum cunctis loci huius incolis vere dici potest: *Solve calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est.* Solvamus ergo et nos, qui hanc terram sanctam calcamus, solvamus, inquam, a pedibus anime nostre, id est ab affectibus et desideriis carnalium voluptatum et mortalium operum calciamenta, ut pecuali pelle discinti pedes, mundi labiis cordeque in hoc sancto loco propinquare Domino mereamur! Amen.

Sciendum, quod, cum quondam festum translacionis beati Victoris patroni nostri esset in vigilia omnium sanctorum, in qua propter concidenciam festi instantis non potuit convenienter celebrari, Sifridus archiepiscopus Coloniensis ipsum transtulit in feriam proximo precedentem celebrandum sollempniter^g tam a clericis quam a laicis et dedit 40 dies indulgencie ecclesiam visitantibus.

Anno Domini millesimo quadringentesimo secundo, mense Septembris consecrata est crux a domino Iacobo episcopo de Sarepta ante chorum posita; et in dorso ymaginis crucis sunt reliquie de cruce seu ligno Domini, de cruce sancti Petri, de columna qua Christus ligatus fuit in domo Cayphe, de sancta Cecilia, de societate Thebeorum.

Anno Domini 1407, de mense Maii fuit sancta crux argentea deaurata cum rosis; in qua sunt reliquie de ligno Domini et modicum de ligno Domini alterius coloris, quod non videtur. Item de sancto Philippo apostolo. Item de ossibus minutis sancti Victoris et panno quo ipse fuit involutus in sepulcro. Item de sancta Agnete. Item de societate Thebeorum et aliis sanctis. In scrinio dicte crucis cum nodis deauratis sunt reliquie de scapula sancti Pancracii. Item de sepulcro Domini. Item de societate sancti Victoris. Item de ossibus aliorum sanctorum.

In medio crucis argenteae maioris cum lapidibus preciosis, preter reliquias que fuerunt et sunt, ut apparet, superius et inferius ac brachiis, fuerunt anno Domini 1411, vigilia purificationis beate Marie virginis infra scripture reliquie posite: primo retro parvam crucem cristalli de ligno Domini, et in quatuor partibus de panno superposito capiti Domini in sepulcro, de sanctis Martino, Ambrosio et Silvestro. Item retro magnam crucem cristalli de ligno Domini. Item in foramine seu in medio ditorum cristallorum de sanctis Gregorio, Maximino, 11 mill. virg., Thebeis et aliis sanctis.

a) ita c. a) rasura octo litt. b) alia manu add. c) rasura quindecim litt. d) e corr. e) 15. corr. 17. c. f) rasura 60 duarum litt. g) dñi superser. c. h) reliquie c.

NOTAE BREVES ALSATICAE.

Eas descripsit b. m. Ph. Jaffé I. ex membrana saec. XI. bibliothecae Sangallensis, in codice nr. 1394. servata; II. ex cod. Guelferbyitano inter Weissenburgenses nr. 45, qui necrologium continet saeculo XI. conditum. G. W.

I.

NOTA STRASBURGENSIS.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus presentibus atque futuris Christi fidelibus, qualiter Willihelmus Argentinae civitatis episcopus, regia generositate procreatus necnon omnium virtutum stemmate laudabiliter exornatus, in villa Burchein dicta, adiuvante divina gratia, consecravit aecclesiam in honore Dei sanctissimaeque genitricis suae Mariae et in commemoratione sancti Petri principis apostolorum et omnium sanctorum, petitione solo nomine archiepiscopi Beriholti¹ aliorumque per totam provinciam convenientium late fidelium, atque ad matrem aecclesiarum dedicavit. Hanc autem cum manu advocati sui, videlicet Herimanni, confirmavit omni iure suo, videlicet vineis, agris, mancipiis omnibusque dotalibus rebus, praedicto episcopo Willihelmo presente atque confirmante, audientibus cappellanis suis, Azone camerario et Dezimanno decano, Berinhardo atque Ozone, Hartmanno, Notkero, Waltcuonone^a. Conprovinciales autem asstabant presbiteri Rihkowo, Wichart, Zeizolf, Knammo, Vocco, Amezo, Eppo, Adelprecht, Hazo, Rihcolf, Adelprecht, Azzo, Sigebolt, Wodelhart, Hizeman, Bezeli, Trudman, Lanzeli, Herzoliupli^b, Engizo, Keppo, Wazeli, Knammeli, Reginpolt, Wolcuin, Kiselhere. Omnem autem decimatione huic aecclesiae ab antiquis patribus institutam stabilivit et addidit Cuobachdiezen parte sua, excepta ea decimatione, quam suus antecessor Erchenbaldus de Tundelingen hinc abstulit sine generali concilio. Ipse tamen in presentia omnium asstantium palam professus est, iniuste hinc ablatam, et hoc vidisse in aspectu sui antecessoris Werinharii, et iudicatum fuisse^c, et sub aspectu omnium confirmavit, vita comitante in proximo suo generali concilio redditorum fuisse. Huic rei interfuerunt optimates laici Kozzo, Pucco, Cuono, Uozo, Vocco, Mahtfret, Suidker, Adelprecht, Ebezo, Kozman, Emicho, Bezeli, Bodel, Dietpolt cum aliis conprovincialibus Diezeli, Adelbero, Fruondeli, Ruozeli, Liutold, Emhart, Sizo, Kerold, Herewart, Druteli, Cuono, Goteprecht, Azzo, Hizo, Gnammo.

Int. 25. Omnia ista perpetrata sunt 8. Kal. Augusti, id est in festivitate sancti Iacobi apostoli, 30 fratris Iohannis, et sancti Cristofori martiris, regnante Cuonrado 12. anno, ab incarnatione Domini 1035, indictione 3. Hae sunt reliquiae quae in isto altari continentur: De ligno sanctae crucis, de sepulchro Domini, de presepe Domini, de sudario Lazari, de vestimento sancti Iohannis baptistae atque euangelistae, de sanguine sanctorum Petri et Pauli, sancti Iacobi apostoli, Stephani proto-martiris, sancti Laurentii, Georgii martiris, Pancracii^d, Sebastiani, Fabiani, Agapiti, Mauricii, Martini, Uodalrici, Adelfi, Galli, Magni, Otmari; sanctarum virginum Agathae, Agnae, Margaretae.

II.

NOTAE WEISSENBURGENSES.

[2.º Idus Novembr.] Anno dominicae incarnationis 1075, indictione 13, monasterium Sancti Michaelis ad plagam australem in monte excelso constructum dedicavit venerabilis 40 Henricus sanctae Spirensis aecclesiae episcopus, rogatu Samuelis abbatis, qui et ipse idem monasterium non vili factum scemate gloriosissime construxit multaque honorum dignitate sublimatum ad unguem usque perduxit.

a) forte: Walt, Cuonone. b) forte: Herzo, Liupli. c) et iudicatum fu erasum est. d) Pancracii c. e) hac die necrologio inserta sunt haec.

1) Vesontinus, qui sede pulsus erat (SS. V, p. 129 n.).

Anno incarnationis Domini 1072, indictione 10, 7. Kal. Mart. rogatu Samuelis huius abbatissae loci, consentiente Heinrico Spirensis episcopo, per manus Erenfridi Antiquae civitatis¹ venerabilis episcopi dedicata est capella abbatissae in honore domini nostri Iesu Christi et eius vivificae crucis et sanctae Dei genitricis Mariae et sancti Willibrordi episcopi et sancti Maximini. Continentur in ea reliquiae sancti Willibrordi episcopi, de sanguine Christi, de ligno Domini, de veste sanctae Mariae virginis, de capite sancti Iohannis baptistae, de corpore sancti Petri apostoli et de catena ipsius, de sancto Iohanne evangelista, de corpore sancti Mauricii martyris, de sancto Lamberto episcopo et martyre, de corpore sancti Cristofori martyris, Senesii martyris, Ypoliti martyris, Clementis martyris, Adelberti martyris, Sisinii martyris, Ciriaci martyris, Maximini episcopi, Benedicti abbatissae, Philippi confessoris, Servacii episcopi, Anastasiae virginis, Emeritae virginis, Barbare virginis, Margaretae virginis, Gerdrudis virginis, Cantianillae virginis.

ANNALES S. EMMERAMMI MINORES.

Annales hos primum ab Oefelio luci datos (SS. R. Boic. I, p. 46) Pertz, codice in bibliotheca ditissima Monacensi tunc latente, ex illius editione repetere coactus est. Qui cum nonnulla minus accurate expressisset, alia prorsus omisisset, eos ex codice accurate descriptos nunc iterum proponendos duxi. Est membranaceus saec. X, nr. 210. indicatus (cf. Catal. bibl. Monac. I, p. 34, ubi minus recte alius codex a Pertzio adhibitus dicitur), qui f. 31^c—59. cyclos continet decemvovales. His pluribus manibus notae additae sunt historicae, nonnullae, ut videtur, rebus suppare, aliae post adiectae, pleraeque continuo calamo saec. XI. exaratae. Quibus in altera columna positae, in prima quae diversis auctoribus debentur, collegi.

G. W.

- | | |
|---|--|
| 743. Karolus ^{a, 2} imperator natus est. | 732. Gaubaldus ordinatur episcopus ³ . |
| 814. Karolus imperator [fin. ^b]. | 756. Sintpertus ordinatur episcopus. |
| 845. Salzpurg cremata est. | 792. Adalwinus ordinatur episcopus. |
| 846. Pattavia crematur. | 817. Baturicus episcopus ordinatur. |
| 862. Erchanfrid fin. | 848. Erchanfridus ordinatur episcopus. |
| 865. Terrae motus fuit ^c . | 858. Ambricho ordinatur episcopus. |
| 890. Sic cremata est Radisbona. Ambricho episcopus, et Hitto abbas [in.]. | 890. Aspertus ordinatur episcopus. |
| 893. Aasperht episcopus finivit. | 894. Tuto ordinatur episcopus. |
| 895. Zuendipalc dux fin. | 933. Isangrim ordinatur episcopus ^e . |
| 896. Terrae motus secundus fuit. | 942. Guntharius ordinatur episcopus, post 30 ebdomedas obiit. |
| 906. Radasbona igne cremata. | 972. Sanctus Wolfkangus ordinatur episcopus. |
| 907. Exercitus ^d Baiowariorum occisus fuit. | 975. Ramuoldus a sancto Wolfkango ordinatur abbas ^f . |
| 929. Tuto episcopus migravit, et ^g Gundpold episcopus Pataviae et Engilbertus comes. | 995. Gebehardus primus ordinatur episcopus. |
| 944. Michahel ¹ accepit ferulam. | 1000. Wolframms ordinatur abbas. |

40 a) haec post addita sunt. b) post add. c) quaedam erasa sunt, sed non nisi crematur legi potest. d) haec primum a 908. ascripta erant. e) et — comes post alia manu addita. f) notae annorum 944—948. una eaque ut videtur coaeva manu scriptae sunt. g) inter a. 933. et 942. scriptum erat, sed post erasum: ... io migravit. Nescio an de Tutone episcopo cogitandum sit.

1) Oldenburg in Holsatia. Idem qui alibi Eizo vel Ezzo nominatur; v. Lappenberg, 'Archiv' IX, p. 395. 2) Cf. Ann. Iuvav. mai., SS. III, p. 122, ubi haec teste Jaffé manu quinta addita sunt; Ann. Iuvav. min., SS. I, p. 88. 3) Ratisponensis, uti et qui sequuntur episcopi. P. 4) S. Emmerammi, ut etiam abbates sequentes; eo usque episcopi Ratisponenses simul abbatiae S. Emmerammi praefuerant. P.

945. Occisio paganorum¹ ad Weles. 1006. Wolframus iniuste deponitur, et Richoldus substituitur.
947. Perachtoldus dux obiit. 1023. Gebehardus II. ordinatur episcopus.
948. Henricus dux effectus est. Et Otto rex Radasponam venit; et ingens thonium factum est. Occisio paganorum ad Flozzun². 1024. Henricus imperator obiit; Chönradius successit. 5
951. Perahtoldus, filius Arnulfi, expulsus est de Norica. 1028. Richoldus cecitate percussus Hartwico abbatiam reliquit. Is anno 2. sponte regimen monasterii deseruit; cui Burchardus successit.
1036. Gebehardus III. ordinatur episcopus. 10
- Apr. 10. 1037. Burchardus abbas apud Romam in pascale die defunctus est³; cui successit Odalricus.
1044. Beringerus ordinatur abbas.
1048. Reginwardus ordinatur abbas.
1052. Translatio sancti Wolfkangi episcopi et dedicatio criptae eius. 13
1060. Otto ordinatur episcopus.
1062. Combustio coenobii Sancti Emmerammi Idus Aprilis.

ANNALIUM RATISBONENSIIUM MAIORUM FRAGMENTUM.

*Fragmentum hoc preciosissimum ante aliquot annos in singulari folio saec. XI. 20
codici Monacensi, olim Tegernseensi, assuto V. D. Gu. Meyer invenit et cum
V. Cl. Gu. de Giesebrecht communicavit, qui id libro suo de historia impe-
ratorum Germanicorum celeberrimo Vol. IV. ed. 2, p. 515 sqq. inseruit et
quantum ad historiam horum annorum cognoscendam faciat bene exposuit.
Sane annales hos in Bavaria, Ratisbonae ut videtur, scriptos perditos esse, 25
valde est dolendum, quippe qui res tunc temporis gestas diligenter memoriae
tradant. Auctor Henrici IV. partibus studuit, sed aequo animo etiam de adver-
sariis iudicavit. Codex, quamvis mendis nonnullis aspersus, autographus cen-
sendus est, cum compluribus locis eadem manu verba post addita sint, quae
non tam negligentia ommissa quam ad narrationem exornandam adiecta vide-
antur. Codice in bibliotheca Monacensi iterum iterumque quam diligentissime 30
examinato, ope liquoris sulphuratici nonnulla legere potui quae primum edi-
torem fugerunt. Utinam propitia fortuna maiores huius operis partes ut repe-
riantur concedat!*

G. W.

[1084].

... ex his Romanos principes cum bello vincere non posset, sibi tandem fideles
effecerat⁴. Quas gazas dum Italis retribuere haud valeret ex suis propriis opibus, studuit
has colligere de subiectis sibi episcopis et abbatibus aliisque suis principibus prope omni-
bus. Maximam etiam pecuniam de Ratisponensibus atque de cunctis fere in regno suo ad-

1) Ungarorum, ad Wels a, ut videtur 943; v. Dämm- Alibi de hac pugna nihil traditur. 3) Ita etiam
ler, Jahrb. Otto I', p. 130 n. 2) De Floss in pala- Catal. abb. S. Emmer., Roth 'Beiträge' IV, p. 43.
tinatu superiore cogitat V. D. Keinz Monacensis. 4) rex Henricus.

quisivit civibus urbanis, unde adversus eum late succrevit grande odium et invidia immanis. Hoc ipso anno Mogontiacensi pontifici Sigifrido in obstinatione sua contra imperatorem defuncto, quidam episcopi ei consentanei, id est Saltzpurgensis, Pataviensis, Wirzpurgensis, Wormaciensis, Metensis, cum quibusdam Saxonice episcopis caesari rebellabant conanime cuncto. In papa enim suo Hiltibrando, quia adhuc vivebat, magnam fiduciam habebant, quem totis sibi viribus favere sciebant.

1085.

Nat. Domini imperator dum Wangione celebraret atque erroneorum episcoporum machinamenta, diu pontificibus eorum episcopali^b providentia destitutis^c, contra Deum et contra se iniuste multiplicari pertractaret, obtinatum suorum disposuit consilio, ut tantis malis finem faceret cum Dei auxilio. Denique decrevit, ut Wernheri tunc Mogontinus ab eo archiepiscopus constitutus caeterique eius fideles episcopi et alii principes sui post^d epiphaniam Domini, ipso imperatore absente, cum prefatis erroneis episcopis et eorum sequacibus colloquium haberent de no in villa Gerstunga dicta, si imperator dignus esset regno pro sua innocentia, vel si iuste deponendus esset ob capitalia delicta. Ubi dum prope omnes ex utraque parte convenirent, atque Mogontiacus presul Wernheri^e suique auxiliarii ex sanctis scripturis, neminem nisi Deum debere vel iuste posse caesarem deponere, diffinirent, adversarii ex novis suis scriptis conabantur imperatorem Heinrichum^f refutare, sicque discessum est ab invicem, non facta pace, sed o^g peiore facto priore, adeo ut quidam Saxonice preses Dietrich vocabulo^h, cum, prius rebellis imperatori Heinricho^f, ei ex verbis Wernheris archiepiscopi subiugari moliretur, statim a suis comprovincialibus per invidiam occideretur. Hec ergo imperator cognoscens, ante quadragesimale tempus prefatis episcopis malis legatos suos mittens, eos post 14 dies paschalis festi Mogontiam ad generalem synodum venire imperavit; quod si non facerent, paenitus illos ex iudicio papae Clementis et aliorum episcoporum deponendos esse ab episcopis, interminavit. Ipse vero postquam pascha Domini Ratisponae sabbatizavit, ad condictam synodum cum domni apostolici Romanis episcopis multisque cum suis perveniens, emulos suos triduo expectavit. Qui dum Mogontiae essent et in presentiam synodalis concilii venire nolissent, imperator ex Romanorum aliorumque pontificum iudiciis eosdem sibi adversantes episcopos excommunicavit et eorum pontificatus fidelibus suis clericis commendavit. Post hanc synodum generaliter sic peractam, quamvis in diebus rogationum² papa Hiltibrandus moreretur, nullus tamen de episcopis predictis studuit, ut gratiam imperatoris consequeretur. Ipse quoque papa in extremis suis omnes a se excommunicatos vere absolvit de episcopalis panni obligatione, quod episcopi eius, dum viveret sanus adhuc sequaces, tunc quando obiit non credentes, prius ab eo obligatos permansisse fatebantur in excommunicatione. Dixerunt etiam, imperatorem cum omnibus suis esse excommunicatum, unde, si ei humiliarentur, credebant, se incurere grave peccatum. Horum nenas imperator spernens, in eadem aestate ad Saxones cum exercitu perveniens, honorifice ab eis cum omni deditione^b susceptus est, et Herman, quem prius regem habuerunt, ab ipsis cum iuramento deiectus est. Verum dum per aliquot menses pacifice cum multa gloria apud illos fuisset et quorundam consilio exercitum repatriare permisisset, quosdamⁱ presidatus inter ipsos absque eorum consensu permutare voluit; unde postea nimis doluit. Prius ergo illis consentientibus in Saxonia pontificatus sibi adversantibus episcopis auferens et ei subditis clericis tribuens, dum seculares potestates vellet similiter permutare, sensit, prope omnes principes Saxonicos adversum se coniurare. Hac pro causa coactus est occulte inglorius cum suis reverti in Frantiam, anxie volens celeriter remeando devastare cum^k exercitu^h Saxonum provinciam. Pontifices vero tunc constituti in Saxonia pariter cum imperatore inde recesserunt absque gloria. Depulsi autem episcopi, audita imperatoris tali discessione, ad episcopia sua gaudentes redierunt sine dilatione. Interea quidem in Iuvavensi, id est Saltzpurgensis, archiepiscopatu Noricae provinciae prius inauditae ibi calamitates emergerunt, quae omnes fere^h caesaris fideles nimis perterruerunt. Reiecto enim in Mogontina synodo cum aliis episcopis Gebehardo Iuvavensi archiepiscopo, imperator episcopatum dedit suorum cuidam^l clerico

a) ita c.; coniuncto? b) ep. pr. in rasura c. c) de i ius c. d) p. e. D. post add. c. e) Wernh c. f) H. c. g) dissidio vel similia vocabulum suppl. G. h) deditione c. i) quosdam corr. quosdam c. k) post add. c. l) e. cl. 55 e corr. c.

1) De quo cf. Ann. 8. p. 722. 2) Obiit d. 25. Mai.

Perhtold dicto. Ad hunc pontificatum quidam preses Engilpreht nomine miles erat, qui prius eidem Perhtoldo fratrem suum occiderat ipsumque cum sociis^a captum durae custodiae subegit, donec eos inde adhuc rex manens Herman^b redemit. Hinc Perhtolt episcopi nomen adeptus dicto presidi in Karentinis locis multa sua predia devastavit, presesque e contra cum suis auxiliariis Iuvavensem urbem invasit, et sic eam cum^c locis ad eam^d pertinentibus possedit multo tempore, ut novus episcopus interim nullatenus eam posset recipere. Castellum vero munitissimum, iuxta eandem urbem situm, a fidelibus caesaris et sui episcopi erat possessum, qui, quoniam inibi victum habuerunt copiosum, nullis hostibus permiserunt illuc fieri ingressum. Imperator autem prefata mala audiens in Frantia, studuit ambos, episcopum scilicet ac presidem, per internuntios ab inceptis malis compescere; qui nullo modo ei voluerunt acquiescere. Deinde iratus caesar contra episcopum nimisque^e culpasque presidis dissimulando eum laudabat et eundem exercitui contra Saxones aggregari imperabat. Secum ergo iam pridem^f adiutor contra hostes suos extitit; ideo^g ei sua beneficia augens, illum fideliter se adjuvare in adversis rebus, credit. Caeterum ille, qui Perhtoldum super se dominum constituit, nimis ei infidelis postea fuit. Hoc caesar nesciens, dum Ratisponam veniret eundemque sibi placabiliter occurrere cerneret, ipsum ac caeteros comites Noricos cum eorum militibus necnon pontifices cum aliis principibus expeditionem post proximam epiphaniae Domini octavam in Saxonia ei promittere impetravit, et statim pro auxiliariis in Frantiam remeavit.

1086.

Postquam imperator natale Domini in Wormacia et ei contiguis locis epiphaniam Christi celebravit, cum exercitu, quem undecunque ex sibi subditis provinciis congregarat, in Saxoniam intravit. Cumque illuc pervenisset, predicti, iam dictus preses Engilpreht, quoniam frater Magadapurgensis episcopi, scilicet adversarii caesaris, fuit, omnes principes

a) ita G. suppl. b) H. c. c) e. l. ad e. p. post add. c. d) exacerbatus vel simile verbum supplendum videtur. e) in bellum profectus suppleri potest; in codice vero quaedam addita sunt, quae litteris evanescentibus vix legi possunt; si auct. oculis apprehendere mihi videbar; sed fortasse in auxilium scriptum erat. f) dominus fortasse post add. c.

ANNALES S. STEPHANI FRISINGENSES.

Codex Monacensis nr. 21557, membr. s. XI. in 4^o, post calendarium et opera varia chronologica tabulas continet paschales, primum f. 104'—124. usque ad a. 1064. scriptas, post s. XI. ex., ut videtur, quaternione, f. 125—133, adiecto, ad a. usque 1412. continuatas. His diversae manus inde a saeculo XI. notas intulerunt historicas, initio breves, plerumque nuda imperatorum Romanorum nomina continentes, quae recipere nolui; post paucissimas ad reges Francorum pertinentes a. 711—743. Inde usque ad a. 938. nihil marginibus additum est. Postea manus s. XI. seriem episcoporum Frisingensium et alia quaedam exhibuit; alia alia addidit, sed in anno indicando semel (a. 1005) valde a vero aberravit. Anno 1021. monasterio S. Stephani restaurato, abbatum series et mox res variae quae notatu dignae videbantur modo brevius modo etiam uberiore narratione sunt traditae. Deinceps vero continuo fere ordine alter alterum in libri marginibus explendis secutus est, ita ut tot fere scribae quot notae sint discernendi. Nonnumquam etiam multo post, s. XV. quaedam addita sunt, quae ex Annalibus Mellicensibus derivata ut nullius pretii omisi. Reliqua vero quam accuratissime exhibere studui, opera tam viri de nostra collectione ex multis annis optime meriti Föringer, qui diu in hoc codice exscribendo desudavit, quam socii nostri Holder-Egger adiutus. Eae vero notae quae ad ipsum

spectant monasterium transierunt in Chronicon Weihenstephanense, quod exstat in codice Monacensi nr. 1015, 15 foliis membranaceis constans, non ante saec. XVI, ut opinor, ex vetustioribus monasterii libris et chartis compositum. Praeterea apographa olim nescio a quo facta, Monaci asservata, ad manus fuerunt, quae nonnulla exhibent iam temporis iniuria vel liquore chemico minus diligenter adhibito deleta. Nam non uno loco vetus scriptura evanuit, nonnunquam manu recentiore superlita, alibi nonnisi liquoris ope legenda.

Codice hoc Meichelbek in historia Frisingensi conficienda compluribus locis usus est; postea Pez (SS. Austr. II, p. 401 sqq.) posteriorem praesertim partem satis negligenter edidit. Aliquandiu virorum doctorum sollertiam hic liber fugisse videtur; nam deperditus lugebatur¹. Nuper vero illustrissimus comes de Hundt nonnulla ad historiam Frisingensem pertinentia ex illo excerpsit², et V. Cl. Föringer commentatione docta in annalibus academiae regiae Monacensis³ accuratius de eo egit. Qua confecta, V. Cl. Halm, indefessus nostri operis fautor benevolus, hunc librum pretiosissimum, necnon codicem nr. 1015. Berolinum transmisit.

G. W.

711. Pippinus^a Alamanniam ingreditur.

f. 118.

713. Pippinus^a maior domus obiit.

727^(?). Quidam^b Constantinus, qui iecit lapides contra imaginem sancte Marie et ad terram collapsam calcavit, cui noctu in somnis apparuit et dixit, quod id fecisset in suum proprium caput; qui altera die ad murum pugnatorus accedens, lapide in caput ictus moritur.

733 vel 734. Stephanus^a papa dedit Pippino regalia insignia, et ipse Pippinus primus factus est rex Francorum.

741. Karolomannus^a, filius Pippini, maior domus obiit.

f. 119.

743. Karolus^a Magnus imperator natus est.cf. Ann.
S. Remm. min.938. Wolfram^a episcopus obiit⁴; Lantpertus episcopus successit.

f. 122.

950. Multi^a Baioariorum occisi sunt ab Ungariis ad Luo⁵, et Carentani ab Ungariis occisi sunt.

f. 123.

957. Lantpertus¹ episcopus obiit; Abraham episcopus successit.993. Abraham¹ episcopus obiit⁶; Gotescalchus episcopus successit⁶.

f. 123.

1005. Gotescalchus¹ episcopus obiit⁷; Egilbertus episcopus successit. Eodem^b anno Otto imperator adolescens discessit. Et eodem anno Henricus Magontie rex constitutus est.

f. 124.

1021. Terre¹ motus factus est 4. Id. Mai.

f. 124.

Exordium^{b, 8} sumpsit haec monastica vita, Egilberto felicitis memoriae episcopo copiam amministrante ad honorem Dei et sancti Stephani, istoque loco primitus prefecit abbatem venerabilem Sewensis monasterii Gerhardum nomine, et post annum vel plus illo regimen dimittente, Arnoldum reverentissimum virum abbatem constituit.

1024. Henricus imperator obiit 3. Id. Iulii. Eodem anno Chunradus rex Magontiae constitutus est 6. Id. Septemb.

40 a) manu s. XI—XII. b) in marg. a. 727—733. ascripta alia manu s. XII. c) alia manu s. XII. inter a. 733. 734. d) manu s. XI. e) alia manu s. XI. f) ead. manu. g) quae manu s. XV. inserta sunt omisi. h) pergit manus s. XII. i) manu s. XI? k) haec et sequentes notae, quia palluerunt, circa s. XV. atramento superlatae sunt, ut primaeva manus cognosci iam non possit, quae saec. XII. fuisse videtur, nihil tamen, quantum conicere licet, mutatum est. Haec nota in superiore marg. folii 124^a scripta, signo transpositionis ad a. 1021. relata est. l) regem c.

45 1) Weech, 'Kaiser Ludwig d. Baier' p. 61 n. 2) 'Bayrische Urkunden aus dem XI. und XII. Jahrh.' p. 46 sqq. Ex hoc libro codicem novi. 3) 'Sitzungsberichte' 1879, Jan. 4) a. 937; v. Hundt l. l. p. 47. 5) Cf. Ann. Ratisb., SS. XVI, p. 182, et quae collegit Dümmler, 'Jahrb. Otto I.' p. 182 n. 1. / 6) Alii a. 994. indicant; v. Hundt p. 50. Kalendarium f. 18: 7. Idus Iun. Abraham episcopus obiit. 7) In Kalendario f. 17: 2. Non. Mai. Gotescalchus episcopus obiit. 8) In Kalendario vero legitur f. 22. manu s. XII: 4. Id. Dec. Hito Frisingensis episcopus, qui in isto loco primus iniciavit Dei servitium cum uno preposito et sex add. Chron.] prebendaris. Qui et sanctum Alexandrum et sanctum Iustinum de Roma [hunc corr.] huc attulit. Sedit Hito a. 811—834. Chron. his verbis repetitis de Egilwardo ita: A. D. 1021. Egilbertus omneque laude dignus Frisingensis episcopus decimus septimus dictum prepositum cum sex prebendaris suis

1040. Egilbertus* episcopus obiit; Nitkerus episcopus successit.
 1041. Obitus* Arnoldi abbatis. Dietfridus successit.
 r. 123. 1047. Dietfridus^b dimisit abbatiam, et Herricus* subrogatus est.
 1053. Nitkerus^d episcopus obiit; Ellenhardus episcopus successit.
 1062. Herricus* dimisit abbatiam; Peringerus hoc anno subrogatus est. 5
 r. 126. 1064. Peringerus^f abbas in Danubio submersus est in 3. Kal. Mai.
 1065. Hagano* abbas successit in 8. Kal. Feb.
 1078. Ellenhardus^h episcopus obiit in 5. Id. Mart., et successit Meginwardus episcopus in 11. Kal. Ap.
 1080. Haganoⁱ abbas obiit in 4. Idus Nov.; Heinricus^k abbas successit in 4. Kal. Dec. 10
 1082. In^l medio istius anni in 2. Non. Iul. Heinricus^k abbas obiit.
 1083. In^m 3. Non. Aug. Erchanger abbas hic prefecitur.
 1085. In hoc anno combustum est istud monasterium in 2. Non. Iun., in 4. feria ante
 Jun. 4. pentecosten]. Quod sic accidit. Quidam monachus Reginpertus voluit formicas in lecto
 suo comburere, et ignis apprehendit paleas, et sic subito apprehendit* tabulata, et sic totum 15
 claustrum et monasterium incensum est. Eodem monacho multum nitente flammam palearum
 extinguere, totus in facie et in manibus ac pectore crematus est adeo, ut ipsi manus^p
 incurvantur. Qui duobus pueris sustentantibus pervenit ad aquam Mosaha^q, ut se refrigeraret. Sed igne aque frigus usque ad cor fugiente, mortuus est, et 9 dies sic fuit
 in aqua. Quo quibusdam piscantibus invento, noluerunt eum prius sepelire, quam per igni- 20
 tum ferrum examinatum est, ipsum nec monasterium sponte combussisse nec sibimet mor-
 tem fecisse nec quicquam in ea causa egisse, unde deberet communionem et sepultura carere.*
 r. 126. 1090. In^r hoc anno Meginwardo et Herimanno^s pro episcopatu altercantibus, nullo-
 que pectore nec fas aut nefas discernente, excitati sunt Vettingenses^t cives in diabolicum
 zelum, invidia instigante super tres pauperulas mulieres, quasi essent venefice hominum 25
 et frugum perditrices. Quas quodam mane in lecto adhuc dormientes apprehenderunt, et
 ad aquam eas examinantes, nihil in eis culparum invenerunt; et flagellantes eas crudeliter,
 voluerunt eis aliquid eorum que ipsis mendose intentabant extorquere, nec potuerunt. Tunc
 quidam eorum ibant ad Frisingense vulgus, et impetrabant erga quendam Rüdolfum et
 Chōnradum, quod plebium turbas congregaverunt, et pervenerunt ad easdem mulieres, et 30
 comprehenderunt eas et usque Frisingam eas adduxerunt; et iterum eas flagellantes, nihil
 eis veneficii extorquere valentes, duxerunt eas ad ripam Ysare fluminis et combusserunt
 eas omnes tres simul, quarum una viventis pueri pregnans fuit, et sic in igne martirizate
 sunt in 14. Kal. Iul., et a quodam suo consanguineo in ipsa ripa sepulte sunt. Quas postea
 tulerunt ibi quidam sacerdos et duo monachi et in atrio Sancti Stephani sepelierunt, spe- 35
 rantes, eas vere esse dignas christiane communionis.

* Anno 1085. manu s. XV. superscriptum est: In hoc combustum est istud monasterium a quodam monacho causa negligencie.

a) atramento post superlita; v. supra. b) manu s. XI. in marg. c) Heinricus Chr. d) N. e. o. post in loco raso.
 e) post atramento renovata c.; Heinricus Chr. f) manu s. XI. XII. anno 1064. superscr.; est — Mai post renovata.
 g) in marg. manu s. XII. h) inter a. 1077. et 1078. manu s. XII. scriptum, post atramento renovatum. i) inter a. 1079.
 et 1080. manu s. XI. XII. scriptum, post partim atramento a quodam renovatum, qui male scripsit Nagano. k) Hein-
 ricus secundus Chr. l) inter a. 1081. et 1082; H. a. o. post atramento renovata. m) manu s. XI. XII; 4. Non. Chron.
 n) quaedam erasa. o) ap. litteras non certe cognosci possunt. p) pergit in superiore marg. folii (post ipsi in marg.
 infer. signum quoddam ad hanc continuationem lectorem revocat). q) inter a. 1090. et 1091. signum ✕ postum est, 45
 ad quod spectant haec in superiore marg. f. 126. 127. manu saec. XI. XII. scripta, post atramento renovata; quaedam
 desuper olim scripta abscessa sunt; qui... fuit viventis pueri legere mihi videor.

transiit in montem Sancti Viti, quem ipse fundavit. presule copiam amministrante et monasterium ipsum
 Et loco ipsorum instituit monachos cum abbate secun- construi faciente ad honorem summi Dei et sancti
 dum regulam sanctissimi patris nostri Benedicti. Anto Stephani prothomartyris. Et isti loco prefecit pri- 50
 hanc autem fundationem sanctus Corbinianus in monte mum abbatem Gerhardum nomine de monasterio Seun.
 Frisingensi instituerat ordinem sancti Benedicti in 1) Mosach. 2) Editus est hic locus ap. Meichel-
 ecclesia eiusdem sancti consecrata nomine, uti nostris bek, Hist. Fris. I, p. 284. 3) De hoc nihil con-
 temporibus certa manserunt vestigia. Sic igitur exor- stat. 4) Vötting; pagus ad pedem montis S. Ste-
 dium sumpsit haec monastica seu cenobialis vita in phani situs; cf. Meichelb. I, I. 55
 Weyhensteeren, Egilberto dicat memoriae Frisingensi

1095. Hoc^a anno iterum^b consecratum est hoc monasterium in 9. Kal. Sept. a Meginwardo^c episcopo, et ipse abstulit Erchangero abbatiam.

1096. In^d hoc anno Papo^e abbas effectus est in 12. Kal. Iul.

1097. Henricus^f imperator reversus ab Italia reimpetravit Erchangero abbatiam.

1098. Meginwardus^g episcopus obiit in 4. Kal. Mai, in qua etiam die prius nos dispersit. Henricus episcopus successit in 4. Kal. Iul.

1099. Henricus^h episcopus restituitⁱ Paboni abbatiam. Hierusalem^k capta est a Gotfrido duce et principibus Francorum.

1168. Henricus^l (?) uit privi[legium?] moritur (?).

1113 vel 1114. Pabo^m dimisit ultro abbatiam.

1114. Inⁿ hoc anno quidam clericus apud domum Sancte Marie nomine Marchwardus^o diluculo, orto tamen sole, deambulans in curte episcopi australi, prospexit contra Wihinstephin, ubi nubes ad occidentem condensate sunt; ex quibus grandis stella paulatim procedens, usque dum venit ad turrim monasterii Sancti Stephani, ibi aliquandiu stans, tandem processit contra orientem super claustrum, et relicta [turri monasterii, processit] ad austrum, et inde reversa ad^p aquilonem super turrim, reversa ad occidentem, abinde^q [sexies] ad^r [orientem] et sexies ab austro ad aquilonem in modum crucis^s, et ad ultimum ab occidente [redit^t] ad orientem, [et^u] dum venit ad magnum aggerem [pomarii^v, revertitur] ad occidentem super turrim, et ingreditur^w nubem unde primo egressa est^x, et non apparuit amplius, sole celum spacio magno percurrente.

1116 vel 1117. Maginhartus^y intravit abb.^z

1117. Hoc^a anno^a contigit terre motus in 3. Non. Ian. in nocte ante diem, et in die secundo contigit ante vesperam feria 4.

1133. Hoc anno 4. Non. Augusti, luna 17, circa meridiem serena^b diē tenebre factae^c sunt^d, ut stelle apparerent.

1137. Hoc^e anno tonitruum^f factum est non modicum, cuius fulmen monasterium istud^g penetrans, igne replevit, sed parvo dispendio, licet mirabili. Nam monachos in choro stantes et psallentes prostravit, nec tantum eos, sed etiam omnes^h foris stantes et aspicientes. Imago Domini a cruce dissoluta ante altare sancte Crucis est prostrata. Que ita ante altare [facieⁱ] iacuit, ut est in modum^j crucis sinistro brachio efracto. Ipsum altare consecratum ab episcopo Hainrico pluribus in locis perforavit, sicut et monasterium per circuitum^k.

Hoc^l anno Henricus episcopus moritur. Otto episcopus eligitur.

1138. Sed^m hoc anno in episcopatum ducitur. In hoc etiam anno ab eodem episcopo Sigimarus abbas hujus monasterio preficiturⁿ.

1147. Hoc^o anno Sigimarus^p abbas obiit^q. Item hoc anno expedicio facta est contra Sarracenos.

a) inter a. 1094. et 1095. manu coeava scripta, partim post atramento superlita; ad a. 1095. retulit Meich. l. I. p. 286. b) ita scriptum fuisse videtur; iam recons. superlita, et ita Chron. c) Meginbard. Chr. d) inter a. 1095. et 1096; ad h. annum Meich. l. I. e) Pabo iam legitur, voce atramento post superlita. f) inter a. 1096. 1097; r. ab It. r. Er. superlita. g) inter 1097. 1098. coeava manu. h) inter a. 1098. 1099. manu coeava. i) redidit ille qui atramento verbum post renovavit; et ita Chr. k) pergit alia manu s. XII. l) haec codicis linea iam legi nequit. m) inter a. 1113. 1114. manu coeava. n) haec in inferiore marg. f. 127. et 126. scripta manu s. XII, signo ꝛ; postea hic et inter a. 1113. 1114. Quae iam legi nequeunt suppleri ex apographo veteri et Chr. o) Marquardus Chr. p) processit ad a. Iterumque rediit a. t. ad o. Chr. q) et inde apogr. r) ab oriente Chr. s) e. discurrit ad Chr. t) revertitur apogr., sed spatium non sufficit; procedens Chr. u) deest Chr. v) pomerii apogr. w) reingreditur Chr. x) fuerat Chr. y) in marg. inter a. 1116. 1117. alia manu s. XII. — Meinhardus Chr. z) abbatiam Chr. a) inter a. 1116. 1117. alia manu s. XII. b) s. d. supra suppl. c. c) superser. c. d) in superiore marg. manu s. XII; sed a. 1137. signum adscriptum est huc ut videtur pertinet, et hoc anno Chr. e) tonitruum Chr. f) alia coeava manu pergit; o. f. s. et a. in loco raso c. g) super altare scr., sed eras. c. h) ita c. i) circuitum c. k) manu s. XII. l) eadem manu. m) manu s. XIII. in loco raso. n) Signaf. c.

50 1) In Calendario f. 20^r. 2. Non. Oct. legitur: *Stella que caelestium virtutum. Continentur in eodem altari grandis visa est super turrem Sancti Stephani post reliquiae subscriptae etc. Anno Domini 1158, Idus ortum solis duodecim cursus faciens super turrem Iulii dedicata est basilica sancti Iacobi a venerabili in modum crucis anno dominice incarnationis 1114. Ottone Frisingensi episcopo in honore eiusdem sancti*

2) In Calendario 3. Non. Ian. f. 13^r. ita: *Terre motus Iacobi apostoli, fratris Iohannis apostoli. Reconditae sunt etc. et alia de altaribus et reliquiis ecclesiae, ut auctor refert: 'quae in scripturis antiquissimis et pre vetustate pene inlegibilibus inveni'.* 4) Calendarium 6. Idus Nov. f. 21^r: *Sigimarus abbas obiit huius loci.*

60 honore sanctissimae Dei genitricis Mariae omnium-

1148. Hoc^a anno abbas Guntherus constituitur^b.
 1152. Hoc^a anno obiit Chunradus rex. Et Fridericus dux Suevorum ei^d successit.
 1153. Hoc^a anno facta est eclipsis solis 7. Kal. Febr. post meridiem, cum luna esset
 27. secundum computationem lunarem.
 1154. Item^f hoc anno eclipsis lunae in Kal. Ian. post occasum solis, cum iam luna 5
 appareret 14.
 1156. Hoc^a anno abbas Guntherus est depositus, quibusdam fratribus insolentiam
 eius accusantibus.
 1157. Hoc^a anno Rapoto [Pruving.^h] abbas huic loco preficitur.
 1158. Hoc^a anno Otto Frisingensis episcopus pie memorie migravit ad Dominum; 10
 Adilbertus^b in episcopum eligitur, prepositus maioris ecclesie. Item ipso anno Mediola-
 nensesⁱ regi Friderico se obsessi^m dederunt.
 1159. Hoc^a anno Adrianus papa moritur, et cardinales in seditionem versi duos ele-
 gerunt, Rôlandum videlicet et Octavianum.
 1162. Hoc^a anno destructum est Mediolanum a Friderico rege. 15
 1172. Rapoto^o [abbasⁿ] cecus effectus abbatiam resignavit. Siboto [Salzburgensis^q]
 abbas efficitur.
 1174. Siboto, eo^r quod^p esset inutilis, ultro dimisit abbatiam. Reginoto subrogatur.
 1177. Hoc^a anno dominus papa Alexander et Fridericus imperator in concordiam redie-
 runt, et scisma, quod per decem et 9 annos duraverat, tandem terminatum est. 20
 1179. Hoc^a anno mediante quadragesima a summo pontifice Alexandro Rome sino-
 dus^r magna celebrata est.
 Eodem^s anno Henricus dux Bawariae atque Saxoniae reus lesae magestatis ab impe-
 ratore Friderico proscribitur. [Anno^t autem sequenti ducatus] sibi uterque abiudicatur, [et^u
 ipso eodem anno] persequens eum imperator, procinctum in Saxoniam movit ducatumque 25
 Baioariae Ottoni palatino comiti de Wartenberch^v concessit.
 1180. Otto^w [palatinus^x] ducatum suscepit.
 1181. Alexander^y papa moritur. Lucius substituitur Ostiensis episcopus.
 1182. Hoc^a anno Reinoto abbas longa infirmitate destitutus, dimisit abbatiam.
 Altum^z substituitur, prior² huius loci. 30
 1183. Terrae² motus 2. Kal. Maii prima vigilia noctis factus est. Frisingensis ecclesia
 igne exusta est 6. Id. Maii.
 Eodem anno Otto² dux illustrissimus Baioariae et pater patriae, cum imperatore in
 Suevia constitutus, 5. Idus Iulii defunctus est, et inde, ut ipse iusserat, in Skirense cenobium
 devectus, ibidem maximo planctu suorum sepultus est. 35
 1184. Adilbertus² Frisingensis episcopus moritur. Otto Magedeburgensis canonicus
 eligitur et incipiente
 1185. hoc anno, id est in Kalendis Ian., in episcopatum introducitur.
 1187. Hierusalem a rege Babilonis Saladino capitur, prius rege ipsius cum cruce
 dominica in publico conflictu capto, occisis pluribus christianorum et in captivitatem ab- 40
 ductis.
 1188. Imperator Romanus et multi principes cum innumerabili multitudine crucem
 acceperunt hoc anno.
 1189. Fridericus² imperator, magno vallatus exercitu christianorum, contra regem
 Babilonis et Sarracenorum expeditionem movit circa pentecosten in hoc anno. 45
 1190. Fridericus^a divinae memoriae imperator cum Greciam valida manu exiisset [et^b
 terram Turcorum] periculoso itinere transisset, Yconio civitate metropoli illorum devicta,

a) eadem manu in loco raso. b) quaedam hoc et sequenti anno erasa. c) manu s. XII. d) superscr. c. e) alia manu s. XII. f) eadem manu inter a. 1153. 1154. g) iterum alia manu s. XII. h) alia coeva manu superscr. i) eadem manu. k) pergit in superiore marg. l) Mediolanensis c. m) e corr. c. n) superscr. c. o) Eo q. e. i. superscr. 50 eadem manu c. p) qd. c. q) eadem manu ac nota a. 1159. r) s. m. c. e. in loco raso alia manu. s) signo apposito pergit alia manu s. XII. in superiore marg. t) A. a. s. q. alia manu s. XII. XIII. in loco raso. u) et i. e. a. alia manu s. XII. XIII. in loco raso. v) manus s. XV. subnotavit: Witelspach. w) haec inter a. 1179. 1180. in loco raso, praepositis signis quae praecedenti notae in superiore marg. adposita sunt. x) superscr. c. y) alia manu s. XII. z) p. h. l. alia coeva manus add. a) alia manu s. XII. XIII. b) ita apogr. 55

f) De hoc nomine, quo etiam in chartis monasterii indicatur Otto alias de Witelspach dictus, v. Hundt, 'Urkk.' p. 43. 2) prior huius loci add. Chron.

cum in fines A[rmenie* devenisset], infausta morte totius exercitus planctu raptus, et Antiochiam deductus, ibidem intestina eius sepulta sunt. Post cuius decessum continuo pestilentiae clades exercitum invasit, et multi principes et nobiles cum magna multitudine perierunt, principem suum subsecuti. Qua clade plures exterriti repatriarunt, reliqui vero cum Friderico duce Suevorum ad obsidionem civitatis Accaron in terram Ierosolimitanam pervenerunt. Sequenti anno rex Franciae, rex Angliae, dux Boemorum, dux Austriae, dux Lotharingiae et comes Flandriae in auxilium orientali ecclesiae venientes, maria transfretarunt¹.

1191. Eclipsis solis facta est 9. Kal. Iulii die dominico circa horam nonam. Ipso² die cum eclipsis solis facta est, certamen magnum christiani cum paganis circa Accaron inierunt, et multis ex utraque parte occisis, victoria christianis cessit. Eodem anno Accaron christiani receperunt, occisis omnibus Sarracenis in ea repertis. Hainricus³ imperator in die sancto pasce a Celestino papa coronatur.

1192. Hainricus⁴ rex Angliae rediens ab expeditione Ierosolimitana⁵ in Austria capitur et imperatori Heinrico traditur.

1193. Hoc⁶ anno locus noster multis malis et infortuniis attritus est, tam incendii devastatione quam grandinis depopulatione; nam monasterium nostrum cum clastro totaliter combustum est. 5. Idus Maii, incipiente noctis crepusculo.

1197. Altum⁷ dimisit abbatiam. Eberhardus eligitur⁸. Hainricus⁹ imperator moritur.

1198. Hoc¹⁰ anno discordia in regno oritur, Philippo et Ottone pro imperio altercantibus.

1200. Hoc¹¹ anno dedicatum est monasterium loci istius, inpetrante Eberhardo abbate a venerabili domino Kunrado Maguntine sedis archi- et Sabinensi episcopo et crucis Christi ministro, cooperante sibi Ottone secundo Frisingensi episcopo. Idem dominus Kunradus Mag. archiepiscopus paucis interiectis diebus diem ultimum clausit, et ad sedem suam deportatus, ibidem sepulture traditus est¹².

1201. 4. Non. Mai hora nona.

1203. Hoc¹³ anno Baioria¹⁴ multis malis subiacuit, Ludewico duce cum episcopo Ratisponense werram habente. Nam incendiis et rapinis¹⁵ ferre tota terra devastata est.

1206.

1207. Hoc¹⁶ anno facta est eclipsis solis pridie Kal. Martii circa mediam diem.

1208. Hoc¹⁷ anno facta est eclipsis lune pridie Non. Febr. Ipso etiam anno stella comes visa est, et subsecuta sunt hec mala: Rex Philippus interfectus est in loco Babenberch ab Ottone palatino comite de Witelinesbach et Heinrico marchione Hystrie; ob quam causam Bawaria multipliciter attrita est bellis, rapinis et incendiis. Eodem anno Otto, ducis Hainrici filius, regnum, pro quo diu decertaverat, optinuit.

1209. Otto¹⁸ [quartus¹⁹ filius Hainrici ducis Saxonie] rex a summo pontifice Innocentio coronatur.

1211. Hoc²⁰ anno pestilentia magna et fames valida²¹ per totam Bawariam facta est.

1212. Fridericus²² rex Siciliae, filius²³ Hainrici imperatoris, Ottone fugato, regnum obtinuit.

1213. Hoc anno Gerdrüdis Ungarorum regina ab Ungaris occiditur.

1215. Sinodus²⁴ Rome facta est sub Innocentio pontifice III. episcoporum²⁵ plus quam quadringentorum²⁶.

Hoc²⁷ anno civitas tota combusta est Frisinge, tam ecclesie quam domus.

a) *ita apogr. primum; Apinenie ap. alt.* b) *transfretarunt c.* c) *alia fortasse manu s. XII. XIII. inter a. 1190. 1191.*
d) *signo apposito pergit ead. manus in inferiore marg.* e) *inter a. 1191. 1192.* f) *inter a. 1192. 1193.* g) *irmitata c.*
h) *inter a. 1193. 1194.* i) *alia manu coepta in loco raso.* k) *manu s. XII. XIII. in superiore marg., signo: ad a. 1200. posito, a quo folium ducitur.* l) *inter a. 1200. 1201; tria vel quatuor verba erasa.* m) *inter a. 1202. 1203.*
n) *manu qua nota a. 1200.* o) *Baioaria corr. Baioria c.* p) *rapinas corr. rapinis c.* q) *nota erasa.* r) *alia manu s. XIII. in loco raso.* s) *ead. manu partim in loco raso.* t) *con add. sed del. c.* u) *alia manu superscr. c.* v) *ead. manu ac nota a. 1209.* w) *per ante valida del. c.* x) *filii c.* y) *alia manu s. XIII. inter a. 1214. 1215.* z) *alia manus pergit.* a) *quadrig. c.*

1) Ita pro Richardus. 2) Consecratum est autem tione secunda, tercio Kalendas Octobris. Et hec monasterium tunc primum in honore sancti Michaelis reliquiae etc. add. Chron. archangeli ac sancti Stephani prothomartiris, indic-

1217. Stella^a comes visa est: Fames valida per totam Bawariam et Austriam et Marchiam et Ungariam. Rex^b Ungarie, dux Austrie et multi alii principes ex omni (?) Romano imperio Ierosolimitanum-iter (?) arripiunt, insuper ex aliis regnis, ex Anglia, Hispania, Dania reges et principes et innumerabilis multitudo crucem acceperunt.
- 1219^a. Hoc^b anno pie memorie Eberhardo abbate defuncto, Meginhardus successit.
1221. Hoc^c anno Otto II. episcopus obiit; Geroldus successit.
1224. Minhardus^b resignavit abbatiam.
1225. Ulricus^a Atelensis abbas successit.
1226. Ulricus^a abbas in Sewen eligitur, ultro dimisit abbatiam.
- Hoc^a anno civitas tota combusta est Frisinge, ecclesie et^b domus.
1227. Hoc^a anno Honorius^a papa moritur; Gregorius^b substituitur. Ulricus^c in abbatiam eligitur.
1228. Fridricus^a inperator, Heinrici filius, licet a Gregorio excommunicatus propter werram^a qua dissidebant^a, transfretavit. Et Ierosolima cum quibusdam partibus finitimis a soldano pacifice recepit et christianitati, unde per multum temporis captivata alienabatur, iterum adiecit.
1229. Dum^a werra inter apostolicum et imperatorem se protraheret, Heinricus rex, imperatoris filius, Lwdevicum ducem Bawarie^b bello petit, fines Bawarie^b devastando.
1230. Hoc^b anno dominus papa Gregorius et Fridericus inperator in concordiam redierunt.
1231. Hoc anno Geroldus^a episcopus est depositus. Chünradus canonicus substituitur. Lüdewicus^b dux Bawarie^a interfectus est; Otto^c, filius suus, successit.
1233. Hoc^b anno Hainricus^a rex secundario Bauwariam bello intravit.
1234. Hoc^a anno Chünradus^a episcopus propter gwerram inter eum et ducem exortam divina per totam diocesim suspendit.
1235. Hoc^a anno Fridericus inperator contra opinionem^a omnium Alemauniam intravit et Hainricum, filium suum, regno privavit et captivavit.
1236. Hoc^b anno terre motus factus est 16. Kal. Octob.
1239. Hoc^a anno facta est eclipsis solis 3. Non. Iunii circa mediam^a diem.
1241. 2.^a Nonas Octob. eclipsis solis facta est, ita ut stelle pleniter apparent in celo in medio^a die.
1242. 11000^b virginum claustrum dominarum combustum est^a.
1245. Hoc^a anno claustrum^a nostrum et monasterium totaliter combustum est, Leodegarii mart. noctis crepusculo. Item hoc anno celebratum est concilium a summo pontifice Innocentio III. apud Lugdunum. Fridericum^b inperatorem deposuit.
1246. Hoc^b anno Fridericus dux Austrie ab Ungaris occiditur. Eberhardus^b metropolitanus episcopus obiit, Philippo succedente^a.
1247. Hoc^b anno divina suspensa sunt per fines ducis Bawarie Ottonis et Chünradi regis Swevie^b [et^a suor]um fautorum propter Fridericum antea depositum.
1248. Hoc^b anno rex Francie transfretavit mare cum exercitu magno.
1249. Hoc^a anno idem rex Francie cepit Damiat. et Alexandriam obsedit.
1250. Hoc^b anno Fridericus quondam inperator obiit.
1251. Ulricus^b abbas obiit 15. Kal. Mai. Isenricus^b electus est.
1252. Hoc anno filius regis Boemie duxit relictam regis Hainrici et totam Austriam subiugavit.
1253. Hoc^a anno Otto dux Baw[arie] repentina morte decessit.

a) inter a. 1216. 1217. manu s. XIII. b) alia manu s. XIII. c) quae inter a. 1218. 1219. scripta erant erasa sunt.
d) inter a. 1220. 1221. manu s. XIII. e) eadem manu; Udalricus Chron. ter. f) Ulr. — abbat. alia manu s. XIII. in loco raso super a. 1226. linea ducta tracta erant ad a. 1227; sed hac erasa, alia linea ad a. 1226. tracta sunt. g) alia manu s. XIII: super hoc et ante numerum 1226. crucis signo posito. h) forte: quam legendum. i) Honorius c. k) Gregorius c. 50
l) haec alia manu s. XIII. in superiore marg. scripta, eodem signo hic et ante numerum 1228. posito, margine nimis recesso primae lineae omnia compendia ecamerunt m) werra nunc legitur compendio absciso. n) dissidebat nunc legitur. o) eadem manu. p) Bwario et Bwarie c. q) G. e. priore manu scripta, reliqua eadem ac nota praecedens. r) supercr. c. s) alia manu. t) eadem manu qua maior anni praecedentis pars. u) (hür c. v) oppin. corr. opin. c. w) med' c. x) media corr. medio c.; in meridie Chron. y) eadem manu ac nota a. 1241? z) claustrum c. a) succedat c. 55
b) Særie c. c) tam legi nequeunt. d) eadem manu qua praecedens nota. e) Udalricus Chr. f) haec in superiore marg. manu s. XIII. scripta, signo crucis hic et super numerum 1253. posito.

1) Chron. addit: Non dubium quin claustrum dominarum huius loci, quia absolute scribitur.

1253. Hoc^a anno abbas de Ebersperch destituitur c
ann are.
1254. Hoc^b anno Chûnradus rex obiit.
1255. Hoc^b anno Isenr[icus] electus est depositus. Ulricus^c de Tegernsse^d eligitur.
5 Ulricus^e abbas nostre con[gregationis?] obiit; Ludewicus eligitur.
1256. Hoc^b anno Ludewicus palatinus Reni^f uxorem suam in Werde decollavit^g.
1257. Boemorum^h rex sua iniqua rabie concitatus, cum expeditione armatorum in-
travit terram Bawarie, et in fugam versus apud Müldorf, confusus abiit et recessit.
1258. Hoc^b anno Chunradus episcopus obiit; Chunradus comesⁱ eligitur.
- 10 1259. Hoc^b anno fuit maxima fames, et homines de diversis terris-exulaverunt euntes
ad partes Ungarie.
1261. Eodem^b anno ibant penitentes nudi cedentes se ipsos cum flagellis. Hoc^{b,h}
anno abas^l Ludewicus^m resingnavit abaciam; Chunradus eligitur. Fachaⁿ est eglipsis solis.
1263. Hoc^b anno quedam rubedo^o in crepusculo^p noctis in celo aparuit. 4
- 15 1264. Hoc^b anno tonitruum factum est magnum, et fecit cissuram magnam de summo
usque ad terram ad magiorem^q ianuam. Item hoc^r anno eglipsis solis facta est in die Os- Aug. 5.
waldi.
1273. Hoc^b anno electus est rex Rûdolfus comes de Habspurc in regem in Franchen- t. 130.
furt.
- 20 1274. Hoc^r anno celebratum est concilium a papa Gregorio Lugdunis.
1275. Hoc^b anno terra Bawarie multis malis subiucuit per incendia et rapinam, duci-
bus L[udewico], H[einrico] discordantibus.
1276. Hoc^r anno rex Rom[anorum] Rôdolfus arma intulit regi Boemie et ad subiectio-
nem eum compulit apud Wiennam.
- 25 1278. Hoc^r anno idem rex a rege Rûdolfo interfectus est. inito certamine in campo
quodd Marchfelt dicitur.
- Hoc^r anno venditum est calvatum^{s,t} Frisingensis mesure pro 9 denariis Monac[ensi-
bus].
1279. Hoc^r anno Ch[unradus] episcopus obiit. Fridericus summus prepositus substi-
30 tuitur^u.
1282. Hoc^r anno obiit Fridericus episcopus Frisingensis.
1283. Hoc^r anno comes Emicho sibi est substitutus.
1284. Hoc^r anno facta est messis generalis in festo Odalrici in campo Frisingensi. tal. 4.
1285. Hoc^r anno innumerabilis multitudo Tartarorum erupit per Meotida paludem, et
35 Ungariam cede, incendiis et rapinis incredibiliter vastarunt, ad ultimum a septem castel-
lesibus^v conclusi, superati, interfecti sunt, vix^w tante cladis nuncii paucissimi vix^x ad propria
remerant. Eodem anno seductor quidam, qui longo tempore homines stultos dementave-
rat — asserit se imperatorem Fridericum —, a rege Ruodolfo est exustus.
- Hoc^b anno dux Babarie^y Hainricus Muldorf diu rebellem obsedit et ad dedicionem^z
40 coegit^a. Eodem anno Iudeorum plus quam 100 in quadam domo sunt exusti Monaci ob
invencionem cuiusdam parvuli ibidem.
1286. Hoc^w anno rex Rudolfus apud Augustam Ricie principibus regni adonatis¹
curiam celebravit, et ibidem ducem H[einricum] et episcopum concordavit, ac^b comiti Tilo-
rensi ducatum Karinthie concessit.
- 45 1290. Hoc^r anno obiit dux Hainricus^c Baubarie. Hoc^r anno ducis Ludwici filius occi-
sus est hastiludio. =

a) erasa c. b) alia manu s. XIII. c) Udalicus Chr. bis. d) vox quedam erasa. e) alia manu post suppl. f) syllaba
erasa c. g) decollavit c. h) haec in inferiore marg. scripta, inter a. 1256. 1257. signo .: postea referuntur. i) com c.
k) haec a. 1262. ponit Chr. l) ita c. m) Ludewicus c. n) inter a. 1262. 1263. alia manu s. XIII. o) rubedo
50 corr. rubedo c. p) nest. add. sed del. c. q) superscr. c. r) eadem manu. s) alia manu s. XIII. in inferiore marg.
scr., hic et ante numerum 1278. postea crucis signo. t) calvarum Pex, perperam a. 1292. u) inter a. 1279. 1280.
manu qua notae a. 1275—1278. v) substituit c. w) eadem manu. x) inter a. 1284. 1285.
alia manu s. XIII. y) haec alia manu s. XIII. in superiore marg. scripta, hic et ante numerum 1285 signo posito.
z) ita c. a) superscr. c. b) tedie. vel cedie. c. c) cegit vel cedit corr. coegit c. d) a to add. sed eras. c.;
55 Meinhardo Pex. e) vox quaedam (clarissimus?) del. c.

1) Quid sit nescio.

1291. Hoc^a anno obiit Rudolfus Romanorum rex.
 Hoc^b anno facta est eglipsis lune in conticinio noctis 16. Kal. Februarii¹.
 Hoc^c anno destructa est Accaron a Saracenis, omnibus christianis in ea occisis.
1292. Quidam^d comes nomine Adolfus de [Nap]sawe^e in regem eligitur.
1293. Hoc^f anno ventus prevalidus ac violentus sexto Kal. Augusti venit, qui multa^g 5
 edifica et muralia deiecit.
1294. Hoc^h anno dux Ludwicus obiit.
 Annoⁱ Domini 1298. Albertus dux Astrie^h, filius quondam Rüdolfi regis, contra regem
 Adolfum, fretus multitudine armorum, per Bawariam ascendit et Sweviam, in loco isto
 cum 6 milibus pugnatorum pernoctavit. Sed idem rex Romanorum Adolfus, omnibus prin-
 cipibus ab eo infideliter recedentibus, exceptis ducibus Bawarie Ot[one] et R[udolfo], qui
 cum eo contra ducem Austrie procinctum moventes, pugna habito^b eundem regem idem dux
 Nov. 18. interfecit. Eodem quoque anno in octava sancti Martini predictus dux apud Nourberch,
 omnibus principibus convocatis, est coronatus et in regem antea electus consilio communi.
1300. Hocⁱ anno obiit Ch[unradus] abbas Gunczelhofer^b, et alter Ch[unradus] de 15
 conventu substituitur eidem.
1305. Hoc^k anno consecratum^l est hoc monasterium in honore sancti Michahelis et
 sancti Stephani a venerabili domino gratia Dei Salviensi episcopo 5. Idus Iulii.
 Hoc^m anno dux Otto Bawarie electus est in regem Ungarie.
1306. Hoc anno rex Bohemie interfectus est in^l Olmúnz, et regnum exheredatum est. 20
 Itemⁿ hoc anno dux Austrie in regem Bohemie eligitur, vix^o medium annum regnum
 tenentem^b, et^m obiit.
1307. Item^p hoc anno H[einricus] dux Karinthie ibidem in regem eligitur. Item rex
 Romanorum Albertus cum exercitu magno transivit terram Missinensium et Bohemiam, et
 ibi multa vastavit incendiis et rapinis; postea divertit Austriam et pertransivit Bawariam 25
 invito duce Stephano, incendiis plurimis circa^o ipsius sus
1308. Item^q hoc anno idem rex Romanorum Albertus interfectus a suo consanguineo
 Iohanne, dictus 'herzog an-lant'.
 Item^r hoc anno eligitur^o in regem Romanorum Hainricus comes de Lúzelburch.
1309. Item^s Ch[unradus] abbas loci istius creatur et consecratur in episcopum eccle- 30
 sie Anyen[sis]² in civitate Concordia a tribus episcopis.
1311. Item^t iam dictus Ch[unradus] episcopus Anyen[sis] tenens gubernacionem ab-
 bacie usque ad tertium annum. Item postea destitutus ab amministrazione prefate abbacie.
 Et alius eligitur in abbatem dictus Sevelder Hainr[icus], confrater in Tegernse³.
- Item^u episcopus Emcho obiit. Et Gotfridus decanus maioris ecclesie in episcopum 35
 eligitur.
1312. Hoc^v anno rex Romanorum Hainricus dictus de Lúzelburch exercitu copioso
 iter arripuit ad terram Latinam, et civitatem dictam Brizziam obsedit, hinc et inde utraque
 parte preliantibus, demum totaliter destruxit, et^o valida manu Romam intravit, et ibi hono-
 rifice imperatoriam dignitatem adeptus et laudabiliter consecratus; qui pro dolor! postea 40
 iaculis dyabolicis toxicando est necatus a duobus nefandissimis Predicatoribus in sacro
 altari, de sacro calice; sperans salutis sumere ablutionem, sumpsit poculum mortis.
1312. Anno^w Domini 1312. Honor^o. rex Ungarie necnon^o dux Baw[arie] in Lantshut toxi-
 catus obiit.
1313. Hoc anno prefato domino Ot[one] regi^b ac duce mortuo, relicto parvulo herede 45
 cum aliis fratruelibus^w filiorum ducis Stephani, maior pars non sana dominorum terre duci

a) alia manu. b) haec in inferiore marg. alia manu scripta hic et sub numero 1291. signo posito. c) haec sub a. 1291, sed linea ad regionem sequentis anni ducta. d) . . . p. legi videtur. e) in superiore marg. f) alia manu s. XIV. g) haec in inferiore marg. scripta manu s. XIV. in., hic et super num. 1298. crucis signo posito. h) ita c. h) superscr. c. i) reconciliatum Chr. k) alia manu s. XIV. inter a. 1305. 1306. l) i. O. alia coeva manu superscr. c. m) alia manu superscr. c. n) eadem manus pergit. o) Landshutu sparsis apogr.; Landshutani commissis apogr. alt.; Lanthutam factis Per; sed ita legi nequit; potius ante ipsius scriptum videtur . . . hima; alia vero erasa. p) eadem manu. q) eligitur corr. eligitur c. r) haec in summa pag. manu s. XIV. in. scripta, hic et super num. 1312. eodem signo posito. s) na add. sed del. c. t) in summo marg. alia manu s. XIV. partim abscta. u) ita c. (Honorabilis?). v) n no nunc restant. w) fratruel' c.

1) Immo 14. d. Febr. (16. Kal. Mart.). 2) Quae sit, nescio. 3) Chron. add.: Hinc successit Waltherus abbas; sed quo anno, non potui inventire.

Astrie^a adhererunt, et suos nobiles cum aliis in terram introducentes. Tunc dominus Ludwicus dux Bawarie misericordia motus super parvulos patruales, terram ense suo laudabiliter defendit, quosdam occidendo, 70^a et amplius nominatissimos^b Austrie ac Bawarie captivavit.

5 1319. Valter^c obiit^d.

1328. Ch[unradus]^e abbas obiit^f?

1330. Hic^g etiam abbas Ch[unradus] dictus Chren de Austria obiit in die beati Vir-
gilli confessoris. Hoc^h etiam anno isdem abbas in conversione sancti Pauli H. dictum Pran-
dan recepit pro not[ario]ⁱ?
Nov. 27.
Jan. 25.

10 Notandum^j, quod hoc anno Marquardus^k in die sancte Barbare virginis in abbatem est
electus et in Constantia ab episcopo Ch[unrado] Chlingenbergerio Frisingensi confir-
matus et consecratus dominica *In excelso trohno*^l qua cantatur, in 8 dierum spacio in Wey-
henst[even]^m est reversus et a domino de Nannhoven in possessionem abbacie institutus.
Dec. 4.
1331.
Jan. 13.

Fuitⁿ annus 1336. Notandum, quod hoc anno Marquardus^o venerabilis abbas abbaciam
15 tunc in quarto anno rexerat^p, et in translacione sancti Ruperi episcopi in autumpno tempore
totum nostrum monasterium intus et extra, tam in prediis nostris quam in aliis, fuit omni-
mode devastatum, spoliatum per exercitum quadringentorum milium^q galeatorum impera-
toris Ludwici ex una, qui cum eodem Frisingen et circa per totam estatem iacuerat et
omnia destruxerat, et ducem H[einricum] Lantsh[ut.] ex altera, cum exercitu duorum princi-
20 pum^r, ipsius scilicet et regis Boemie, trium milium galeatorum contra imperatorem dictum
iacencium; sed imperator cum suo exercitu per totum territorium potenter necnavit ipsius
ducis H[einrici], et in reversione dicto die destructi fuimus omnimode, necnon et sacer-
dotes nostri fuerunt omnimode denudati.

1338. Hoc anno Michahel. H. not[arius]^s noster factus sacerdos apud dominum abba-
25 tem Marquardum^t.
Sept. 29.

Anno^u Domini 1338, ut apparet, inferioris Bawarie civitates absque ducis H[einrici]
consensu omnes Iudeos in hiis habitantes propter heresim ipsorum, quod Deum crucifixe-
runt, combusserunt. Sed ultimo H[einricus] dux de hoc informatus omnes in Lantsh[ut]
comburare et interficere precepit, quod pauci evaserunt.

30 1339^v. Hoc anno dux H[einricus] inferioris Bawarie obiit 7. Kal. Septemb., et filius
eius Iohannes duxit filiam imperatoris Ludwici.

1347^w. Ludwicus imperator toxicatus^x a ducissa Austrie obiit feria 5, 5. Idus Octobris.

Anno^y Domini 1348, in die conversionis sancti Pauli apostoli, sole lucescente et claro
existente usque post pulsum vesperarum, statim die facto nubilo, est factus terre motus
35 tantus, qui a passione Christi numquam auditus vel visus est aut fuit. Vidimus^z domos
altas et muratas pariter et ecclesias se fortissime moventes et vitra^{aa} propter motum sonos
maximos facientes, ligna silvestria et stancia in terra se invicem concuciencia, fluxus veros
aquarem errantes et extra littora sua propter motum terre exeuntes, et aquas limpidissimas
vidimus turbidas et homines hac hora quasi amentes capita dolentes, euntes in via erran-
40 tes, stantes stare non valentes. Audivimus insuper ob motum talem campanulas in eccle-
siis dependentes se pulsantes.

Hoc etiam anno dominica nocte circa pulsum completorii in epyphania Domini audita
sunt tonitrua magna et fulgura.
Jan. 6.

1367. Obiit^{ab} Marquardus, et huic Pictor succedit^{ac}.
f. 132.

45 a) ita c. b) nominatissimo c. c) alia manu. d) haec alia manu inter a. 1330. 1331. e) not c. f) haec
in inf. marg. alia manu s. XIV. scripta, signo crucis hic et inter a. 1330. 1331. posita. g) Marq c. h) in marg.
eadem manu. i) reparat Chr. male. k) e latere suppl. c. l) in sup. marg. f. 132. m) ead. manu. n) dox. c.

1) Chron. ita: Waltherus abbas obiit, et Chunradus sumpsit, eapropter abbatiam non diu tenuit, sed
tercius illi successit. 2) Chron. add.: et ei Chün-
50 radus quartus dictus Chren de Austria successit.
3) sic nanque scribit qui vidit haec omnia, ut cre-
ditur add. Chron. 4) extra fenestralia Chron.
5) Chronicon ita pergit: Huic quidam monachus in
abbatia successit cognomine Pictor a suo artificio.
35 Qui substantiam monasterii male ac luxuriose con-
quendam monachum de monasterio Schirensi, cogno-

f. 133. 1378. Hic^a prepositus Nove-celle suscepit regere monasterium a duce Friderico.
1380. Leonh[ardus] eligitur².

f. 134
Jun. 26. Item anno^b Domini quadringentesimo septuagesimo secundo, in die sanctorum martyrum Iohannis et Pauli post completorium circa horam octavam facta sunt tonitrua et fulmina, et ex hiis accensa est turris nostra et totalis combusta est una cum campanis^c.

Ex Calendario.

[6. Id. April.] Nota. Anno Domini millesimo 400. quadragésimo octavo obiit abbas Eberhardus pie memorie, qui edificat turrim alcuis; ipse incepit reformationem laudabilem et sanctam. Insuper vixit in ea laudabiliter cum suis subditis. Item ipse impetravit infulam sibi et successoribus in evum duraturam. Et rexit 32 annos. Ipse emit vineas aliquas in Kelhaim et multa bona operatus est.

a) eadem manu. b) alia manu s. XV. c) campanis c.

mine Minnepeck. Verum iam dictus Albertus appellationem fecit contra episcopum Frisingensem, qui eum deposuit et anedictum abbatem, in Pottania, ubi tunc papa fuit, et obtinuit amministrationem abbatiæ contra dictos episcopum et abbatem, sed antequam venit in possessionem, obiit. Successor vero eius predictus Minnepeck, relicta abbatiæ, in suum monasterium reversus est, ibique abbatiam, eligentibus cum fratribus eiusdem monasterii, suscepit. 1) Chron. ita: Quidam prepositus Novae-cellæ dictus Prochrsneest a suo proverbio, Suevus patria^a, suscepit gubernationem monasterii, non ut abbas, sed sicut provisor tantum, Friderico duce Bavariæ illud ei committente, ut ipsum recuperaret; quod et fecit. Multum enim profuit monasterio, auxilium ferente iam nominato duce. Is tamen prepositus non diu rexit monasterium, sed, ut legitur, tercio anno monachos ad eligendum abbatem suis induxit consiliis. Sic itaque factum est, quod post Marquar-

dum venerabilem abbatem in 12 annis quatuor successerunt huius monasterii rectores seu prelati usque ad Leonhardum primum. Sed^b quoto anno priorum trium quilibet ceperit vel dimiserit regimen, invenire non valui. 2) Chron. ita: Leonhardus primus venerabilis pater suscepit regimen monasterii et amministrationem abbatiæ sub Leopoldo Frisingensis ecclesiæ episcopo et Friderico duce Bavariæ. Hic Leonhardus monasterium illud Weyhensteven ad pristinum statum reduxit, bona monasterii multiplicavit idque laudabiliter rexit ac decoravit utiliter. Ipse censuram Italici cini pro mille ducatis emit, decem scilicet vasa per singulos annos a quodam preposito Iacobo nomine, monasterii Sanctæ Mariæ Portæ clausæ, nunc in Griess dicti, quæ tamen censura cini non permansit monasterio nostro, ut infra dicitur. Hic vero desinit chronicon, alia manu chartis quibusdam additis.

a) patriam c. b) S. q. a. pri et i. n. v. in loco raso.

CHRONICON SUEVICUM UNIVERSALE.

EDIDIT H. BRESSLAU.

De Chronico Suevico Universali, quae adhuc Epitome Sangallensis Herimanni Augiensis vocabatur, cum uberius alio loco egerim¹, hic breviter disserere sufficiet. Quod chronicon cum antea fere ab omnibus excerptum esse crederetur ex Herimanni magno et praeclaro opere, cuius verbis eum qui excerptisset paucis tantum locis aliquas res ex aliis fontibus haustas addidisse viri docti putabant, equidem demonstravisse mihi videor, rem longe aliter sese habere. Auctorem enim chronici nostri quamquam omnibus fere Herimanni fontibus usum esse constat, ita tamen usus est, ut nonnullis locis ipse verba librorum illorum accuratius redderet quam Herimannus fecit, aliis vero locis eodem modo atque Herimannus mutaret, minueret, auget. Quae res, cum neminem² opinari putem, scriptori nostro praeter Herimanni opus omnes Herimanni fontes ad manus fuisse, duplici modo explicari potest. Namque aut chronicon nostrum ab ipso Herimanno compositum est, aut scriptor chronici nostri atque Herimannus ex uno eodemque opere maiore fere materiam deprompserunt. Quarum opinionum utraque aliquot argumentis defendi potest. Neque enim in ullo codice chronici nostri post annum 1043. quidquam scriptum videmus nisi ea quae ab Herimanno composita esse constat, et inde ab anno 1039. usque ad annum 1043. nostrum opus revera nihil fere nisi brevius Herimanni verborum excerptum praebere videtur³; denique in duobus certe codicibus (de tertio non satis mihi compertum habeo) ad annum quintum Valentis imperatoris haec adscripta sunt: Hinc usque ad annum millesimum quinquagesimum quartum annum ab incarnatione Domini⁴ Hermannus chronica sua perduxit (ita cod. 3), sive: Huc usque chronicam Eusebii Hieronymus perduxit; hinc Herimannus (ita cod. 2)⁴. Attamen gravioris momenti mihi videntur ea argumenta esse, quibus contraria opinio nititur. Ac primum quidem quis est qui Herimannum eisdem fontibus usum in duobus chronicis de eisdem rebus tam diverse retulisse sibi persuadeat, ut non modo annorum sed etiam rerum ordo plane alius fieret? Deinde fuisse revera uberiores Suevicos annales, ex quibus Herimannus inde ab anno 1024. usque ad annum 1039. omnia fere quae narrat hauserit, comprobatur, comparatis cum Herimanno et Annalibus Sangallensibus et Wiponis Gestis Chuonradi secundi. Accedit quod in nostro chronico ad annum 1010. mors Wolferadi comitis narratur, viri in Suevia potentissimi, quem avum Herimanni fuisse con-

³⁵ a) dominus c.

1) 'Neues Archiv' II, p. 566 sqq. 2) Praeter Buchholzium ('Die Wirzburger Chronik', Leipzig 1879), cuius argumentis alio loco respondebo. 3) At de aliquot rebus, velut de histrionibus ad a. 1043, noster etiam in his partibus fusius narrat. 4) Cf. Herim. a. 379, SS. V, p. 80.

stat. Quod si Herimannus scripsisset, numquis credit, eum, qui omnes consanguineos suos in opere maiore enumerat, huius consanguinitatis quominus mentionem faceret intermisisse?

Quae cum ita sint, mihi adhuc verisimilius esse videtur, chronicon nostrum si non totum, certe maximam partem nihil aliud esse nisi epitomen quandam (eamque non satis perite factam) operis deperditi — sive annalium sive potius chronici maioris Suevici, quod inde ab initio mundi usque ad annum 1039. seu forsitan 1043. continuatum erat. Ubi vero aut quando haec operis deperditi epitome scripta sit, non satis constat. Codices saeculo XII. antiquiores nobis servati non sunt, sed opusculum ipsum saeculo XI. compilatum esse verisimilimum est. Ad annum 631. haec invenies: Sanctus Gallus nobiscum remansit et cellam suam construere coepit. Quod verbum (nobiscum) utrum ex fonte descriptum an a chronici nostri auctore additum sit, nescimus; si descriptum est, fontem, si additum, chronicon nostrum ad monasterium Sangallense pertinere apparet.

Quamquam chronicon nostrum non magni ad scientiam historiae saeculorum X. et XI. augendam momenti est, aliquot tamen res sunt, quas in eo sive rectius sive plenius narratas invenias, quam in ceteris qui nobis servati sunt libris, Eas vero partes quae annum 768. antecedunt, cum nihil prorsus novi doceant, hic omittendas esse duximus.

Codex nostri chronici archetypus ita videtur instructus fuisse, ut res ad imperatorum annos distribueret, numeros vero annorum incarnationis decimo cuique anno, inde ab anno 1000. unicuique anno ascriberet. Qua re factum sit, ut in nostris codicibus annorum ordo ita turbaretur, ut hodie apparet, non satis constat. Nos ubi in codicibus nostris chronologia et rerum ordo differant, Herimannum plerumque secuti sumus, quem ex eodem fonte hausisse supra diximus.

Novae nostrae editionis parandae haecce fuerunt subsidia:

1) Cod. mon. Gotwicensis, membr. in 4, saec. XII, signatus G 26, qui post Hincmari Vitam S. Remigii et Vitam S. Othmari chronicon nostrum et Herimannianum inde ab orbe condito usque ad a. 1052. continet, subiectis a rubricatore numeris annorum 1052. usque 1058, quem a reverendissimo abbate Gotwicensi Berolinum missum denuo cum editis contulimus. Apographon eum esse luce clarius apparet; aliquot locis librarius quae in fonte suo invenit perperam legit; v. g. ad a. 936. pro Otto Magnus scripsit Othmarus; cuius menda non semper, ut hoc loco factum est, rubricator correxit.

2) Cod. hodie deperditus, quem Ioh. Sichardus publici iuris fecit in libro suo 'En damus chronicorum divinum plane opus eruditissimorum autorum etc.' (Basileae 1529, fol.). Desinit post annum 1065.

2b) Editionem Sichardianam repetivit post Urstisium I. Pistorius T. I. Scriptorum rerum Germanicarum (ed. 1. Francof. 1583; ed. 2. Hanoviae 1613; ed. 3. curante Struvio Ratisb. 1726. fol.). Qui aliquot locis recte, aliis vero perperam textum Sichardianum emendare studuit.

3) Cod. mon. Engelbergensis, membr. in fol., saec. XII, secundum Peritzium apographon codicis Murensis hodie latentis, de quo P. Benedict. Gottwald, coenobii Engelbergensis reverendissimus bibliothecarius, certiores nos fecit; post ipsi eum in monasterio inspeximus. Continet post annales S. Blasii magnam compilationem ab orbe condito incipientem, in qua nostrum chronicon ex aliis libris, imprimis ex Reginone multis additamentis auctum est. Post

annum 939. spatium decem linearum vacuum remansit, indeque librarius nihil addens solummodo nostri chronici verba expressit. Inde ab anno 1044. Herimanni, inde ab anno 1053. Bertholdi chronicon subiunxit.

Duorum priorum codicum varias lectiones omnes, tertii post annum 939. omnes annotavimus, omissis solummodo mere orthographicis ac ne iis quidem in nominibus propriis. Praeterea ad nostram editionem parandam collati sunt Annales Mellicenses (SS. IX), Chronicon Wirzburgense (SS. VI), Chronicon Herimanni (SS. V). Et auctor quidem Annalium Mellicensium, si non nostro cod. 1, at eo certe codice usus est, cuius apographon cod. 1 praebet; adeo ad verbum, quin etiam ad litteram saepissime cum eo congruit. Contra Chron. Wirzburgense codicibus 2 et 3 multo similis est quam codici 1. Denique Herimannus verba libri, ex quo et ipse et auctor chronici nostri hauserunt, aliquot locis fidelius servavit.

Dabam Berolini, d. 20. m. Julii a. 1879.

H. BRESSLAU.

- 15 Karolus^a Magnus^b, Pippini^c filius, cum fratre Karlomanno^d annos 4, postea solus 42.
1. 2. f. Corpus sancti Othmari post 10 annos in insula, qua obiit, incorruptum reperitur et in basilica sancti Galli sepelitur.
- 20 3. 770. Karolus filium Desiderii regis Longobardorum uxorem duxit et statim repudiavit.
4. Karlomannus rex, frater Karoli, moritur. Karolus synodum colligit.
5. Karolus^e rex Saxoniam bello petit.^f Adrianus 97^{msk} papa ordinatus, sedit annos 23, dies 16.
6. Karolus^g Italiam invadit et Desiderium regem vicit.
7. Karolus^h Longobardos cum Italia subiecit annoⁱ ex quo intraverant 205, ipseque cum triumpho Romam venit.
- 25 Corpora sanctorum Gordiani et Epimachi martyrum de Roma in Alamanniam^o [Campidone^p] allata sunt.
8. Karolus item^q Saxoniam petit.
9. Karolus item in Italia Rodcaisum^r occidit.
10. Karolus item in Saxoniam pergit.
11. Karolus Hispaniam invadens cepit.
- 30 12. Karolus item Saxoniam saepius rebellantem invadit. Fames et mortalitas Franciam vastat.
13. 780. Karolus tandem Saxonicum bellum, ut putabatur, subiectis Saxonibus, consummat.
14. Karolus item Romam venit, et Pippinus, filius eius, baptizatur ab Adriano papa.
15. Iohannes^s episcopus et abbas obiit; pro quo Eginus episcopus et abbas Petrus^t. Karolus conventum habuit in Saxonia^v.
- 35 16. Hiltigart^w regina, uxor Karoli, obiit 2. Kal. Mai. Et Bertha^x obiit.
17. Karolus Saxones rebelles plaga magna occidit et christianos fecit.
18.
19. Eclipsis solis facta est 15. Kal. Octob. hora quasi 37. Karolus item Romam perrexit, et^z cruces in vestibus apparuerunt.
- 40 20. Karolus^a per Alamanniam ad fines Baioariae rebellantis^b cum exercitu venit. Waldo abbas Augiae efficitur. Lullo archiepiscopo Richolfus successit.
21. Tassilo dux^c Baioariae, iubente Karolo^d, in Franciam venit, et Baioaria subicitur Karolo^e.
22. Karolus Sclavos qui Wilzi dicuntur bello petit.
23. 790. f. Karolus hunc annum sine bello Wormaciae^f sedit.
- 45 24. Karolus Pannoniam regnum Hunorum^g vastat.
25. i. Saxones fidem^h Christi relinquentesⁱ item rebellant.
26. m. Alwinusⁿ, qui et^o Albinus, his temporibus clarus habetur.
27. p. Fastrada^q regina obiit^r. Karolus magnam synodum^s congregat.
28. t. Karolus Saxoniam^v petit et terciam partem virorum obsides accepit.
- 50 29. Huni munera mittentes Karolo subiciuntur. Adriano papae Leo III. v. papa 98^{us} w successit et sedit annos 20, menses 5, dies 16.

a) Carolus 2. 2^b semper. b) secundus add. 2. 2^b. c) Pipini 2. 2^b semper. d) Carlomanno 2. 2^b semper. e) annis 2. 2^b semper. f) hic 770. scribit 1. g) haec ad annum 5. 1. h) haec ad annum 6. 1. i) 7 hoc loco erasum 1. k) numeri paparum hic et fere semper des. 1. l) haec ad annum 7. 1. m) hanc sententiam sequenti postponit 1. n) deest 1. o) Alemanniam 2. 2^b semper; Alamannia 1. p) additum manu secunda 1. q) iterum 2. 2^b semper. r) deest 2. s) Ruttasium 2. 2^b; Roudgaudum Herim. t) Ioannes 2. 2^b semper. u) P. a. 2. 2^b. Haec sententia sequenti postponitur 2. 2^b; antecedit apud Herim. et 1. v) habuit in Saxoniam Mell.; in S. h. 2. 2^b. w) ita 1. Mell. Wirz.; Hiltigard Herim.; Hildegarta 2. 2^b. x) ita 1. Herim.; Pertha 2. 2^b; Bertha Mell.; Bertha Wirz. y) secunda 2. 2^b. Wirz.; deest Herim. z) et — apparuerunt des. 1. Mell. Herim.; extant 2. 2^b. Wirz. a) hanc sententiam duabus sequentibus postponit 1. b) rebellantes 2. 2^b. c) duce 2. 2^b. d) Carolus 2. 2^b. e) Carolo subicitur 2. 2^b. f) deest 1. g) Wormaciae 2. 2^b semper. h) Hunorum 2. 2^b semper. i) 13. 1. k) ita 2. 2^b. Wirz.; Christum 1. Mell. l) reliquentes 1. m) 16. 1. n) Alwinus 2. 2^b. o) deest 1: Mell. p) 17. 1. q) Fastrada 1. Mell.; Fastrada 2; Fastrada 2^b. Herim. Wirz. r) mortua et Moguntiaci sepulta est 2^b. s) s. m. 2. 2^b. t) 18. 1. u) Saxones 2. 2^b. Wirz. v) superscript. eadem manu 1. w) 99. 2. 2^b.

30. Constantinus^a imperator a Grecis excaecatur.
 31. Romani Leonem papam in laetania^b maiore excaecant et linguam eius amputant. Gerolt^c, piissimus signifer Karoli, in pugna occiditur ab Hunis.
 32.
 33. 800. Liutkarda^d regina obiit 2. Non. Iun.
 34. Karolus imperiali benedictione sublimatus, augustus et caesar Romano nomine^e appellatur. 5
 35. Graeci pacem^f cum Karolo firman.
 36. Terrae motus factus et mortalitas subsequuta est.
 37. Karolus Saxonia rebellaotium multitudinem in^h Franciam transfert.
 38.
 39. Waldoni abbatⁱ Hetto^k Basileae episcopus^l successit. 10
 40. Eclipsis solis facta est 3. Id. Febr. hora quasi 6.
 41. Hoc^m tempore Gotifridusⁿ Nordmannorum^o rex superhe^p Karolo minatur.
 42. Karolus synodum magnam congregat.
 43. 810. Egin^q Constantiae^r episcopus obiit. Eclipsis solis facta est 7. Id. Iun., hora quasi 2. Item^s in eodem 15 anno eclipsis solis facta^t est 2. Kal. Dec. hora quasi 3. Pippinus^u rex, filius Karoli, obiit.
 44. Hetto^v, episcopus ab imperatore Constantino^w mittitur. Karolus thesauros inter episcopia et ecclesias dividit.
 45. Perinhardus^x rex a Karolo efficitur.
 46. Karolus febre et pleuresi pulsatus obiit, indictione 7, 5. Kal. Febr., anno aetatis 71. 20
 Ludowicus^y, Karoli Magni filius, annos 27.
 1.
 2.
 3. Leo papa obiit, et Ludowicus imperator a Stephano papa^z factus est. Stephanus IV.^a papa 99^{us} menses 7.
 4. Paschalis papa 100^{us} effectus, sedit annos 7, dies 18. 25
 5. Perinhardus rex Ludowico rebellat.
 6. Perinhardus rex interiit. Liutwidus^a rebellat.
 7.^b 820. Exercitus contra Liutwidum congregatur.
 8. Item^c exercitus contra eundem^d congregatur.
 9. Nix magna a 10. Kal. Octob. usque in 2. Id. Apr. permansit. 30
 10.
 11. Eugenius^e papa 101^{us} annos 3. Wetti Augiensis monachus in spiritu raptus, admirabilem^f vidit visionem.
 12.
 13.
 14. Valentinus papa 102^{us} dies 40. Gregorius IV. papa 103^{us} annos 16. 35
 15.
 16.
 17. 830. Corpora sanctorum Valentis et Senesii^g in Augiam insulam deferuntur.
 18.
 19. Ludowicus imperator magnum conventum in Noviomago habuit. 40
 20.
 21.
 22. Dedicatio basilicae sancti Galli.
 23. Hetto episcopus Basiliensis obiit.
 24.
 25. Poto^h, diaconus palatii in Iudaismum lapsus est. 45
 26.
 27. 840. Eclipsis solis facta est 4. Non. Mai. hora ante nonam. Et Ludowicus imperator obiit 12. Kal. Jul. Ludowicusⁱ, Ludowici filius, cum fratribus Lothario, Karolo et^m Pippino annos 36.
 1. Bellum inter fratres de partitione^o regni excaudit. 50
 2. Ludowicus Germaniam, Lotharius cum imperatoris nomine Italiam, Karolus Gallias, regnum dividentes, accipiunt.
 3. Iudith imperatrix, uxor Ludowici prioris^p, obiit.
 4. Sergius II.^a papa 104^{us} annos 3.
 5. Hincmarus, vir doctus, Remorum^q archiepiscopus ordinatur.
 6.
 7. Leo IV. papa 105^{us} sedit annos 9, menses 3, dies 6. 55
 8.
 9. Walafridus Strabo abbas Augiensis, vir doctus, obiit.

a) C. i, a G. e. des. 1. Mell. b) litania 2^b. c) Geroldus 2. 2^b. Wirz., Herim.; Gerolt — Hunis ad annum 32. narrat 1; ad annum 798. Mell.; ad eundem annum quo excaecato Leons Herim. d) Liutgarda 2; Liutgarda 2^b. Wirz.; 60 Liutgarda Herim. e) moro 2. 2^b. Wirz. f) vocatur 1. g) cum C. pacem 2. 2^b. h) deest 2^b. i) abbas 2. 2^b. k) Hatto in marg. alias Hatto 2; Hatto 2^b. l) e. B. 2. 2^b; episcopus 1, et similiter saepius. m) H. t. des. 1. Mell. n) Gotifridus 2. 2^b; Gotifridus Wirz. o) Normannorum 2. 2^b semper. p) superhe 1. Mell. q) haec ad annum 42. narrat 2. 2^b, ad annum 813. Herim. r) Constantiensis ob. 1, vide infra. s) item in des. 1. t) facta est des. 2. 2^b. u) Pippinus — obiit des. 1. Mell. v) Hatto 2. 2^b, ubi haec sententia ad finem anni ponitur. w) ita 65 Mell.; Perinhardus 1, vide infra; Bernhardus 2. 2^b. Wirz. Herim. semper. x) Ludovicus tertius 2. 2^b. y) ita 2. 2^b. Herim.; 26 1. Mell.; 27 corr. 26 Wirz. z) a S. p. i. Mell. a) deest 1. a') Ludovicus 2. 2^b; Liutwidus Wirz. b) xii. corr. vii. 1. c) iterum Mell. d) Ludovicum add. 2. 2^b. e) Eugenius — annos 3 ad annum 10. narrat 2. 2^b; ad a. 824. Herim. f) ammirabilem 1. g) Synesii 2; Synesii 2^b; Genesii Herim. h) Poto 1; Puto 2. 2^b; Puoto Herim.; Pontho Wirz. i) tertio 2. 2^b Wirz.; 7. Idus Mai post sextam diei horam Herim. k) 22. 2. 2^b. l) quartus 70 add. 2. 2^b. m) deest 1. Mell. n) 26. 1. o) ita 1. Wirz.; participatione 2. 2^b. Mell. p) prioris corr. manu secunda imperatoris 1. q) Remorum 1. Mell.; infra Remorum. r) hic 4. 800. 1.

10. 850.
 11.
 12. Translatio sancti Remigii Remorum archiepiscopi ab Hinemaro eiusdem urbis archiepiscopo facta est Kal. Oct.
 13. Corpus sancti Martini de tumulo levatur.
 5 14.
 15. b
 16. Benedictus III. c papa 106^{us} sedit annos 2, menses 6, dies 9. Leo c papa, Trôgo f et Rabanus, Hiligart b
 regina obierunt. Lotharius imperator obiit; pro quo filius eius Ludowicus imperator cum fratre Lothario annos 19.
 17. Benedictus papa obiit.
 10 18. Nicolaus papa 107^{us}, vir b doctus, annos 9, dies 9.
 19.
 20. 860.
 21. Meginradus heremita martyrizatur.
 22.
 15 23. Huni christianitatis nomen aggressi sunt.
 24. Translatio sancti Othmari¹ in basilica m sancti Galli.
 25.
 26.
 27. Nicolaus papa obiit; pro quo Adrianus II. papa 108^{us} sedit annos 5.
 20 28. Terrae motus factus est, et cometa visa^a est.
 29. Lotharius rex, frater Ludowici imperatoris^o, obiit, et Karolus Galliarum rex regnum eius invasit.
 30. 870. r Ludowicus imperator de s solario cecidit.
 31. Ludowicus et Karolus cum¹ patre pacificantur. Salomon^o Constantiae^v episcopus obiit. Vso^o magister obiit
 in cenobio Sancti Galli.
 25 32. Wormacium^x fulminis ictu crematur. Grimalt^z abbas^z obiit; cui Hartmōt^a successit.
 33. Iohannes VIII. papa 109^{us} annos 10.
 34. Ratolfus^b Veronensis episcopus obiit.
 35. Ludowicus imperator obiit, et Karolus rex Galliarum Roman pervenit.
 30 36. c Ludowicus rex Germaniae obiit 5. Kal. Sept. d Bellum in Ribuaris^e inter Ludowicum et Karolum committitur.
 Karolus^f iunior, filius Ludowici, cum fratribus Karolomanno^z et Ludowico annos 11.
 1.
 2. Papa Iohannes in Franciam venit. Karolus^b Galliarum rex obiit.
 3. i Ludowicus^b Balbus, filius Karoli, obiit. Eclipsis solis facta est.
 4. 880. Ludowicus, vivente fratre suo Karolomanno, Baiariam ingreditur, et Karolomanno moritur¹.
 35 5. Karolus iunior cum uxore sua Richgarda^b imperiali benedictione sublimatur.
 6. Ludowicus rex Francorum, Karoli imperatoris^o frater, obiit.
 7. Petitione Hartmōt^o Perinhardus^o abbas efficitur. Marinus^p papa 110^{us} annum 1, menses 4
 8 q Adrianus III. papa 111^{us} annum 1, menses 6.
 9 r
 40 10. s Stephanus V. papa 112^{us} ordinatus^t sedit annos 6, dies 14.
 11. a Karolus imperator regno privatur.
 Arnolfus^v annos 12, filius Karolomanni.
 1. Karolus iunior imperator obiit.
 2. Liutpertus^v archiepiscopus obiit; pro quo Sinderolt^v. Salomon^y abbas in cenobio Sancti Galli efficitur.
 45 3. 890. Arnolfus rex exercitum Nordmannorum prorsus delevit.
 4. Ratispona Baiariae urbs incendio flagrat. Sunderolt a Nordmannis occiditur; pro quo Hatto. Salomon^z Con-
 stantiensis episcopus ordinatur.
 5. Formosus papa 113^{us} annos 4, menses 7, dies 18.
 6.
 50 7. Arnolfus Italiam Burgundiamque suo regno subiecit.
 8.
 9. Arnolfus rex Romam veniens imperator efficitur.
 10. Magna^s fames homines se invicem comedere persuasit.
 11. b Post Bonifacium VI. papam 114^{um}, 15. die necatum, Stephanus VI. papa 115^{us} annum 1, mensem 1, dies 19.
 12. Romanus^e papa 116^{us} menses 4, dies 20. Theodorus II. papa 117^{us} dies 20. Iohannes^d VIII. papa
 118^{us} annos 2. Arnolfus imperator moritur. Gentes Pannonicae^e Italiam depopulantur.

a) episcopo 1. Mell. — facta est des. 1. Mell. b) Leo papa obiit add. manu secunda 1. c) deest 1, ei ita plerumque
 hi numeri. d) deest 2. 2b. e) L. p. erasum 1. f) Trogo 2. 2b. g) deest 1. Mell. h) Hilbigart 2b. i) imperavit
 2. 2b. Wirz. k) deest 2. 2b. l) Otmari 2. 2b. m) basilicam 2. 2b. n) visus 2b. o) deest 1. Mell. p) Gallias
 60 corr. G. r. 1; r. G. Mell. q) invadit Mell. r. 880 1. s) e. d. s. 2. 2b. t) e. p. des. 1. Mell. u) Solomon 2. 2b.
 v) Constantiensis 2. 2b. w) Iso 2. 2b. Haec sententia ad initium anni 1. x) Wormat. 2b. y) Grūdnalus 2. 2b.
 Adrianus superscr. manu secunda 1. z) papa 1. a) Hartmōt 1, ubi manus secunda superscripsit Iohs; Hartmutus 2. 2b;
 Hartmout Herim. b) Ratolphus 2. 2b. c) ita Wirz. Haec ad ann 1, trahunt 1. 2. 2b. d) 5. K. S. des. 1.
 e) Riburia 1. Mell. f) V. add. 2. 2b. g) Carlomanno 2; Carolomanno 2b semper. h) hanc sententiam ad initium
 65 anni ponunt 2. 2b. i) haec 1 inserit: Salomon abbas in cenobio Sancti Galli efficitur, quae 2. 2b et Herim. ad a. 889.
 et 890. narrat. k) Ludowicus — facta est ad 4. annum 1; ad annum 879. Herim. l) obiit Wirz. m) Richgarda
 2. 2b; Ribegarda Wirz. n) deest 1. Mell. o) Hartmōt 1. p) Bernardus 2. 2b. q) Martinus corr. Marinus 1, ubi
 haec ad annum 8. narrantur. q) 9. 1. r) 10. 1. s) 11. 1. t) deest 2. 2b. u) 12. 1. v) Arnolphus
 sextus 2. 2b. w) Liutpertus 2. 2b. x) Sinderoldus 2. 2b; Sunderolt Wirz.; Sunderold Herim. y) Salomon —
 70 efficitur des. 1. z) S. C. e. o. des. 1. a) haec ad eundem annum quo conventionem Arnolfi narrat 2. 2b. Herim.; ad
 sequentem 1. Mell. Wirz. b) 10. 2. 2b. c) Romanus — dies 20. ad 11. annum 2. 2b. d) haec post depopulantur
 inserunt 2. 2b. e) quas Hungaros dicimus add. 2. 2b.

- Ludowicus^a, filius Arnolphi, admodum puer, annos 12 regnavit^b.
1. 900. Ungarii^c Baioariam ingrediuntur; plus^d quam mille ex eis occiduntur. Zondebaldus^e rex, filius Arnolphi, occiditur.
 2. Christophorus^f papa 119^{mes} menses 6. Ungarii Carentaniam^g invadunt et in sabbato commissa pugna occiduntur. Eodem anno Moimarius et Isanrichus^h cum rege pacificantur. 5
 3. Benedictusⁱ III. papa 120^{mes} annos 3^h, menses 6, dies 17^l. Ungarii^m a Maruisⁿ occiduntur. Beringer, Reginolt, Gerhart^o, germani fratres, occiduntur.
 - 4.
 5. [Leo^p V. papa sedit 2 menses. Christophorus prius cardinalis sedit menses 4].
 6. 10
 7. Sergius^q III. papa 121^{mes} annos 7, menses 3, dies 23. Pugna inter Adalbertum et Chönradam^r committitur, in qua Chönradius occiditur.
 8. Adalbertus perfidia Hattonis archiepiscopi^s et cuiusdam Liutpoldi^t deceptus, Ludowico^u iubente, decollatur. Baioarii^v ab Ungariis interficiuntur.
 9. Ungarii Saxoniam et Turingiam^w vastant. Liutpoldus^x occiditur. 15
 10. Ungarii Alamanniam petunt. Bellum Franconum cum Ungariis. Adalbero venerabilis Augustensis episcopus obiit.
 11. 910.
 12. Ludowicus rex moritur et Burchardus dux occiditur.
 - Chönradius^y, filius Chönradi, in regnum elevatus, regnavit^z annos 7. 20
 1. Ungarii a Baioariis et Alamannis iuxta fluvium Ine^{aa} occiduntur. Magister^{ab} Notkerus^b obiit. Opertus^c episcopus² occiditur. Cometæ videntur. Rödolfus^{c-3} rex^d obiit.
 2. Ungarii^e Alamanniam depopulantur. Hatto archiepiscopus moritur; Heriger^f successit. Anastasius II.^g papa 122^{mes} sedit^h annos 2, mensem 1, dies 22.
 3. Salomon episcopus captus est. 25
 4. Landoⁱ papa^k 123^{mes} menses 4^h, dies 22. Leo VI.^l papa 124^{mes} mensem 1, dies 26. Iohannes X.^m papa 125^{mes} annos 14^h, menses 2, dies 7.
 5. Ungarii totam Alamanniam igne et gladio vastant. Wiboradaⁿ inclusa est^o.
 6. Erchanger dux et Berhtolt^p, germani fratres, decollantur 12. Kal. Febr. Basilea ab Ungariis destruitur. Ungarii^q per Alamanniam, Alsaciam^r et regnum Lotharii invadunt. 30 Burchard^s dux constituitur.
 7. Chönrad rex moritur. In^t hoc defecit progenies Karoli.
 - Heinricus^u comes rex effectus, regnavit^v annos 18^l.
 1. Salomon episcopus obiit. Burchardus dux Alamannie Rödolfum regem apud^w Winterturum pugna vicit. 35
 2. 920. Karolus Gallie^x rex in Franciam venit. Rachilt^y inclusa est^z.
 3. Harmant^{aa} abbas efficitur in cenobio Sancti Galli.
 - 4.
 5. Sanguis Domini in Augiam insulam defertur.

a) VII. add. 2. 2^b. b) *deest* 1. Mell. c) Hungari 2. 2^b *semper*. d) et plus mille 2. 2^b. e) Zondebaldus 2. 2^b; 40 Zuentibaldus *Herim.*; Zuondebaldus *Mell.* f) Christophorus 1. *Hanc sententiam post sequentem ponunt* 2. 2^b. g) Carentaniam 1. *Mell.*; Careuthaniam *Wirz.*; Carentanum *Herim.* h) *ita Mell.*; Isanrichus 1; Isanricus *Herim.*; Isauricus 2. 2^b. i) *haec sententia duabus sequentibus postponitur* 2. 2^b. k) 4. 2. 2^b. l) 34. 2. 2^b. m) Ungarii — fratres occiduntur *ad a. 4. 1, ad a. 903. Mell., ad a. 902. Herim., ad a. 6. Wirz.* n) Marius 2. 2^b; amarius *Mell. Wirz.* o) Beringerus, Reginoltus et Gerardus 2. 2^b; Beringer *Wirz.*; Beringer, Reginolt et Gerhart nobiles *Herim.* p) *uncis* 45 *inclusa addit manu secunda* 1; *cf. Herim. a. 904.* q) *haec ad a. 6. 1; post mortem Chönradi* 2. 2^b; *ad a. 905. Herim.* r) Chönradam 2; Guoradam 2^b. s) Luitbaldi 2. 2^b. t) Ludowico 1. *Mell.* u) Baarii 1. *Mell.* v) Turingiam 2. *Mell.* w) Luidpaldus 2. 2^b. x) Conradus 2. 2^b; Chunradus 3 *saepius*; octavus *add.* 2. 2^b. 3. y) elevatus regnans 1; elevatus regni 3; elevatus est regnans *Mell.* z) Ine *superscr.* Eaum 1; Inum 2. 2^b; Ine 3. *Wirz.*; Eaum *Mell.* aa) *duas sententias Magister ... et Opertus ... ad initium anni ponit* 1. b) Notherus 2^b. c) Rödolphus 2. 2^b; Rödolfus *Wirz. Herim. semper.* d) dux 1. e) Ungarii — depopulantur *ad 1. a. 1. Mell.*; Hatto — successit *ad 1. a. 1. f. Herigerus* 2. 2^b. g) *deest* 1. h) *deest* 2. 2^b. i) *superscr.* 1. k) *ita* 2. 2^b. 3. *Herim.*; 13. 1. l) Wiborada 1. *Mell., ubi haec sententia ad initium anni ponitur.* m) *ita* 3; Erchangerus, Berhtaldus 2. 2^b; Erchanger — Febr. *des.* 1. *Mell.* n) Ungarii — constituitur *ad 7. a. 2. 2^b.* o) Alsaciam 2; Alsaciam 2^b. p) Burchardus 2. 2^b. *Mell. Wirz.* q) I. h. d. p. K. *des.* 1. *Mell. Wirz.* r) Henricus 2. 2^b; Haeinricus 55 *Mell. semper*; nonus *add.* 2. 2^b. s) efficitur regnans 2. 2^b. t) 14. 1. u) a. W. *des.* 1. *Mell.* v) r. G. 2. 2^b. w) Rachilta 2. 2^b; *haec ad initium huius anni* 1. x) Herimannus 2. 2^b; Hermannus 3 *saepius*; Hartmannus *Herim.*

1) *Ut fama est caute addit* Herimannus a. 907. 2) Argentinensis. 3) Burgundiae. 4) *Cf. Legg. II.* p. 554. 5) Apud Sanctum Gallum; v. *Herim. a. 916.* 6) Apud Sanctum Gallum; v. *Herim. a. 920.*

6. Engelbertus^a abbas efficitur in cenobio Sancti Galli. Sanctus Ódalricus^b Augustanae episcopus ordinatur.
- 7.^c Wiborada ab Ungariis martyrizata est.
- 8.^d Ungarii totam Franciam^e, Alamanniam, Alsaciam, Galliam gladio et igne vastant.
- 5 Burchardus dux occiditur; Heremanno^f Alamannia committitur.
9. Heriger archiepiscopus obiit; pro quo Hildibertus^g.
- 10.
11. Stephanus VII.^h papa 126^{mas} annos 2, mensem 1ⁱ, dies 12.
12. 930. Henricus rex Boemiam^k petit.
13. Henricus^l regem Abodritarum et Nordmannorum christianos^m effecit. Iohannes XI.ⁿ papa 127^{mas} annos 4, menses 10.
- 14.^o Henricus Ungarios in Syrbia^p interfecit.
- 15.^q Thieto^r abbas efficitur in cenobio Sancti Galli.
- 16.^s Notingus Constantiae^t episcopus obiit; pro quo Chónradus.
- 15 17. Leo VII.^u papa 128^{mas} annos 3, menses 6.
18. Henricus rex obiit.
- Otto^v Magnus, Henrici filius, annos 37.
1. Ungarii Franciam, Alamanniam, Galliam usque Oceanum et Burgundiam devastantes, per Italiam redierunt. Monasteria Sancti Galli et Sancti Bonifacii cremantur. Arnolfus^w Noricorum dux et Rödolfus^x rex obierunt.
- 20 2. Stephanus VIII.^y papa 129^{mas} annos 3, menses 4. Henricus, frater Ottonis, ab Eberhardo comprehensus est.
3. Gisilbertus^z et Adalbertus occisi et episcopi in fugam lapsi sunt.
4. 940. Hiemps valida et mortalitas animalium facta. Otto rex Gallias petit.
- 25 5.
6. Marinus^{aa} II. papa 130^{mas} annos 3, menses 6^z. Otto rex et Ludowicus^{ab} pacificantur. Cometae 14 noctes apparent^{ac}, et mortalitas animalium facta^{ad}.
7. Ungarii cum Baioariis pugnant et vincuntur.
8. Terrae motus factus est 16. Kal. Mai.
- 30 9. Agapitus^{ae} II. papa 131^{mas} annos 9, menses 8^c, dies 23. Otto rex Gallias^f ingreditur.
10. Rachilt inclusa defuncta est^e.
11. Berhtolfus^b Baioariorum dux obiit; cuiⁱ Henricus, frater^k Ottonis, successit.
12. Heremannus Alamannorum dux obiit; pro quo Liutolfus^l, Ottonis filius^m. Synodusⁿ 30 episcoporum apud Engelingheim^o coram Ottone et Ludowico regibus congregatur.
- 35 Lindaugia^p concremata est.
- 13.^q
14. 950. Otto rex Italiam petit eamque sibi subiecit et Beringerum regem expulit.
15. Sinodus^r 25 episcoporum apud Augustam Vindelicam coram Ottone rege colligitur. Beringer^s apud Augustam in conventu Ottoni ad deditionem venit. Ignitus lapis, quasi
- 40 massa candentis ferri ab occidente volitans, venit, et draco visus est.
16. Otto rex una cum filio Italiam intrat, ac nuptiae regales Papiae factae sunt.
17. Liutolfus dux Ottoni, patri suo, rebellat. Adalbertus^t comes occiditur.
18. Ungarii^u Noricam^v, Franciam Italiamque petunt^w. Fridericus Mogontiensis^x archiepiscopus obiit.

45 a) Engelbertus 3. b) Udalricus 2. 2b; Ódalricus 3 *semper*; haec ad 7. a. 1. c) 8. 1. d) 9. 1. e) Franciam, Alsaciam atque Alemanniam g. et i. 2. 2b; Franciam, Galliam, Alsaciam atque Alam. *Wirz.* f) Herim. 2. 2b. *Wirz.*; Herim. 3. *et ita semper*. g) Hildibertus 2. *Wirz.*; Hildebertus 2b; Hildipertus *Herim.* h) *superscr.* 1. i) menses 2. 1. k) Poemiam *Wirz.* l) haec ad a. 14. 3. m) christianum 2. 2b. *Wirz.* n) *deest* 1. n') 15. 3. o) Suirbia 2. 2b. *Wirz.*; Swirbia 3. p) 16. 3. q) Tieto 1. r) 17. 3. s) Constantiensis 2. 2b. 3. t) Othmaro *corr.* Otto M. 1; Otho 2. 2b. *saepius*; Otho *Wirz.*; X. *add.* 2. 2b. 3. u) regu. *add.* 3. v) rex R. 1. w) *superscr.* 1; haec ad finem anni 2. 2b. 3. x) Gisilbertus 2. 2b. y) Martinus 1. 2. 2b; haec ad finem anni 2. 2b. 3. z) 2. *codd.* 2. 2b. aa) Ludowicus 3. ab) *deest* 1; apporuerunt *Mell.* ac) *est add.* 2. 2b. ad) Agapetus 2. 2b; haec ad finem anni 2. 2b. 3. ae) 7. 2. 2b. 3. f) Galliam intravit 2. 2b. 3; Galliam ingreditur *Wirz.* g) R. obiit 2. 2b; R. inclusa obiit 3. h) ita 3. *Mell. Wirz. Herim.*; Bertolfus 1; Bertolphus 2. 2b. i) pro quo Liutolphus Ottonis filius regnavit 2b. k) O. f. 2. 55 l) Liutolphus 2; Liutolphus 2b; Lutolfus, *infra* Liutolfus 3; Luidolfus *Wirz. saepius*. m) regnavit *add.* 2. 2b. 3. n) haec ad initium huius anni 1. o) Engelinheim 2. 2b; Engilnheim 3; Ingelenheim *Hgerim.* p) L. c. f. *des.* 1. *Mell.*; Lindaugia 3. q) hie 950. 1. r) haec ad finem anni 2. 2b. 3. s) Beringerus 1. 2. 2b. *Mell.* Beringerus — visus est ad 16. a. 1. t) Adilbertus 3 *saepius*; A. c. v. *des.* 2b. u) haec ad annum anteriorem *Mell.*; ad finem 18. anni 1; cf. *Herim.* v) Noricum 2b. w) petit 3. x) Magontiensis 3.

19. Ungarii^a totam Bajoariam depopulantes, iuxta Augustam, Alahanniae urbem, Deo iuvante ab Ottone rege pugna victi, immensa cede necantur 4. Id. Aug. Henricus dux Baioariae obiit. Iohannes XII.^b papa 132^{us} annos 8, menses 4^b.
20. Liutolfus dux hostiliter Italiam invasit.
21. Liutolfus dux Adalbertum^c bello vicit, et ipse eodem anno obiit^c; pro quo Burchardus.
- 22.^d Cruces^e in vestibus apparuerunt. Alawicus^f abbas² obiit; pro^g quo Ekkihart [sedit^h annos 18].
- 23.
24. 960. 10
25. Signum in sole apparuit. Otto rex Romam veniens, imperator efficitur.
26. Otto rex ab Octaviano Iohanneⁱ papa^k imperator ordinatur.
27. Otto^l imperator natale^m Domini Papiae moratur. Fugato Iohanne, Leo VIII.ⁿ papa 133^{us} ordinatur^o; et post unum annum expulsus atque ab imperatore restitutus, sedit annos 16^p, menses 3^q. 15
28. Item Otto imperator natale^m Domini Romae moratur.
29. Otto imperator de^r Italia redit, et Burchardus^s dux³ in Italia rebelles cesari vicit.
- 30.
- 31.
32. Eclipsis solis 11. Kal. Decemb. 20
- 33.
34. 970.
35. Signum quoddam ignei coloris in^t celo apparuit.
36. Ekkihardo^u abbati¹ Rötmanus^v successit. Sinodus apud Ingiliaginheim^w propter Adalberonem^x, sancti Ódalrici^y nepotem, colligitur. 25
- 37.^z Sanctus Ódalricus Augustensis episcopus anno aetatis 83, episcopatus vero 50, 4. Non. Iul., feria 6, migravit ad Dominum. Eodem quoque^a anno pius^b Otto imperator Non. Mai. subitanea morte apud Parthenopolim obiit^a et sepelitur. Burchardus dux³ obiit; pro quo Otto^c, Liutolfi filius, regnavit^d.
- Otto^e secundus, Ottonis Magni filius, regnavit annos 9. 30
- 1.
- 2.^f Chónradus^g episcopus^h obiit 6. Kal. Decemb.; pro quo Gaminolt^h.
- 3.ⁱ Dissensio inter Ottonem imperatorem et Henricum ducem^k Baioariae oritur. Ymmo^l abbas efficitur ad Sanctum Gallum. 35
- 4.
5. Otto imperator contra Lotharium regem Gallias invadit. Henricus^m et equivocus eius duces et Henricus Augustaeⁿ episcopus capti sunt et in exilium missi.
6. Benedictus V.^o papa 134^{us} sedit^o menses 2, dies 2. Iohannes XIII.^b papa 135^{us} annos 7. Gaminolt^p episcopus^q obiit; pro quo Gebehart^q.
7. 980. 40
- 8.^r Otto imperator Neapolim venit.

a) *huius anni sententia 1 ita ponit: Iohannes . . . Henricus . . . Ungarii . . . cf. Herim.* b) *deest 1.* b') 3. 3. c) *moritur 2. 2^b. 3. Wirz.; obitu vita decessit Herim.* d) 21. 1; *hinc usque ad mortem Ottoms numeri annorum uno minores sunt 1.* e) *haec ad finem anni Mell.* f) Alawicus 2. 2^b; Alwicus 3. g) *cui successit Eggehardus 2. 2^b; cui successit Eggehart 3.* h) *s. a. 18 add. 3; praefuit annis 15 Herim.* i) Iohannes 1. *Mell.* k) *deest 3.* l) *Item Otto natale 3. 45* m) *natalem 2. 2^b.* n) *superscr. manu secunda, l.* o) *ordinatus 2. 2^b.* p) 13 *corr. 16. 1.* q) 6. 3. r) *deest 1, Mell.* s) *Purchardus 1.* t) *i. c. des. 1. Mell.* u) *Eggehardus abbas obiit, cui R. s. 3 falso; cf. Herim.* v) *Rötmanus 1; Rutmannus 2. 2^b; Rötmanus Herim.* w) *ita 1. Mell., Ingelinheim 2. 2^b; Ingelenheim 3. Herim.* x) *Adalberonem 3.* y) *Ódalrici 3; similtier i pro a saepius.* z) 37. *corr. 38. 1.* a) *deest 1.* b) *ita 1. Mell.; anno sed prius 2. 2^b.* e) *Liutolfi f. Otto 1. Mell.* d) *annis 9 add. 2^b; sententia huius anni ita ponit 3: Otto . . . Burchardus . . . Eodem 50 anno sanctus Ódalricus . . .* e) *XI. add. 2. 2^b. 3.* f) *1. codd. 2. 2^b. 3.* g) *Chunradus 3 saepius.* h) *Gaminolphus 2; Gaminolfus 2^b; Gaminoldus 3.* i) *2. codd. 2. 3.* k) *deest 2^b.* l) *Hymno 2; Himmo 2^b; Ymmo etiam Herim. a. 977.* m) *Henricus — missi ad 4. a. 2. 2^b. 3; cf. Herim.* n) *Augustensis 2. 2^b.* o) *deest 2. 2^b. 3.* p) *Gaminolphus 2. 2^b; Gaminoldus 3.* q) *Gebehartus 2. 2^b. 3; tres sententiae Gaminoldus . . . Benedictus . . . Iohannes . . . ad. a. 5. 3; duae sententiae Gaminolphus . . . Benedictus . . . ad a. 5. 2, ad a. 6. 2^b; sententia Iohannes . . . ad a. 7. 2^b; 55; cf. Herim.* r) 7. 2. 2^b. 3.

1) Berengarii filium. 2) Augiensis. 3) Sueviae. 4) Augiensi. 5) Constantiensis.

9. ^a Otto imperator apud ^b Calabriam, occiso a Grecis et Sarracenis ^c exercitu^d, de navi^e exiliens nataudo aufugit. Otto dux^f obiit.
10. ^f Otto imperator Romae 6. Id. Decemb. moritur et ibi sepelitur.
Otto^g tertius, Ottonis secundi filius, admodum puer, annos 18.
1. ^h Rôdmannus^b Augiensis abbas obiit; cui Witegowo^l successit.
3. Benedictus VI. ^h papa 136^{ms} ^k post unum^l annum a Crescentio relegatus et strangulatus est.
4. Eames facta^m est magna. Bonifacioⁿ 137^{ms} papa post unum^l mensem fugato, 10 Benedictus^p VII. ^h papa 138^{ms} sedit menses 9^q.
5. Iohannes XIII. ^h papa 139^{ms}, qui^r et Petrus Papiæ episcopus, post 8 menses a Bonifacio reverso comprehensus et necatus est.
6. Bonifacius VII. ^h papa 140^{ms} interit, et^s Iohannes XV. ^h papa 141^{ms} successit.
7. 990. Ôdalicus abbas et Ekkihardus^m magister in cenobio Sancti Galli obierunt.
- 15 8. Theophanu^w Greca imperatrix, mater Ottonis regis, nono^t anno viduitatis obiit. Faillanus^z Scotus obiit^z.
- 9.
- 10.
11. ^z Chônrado rege Burgundiae mortuo, Rôdolfus, filius eius ignavus, successit.
- 20 12. ^a Gebehardus Constantiensis episcopus obiit; pro quo Lantbertus^b. Heinricus^c dux Baioariae, filius Heinrici ducis, obiit.
- 13.
14. ^a Chônradus dux^z obiit; pro quo Heremannus. Witegowo^l obiit; Alawicus successit. Brun^e, qui et Gregorius V, papa 142^{ms} Romae ordinatus^f, sedit annos 2^z, menses 9^b; et^g 25 Otto imperator efficitur.
- 15.
16. ^h Gerbertus, qui et Silvester II, papa 143^{ms} annos 5^l.
17. ^m 1000. Alawicusⁿ abbas^o episcopus Argentinae promovetur, et^p Werinhere^o abbas efficitur.
- 30 18. ^p 1001. Otto imperator in Italia 10. Kal. Febr. obiit, et intestina eius Augustae et^q reliquum corpus Aquisgrani sepelitur. Kerhardo^r abbati Burchardus successit ad Sanctum Gallum. Heinricus^s dux Baioariae rex effectus^t, regnavit^u annos 23^v, menses^w 5.
1. 1002.
- 35 2. 1003. Heinricus rex Heinricum marchionem^o et alios sibi resistentes cum exercitu petit^x.
3. 1004. Heinricus rex Italiam et^y Boemiam et Bolizlaum ducem Sclavorum^z cum tota gente sua subiugavit. Heremannus dux^z obiit; pro quo filius eius puer Heremannus.
4. 1005. Fames^a magna facta est. Iohannes^b XVI. ^h papa 144^{ms} annum^c 1.
- 40 5. 1006. Werinhere^d abbas^e obiit; pro quo Ymmo^e, monasterii destructor et fratrum expulsor, constituitur. Iohannes XVII. ^h qui et Fasanus^f, papa 145^{ms} ordinatur.
- a) 8. 2. 2^b. 3. b) a. C. des. 2. 2^b; apud Galabriam Wirz. c) Saracenis 2. 2^b. d) deest 1. e) manu 3. f) 5. 1; 8. 2. 3; 1. cod. 2^b. g) XII. add. 2. 2^b. 3. h) Rudmannus 2. 2^b; Rôdmannus 3. i) ita 2 et Herim. Witigo 1; Witegevo 2^b; Wittegowo 3. k) deest 1. l) 135. 3. m) primum 2. 2^b. n) m. f. e. 1. o) Bonifacio 3. 45 o) 136. 3. p) Bonifacius 1. q) menses 9 successit 1. r) q. e. P. des. 1. s) deest 2^b. t) papa 141^{ms} des. 1. 3; successionem Iohannis ad a. 7. narrat 2^b. u) Eggehardus 2. 2^b. 3; mors O. et E. ad 9. a. 2. 2^b; ad a. 7. sed post mortem Theophanu 3; mors Theophanu ad 7. a. 2. ad 8. a. 2^b. v) obiit 2. 2^b. w) ita Herim.; Theophanta 1. Mell.; Theophana 2. 2^b; Theophanii 1. x) a. n. 1. y) Eailanus 2. 2^b; F. S. o. des. 1. z) 12. 2^b. a) 13. 2^b. b) Landbertus 2; Landbertus 2^b; Lantpertus 3. c) Heinricus -- obiit ad a. 14. 1; ad a. 997. Mell. d) 15. 2^b. e) Bruno 2. 2^b; Brun -- efficitur ad a. 12. 1. f) ordinatur 3. g) annos 3 Herim. h) 2. 1. i) deest 2^b. k) 17. 2^b. l) ann. 6 (corr. 5) successit 1. m) 18. 2^b. n) Alewicus 2. 2^b; Alwicus 3. o) Werinherus 2. 2^b; Werinhere 3. p) 19. 2^b. q) deest 2. 2^b. 3. r) Gerhardus abbas obiit, B. s. a. S. G. 2. 2^b; Gerhart a. obiit, B. s. a. S. G. 3; Kerhardo ... ad initium anni 1. s) XIII. add. 2. 2^b. 3. t) efficitur 2. 2^b. 3. u) regnavit 2. 2^b. v) 30. 1. w) m. 5 des. Mell.; m. 2 Wirz. x) petit 1. Mell. y) deest 1. Mell. z) Flavorum 2; Slavorum 2^b. 55 a) F. m. f. e. des. 2^b. b) Romae post Gerbertum Iohannes 2^b; haec d. 5. 3. c) sedit annum 2^b. De Ioh. XVI. ad a. 5. 1006. narrat 3, ubi hinc usque ad a. 1037. annorum numeri perversi sunt. d) Werinherus 2. 2^b; Werinhere 3; Werinbario Herim.; haec ad finem huius anni 1. e) ita 1. Herim.; Hymmo 2; Himmo 2^b; Immo 3. f) Phasanus 2. 2^b. 1) Suevorum et Noricorum; cf. Herim. 2) Apud Sanctum Gallum; cf. Herim. 3) Sueviae. 4) Abbas Augiensis. 5) Augiensis. 6) Suinfurtensem. 7) Sancti Galli.

6. 1007. Episcopium Babenberg^a a^b Heinricho rege constituitur^c, et Eberhardus^d ibi episcopus ordinatur.
7. 1008. Bern^e Augiae abbas, vir doctissimus, ordinatus^f, locum eundem pene destructum recollectis^g fratribus recreat. Liutolfus Treverensis^h archiepiscopus obiit, et episcopatum eius Adalbero, frater reginae, sibi usurpare quibusdam contra regem faventibusⁱ molitur; sed a rege convicti, Megingaudus episcopatum reliquerunt.
8. 1009.
9. 1010. Wolferadus^j comes^k obiit 4. Non.^l Mart.
10. 1011. Willigisus Mogonciensis archiepiscopus^m obiitⁿ; pro quo Erchinbaldus^o, Theodoricus^p dux^q a Lothariis captus est.
11. 1012. Chönradius^r dux, filius Ottonis, obiit. Heremannus dux^s junior obiit.
12. 1013. Sergio IV.^t papa mortuo, Benedictus VIII.^u papa 147^{mo} sedit annos 11, dies 21^v.
13. 1014. Heinrichus rex Romae imperiali benedictione coronatur a Benedicto^w papa.
14. 1015. Ernest^x dux^y in venatu ab Adalberone^z comite sagitta occiditur, et Megingaudus Treverorum^{aa} archiepiscopus obiit; pro quo Poppo.
15. 1016.
16. 1017. Gotfridus dux^{ab} Gerhardum vicit.
17. 1018. Lampertus^{ac} episcopus^d obiit; pro quo Rothardus^e.
18. 1019. Chönradius puer, auxiliante patruelis suo Chönrado, postea imperatore^f, Adalberonem ducem^g pugna vincens fugavit.
19. 1020. Benedictus^h papa Babenbergⁱ veniens, ecclesiam sancti Stephani dedicavit. Werinarius Argentinae^j urbis^k episcopus cum Alamannis contra Burgundiones pugnavit et vicit.
20. 1021. Terrae motus magnus^l factus est 4. Id. Mai., feria 6. Heribertus Coloniae^m 23 archiepiscopusⁿ obiit; pro quo Pilgrinus^o.
21. 1022. Heinrichus imperator^p novam Troiam cepit, et magna in exercitu mortalitas facta est. Rothardus episcopus^q obiit; pro quo Heimo. Notkerus^r magister obiit.
22. 1023. Gebehardus^s Ratisponensis^t episcopus obiit; pro quo item Gebehardus^u.
23. 1024. Heinrichus imperator 3. Id. Jul. obiit et in Babenberg^v episcopio^w a se facto 30 in monasterio Sancti Petri sepelitur. Benedictus papa obiit. Iohannes XVIII.^x papa 148^{mo} annos 9.

CHÖNRADVS annos^h fere 15 regnavit.

1. 1025. Magna dissensio in regno contra Chönradam regemⁱ efficitur.
2. 1026. Chönradius rex filium suum Heinrichum regem fecit, et ipse Romam pergens^m, 35 imperator efficitur. Heimo episcopusⁿ obiit; pro quo Warmannus.
3. 1027. Brun^o Augustensis episcopus et Welf^o comes predas et incendia inter se faciunt.
4. 1028. Ernest dux et Welf^o comes Chönrado imperatori ad deditionem veniunt.
5. 1029. Brun^o Augustensis episcopus obiit; pro quo Eberhardus^p.
6. 1030. Chönradius imperator Stephanum Pannoniae regem cum exercitu petit. Interea^q in Alamannia Ernest^r dux et Werinhere comes cum^s aliis multis occiduntur 16. Kal. Sept.

a) *ita Herim. Wirz.*; Babenberg 1; Babinbergense 2. 2b; Babinberch 3; Babenberch *Mell.* b) *ab* 2. 2b. c) constituitur 3. d) Eberhardus 1. e) Bernhardus 2. 2b. f) ordinatur 2. 2b. g) collectis 3. h) Treverensis 2. 2b. 45 i) Wolferadus 2. k) *K* 3. l) *deest* 3. m) Erchinbaldus 2; Erchinbaudus 2b; Erchenbaldus 3. *Herim.* n) et Theodoricus 2. 3. o) *ordinem sententiarum huius anni mutavit Mell.* o) *deest* 1. — Benedictus VIII. 3. o') 146. 2. 2b. p) diebus 12. 2. 2b. dies 25. 3. q) Bonifacio 1. *Mell.* r) *ita* 1. 3; Ernest *Herim. Mell.*; Ernest *Wirz.*; Ernestus 2. 2b. *saepius.* s) T. a. o. p. q. P. *des.* 1. t) Lambertus 2b. u) Rothardus 2. 2b. *et ita infra.* v) imperator 3; Chönradius p. imperator 1. w) et (*deest* 3) Benedictus — dedicavit ad 18. a. 2. 2b. 3. x) Babinbergam 2. 2b; 50 Babenberch *Mell.* y) *deest* 2. 2b. 3. z) f. e. m. 1. a) Heribertus 2. 2b. — Coloniaensis 2. 2b. 3. b) episcopus 1. c) Ligrinus 1; Pilgerinus 3. d) *deest* 1. *Mell.* e) *ita* 1. *Herim.*; Notkerus 2. 2b; Nothgerus *Mell.* — mag. *deest* 2. 2b; magnus 3. f) Ratisponensis 1. g) Babenbergensis 2. 2b; Babinberch 3; Babenberch *Mell.* h) monasterio 3. i) *ita* 3. *Herim.*; 147. 2. 2b. k) imperator pene annos 15. l) Chönradius XIII. 2. 2b. 3. m) *deest Mell.* n) veniens 1. *Mell.* n) Bruno 1. 2. 2b. *Haec ad a. 2. (1026) 2b. 3. Herim.; ad a. 1027. Wirz. Mell.; numeri 3. et 1027. verbis incendia inter se faciunt ascripti sunt* 1. 2. o) Welfus 2. 2b. p) Eberhardus 1; *Mell. hoc anno inserit: Chönradius imperator perrexit in Polloniam.* q) et i. 2. 2b. 3. r) c. a. m. *des.* 1. *Mell.*

1) Avus Herimanni Augiensis. 2) Lotharingiae superioris. 3) Suevica. 4) Lotharingiae inferioris. 5) Constantiensis. 6) Karinthiae. 7) I. 8) II.

7. 1031. Stephanus rex, missis legatis, cum imperatore Chónrado pacificatus est.
8. 1032. Róldolfus rex Burgundiae moriens diadema suum Chónrado^a imperatori^b misit^c.
9. 1033. Chónradus hieme Burgundiam petit. Eclipsis solis 3. Kal. Iul. hora^d quasi 6. Chónradus occidentalem^e Franciam contra Ótonem^f petit. Benedictus IX. ^gpapa 149^{oss}^g, qui et Theophilactus, sedit annos 12, menses 8.
10. 1034. Chónradus^h item Burgundiam vastat. Pagani Saxoniae confinia petunt. Wermannus episcopus obiitⁱ; pro quo Eberhardus. [Chónradusⁱ ex castro suo Limpurgo inter Nemetes et Vangiones sito monasterium fecit, quod in honorem sanctae Crucis et divi Iohannis euangelistae dedicari iussit].
11. 1035. Pagani qui Liutici^k dicuntur Wirbinam^l castellum in confinio^m Saxoniae, multis christianis occisis et captis, optinent; quos Chónradus imperator cum exercitu petit.
12. 1036. Italia civium discordia laborat. Gebehardusⁿ Ratisponensis episcopus^o obiit; pro quo item Gebehardusⁿ. Nuptiae Heinrici regis. Pagani supradicti Chónrado imperatori vectigales facti. Piligrinus^p Agrippinensis archiepiscopus obiit; pro quo Heremannus.
13. 1037. Chónradus imperator Italiam cum exercitu petit et Mediolanensem archiepiscopum^q in custodiam misit; qui fuga lapsus cum aliis quam plurimis^r eidem imperatori rebellat. Óto princeps Karlingorum^s a Gozzelone^t duce^u pugna victus fugiensque a quodam milite occidit^r.
14. 1038. ^vElifrud^v, quae et^w Chunigunt^w, regina^x, uxor Heinrici regis, 15. Kal. Aug. et Heremannus dux 5. Kal. Aug. in Italia cum multis aliis obierunt. Stephanus Ungariorum rex bonae memoriae obiit, qui se ipsum cum tota gente sua ad fidem Christi ex gentili errore convertit; pro quo Petrus regnavit.
15. 1039. Chónradus imperator 2. Non. Iun. obiit et apud urbem quae Spina vocatur sepelitur. Chónradus dux et Adalbero dux^y obierunt. Eclipsis solis 11. Kal. Sept. Reginaldus Spirensis^z episcopus 3. Id. Oct. bonae^{aa} memoriae obiit.
- Heinricus^{ab}, filius Chónradi, annos 17, menses 7^{ac} regnavit^b.
1. ^{ad}1040. Heinricus rex Boemiae ducem^{ad} bello petit, sed multis proceribus et militibus in prestructione silvae citra et ultra occisis vel captis, nichil dignum efficere potuit. Petrus quoque Ungariorum rex eidem duci contra Heinricum regem auxilia mittit.
2. ^{ae}1041. Ungarii quendam Ovonem regem sibi eligentes, Petrum regem suum expellunt. Qui profugus et exul Heinrici regis, cui priori anno rebellaverat, gratiam querit et invenit. Heinricus rex cum exercitu Boemiam^{ae} ingressus, igne predaque cuncta devastat et^{af} rebellem ducem obsides dare et ipsum^{ag} post se Ratisponam^{ah} ad deditionem humiliter venire sibi iureiurando fidelitatem servitiumque confirmare coartat.
3. ^{ai}1042. Ovo^{ai} rex Ungariorum ob susceptum a^{aj} Heinrico rege Petrum^{ak} a se expulsum fines Baioariae predis et incendiis depopulatur. Sed magna pars exercitus eius, quae a septentrionali Danubii parte predas factura venerat, ab Adalberto marchione inita pugna penitus deleta est^{al}. Heinricus quoque rex, sui^{am} ulturus iniuriam, Pannoniam cum exercitu in autumno ingressus, magnam provinciae partem vastavit, duas populosissimas^{an} civitates evertit, plures deditione subiecit. Sed cum Petrum regem suum, quem secum ducebat, nulla ratione provinciales recipere consentirent, alium quendam, quem petebant, ducem eis constituit; quem tamen^{ao} statim post discessum eius Ovo rex de provincia sua in Boemiam depulit. Poppo Aquilegiae^{ap} patriarcha obiit; pro quo Eberhardus.

45 a) Cónrado 1; hinc saepius ita. b) deest 2. 2^b. c) commisit 1. Mell. d) q. h. 2. 2^b. e) orientalem 3. f) Othonem 2; Odonem 2^b; ita etiam Herim.; Ottonem 3; Outhonem Wirz. g) deest 1. h) 149. 2. 2^b. h) Chónradus — petunt ad a. 1035. narrat 1. i) unciis inclusa des. 1. 3. Mell. Wirz. Herim. k) Liutici 2. 2^b 3. l) iuxta confinia 3. m) archiepiscopus 3. n) Piligrinus 1. 3. o) ita 1. Mell.; c. multis aliis 2. 2^b 3. p) ita 3; Carlingorum 1. 2. 2^b. q) Gozzilone 3. r) numeris 1038. et 1039. bis scriptis, deinceps cum ceteris codd. convenit 3.

50 r) Elifrud 1. Mell.; Eliphtruda 2. 2^b; Elifrud 3. s) Cunegundis 2. 2^b. t) e. S. 1. u) b. m. des. 1. v) XV. add. 2. 2^b 3. w) a. 17, m. 7 des. 1; annos 18. 3. Mell. x) 2. 1. y) ducem Boemiae Fratisleum Wirz. z) 3. 1. a) Boemiam superscr. manu secunda 1; B e. o. 2. 2^b; Ungariam c. e. Mell. b) deest 1. c) ipsam 1, ubi ad ante ipsam superscr. manu secunda. d) Ratisponam 1. e) 4. 1. f) Ovo — deleta est ad a. 1041. 3. g) ab 2. 2^b. h) Adalbertus marchio Ungaros superat manus recentior in marg. annotavit 1. i) u. s. 3. k) populosissimas 1. l) Aquilegiae 2. 2^b 3.

1) Constantiensis. 2) Werben. 3) II. 4) III. 5) Aribertum. 6) Lotharingiae utriusque. 7) Cf. Aventini Annales Boic. (ed. 1554) p. 515: *Elstruda quae et Chunyla*. 8) Karióthiae.

4. 1043. Gisila^a imperatrix, mater Heinrici regis, 16. Kal. Mart. obiit et apud^b urbem Spiram sepelitur. Totum tempus aestivum in tempestates pluviasque hiemales pene^c conversum magnam frugum et vindemiarum penuriam fecit. Henricus rex iterum Pannonias cum exercitu petens, satisfactionem, obsides, m^dera, pacis per iusiurandum confirmationem Ungariis^e vix impetrantibus, accipiens, discessit. Qui inde reversus, Constantiensi synodo affuit, ubi primo cunctis^d sibi aliquid debentibus omne debitum dimisit; deinde omnes Sueviae principes minoresque^e personas, cunctis inimicitis destructis, pacificari fecit^f et pacem hactenus inauditam tam in hac quam in aliis regni sui provinciis regia censura per edictum confirmavit. Deinde Agnetem, Willelmi^g Pictaviensis principis filiam, reginam apud Mogontiam^h urbem ungi faciens, regalibus sibi nuptiis apud Ingelheimⁱ, villam regiam, copulavit. Unde infinitam hystriorum et ioculatorum multitudinem ad laudis suae cumulū vacuum et inanem, sine cibo et^h muneribus, merentem abire permisit. Liutpoldus^j marchio, Adalberti marchionis filius, bonae indolis juvenis et maxima Ungariorum clades, immature obiit.

a) Gisla 2. 2^b. Gisela Würz. Gisela — efficit ad a. 1042. 3. b) a. S. s. u. 1. c) deest 1. d) cunctis — deinde 15 des. 2. 2^b. 3. e) memoresque 2. 2^b. f) facit: 1. g) Willelmi 2. 2^b; Willelmi 3; Willelmi Würz. h) Moguntiam 2. 2^b. i) Ingelheim 2. 2^b. 3. k) et m. des. 1. l) Liutpaldus 2. 2^b. 3.

AD MARIANI SCOTTI CHRONICON ADDITAMENTUM.

Codex Lugdunensis inter Scaligerianos nr. 49, membr. s. XI. ex., quem²⁰ accurate descripsit F. Cl. Dümmler ('Forschungen z. D. G.' XVI, p. 168)¹, post Martyrologium, Necrologium tabulasque paschales, quibus additae sunt notae breves historicae sub nomine Annalium S. Bonifacii T. III, p. 117. editae, nonnullis paginis similis argumenti brevem annorum 1065—1083. subiecit historiam, quam cum Mariani chronico arcta necessitudine coniunctam esse, cum annorum²⁵ a Christo nato computatio ipsi propria (22 annis additis indicantur 1087—1105), tum rerum et verborum similitudo probant. Neque Mariani epitomen recte dicas quae hic leguntur, nam quamvis multa quae chronicon praebet omittantur, alia quoque, adduntur, nonnulla rectius exprimuntur, res aliquoties diversis annis adscribuntur, ita ut temporum computatio in chronico saepe³⁰ erronea nonnumquam emendetur, alibi vero etiam pessumdetur. Quae cum ita sint, scriptura vero finem saeculi XI. non excedat, non possum quin hoc fragmentum alterius chronici a Mariano compositi recensione² partem habeam, ita tamen, ut a librario quodam auctoris sermonem et verborum sribendorum rationem hic illic esse mutatos ducam, sive tunc cum hoc describeret frag-³⁵mentum, sive cum Marianus haec amanuensi in calamus daret.

Sunt vero quae hunc ipsum codicem in Mariani manibus fuisse probare videantur. Nam tabulis paschalibus praeter notas supra memoratas quaedam

1) Hoc addam: f. 79^v. manu s. XI. XII. quaedam habere fortitudinem sign. 2) Codicem Vaticanum scripta fuerunt, nunc prorsus erasa. Sed ope liquoris autographum non uno tempore sed sensim scriptum, 40 chemici non pauca legi possunt, quae ostendunt, ultimos annos post additos esse, SS. V, p. 489. somniorum significationem hic exstitisse; e. gr. *Arma monui*; quin ipse Marianus haec relegere et emendare potuerit, etiamsi paulo post mortuus sit, non cum fructibus videre lucrum sign.; *Barbam proleam* est cur dubitemus.

etiamnum saec. XI. adscripta sunt, a Pertzio et Dümmlero omissa¹, quae quam proxime ad Mariani chronicon accedunt, manu ei valde simili, cuius specimen ex codice Vaticano, Mariani autographo, in tabula 4. tomi V. expressum videmus; quare haec ab ipso vel eius librario² exarata esse facile mihi persuaserim. Et non solum haec, sed etiam quae antecedunt a variis scribis exarata cum Mariano convenire, re accuratius examinata intelligitur. Initio etiam calculus qualem ille posuit, qui 22 annis aeram vulgarem excedit, retinetur; necnon cycli ex eius sententia in tabulis, secundum Dionysii ordinem antea dispositis, annotantur. Inde ab a. 560. quidem, alio librario incipiente, notae annis more consueto computatis adduntur; ipsae vero omnes fere cum Mariano conveniunt³. Attamen non raro eadem res aliis verbis sunt expressae, nonnumquam etiam accuratius expositae⁴, ita ut epitomen quidem Mariani haec dicere possis, sed vix ab ipso prorsus alienam. Inter librarios etiam ille agnoscitur qui historiam annorum 1065—1083. scripsit⁵. Denique in fine voluminis iterum Mariani vestigia deprehenduntur.

Catalogus pontificum Romanorum, qui f. 73 sqq. legitur, cum non ultra Stephani III. tempora progredieretur, alia coeva manu brevis addita est continuatio usque ad Gregorium VII.⁶, annis inde a Christo nato secundum computationem Mariani indicatis, ita quidem ut a chronico saepius recedant, cuius verba tamen semel repetuntur⁷. Quae cum procul dubio Gregorio sedente, id est ante a. 1085, scripta sint⁸, Mariani aetatem non excedunt: eius tempore, eius mente, eius fortasse iussu sunt exarata.

Notae vero necrologicae, martyrologio in eodem codice additae, non ultra a. 1040. progrediuntur; eadem manu, quae de obitu Werinharii episcopi (+ 1029) et Guncelini archiepiscopi (+ 1025) retulit, pars quoque annalium (910—1024) exarata est, quae ceteris est antiquior⁹. Tunc igitur Fuldae liber fuerit oportet. Ubi in Mariani manus venisse videtur, et cum hic Fuldense monasterium relinqueret, ab eo codicem esse asportatum et ipso procurante scripta quae arcta necessitudine cum eius opere coniuncta sunt, recte statuere mihi videor. Ideoque non potui, quin brevem illum rerum inde a Christo nato gestarum conspectum, qualem tabulae praebent, hic publici iuris facerem, quem nisi ipsi Mariano tribueris, certe eius aetate, ad eius exemplum confectum esse, concedas oportet.

Marianum vero in opere quod scripsit chronologico retractando dum vive-
re occupatum fuisse, etiam alio libro probatur.

Codex Cheltenhamensis nr. 12200, membr. s. XIII. XIV, post Bedae libros de temporibus, de natura rerum, de temporibus haec continet:

1) Ann. 694—759. Nota vocabulum imperator a. 750. 753. 757, quo perperam Marianus Pipinum insignivit.

2) Cf. quae dixi l. l. p. 481 sqq. de scribis codicis Vaticani. 3) Cf. praesertim a. 593—598, cum iis quae Marianns fusius ex Paulo exposuit, neque quisquam ita retulit. 4) Cf. Mar. 623. Epit. 633.

Hic constituit, ut nullus trahatur de aeclesia.

Hic constituit, ut nemo fugiens ad aeclesiam inde per vim trahatur.

5) Id quod praesertim a. 338, perspicui potest. 6) Paulus sedit et nomina — Adrianus, Iohannes iam antea una cum catalogo a. cedente scripta erant; anni vero post additi ea manu quae continuationem usque ad Gregoriam addidit. 7) a. 1062. de Benedicto: Hic papatiam vendidit etc.; cf. chron. a. 1066: Hic cum papatiam suam vendidisset. Nemo praeter Marianum, quem Florentius Wigorn. exscripsit, vocabulo 'papatia' usus esse videtur; cf. Ducange V. p. 65.

8) Eodem tempore (1075—1096) sedit Ruothardus abbas Fuldensis, in quo abbatum catalogus subsistit.

9) Praeterea notae annorum 715 (Leo imperium suscepit, post erasum). 716. 737—745. 755. 768. iam antea tabulis adiectae erant. Has et notas supra indicatas recte Annales S. Bonifacii cum Pertzio dicas; a. 779—830, quae manu s. XI. scripta esse recte hic monuit, mera sunt excerpta Mariani.

Incipiunt capitula in cronicis Mariani.

1. De variis relationibus et diversis opinionibus ex resurrectione Domini. — 23. Qua ratione inveniri possint anni ab origine mundi.

Expliciunt capitula.

Incipit prologus Mariani Scotti genere in librum cronicarum.

Quoniam chronice nove dominicorum annorum diligenter perscrutantur numerum non modica est diffusio et numerorum non leviter enodabilis complexio, utile duximus ex ipsius pelagi profunditate exceptiunculas quasdam lectoribus caritative porrigere, ut quasi brevi ponte diligenti contexto ratione, et columnarum ecclesiasticarum sustentato probabili auctoritate, ad irreprehensibilem inquisite rei veritatem compendiose valeant transmeare. Divino enim informamur precepto, ut, quod nobis ab aliis fieri volumus, hoc illis cum hilaritate impendimus. Primum investigandum est ex auctoritate euangelistarum et aliorum doctorum, quota feria, quota luna, quotis Kalendis passio vel resurrectio contigerit dominica, ut hoc comperto hinc usque illuc vel illuc usque huc certa computandi ratione secrete deducatur. Et quoniam, si omnibus inde tractantibus idem esset intellectus et ab omnibus idem voce consona confirmaretur, insanum videretur tot et tantis contraire auctoribus etiam deviantibus, ostendenda est dissensio historicorum et cronographorum, ut diversarum et infirmarum repudiatione opinionum una non iam opinio, sed scientia rationabiliter comprobetur, probabiliter confirmetur, firmiter teneatur. Cum enim anniversarius dies unius martyris sive confessoris vel virginis peccatoris hominis et creature in ecclesie 20 libris scribitur et honoratur, Creatoris autem et humane redemptionis dubitatur, quis inde non uritur, nisi a quo minus amatur?

Explicuit prologus.

Incipit liber cronicorum Mariani Scotti excerptus de euangelistarum voluminibus sive doctorum.

De variis relationibus et opinionibus resurrectionis Domini. Resurrectionis itaque Christi tres opiniones traduntur etc.

Quae si cum eis comparaveris quae SS. V, p. 489. ex codice Romano allata sunt, hic aliam eiusdem argumenti expositionem servatam esse, facile agnosces. 24 sunt capitula, quibus hisce verbis 'anni quos queris' finitis, legitur:

Expliciunt chronica Mariani Scotti.

Sed ex ipso chronico ne verbum quidem adnotatum est, sive haec operis pars separatim est ab auctore edita, quod magis crediderim, sive in hoc codice ceteris omissis ex maiore libro descripta.

Diem quo Marianus obiit codex annalium Wintoniensium nuper a V. Cl. Liebermann editus annotavit¹, falso quidem anno (1069) adscriptum: Marianus cronographus 6. Idus Iulii Mogontie obiit.

G. W.

MARIANI EPITOME.

Primus cyclus decennovenalis.

- | | | |
|-------------|--|----|
| Anni Domini | | |
| 1. | Maria virgo 13 annorum dominum Ihesum Christum in dominica nocte peperit. | 40 |
| 16. | Tyberius regnavit ann. 23. Obiit Oct. mense. | |
| 22. | Ciclus magnus paschalis incipit ind. 3. | |
| 34. | Dominus Ihesus 8. Kal. Apr. passus luna 15. | |
| 35. | Sancta Maria 47 ann. obiit. Sanctus Stephanus passus est et sanctus Paulus conversus. | 45 |
| 39. | Fiberius obiit. Gaius 4. mens. 11. | |
| 41. | Secundus decennovenalis ciclus. | |
| 44. | Gaius obiit. Claudius ann. 13. mens. 9. | |
| 48. | Petrus Romam sub Claudio ingressus, sedit ann. 25. m. 2. d. 3. et ordinavit episcopos 3, Linum, Cletum et Clementem. | |
| 59. | Claudius obiit. Nero ann. 13. m. 8. | 50 |
| 60. | Tercius decennovenalis ciclus. | |
| 64. | Iacobus, frater Domini, passus. Cui Simon successit. | |

^{a)} haec deinceps omisi.

1) 'Ungedruckte Anglo-Normannische Geschichtsquellen' p. 73; cf. p. 59. 2) Anni et menses saepe 55 a Mariani chronico recedunt.

72. Nero Petrum et Paulum interfecit. Cui Clemens successit.
 84. Obiit Vespasianus.
 93. Clemens papa obiit. Anacletus successit.
 102. Anacletus passus. Euaristus successit. Domitianus obiit.
 5. 104. Nerva obiit.
 113. Euaristus papa obiit. Alexander successit.
 123. Alexander passus. Sixtus successit. Traianus obiit. Adrianus successit.
 134¹. Sixtus passus est. Telesphorus papa successit.
 145. Telesphorus passus. Yginus papa successit. Antonius regnare coepit.
 10 149. Yginus obiit. Pius papa successit.
 164. Pius papa obiit.
 167². Anicetus papa eligitur.
 168. Antoninus obiit. Marcus Antoninus successit.
 178³. Obiit Anicetus passus. Sother successit.
 15 187. Sother⁴ obiit. Eleuterius successit. — Marcus obiit.
 201. Eleuterius⁵ obiit. Victor successit. Commodus obiit.
 212. Victor passus. Zepherinus papa successit.
 220. Severus imperator obiit. Carcalla, filius eius, regnare coepit.
 227. [Carcalla^a obiit. Macrinus regnare coepit].
 20 228. Caralla^b obiit mense quasi Ianuario⁶.
 229. Macrinus successit ann. 1, mens. 2, obiit quasi Mart.
 230. Marcus Aurelius regnavit ann. 4, mens. 8.
 231. Kalistus papa ann. 5.
 233. Marcus obiit quasi mense Nov.⁷
 25 234. Aurelius Alexander ann. 13, m. 1.
 236. Urbanus papa annos 11.
 245. Pontianus papa annos 5.
 246. Aurelius obiit quasi mens. Dec.⁸ Maximinus regnavit ann. 3, m. 1.
 248. Pontianus passus est 12. Kal. Dec.
 30 249. Antherus papa m. 1, passus 3. Non. Ian.
 250. Fabianus papa sedit annos 14. Maximinus obiit mens. Ian.⁹
 251. Gordianus successit annos 6.
 256. Gordianus obiit quasi mense Ian.⁹ Huic successit Philippus christianus ann. 7.
 263. Philippus interfectus est a Decio mens. Ian. Decius regnavit ann. 3, m. 3 usque Kal. Mai. Fabius
 35 papa passus 14. Kal. Febr. Cornelius papa successit ann. 2.
 265. Cornelius¹ papa passus 8. Kal. Oct. Lucius papa m. octo, passus 4. Non. Mart.
 266. Gallienus et Volusianus] ann. 2, m. 4 usque Kal. Sept. Stephanus papa ann. 3.
 267. Emilianus occidens Gall[ienum] et Volusianum imperavit m. 3 usque Kal. Dec. Call[ienus] et Valerianus ann. 15
 270. Stephanus papa passus Non. Aug.
 40 271. Sixtus papa annos 2. Passus 8. Idus Aug.
 272. Dionisius papa successit ann. 11.
 281. Felix papa ann. 4, mens. 5.
 283. Gall[ienus] obiit mense Nov. Claudius ann. 1, m. 11.
 284. Felix papa obiit 3. Kal. Iunii.
 45 285. Euticianus successit papa ann. 1, m. 6.
 285. Quintilius, frater Claudii, mens. 1. Obiit Kal. Oct.
 286. Aurelianus ann. 5, m. 6. Euticianus papa passus 6. Idus Dec. Gaius papa successit ann. 15
 291. Aurelianus obiit. Tacitus successit m. 6, obiit mens. Sept., et Florianus successit m. 3.
 292. Probus ann. 6, m. 4.
 50 298. Probus obiit. Carus successit ann. 2, menses 2; Kal. Jul. obiit.
 300. Diocletianus successit ann. 20.
 301⁸. Gaius papa passus 10. Kal. Mai. Marcellinus papa successit ann. 11.
 311⁹. Marcellus papa passus 17. Kal. Febr., et Eusebius successit ann. 4, m. 8.
 316. Eusebius papa obiit.
 55 320. Diocletianus imperium proiecit, et Valerianus successit annum 1.
 322¹⁰. Melciades papa ann. 4. Constantinus, filius Helene, ann. 30, m. 10.
 325. Melciades obiit. Silvester successit ann. 22.
 338. Nicenum concilium et fides catholica contra Arrium et executores eius constituitur 10. Kal. Jul.
 consulatu Paulini et Iuliani.
 60 347. Marcus papa mense 8.
 348. Iulius papa ann. 17, obiit.
 352. Constantinus et Constantius annos 27 teste Orosio¹¹.
 364. Liberius papa sed. ann. 20.
 371. Liberius papa in exilium mittitur. Felix successit annum 1.
 65 372. Liberius de exilio revertitur.

a) alia manu add. c. b) ita c., ubi nova pagina incipiente alia ut videtur manu pergitur.

1) Mar. a. 136. 2) Mar. a. 164. 3) Mar. a. 176. pressa sunt ac in chronico. 7) Haec in chron.
 4) Mar. a. 184. 5) Mar. a. 199, et ita deinceps haud leguntur. 8) 310. Mar. chron. 9) 320. ib.
 pontificum anni differunt, imperatorum vero iidem 10) 321. ib. 11) Cf. notam marginalem chronici h. a.
 70 sunt. 6) Haec sensu eodem manente aliter ex-

380.	Constantinus imperator obiit mens. Nov. Iulianus successit ann. 2, m. 8.	
382.	Iulianus occiditur a sancto Mercurio Kal. Iul.	
383.	Iovianus successit mens. 8. Iovianus obiit, et Valentinianus successit ann. 11.	
385.	Damasus papa.	
394.	Valentinianus obiit. Valens ann. 4.	5
398.	Valens obiit. Gratianus successit ann. 7.	
404.	Syricius papa sed. ann. 15.	
405.	Theodosius, filius Gratiani, ann. 11.	
416.	Theodosius obiit mense Dec. Archadius successit ann. 14.	
419.	Anastasius papa.	10
424.	Innocentius papa ann. 14.	
430.	Archadius obiit. Honorius successit ann. 15.	
438.	Zosimus papa ann. 4.	
441.	Bonifatius papa ann. 3.	
444.	Celestinus papa ann. 11.	15
445.	Honorius obiit. Theodosius, filius Archadii, ann. 27.	
453.	Sixtus papa ann. 11.	
457 ^a .	Leo papa annis 22, m. 2.	
466.	In hoc anno pascha dominicum celebratum est non. Kal. Mai, nec erratum erat, quia in die 11. Kal. Mai dies passionis fuit.	20
472.	Theodosius obiit. Martianus successit ann. 7. m. 2.	
477.	Martianus obiit. Leo successit ann. 17.	
483.	Hylarius papa ann. 7.	
491.	Simplicius papa ann. 15.	
496.	Leo obiit. Leo iunior successit 6 m. ² Zeno successit ann. 17.	25
506.	Felix papa ann. 7, m. 11.	
513.	Zeno obiit, gener Leonis. Anastasius successit ann. 27. Gelasius papa ann. 4, m. 10.	
519.	Anastasius papa ann. 1, m. 6. Symmachus papa ann. 15.	
536 ^a .	Hormisdas papa ann. 8.	
540.	Anastasius obiit. Iustinus senior ann. 9.	30
544.	Iohannes papa ann. 2, m. 10.	
547.	Felix papa ann. 4, m. 2.	
548.	Iustinus obiit. Iustinianus successit ann. 38.	
551.	Bonifatius papa ann. 2.	
553.	Mercurius ^b papa ann. 2.	35
555.	Agapitus papa menses 11. Cui successit Silverius ^c papa annum 1, m. 2.	
557.	Vigilius papa ann. 28, m. 6.	
576.	Pelagius papa ann. 11, m. 11.	
586.	Iustinianus obiit. Iustinus ann. 11.	
588.	Iohannes papa ann. 13.	40
589.	Iustinus obiit. Tiberius successit ann. 7.	
590.	Benedictus papa ann. 4.	
591.	Pelagius papa ann. 7.	
560 ^a .	Arator actus apostolorum versibus scripsit.	45
561.	His temporibus Benedictus pater monachorum floruit.	
564.	6. Non. Mar. obiit Pelagius papa. Iustinus minor imperavit ann. 10.	
581.	2. Kal. Aug. Benedictus papa obiit.	
583.	Mauricius ann. 21 regnavit.	
592.	Tiberis super muros Romae influit.	
593.	8. Idus Febr. Pelagius papa obiit. Gregorius successit.	50
594.	Ictania ordinavit.	
595.	sinodum 24 episcoporum congregavit.	
597.	librum dialog. conscripsit.	
598.	per Augustinum, Iohannem et Mellitum Anglos convertit.	55
603.	Mauricius cum filio a Foca occiditur. Focas regnare coepit annis 8. Sanctus pater Benedictus obiit.	
605.	4. Idus Mar. Gregorius papa obiit.	
606.	6. Kal. Mar. Sabinianus papa obiit.	
608.	3. Idus Dec. Bonifacius papa obiit.	
610.	Pantheon Deo et sanctis eius a Bonifacio consecratur.	60
612.	Heraclius regnavit ann. 27.	
614.	8. Kal. Iul. Bonifacius papa obiit.	
618.	6. Idus Nov. Deusdedit, qui et Theodatus, papa obiit.	
623.	8. Kal. Nov. Bonifacius papa obiit. Ille constituit, ut nemo fugiens ad ecclesiam, inde per vim trahatur.	65
635.	4. Idus Oct. Honorius papa obiit.	

a) a. 534. 535. *duae lineae erasae.* b) *in loco raso c.* c) *Silber. corr. Silver. c.*

1) 462. Mar. chr. 2) *paucis mensibus.* Mar. 3) *Quae sequuntur manu secunda (2) minutioribus litteris scripta sunt; auctor vulgarem supputationem sequitur, quare primis annis eadem res iterum traduntur.*

636. 4. Non. Aug. Severinus papa obiit.
 637. 4. Idus Oct. Iohannes papa obiit.
 638. Heraclonus regnavit ann. 2.
 640. Constantinus regnavit mensibus 6.
 641. Constantinus regnavit ann. 28.
 644. 2. Idus Mai Theodorus papa obiit.
 650. 4. Idus Nov. Martinus papa martirio vitam finivit; cuius corpus Fuldae translatum est.
 653. 4. Non. Ian. Eugenius papa obiit.
 667. 6. Kal. Febr. Vitalianus papa obiit.
 669. Constantinus regnavit ann. 17.
 672. 6. Kal. Iulii Theodatus papa obiit.
 673. 3. Idus Apr. Conus papa obiit.
 676. 4. Idus Ian. Agatho papa obiit.
 677. 3. Non. Iulii Leo papa obiit.
 684. Benedictus^a papa obiit 8. Idus Mai.
 685. Iohannes papa obiit 4. Non. Aug.
 686. Conon papa obiit mens. Sept.
 688. [Pipinus¹ primus regnavit] ann.^b 27, in Francia.
 20. Sergius papa ann. 14, qui constituit ut in missa 'Agnus Dei' cantaretur a clero.
 692. Sergius papa ordinavit Willibrordum nomine Clementem [in] Fresonum^b genti episcopum; cum quo de Hibernia Bonifatius missus est discipulus, ut in vita eius legitur.
 696. Leo regnavit ann. 3.
 697. Cudbertus Lindisfransenis antistes clarus.
 25. 699. Tiberius regnavit ann. 7. Sinodus Aquileiae facta.
 701. Sergius papa obiit 5. Idus Sept.
 704. Iohannes papa obiit.
 705. Iohannes papa ann. 2.
 706. Iustinianus regnavit ann. 6.
 30. 707. Iohannes papa obiit 15. Kal. Nov. Sisinnius papa obiit 8. Id. Nov.
 708. Constantinus papa.
 714. Anastasius regu. ann. 3. Constantinus papa obiit 6. Id. Ian.
 715. Gregorius papa.
 716. Pipinus, filius Ansgisi, rex Francorum obiit.
 35. 725. Beda minorem computum composuit.
 731. Gregorius papa obiit 3. Id. Febr.
 732. Gregorius papa a. 11, qui constituit in missa *Quorum sollemnitatis hodie usque per Christum dominum nostrum.*
 742. Gregorius papa obiit 4. Kal. Dec.
 743. Zacharias papa ann. 11.
 40. 750. Decreto Zacharie pape Pipinus a Bonifatio episcopo ungitur in imperatorem.
 751. Burghardus^d primus episcopus Wirzburgensis consecratur et possedit 40 annos.
 752. Zacharias papa obiit Idus Mar.
 753. Stephanus papa ann. 5, et in Francia unxit Carlmanum et Carlum Magnum in imperatores.
 755. [Bonifatius¹ episcopus martyrizatur].
 45. Lul successit ann. 32.
 757. Organum a Constantino rege Graecie primitus in Franciam missum Pipino imperatori. Stephanus papa obiit 5. Kal. Mai.
 759. Paulus papa ann. 10.
 50. 779. Sturm^e abbas primus Fuldensis obiit.
 786. Lul archiepiscopus obiit, et sanguis e caelo fluxit.
 790. Basilica saethi B[onifacii] Fuldae fundatur.
 793. Coniuratio Pippini contra patrem Kar[olum].
 796. 6. Kal. Ian. Adrianus papa obiit.
 55. 797. Leo papa excecatur et lingua absceditur. Et Karolus in imperatorem a Leone consecratur.
 803^a. 5. Kal. Febr. Karolus obiit. Pons Mogon[aciae] flagravit.
 815. 8. Idus Iul. Baugolfus Fuldensis obiit.
 816. Leo papa obiit.
 818. Stephanus papa obiit.
 819. Kal. Nov. Fuldense monasterium dedicatur.
 60. 820. 8. Idus Dec. Ratgerus abbas Fuldensis obiit.
 824. Paschalis papa obiit.
 826. Egit Fuldensis abbas 14. Kal. Iulii obiit.
 827. Eugenius papa obiit.
 830. Valentinus papa obiit.

65 a) Benedictus c., qui alia manu, nova pagina incipiente, pergit. b) ita alius erasis, in Fr. post add. c) ita nullo compendii signo addito c. d) haec alia manu in loco raso. e) iterum alia manu pergit c., eadem fortasse quae initium scripsit.

1) Haec antea scripta ad Ann. S. Bonifacii pertinent. 2) 813. Mar. chron.

CATALOGUS PONTIFICUM MARIANI

ut videtur.

779.	Paulus sedit annos 12 ¹ , mens. 1.	(757)
791 ² .	Stephanus s. ann. 4.	(769)
795.	Adrianus papa s. ann. 23.	(773) 5
818.	Leo papa s. ann. 20, menses 5.	(798)
838.	Stephanus ann. 10 ³ , m. 7.	(816)
850 ⁴ .	Paschalis ann. 6, m. 1.	(828)
855 ⁴ .	Eugenius papa.	(833)
866 ^{4, 5} .	Valentinus papa.	(844) 10
870 ⁶ .	Gregorius 100, papa post Petrum.	(848)
873 ⁷ .	Sergius papa.	(851)
876 ⁸ .	Leo papa.	(854)
880 ⁹ .	Benedictus papa.	(858)
886 ¹⁰ .	Nicolaus papa.	(864) 15
892.	Adrianus papa.	(870)
894 ¹¹ .	Iohannes papa.	(872)
907.	Marinus papa.	(885)
909.	Agapitus papa.	(887)
913 ¹¹ .	Adrianus papa.	(891) 20
915 ¹² .	Basilus papa.	(893)
916 ¹³ .	Stephanus papa.	(894)
918.	Formosus papa.	(896)
977 ¹⁴ .	Iohannes papa.	(955)
1025.	Silvester papa, filius Ottonis ¹⁵ .	(1003) 25
1040 ¹⁶ .	Benedictus papa sedit a. 6.	(1018)
1046.	Iohannes papa.	(1024)
1062 ¹⁷ .	Benedictus. Hic papatum vendidit. Unde Henricus imperator Clementem pro eo constituit.	(1040)
1069.	Benedictus ¹⁸ obiit. Damasus, qui et Bobbe, successit.	(1047)
1071 ¹⁹ .	Leo papa ann. 7 ²⁰ .	(1049) 30
1077.	Victor ann. 3.	(1055)
1080.	Stephanus ann. 1.	(1058)
1081.	Nicolaus papa.	(1059)
1082.	Alexander papa.	(1060)
1095.	Alexander obiit. Gregorius, qui et Hildibrant, successit.	(1073) 35

MARIANI CHRONICI RECENSIO ALTERA.

163.	1087.	Sigefrido episcopo Ierosolimam petente, multi occisi sunt in parasceue iuxta Iherusalem ¹ , et de 7 milibus vix 2 sunt reversi.	
1065.			
1066.	1088.	Hetbardus rex Anglorum in natal. Domini obiit. Araldus successit. Quem occidit Willihelmus, qui et Bastat ² , et regit Anglos.	40
1069.	1091.	Scottis et Francis vastantibus ³ , Angli disperguntur et fame moriuntur, homines occidere, condire et manducare coguntur ²¹ .	
1072.	1094.	Episcopus Constantiae Karl nomine, quia episcopatum comparavit, sinodaliter in Mogontia deponitur ²² .	
1073.	1095.	Alexander papa obiit 11. Kal. Mai. Hellibrant successit.	45
1074.	1096.	Hellibrant papa sinodaliter presbiteros et diaconos uxoratos excommunicavit. Emptores et venditores etiam officii ecclesiastici, id est episcopatus, presbiteratus, diaconatus, prepositurae, decantiae, ecclesie, decimationis et socios item transgressorum, sicut	
Math. 10, 8.		Dominus dixit: <i>Gratis accepistis, gratis date</i> . Unde de predicta synodo legati papae missi ad Heinrichum regem, id est duo episcopi cum matre regis, ut in universali concilio coram rege communi omnium episcoporum interdictu feminas separarent a clericis et maxime	

a) haec linea post, sed eadem manu addita. b) dcccxvii c. c) Iherlm c. d) ita c. e) vastantibus eadem manu corr. vastantibus c.

1) 10 Mar. chr. 2) Ita Mariani cod. 1 prima cogitavit. Apud Marianum hi papae prorsus omit-manu et 2. 3) 842. Mar. chr. 4) 846. ib. 5) 849. ib. 6) 853. ib. 7) 866. ib. 8) 875. ib. 9) 879. ib. 10) 885. ib. 11) 910. ib. 12) 912. ib. 13) 915. ib. 14) 978. ib. 15) De Gregorio V. [1070] haec pertinent. 16) 1039. Mar. chr. 17) 1066. ib. 18) lege: *Clemens*. 19) 1070. Mar. chr. 20) 6 ib. 21) Ita recte de Anglis narratur; sed ad a. 1092. 22) Anno 1071.

a presbiteris, noluerunt esse in pascha cum rege in civitate Babenberc, ne cibum vel societatem Hermanni eiusdem civitatis episcopi servientis regi in pascha, qui olim comparavit episcopatum, haberent. Cum quidam clerici excommunicationem magis quam feminis carere elegissent, ut per alios castigarentur, excommunicati sunt qui audirent missam uxorati presbiteri.

1098.

Octoginta ducenti necnon milia quinque

Constant omnes anni temporis usque hoc Adam.

1076.

Bilis, Bobbonis et Godeboldi frater, Sancti Kiliani canonicus, moribus, aetate et cantatione laudabilis, dum Dec. mense iacuit moriturus, clamans et gemens de terroribus^a et minationibus calumnisque presentis diaboli, ob suam cantationem miserabiliter laboravit. Non enim vacua vociferatione falsaque multarum litterarum adiectione super unam literam vel pulchritudine soni, set corde contrito intentis verbis placatur Dominus. Quod igitur quasi angelus Bilis pulchre semper in choro cantavit, a diabolo turpiter acriterque moriturus audivit.

1101. Heynrichus rex et Hellibrant papa convenerunt in Italia mense Mart.¹, rex a papa solutionem banni, si oboediret, papa vero sedem apostolicam cum consensu et sine contradictione regis accepit. Eodem anno² convenientes Suevi et Saxones et Welf dux Baioariorum, episcopi 7³, id est Salzburgensis archiepiscopus, Pataviensis, Mogontinus archipresul, Vurzburgensis, Wormacensis, Magdeburgensis, Halverstadensis et alii plures in villam Forheim iuxta Babenberc dominica 3. quadragesimae Ruodolfum ducem Suevorum pro Hejnricho faciunt regem et media quadragesima in Mogontia in regem unguunt, montesque Alpium contra eum⁴ muniunt. Hoc cum Heynrichus cognovisset, per Aquileiam Ratisbonam ingressus post pascha, mox ad Ruodolfum in Sueviam contra se certare temptantem festinavit; set cum Rodolfus fugit, Heynricus Sueviam predevit. Convenientes quae circa Renum inter Mogontiam et Wormatiam, non pugnaverunt in Aug.⁵ Conventione etiam in eodem loco facta in Novembre, quia Ruodolfus non venit, Heynricus rex Sueviam predevit et 8⁶ castella per hiemem fregit.

1103. Heynricus rex in conventione episcoporum, abbatum caeterorumque regni primatum ac clericorum Teutonicorum in pentecoste Mogontie deponit Hell[ibrandum] papam et Wigberdum Ravennae episcopum in natal. Iohannis baptistae in Brixina pro eo papam designavit. In autumno Ruodolfum regem Saxonum bello superavit et occidit iuxta Mirseburc, ubi est sepultus, Idus Oct.

Magontia in Kal. Dec. terrae motu cum muris plus vel minus uno miliari terribiliter est concussa.

1104. Heynricus rex cum multo milite denuo Italiam ingressus, a media quadragesima Romam non intravit usque pentecosten, papa prohibente. Mogontia civitas 6. Kal. Iunii, feria 5. post pentecosten⁷ m[agna] ex] parte et monasterium episcopale aliaque 3 monasteria igne sunt consumpta. Sue[vi] in autumno C[unradi] fratrem Herimannum pro Ruodolfo regem faciunt, et nat. Domini in S[axonia] a Sigefrido episcopo⁸ ungitur.

1105. Prim^a paschalis luna 4. Non. Aprilium toto orbi apparuit, cum pridie Non. Apr. esse deberet. Mu[lt]a homicidia et] predationes inter Ell[ebrandum] papam et Hejnricum regem facta sunt, ita ut in [nocte] palmarum] multi sint occisi.

a) non satis constat, num in fine paginae praeterea vocabulum quoddam scriptum fuerit, quod legi iam nequit. b) haec avulsa ex Mariano restituta sunt.

45 1) Ianuar. 2) a. sequenti 1078. 3) Ita rectius, reges. 4) Numerus omittitur in chronico. 5) Ita ut videtur, quam in chronico; cf. Grund, 'Wahl a. 1081. Dies accuratius quam in chronico ind. Rudolfs von Rheinfelden' p. 68. 6) Hejnricum. 7) Quod in chron. omissum est. 8) Mense Augusto apud Melrichstadt pugnauerunt

HEIRICI MONACHI S. GERMANI AUTISIODORENSIS ANNALES BREVES.

Codicem Mellicensem G. 32, membr. s. IX, qui Bedae aliorumque tractatus chronologicos continet, olim ad monasterium S. Germani Autisiodorensis pertinuisse, intellexit luculenterque exposuit V. Cl. Th. Sickel¹ et breves annales cyclis paschalibus annorum 836—890.² adscriptos edidit, qui praesertim de Heirici scriptoris tunc temporis celeberrimi³ vita agunt et procul dubio ipsi tribuendi sunt. Eos nunc huic collectioni addere fas duxi. G. W.

- Anno Domini 826. adventus sancti Sebastiani¹. 10
 840. Hludowicus obiit 12. Kal. Iulias.
 841. Heiricus natus est.
 850. Heiricus attonsus est 8. Kal. Ianuarias.
 859. Heiricus^a subdiaconus ordinatus est 10. Kal. Octobris. — Corpus beati Germani transfertur a rege Karolo 8. Id. Ianuarias⁵. 15
 860. Karlemannus, filius Karoli, accepit abbatiam Sancti Medardi⁶.
 861. Exultatio mundaliorum Sancti Medardi.
 864. Hlotharius, filius Karoli, abbatiam Sancti Germani accepit 9. Kal. Martias⁷.
 865. Hoc^a ipso anno, defuncto Hlothario⁸, Karlemannus abbatiam Sancti Germani accepit, incertum quanto tempore habiturus. 20
 873. Hoc anno Carlemannus oculis multatur.
 (vel 874?). Lapides pergrandes de caelo corruunt, locustarum ingens congeries apparuit⁹, pestilentia inaudita excaudit.
 875. Mense Maio cometa apparuit per dies 15. Eodem anno Hludowicus imperator obiit mense Augusto. 25

^a) Haec scripta sunt, aliis, quae partim notis Thronianis exarata erant, deletis. V. Cl. Sickel legere sibi visus est: H. ordinatur pridie Kal. Aprilium. Ipso anno 8. Kal. Iunias iussus de . . . it (devenit vel descendit) ad monasterium, scilicet in 56. die suae ordinationis.

^a) quae sequuntur non uno tempore scripta sunt.

- 1) 'Bibliothèque de l'école des chartes, 5. série' III, p. 28 sqq. 2) Uno folio deperdito continuantur ab a. 944. usque ad a. 999, sed notae historicae his adiectae ex primo cyclo — 532. sumtae sunt. 3) De quo cf. Wattenbach GQ. I, p. 244. 4) In kalendario eiusdem codicis legitur (Sickel p. 31): 13. Octob.: *Elevatio sancti Sebastiani de Roma*. 9. Dec.: *Adventus sancti Sebastiani Suesionis ab urbe Roma*; praeterea 27. Aug.: *Translatio sancti Medardi et Sebastiani*. Cf. Transl. sancti Sebastiani ap. Mabillon Acta IV, 1. — Ibidem legitur 16. Iul.: 30 *Sancti Bertini corpus transfertur et conditur anno Domini 846.* 5) Cf. Heirici libr. de mir. Sancti Germani II. c. 2; Acta SS. Iul. VII, p. 276. 6) Suesionensem. 7) Fortasse iam a. 863; v. Dümm-ler, 'Ostfr. R.' I, p. 465 n.; nisi forte chartam 35 Karoli Calvi, Böhmer Kar. nr. 1713, Quantin I, p. 77, in a. 864. collocare mavis. 8) Kalend. L. I. 14. Dec.: *Obitus domni Hlotharii abbatis*. 9) V. Regim. a. 873.

ANNALES REMENSES.

I. *Annales* hos 'cum appendice Flodoardi', nisi fallor¹, ex codice Igniacensi edidit Philippus Labbeus (*Bibl. Manuss.* I, p. 362); qui quo tempore scripti sint, parum constat. Vix tamen saeculo X. eos confectos putarim, sed postea ex Flodoardo aliisque notis vetustioris aevi consarcinatos. Ex Labbei editione quaedam repetiverunt Bouqueti continuatores, *SS. Rer. Gall. et Franc.* IX, p. 94, X, p. 118.

II. *Annales* quos in monasterio S. Dionysii Remensi scriptos esse recte statuere mihi videor² edidit Labbeus ibidem p. 358, 'ex veteribus membranis', ut ait, 'quae penes me sunt'. Quas nemo postea vidit. Notae historicae usque ad saeculi XII. initium maximam partem ex Sigeberti chronico sumtae sunt, ita ut auctor praesertim quae de terrae motibus, cometis et aliis eiusmodi rebus in terra vel caelo miraculose gestis ibi collecta invenit repeteret. Et postea quoque his annotandis curam adhibuit, annalibus fortasse vetustioribus adiutus, ex quibus inde a medio saec. IX. haec et alia ad ecclesiam Remensem spectantia sumpsisse putandus est, nisi statuere mavis, veteri codici postea locos ex Sigeberto mutuatos esse insertos. Certe accurata temporum indicatione illa se commendant ideoque digna quae hic iterum edantur. Fragmenta tantum Bouqueti continuatores receperunt, l. l. X, p. 271. XI, p. 291. XII, p. 274, neque Sigeberti lacinias seposuerunt.

III. His addere placet *Annales S. Nicasii Remenses*, quamvis serioris aetatis, qui eorum continuationem praebent. Exstant in codice Parisiensi nr. 9376, ubi duo folia (78. et 79), huic volumini post inserta, explent. Qui maiorem partem a. 1197—1244. exaravit vetustius exemplar descripsisse, nonnulla vero de suo addidisse videtur; alii notas a. 1254. 1256. et 1263. 1289—1309. addiderunt. Anni 1242. 1254. 1289. 1309. monachum S. Nicasii auctorem aperte indicunt. Priorem partem (a. 1197—1227) edidit Brial, *SS. rerum Gall. et Franc.* XVIII, p. 699; unum locum auctores Galliae christianae (IX, p. 214). Integros exscripsit socius noster J. Heller. G. W.

30

I.

830. Ludovicus imperator a Pipino, filio suo, apud Compendium male deonestatur.

833. Idem imperator a Lothario filio perfidisque consiliariis regno privatur et in monasterio Sancti Medardi cum monachis clauditur; coniux vero eius in monasterio puellarum custodiae mancipatur³; quae omnia postea non impunita extiterunt.

835. Ebo Remorum archiepiscopus deponitur. alique qui cum eo in defectionem Ludovici imperatoris conspiraverant damnantur

841. Civile bellum provenit, cuius auctor Lotharius. Carolus victor extitit. Lotharius, Ludovicus et Carolus, filii Ludovici imperatoris, inter se regnum diviserunt.

926. Mortuo Seulfo archipresule, electus fuit Hugo, filius Heriberti comitis, adhuc ^{et Flod.} 923
40 quinquennis.

1) Nam quod in editione Labbeana sequitur Auctarium Flodoardi id esse videtur quod ibidem antea 1150. 1151. Quaedam vero ad monasterium Igniacense spectant, a. 1161. 1175. 3) Quod a. 830. factum est; v. Simson, *Jahrb. Ludwig d. Fr.* II, p. 53 n.

932. Rodulfus rex obsidens Remensem urbem cum exercitu magno, fecit eligi domnum Artaldum monachum Sancti Remigii in archiepiscopum, concordantibus clericis et laicis, qui erant in obsidione, faventibus etiam multis qui inclusi tenebantur. Igitur post tres hebdomadas urbe reddita, consecratus fuit Artaldus a decem et octo tam archiepiscopis quam episcopis, et fuit in pace annis octo. Nono autem episcopatus sui anno Herbertus comes cum principe Hugone et Guillelmo Normannorum duce expulit eum filiumque suum Hugonem iam diaconum introduxit et civitate potitus est. Qui ergo scire voluerit, quomodo praefatus Hugo consecratus fuit, et quando post acceptum pallium deiectus fuit, et Artoldus restitutus, in Flodoardo cuncta reperiet.

961. Decessit domnus Artoldus; post quem Odelricus archiepiscopus in cathedram tot Remensem elevatus est, qui dedit nobis Vindenissam¹.

967. Defuncto Odalrico, Adalbero archiepiscopus ordinatus est.

989. Hic primus est annus Arnulfi archiepiscopi Remensis.

991. Ordinatus est Gerbertus in archiepiscopum Remensem, expulso praefato Arnulfo ab Hugone rege, patre Roberti regis.

995. Arnulfus archiepiscopus cum fuisset tribus annis in captione detentus Aurelianus a praefato Hugone, Gregorius papa indigne ferens eius deiectionem, misit in Franciam legatos duos fecitque eum liberari de manibus Hugonis et restitui in sedem Remensem². Gerbertum quoque, qui sedem eius iniuste occupaverat, fecit deponi, et episcopos qui in consecratione eius assensum dederant ab officio episcopali suspendi praecepit.

999. Hic³ levatus est domnus Gerbertus in apostolatum.

II.

ANNALES S. DIONYSII REMENSES.

845. Ordinatio Hincmari archiepiscopi 5. Nonas Maii.

852. Translatio corporis sancti Remigii Remorum archiepiscopi.

873. Transierunt locustae Remis 17. Kalendas Septembris⁴. In crastino autem fuit densa nebula valde.

873. *vet* 874.⁵ Extitit talis super terram nix qualem nemo memoratur se vidisse. Unde et de bobus et de ovibus magna pars periit.

880. Ludovicus regnum invasit Ludovici consobrini sui.

882. Bellum in Avall⁶.

Anno 5. praesulatus Fulconis Remensis archiepiscopi⁶ metu Normannorum translatus est sanctissimus martyr Christi Dionysius ad Remensem urbem in ecclesiam quae modo dedicata est in honore eius, ibique moratus ferme per trium curricula annorum.

972. Restitutus est ordo monachorum in monte Or⁷.

976. Sanctus Theodericus levatus.

985. Lotharius rex defunctus est.

987. Obiit iuvenis Ludovicus rex.

991. Ordinatio Gerberti Remorum archiepiscopi.

994. Ordinatio Gerardi in diaconatum.

999. Levatus est domnus Gerbertus archiepiscopus in apostolatum.

1007. Natus fuit Gervasius 4. Nonas Februarias apud castrum Lidi.

a) Eodem autem (aut?) sequenti anno 874. *ed.*

1) Venderesse. Eadem verba ex necrol Remensi afferuntur Gall. chr. IX, p. 56. 2) a. 997. 3) Haec verba etiam in Ann. S. Dionysii Rem. paulo infra leguntur. 4) Cf. quae collegit Dümmler 'Ostfr. Reich' I, p. 807; II, p. 692. 5) Avaux; ib. II, p. 211. 6) Cf. Flod. Hist. Rem. IV, 8. De anno 887. cogitavit Mabillon, Ann. ord. S. Ben. III, p. 266, quocum consentit Gall. chr. IX, p. 288. Sed hoc iam a. 883 (3. Fulconis) factum esse opinatur Kalkstein, 45 'Franz. Königthum' p. 34. 7) Ormont? Nullum huius nominis monasterium s. X. memoratur. Neque Mabillon in Ann. Bened. quidquam annotavit quod hunc explicare posset locum.

- 1048.¹ Dedicata est ecclesia beati Remigii, et translatio eius a domno Leone IX. papa.
 1055.² Suscepit beata virgo Maria in archiepiscopatu Remensi Gervasium episcopum
 Cenomanicum Idibus Octobris.
 1056. Gervasius archiepiscopus aedificavit Remis ecclesiam sancti Dionysii sociorum-
 5 que eius³.
 1059. Philippus rex Remis ordinatus a Gervasio in die pentecostes. Mai. 23.
 1060. Obiit Henricus rex piissimus, pater Philippi, pridie Nonas Augusti.
 1066. Sexagenus erat sextus millesimus annus,
 Cum pereunt Angli, stella monstrante cometa.
 10 Obiit Gervasius archiepiscopus.
 1067. Facta est hiems horrida a festo sancti Briccii usque ad festum sancti Gregorii. Nov. 13.
 1096. Pridie Nonas Aprilis visae sunt pene omnes stellae currere quasi pulvis cum
 fertur a vento; et hoc factum est a galli cantu usque ad auroram, et Ierusalem christiani
 Mart. 12.
 adeunt cum armis ex omnibus terris.
 15 1099. Ierusalem capitur Iuli cum dicitur Idus.
 1106. Visa est cometa a 12. Kal. Martias usque 4. Nonas ipsius. Obiit Manasses archi-
 episcopus.
 1108. Obiit Philippus rex Francorum 4. Kal. Augusti.
 1112. Baldricus Lauduni episcopus occiditur.
 20 1117. Hic incipit cyclus tertius Bedae presbyteri. Vigilia sancti Rigoberti ad vespe- Jan. 37
 ras Remis terra mota est et multis aliis locis, et motae sunt in ecclesiis imagines Domini
 et multa in eis dependentia.
 1118. Vigilia natalis Domini fuit ventus vehemens, qui multa aedificia stravit. Obiit
 Paschalis II. papa.
 25 1119. Mense Octobri celebratum est concilium Remense a domno papa Calixto II.
 1122. Peccatis hominum Deo offenso, succendit plebs Remica villam Sancti Theodo-
 rici, existentibus rogationibus Kalendis Maii.
 1124. Obiit Rodulfus archiepiscopus.
 1125. Obiit Henricus imperator huius nominis quintus et Lisiardus Suessionensis epi-
 30 scopus.
 1129. Philippus rex Remis ordinatus a Rainaldo archiepiscopo die paschae 18. Kal. Maii. Apr. 14.
 1131. Celebratum est Remense concilium a domno Innocentio papa. In eodem con-
 cilio ordinatus est Ludovicus puer rex, mortuo fratre suo Philippo rege.
 1137. Obiit Ludovicus rex mense Augusto, et magnus calor factus est.
 35 1138. Obiit Rainaldus archiepiscopus.
 1140. Facta est dissensio Remis, et res publica coniurata a civibus.
 1143. Facta est nix profundissima a festo sancti Nicolai usque ad purificationem beatae
 Dec. 6.
 Mariae. Febr. 2.
 1144. Factus est ventus vehemens, qui multa tecta ecclesiarum et turrium et claucaria*
 40 etiam diruit 14. Kal. Februarii.
 1146. Facta est fames valida Remis, adeo ut sextarius frumenti venderetur undecim
 solidis.
 1147. Ludovicus rex Francorum et dux Aquitanorum cum magno exercitu profectus
 est Ierusalem.
 45 1148. Celebratum est concilium Remis a domno Eugenio papa 12. Kalendas Aprilis.
 1150. Obiit Ursio abbas Sancti Dionysii 4. Kalendas Martias.
 1151. Receptus est Odo in abbatem Sancti Dionysii 12. Kal. Ianuarias.
 1161. Obiit Samson archiepiscopus Remensis, monachus Igniaci⁴ factus, 11. Kal. Octo-
 bris. Cui successit Henricus 19. Kal. Februarii.
 50 1162. Venditus fuit sextarius frumenti decem solidis, et Bartholomaeus Remensis
 archidiaconus consecratur Belvacensis episcopus.
 1171. Thomas Cantuariensis archiepiscopus occiditur a quodam satellite Anglici regis
 5. Kal. Ianuarias.

a) *ita ed.*; claustrarius?

55 1) Corrige 1049. B. 2) a. 1054. 3) Quod a. 1067. factum esse videtur; v. diploma h. a. datum Gall.
 chr. X, App. p. 26. 4) Igny.

1174. Robertus de Area praepositus et Cameracensis electus interfectus est 5. Idus Octobris feria sexta.

1175. Interfectus est abbas Claraevallensis Igniaci a quodam monacho eiusdem ecclesiae Hugone de Basoches, pridie Idus Octobris.

Hoc anno decessit dominus Henricus, Francorum regis filius, bonae memoriae Remorum archiepiscopus.

1179. Celebrata est coronatio regis Philippi per manum Guillelmi Remensis archiepiscopi.

1185. Ea vini fuit abundantia, ut quodcumque vas hominum ad recondendum non sufficeret, multaeque vineae vindemiandae brutis animalibus relictæ fuerint. 10

1187. Tantus fuit vini defectus, ut infinitae vineae sine omni fructu invenirentur; ubique aliquando fuerant collecti centum modii vini, vix unus inventus est.

1188. Capta est Ierusalem a Saracenis, dominante Salahadino, in Octobri; crux vero et rex in Iulio, devictis christianis.

1190. Rex Francorum Philippus ad expugnandos paganos peregre profectus est in crastinum sancti Iohannis baptistae. 15

III.

ANNALES S. NICASII REMENSES.

1197. Facta est fames validissima, ita quod pauperes pro panis inopia morticinis ovium, equorum et boum etiam in ipsa quadragesima cogerebantur vesci, et fecem vini loco panis comedebant; innumeri vero fame perempti sunt; sextarius quoque frumenti 16 solidis venditus fuit.

1200. Factum est interdictum generale in tota terra regis Francie ab Innocentio papa III^o pro regina, ita quod nec misse nec aliquod divinum officium celebrabatur in ecclesia, nec laicorum corpora sepeliebantur in terra benedicta. 25

1201. Hoc anno quadam persecutione imminente, canonici proprias relinquentes mansiones, apud Bodillum¹ [subtus Germaniam] per duos menses et dies duos morati sunt, qui postea revertentes, quasi exules per varia loca sunt dispersi.

1202. Hoc anno decessit pie recordationis Willelmus venerabilis Remensis archiepiscopus, gloriosissimi regis Francorum Philippi avunculus, qui dedit ecclesie Remensi plurima ornamenta. Obiit idem venerabilis pater apud Laudunum vigilia nativitatis beate Marie. Pridie autem quam moreretur ignis visus est quasi draco discurrens per aera. Ceterum eodem die quo decessit prefatus archiepiscopus, quidam mansionarius noster variis tormentis usque ad mortem miserabiliter afflictus, precedenti anno obierat. Eodem etiam die duobus annis elapsis, Guido Prenestinus episcopus a papa Innocentio missus in archiepiscopum receptus est. 30

1203. Hoc anno tantus fuit vini defectus, quod sextarius albi vini de Autisiodoro et partibus remotis adducti pro 32 denariis^a, vini vero rubei pro duobus solidis, medonis et cervisie pro 6 denariis^c contra solitum apud nos comparabatur.

1204. Hoc anno vinee in floribus suis pluvia inundante corrupte, botris cadentibus paucos et parvos racemos retinentes, vix ad maturitatem pervenientes, ita defecerunt, quod modius vini pro 40 solidis emebatur, et pro vini penuria medone et cervisia braciata mel et avena cariora vendebantur.

Sub eodem autem anno Ph[ilippus] rex Francorum Rotomagum et Cenomannicam urbem et totam Normanniam et terram Pictaviensem et Andegavensem et quam plurimas urbes et castella et villas innumerabiles subiugavit sibi, Iohanne rege Anglie non residente^d, set aliquando in Anglia, aliquando in Scotia quasi profugo latente.

1204.² Guido^e factus est Remensis archiepiscopus.

1206. Obiit Guido Remensis archiepiscopus.

1207. Factus est Albricus Remensis archiepiscopus. 50

1209. Hoc anno inchoata sunt fossata circa Remensem civitatem in crastino natalis

^a) vendit r. ^b) ita manus saec. XVII. in rasura. ^c) d¹. c. ^d) ita c., resistente Br. ^e) in marg. eodem atramento add. c.

1) Hunc locum ne Brial quidem novisse videtur. 2) lege: 1205.

Domini, et cessavit Remensis ecclesia a 20. die natalis vel paulo post usque vigilia sequentis natalis.

1210. Hoc anno combusta est Remensis ecclesia in festo beati Iohannis ante portam Mat. 6. Latinam. Eodem die facta est eclipsis solis circa meridiem¹.

1211. Eodem die anno revoluto parietes de novo super fundamenta magne profunditatis et latitudinis ceperant institui ex parte domini archiepiscopi.

1214. Hoc anno Ph[ilippus] rex Francie, Othone quondam imperatore fugato et devicto in loco qui Sanguis² dicitur, ubi alias alius imperator iuxta fidem cronicorum devictus fuit, Ferrannum comitem Flandrie et comitem Bolonie et comitem Salberie³ devicit, quos cum aliis plus quam trecentis nobilibus viris captivavit; et Theobaldus comes Campanie hominum fecit domino Remensi.

1218. Obiit⁴ Albricus Remensis archiepiscopus; Guillelmus de Iovilla⁵ factus est archiepiscopus.

1223. Hoc anno coronati sunt rex Lugdovicus et regina Blanca per manum Guillelmi de Iovilla⁶ Remensis archiepiscopi 8. Id. Augusti, presentibus rege Ierusalem Iohanne et paribus Francie et aliis multis baronibus; et ab illa die tanta pluvia inundavit, quod fere omnes segetes stantes in terra fuerunt putrefacti et vinee ad debitam minime pervenerunt maturitatem.

1226. Hoc anno mortuus est rex Lugdovicus in reditu de Avignon⁷, quam cepit et muros eius et maiores munitiones prostravit, et domnus Guillelmus de Iovilla⁸ Remensis archiepiscopus et alii barones similiter mortui sunt.

Eodem anno primogenitus domini Lugdovici, videlicet Lugdovicus nomine, coronatus est Remis prima die adventus Domini a domino episcopo Suessionensi. Obiit⁹ Guillelmus archiepiscopus.

1227. Henricus¹⁰ de Brana factus [archiepiscopus¹¹].

1231. Hoc¹² anno Henricus de Brana Remensis archiepiscopus [reverentissimus¹³] propriis manibus primum lapidem collocavit in fundamento ecclesie beatissimi martyris Nicasii i[n]¹⁴ dominica feria¹⁵ 3. infra . . .¹⁶

1233. Hoc anno ecclesia Remensi existente in multa pace et honore, cives multi de banno archiepiscopi et de banno capituli . . .¹⁷ timentes, ne contra eos fieret inquisitio de usura, conspiratione inter se facta, populo contra capitulum sediciose commoto, per iniurias et vituperia canonicis et subditis suis facta. ipsos canonicos metu mortis 5. Idus Novembris de civitate fugere compulerunt

1235. ac per biennium et duos menses apud Curmissiacum et Curvillam¹⁸ exulare. In qua tempestate cives, favente eis et fovente regia potestate, contra castrum de porta Martis cum petraeis et mangonellis communem insultum fecerunt et marescalcum archiepiscopi intus quarrello¹⁹ occiderunt. Civitatem muris terreis subito cinxerunt, quos postea destruere compulsi sunt. Cepta est causa de scabinatu a capitulo contra cives, consentiente²⁰ archiepiscopo et medietatem²¹ expensarum ministrante in curia Romana²²,

1237. et actio edita coram domno Gregorio papa IX. Cuius cause acta in thesauro ecclesie Remensis servantur bullata et in registro eiusdem Gregorii habentur scripta.

1238. Hoc anno Henricus de Brana Remensis archiepiscopus venit in civitate Remensi cum armis et quosdam scabinos et alios cives de banno suo cepit et diu in carcere detinuit et alios plures qui de banno suo erant bannivit, nec postea revocati fuerunt, quamdiu vixit archiepiscopus. Eodem die plures domos in banno suo destruxit, crannellos etiam, quos cives fecerant in domibus suis, fecit destrui, et hec omnia facta fuerunt, quia scabini et alii cives balivum et servientes archiepiscopi fugaverant et alia forefacta contra archiepiscopum fecerant nec emendare volebant²³. Eodem anno interdictum generale posuit archiepiscopus in tota civitate Remensi et omnes cives de banno suo excommunicavit.

50 a) Sanguis c. b) loc. vac. relictus fere 20 litterarum. c) Obiit — archiep. postea manus scribae inter lineas a. 1217. et 1218. inser. d) Iovilla Br. e) Avigno c. f) haec postea manu scribae add. g) absce. h) Hoc — Nicasii postea inter lineas numero 1232. erasa add. i) rever. vel aliquid simile absce. k) n absce. l) ita (fer) c. m) quae sequuntur absce.; forte: quadragesimam. n) locus triginta fere litterarum vacat. o) quarrello c. p) enic absce. q) mediet c. r) manu absce. s) ole morsu vermis deleta.

55 1) Accipienda est pro ea quae notatur a. 1209, die 3. Iulii. BR. 2) Saughin. 3) Courville.

Hoc^a anno comes Barransis captus fuit ultra mare, et Theobaldus, eius filius, remansit.

1240. Hoc anno apud Curvillam decessit Henricus de Brana pie recordationis Remensis archiepiscopus pridie Non. Iulii et apertatus fuit Remis et sepultus ante maius altare¹. Post mortem ipsius cives de banno archiepiscopi, qui omnes excommunicati fuerant a predicto archiepiscopo et diu in excommunicatione permanserant, petierunt a capitulo Remensi absolutionem suam in forma ecclesie. Cum autem de forma diu fuisset tractatum, tandem mediantibus bonis viris absolutionem suam a capitulo impetraverunt in hunc modum²: Scabini Remenses et triginta alii cives de maioribus qui erant in banno archiepiscopi pro se et pro omnibus aliis qui erant excommunicati in banno predicto emendaverunt capitulo Remensi omnia forefacta et omnes iniurias et querelas, pro quibus excommunicati fuerant ab archiepiscopo predicto, et iuraverunt, quod super his starent mandato et ordinationi capituli, et bonos fideiussores de mille marcis argenti dederunt, quod ipsi tenerent mandatum capituli Remensis et fideliter adimplerent.

Sept. 7. 1241. Hoc anno in vigilia natiuitatis beate Marie virginis intravit capitulum Remense chorum^b suum novum.

Iul. 3. 1242. Hoc anno die passionis sancti Thome apostoli benedictus fuit apud Suessiones^c domnus Symon abbas³.

1244. Sciendum est, quod post mortem domni Henrici archiepiscopi Remensis vacavit sedes Remensis fere per quinquennium, et in ista vacatione decessit abbas Mosomensis et abbas Sancti Basoli et alii plures abbates et abbatisses et etiam episcopi. Monachi vero dictarum ecclesiarum a capitulo Remensi licentiam eligendi pecierunt et electos suos capitulo presentaverunt: per capitulum autem examinati fuerunt, processus electionum et electi eorundem confirmati, et ad mandatum capituli munus benedictionis sue perceperunt.

1244. Tandem provisum fuit ecclesie Remensi de Inello^d Turonensi archiepiscopo per 25 domnum Innocentium papam III.

1245. Hoc anno mense Iulio fuit celebratum concilium generale apud Lugdunum per summum pontificem Innocentium III, et fuit in eodem concilio condemnatus Fredericus dictus imperator, quia contra fidem et ecclesiam Romanam multa fecerat et dixerat, et ab omnibus prelatibus ibidem existentibus fuit excommunicatus. Idem Innocentius papa plures constitutiones in eodem concilio statuit observandas.

1244. Hoc anno tanta fuit vini habundantia, quod sextarius proclamatus fuit et venditus pro 8 ovis.

1254. Hoc^e anno 5. Non. Iulii die passionis sancti Thome apostoli obiit, sepultus fuit bone memorie domnus Symon abbas ecclesie Sancti Nicasii, et rexit abbatiam 14 annos. Hoc eodem anno successit ei in abbatia domnus Gerardus abbas, et electus fuit die beate Iul. 13. Margarete virginis.

1256. Fuit Theobaldus comes Barransis captus in Hollandia et ibi amisit unum oculum.

1263. Hoc anno delete fuerunt monete, videlicet Mansors^f, Angevin et Poitevin.

1289. Hoc^g anno pridie Idus Decembris obiit bone memorie domnus Guibertus [abbas^h] Sancti Nicasii Remensis, et sepultus [fuit^h] Idus Decembris die sancte Lucie virginis. [Rexit^h] abbatiam circiter 18 annos. [Hoc eodem^h] anno, videlicet feria secunda post [epiphaniam^h] sequentem successit ei in abbatia [domnus^h] Odo de Rem. dictus Leplat, et electus [fuit^h] ipsa prima die ad eligendum assignata, et in crastino feria tertia confirmatus, et in feria 6. sequenti benedictus a reverendo patre [Petro] archiepiscopo Remensi.

1294. Mortuus fuit Johannes dux Brabantie in adventu filie regis Anglie, uxoris comitis Barransis, sororis uxoris filii illius ducis, et hoc factum fuit mense Maio die inventionis sancte crucis, et in feria 6. in ecclesia beate Marie Remensis caro eius bullita et ibi humata.

a) haec addit inter lineas a. 1238. 1239. manus 3. b) chörü (?) c. c) Suession c. d) I absce. e) quae sequuntur scripsit manus 2. f) quae sequuntur scripsit manus 3. g) quae sequuntur scripsit man. 4. h) absce., sed man. 50 saec. XVII. suppl.

1) Quod minus recte traditum dicit Marlot, Hist. Rem. ed. alt. III, p. 593. 2) Cf. chartam ap. Marlot l. l. p. 800. 3) S. Nicasii. 4) Hic locus editus est Gall. chr. IX, p. 214. 5) Quae sit nescio.

1307. die Veneris post Dyonsii sunt templarii capti per totum regnum Francie, regnan- Oct. 13.
tibus Clemente V. papa et Phillippo rege Francie, filio Ph[ilippi] in Arragonia defuncti*.

1309. Dominica post annuntiationem dominicam, que quidem dominica fuit media Mart. 30
quadragesima¹, quia Remenses canonici et omnis plebs communiter et ubique asserendo
dicebant et litteris suis cum feretris suis per totam patriam affirmabant, se habere totum
corpus beati Nychasii martiris ac Remorum pontificis, nosque nichil de eo habere omnino
preter unum dentem, qui cotidie ad sanctuarium a peregrinis deosculatur, supervenit
dominus Remensis archiepiscopus Robertus de Corthenaco una cum abbate Beati Remigii,
Predicatoribus, Minoribus, diversis^b rotariis ac non minima populi multitudine. Apertum
fuit feretrum, quod erat sub altare in ecclesia beati Nychasii per eundem R[obertum] archi-
episcopum, presentibus omnibus qui adesse voluerunt

ANNALES FLORIANENSES BREVES.

*Cod. Bernensis nr. 306, olim Florianensis, 8 foliis in 4. mai. constans, f. 1'
— 8. duplicem continet cyclum 1—531. 532—1063, cui s. XI. nomina impera-
torum, paparum et regum Francorum a duobus vel tribus scribis illata sunt,
paucis additis notis, quae maximam partem ex Annalibus antea in eodem
coenobio conscriptis et, compluribus omissis, SS. II, p. 254. editis suntae sunt.
Quas ne quidquam huic collectioni deesset, quod annalium eiusmodi originem
et propaginem illustrare posset, ex codice benevole Berolinum transmissio de-
scripsi et hoc loco exhibendas duxi.*

G. W.

625 (vel 626). Leodebodus Florianensis monasterii fundator obiit.

646. Primus abbas Florianensium Rigomarus habuit annos quinque. Secundus abbas Ann. ant.
Mummolus annos 30. Et infra istos 30 annos corpus eximii patris Benedicti allatum est de
monte Cassino ab Aygulfo monacho anno 660. incarnationis Domini nostri Ihesu Christi,
25 regis Chlodovei temporibus, filii Dagoberti.

667. Iustinianus^d minor ann. 10. Cuius anno secundo Pipinus senior maior domus in Francia con-
stitutus . . . anno 27.*

714. Karolus annis 27.

741. Karolus obiit, et Pipinus ann. 27 postea^f prefauit.

30 754. Hic rex Pipinus efficitur.

764. Pipinus rex obiit, et Karolus regnum suscepit.**

778. Ludovicus natus est.

814. Karolus imperator obiit, et Ludovicus imperium recepit.

833. Ludovicus regnum amisit et recepit

35 840. Ludovicus imperator obiit, et Karolus imperator effectus est.

877. Karolus obiit, et Ludovicus^e, filius eius, regnum suscepit.

878. Iohannes papa in Gallias venit^h.

879. Ludovicus rex obiit, et Ludovicus et Karolomannusⁱ regnum suscipiunt et dividunt.

882. Ludovicus, Karolomanni^h frater, obiit.

40 917. Bellum Suesionis inter Karolum et Rothertum. Ex quo Robertus occubuit. Eodemque anno, Karolo capto,
Rodulfus regno sublimatur.

938.² Prima Ungarorum in Gallias irruptio

*) 690. Pipinus . . . erasa.

**) 767: Karolus . . . erasa.

45 a) defuncto carr. defuncti c. b) poene euanui. c) quae sequuntur abscisa sunt. d) l. m. a. 10 manu f. o) i c.
f) p. regnavit (corr. prefaui) post add. c. g) vicus, t abscisa. h) enit absc. i) iit, o, et absc. k) noi absc.

1) Non media quadragesima, sed paschatis, quae etiam mediana dicitur. 2) Haec a. 936. coniungunt
Ann. ant.

944. ¹ Ludovicus rex obiit, et filius eius Lotharius regnum optinuit.
 985. ² Lotharius rex obiit, et Ludovicus, filius eius, regnum suscepit.
 987. Ludovicus rex obiit. Eodemque anno Hugo dux Francorum^a regno sublimatus^a est.
 988. Rotbertus^b rex eligitur³.
 997. Hugo rex obiit. 5
 1004. Abbo abbas Floriacensium obiit. — Liger^b fluvius imitatus diluvium⁴.
 1030. Ganzlinus abbas obiit Floriacensis.
 1031. Rotbertus^b Francorum rex obiit.
 1044. Eclipsis^b lune 8 horarum inter huadas et plidas errante in Nov. mense intrant.
 mensis feria 5. 10
 a) n, tus est absq. b) alta manu c. c) ita c.

ANNALES NIVERNENSES.

Hos plane ineditos ex codice Musaei Britannici inter Harleianos nr. 3091. descripsit V. Cl. E. Bishop, annotationibusque doctis illustravit, et liberalitate ea qua labores nostros fovet nobis edendos commisit. Codex, postea 15 etiam a V. Cl. Liebermann inspectus, membr. saec. X, inter cetera continet f. 22. calendarium, cui paucissimae tantum insertae sunt notae necrologicae⁵; f. 28¹ sqq. cyclos paschales cum annalibus diversis manibus plerumque inter binos annos scriptis. Et anni quidem 660. 815. 825. 834. 838—843. 928. 949. eidem debentur scriptori, qui notas s. IX. ex vetustiore exemplari sumpsit, quale 20 etiam in Annalibus Engolismensibus (SS. XVI, p. 485) et Chronico Aquitanico (SS. II, p. 252) adhibitum videmus, de annis vero 928. et 949. ex propria cognitione retulisse videtur. Et iam antea, a. 858. sqq. alii rebus suppare quae comperta habebant annotarunt, ea maxime quae ad ecclesiam vel civitatem Nivernensem spectant; id quod alii et alii saeculis X. XI. XII. pro- 25 secuti, non pauca sive prorsus incognita sive alibi minus accurate tradita his tabulis intulerunt⁶. Quae sane harum rerum studiosi magni facient. Post vero etiam de monasterio Cluniacensi eiusque abbatibus nonnulla addita sunt, annis minus recte indicatis, e memoria, ut videtur, scripta: ut V. Cl. Bishop censuit, postquam a. 1068. monasterium S. Stephani Niverni fundatum 30 et Cluniacensi subditum est (Gall. chr. XIII, p. 667). Ita etiam hoc annalium exemplo edocemur, quam maxime id studendum esse, ut notas a coaevis scriptas et post cyclis adscriptas discernamus. Dum illas fide valde dignas praedicamus, has plerumque tanquam nullius pretii reprobemus oportet. G. W.

- Anno 509. ab incarnatione Domini transitus sancti Benedicti abbatis. 35
 582. Hoc anno Mauricius imperator efficitur.
 591. Isto anno Gregorius papa ordinatur.
 605. Hoc anno obiit Gregorius papa.
 660. Hoc anno translatum corpus sancti Benedicti.
 734. Hoc anno Beda doctor et mirabilis calculator obiit. 40

a) alta manu s. X.

1) Haec recte a. 954. Ann. ant. 2) Haec a. 969. enim ecclesia cathedralis Nivernensis erat dedicata. (vel 970) et 979. minus recte Ann. ant. 3) Ann. ant. 6) Neque auctor Galliae christianae (Vol. XII) neque haec a. 987. coniungunt. 4) Cf. Ann. ant. a. 1003. Grosnier, qui a. 1854. librum de ecclesia cathedrali Nivernensi edidit, comperta habuerunt quae de de- 45 dicatione ecclesiae a. 1058, de episcopis aliisque rebus Niverni gestis hic leguntur.
 5) 14. Kal. Febr.: Obiit Rodulfus, frater Huberti clerici (manu s. XI); 2. Non. Aug.: Obiit Henricus rex Francorum. — 16. Kal. Iul. verba Cirici et Iulitte mart. maioribus litteris scripta sunt. His

815. Hoc^a anno mense^b Ianuario Karolus augustus magnus mortuus est 5. Kal. Febr., et Ludovicus, filius eius, imperator efficitur.
825. Hilboqus abba ordinatur.
834. Mense Iunio Herus insula a generali monachorum habitatione destinetur^b, et Odo comes cum Lamberto preliatur et perimitur.
838. Pippinus Aquitanicus vita carnis exemptus est.
839. Arnulfus abba ergastulo presentis lucis^ceductus est. Hoc^c anno^c corpus sancti Bartholomei Beneventum translatum est.
840. 3. Non. Mai, feria quarta, hora octava edipsia solis efficitur, et 12. Kal. Iulii Lodovicus imperator diem clausit extremum.
841. 7. Kal. Iulii Lotharius imperator cum Karolo et Ludovico, suis fratribus^d, bellum aggreditur in villa Fontanedo^e, et terga versus exercitus ipsius graviter percutitur.
843. Iudith imperatrix viam universae carnis ingreditur, et Karolus adiit Britanniae.
858. Hoc anno apud Nivernis dedicatio ecclesie in honore Dei et Salvatoris nostri et sancte Dei genitricis [Marie] ac sancti Petri apostoli aliorumque sanctorum ab Herardo Turonicae metropolis archiepiscopo 3. Non. Mai., 17. anno regnante Karolo rege, Aiulfone tunc eam regente presbitero.
888. In isto anno fuit excidium Meldensis civitati sub die 18. Kal. Iulii et festivitate sancti Aniani³, et fuit die Mercuris et luna 29⁴.
- 891.^f In isto anno fuit glacies, qui coxit vineas sub die 4. Id. Mar. et sub die 17. Kal. Maii (?)^g.
910. Hoc^h anno fundatus est locus Cluniaci.
918. Obiit Willelmus dux, fundator Cluniaci coenobii.
921. Ordinatio Launi episcopi⁶.
924. Exaltatioⁱ regni Rodulfi regis⁶.
926. Hoc anno obiit Berno primus abbas Cluniaci.
928. Obiit^h Launo episcopus 7. Idus Agusti, et in ipso anno ordinatio Tedalgrinni^k episcopi.
938. Hoc^h anno^c obiit sanctus Odo abbas loci Cluniaci et magnificus doctor.
949. Mortuus^l est autem Tedalgrinnus^k episcopus 3. Idus Mai.
953. Excidium et desolatio Nevernis civitatis⁶.
954. Exaltatio Loterii regis. Obiit Ludovicus rex, et Otto imperator Ungros vicit.
- Hoc^m anno fuit Ugo dux Frantiae cum magno exercitu in Constantino pago super Araldum Normannum; et in ipso anno obiit Ludovicus rex, et in ipso anno unctus est Lotharius eius in regem filiusⁿ 3. Idus^o Novembris apud Remis civitatem in ecclesia sancti Remigii.
955. Et in isto anno obsedit predictus Ugo Pictavis civitatis¹⁰, et incensum est templum sanctae Kadegundis.
956. Et hoc anno obiit Gislebertus comes apud Parisius post pascha, et in ipso anno Apr. mortuus est Ugo predictus comes apud Dordineum vicum¹¹.
958. Obiit Gauzbertus episcopus Kal.° Septembris. Hoc anno cepit Rodulfus Divioni comes Belnum¹² castrum seniori sui Optonis, et quod peius est, uxorem suam abstulit, filiam videlicet Gisleberti, et sibi vindicavit in uxorem; et in ipso anno per vim captum est ipsum castrum ab Optone et a suis fidelibus Kal. Maias; et in ipso anno venit rex et mater sua et Ugo, filius Ugonis, et mater sua apud Marziacum¹³ vicum iuxta Nevernis ad placitum contra Guillelmum comitem Aquitaniae post missa sancti Martini.
959. Hoc anno ordinatus est Natrannus episcopus 13. Kal. April.; et in ipso anno capta est turris Nevernis 18. Kal. Septemb.
960. Hoc anno fuit magnum bellum inter Airardum et milites Sancti Cirici¹⁴ 11. Kal.

^a) alia manu s. X. ^b) m. I. superscr. c. ^{b')} destituitur A. Eng. ^c) manu s. X. ex. add. c. ^d) fratribus c. ^e) forsan Fontanello c. ^f) vel 892. c. ^g) viz legi potest; fortasse: Aprilis. ^h) manu s. XI. ⁱ) exaltatio c. ^k) Pedalgrino. c. ^l) eadem manu quae notas annorum 660. 815—843. scripsit. ^m) quae sequuntur — 960. una manu coeva scripta. ⁿ) ita c. ^o) K. S. man. sec. add. c.

1) Cf. Ann. Benev. a. 838, SS. III, p. 173. Alii alios indicant annos; v. Sigeb. a. 831; SS. Lang. III, p. 460 sqq. 2) Ita etiam Chron. Aquit., SS. II, p. 253. 3) Translatio s. Aniani 14. Iunii celebratur, sed haec a. 888. dies fuit Veneris. 4) V. Ann. Vedast., SS. II, p. 204. 5) Nivernensis. 6) A. 923. Rodulfus rex Franciae electus est. 7) Potius a. 942; v. Flod. h. a.; cf. Mabillon, Ann. III, p. 460 sqq. 8) Cf. Ann. Masc., SS. III, p. 170. 9) pridie Id. Novembr., Ann. S. Columbae Senon., SS. I, p. 105. 10) Cf. ibid. et Flod. h. a. 11) Dourbrat; cf. Kalckstein, 'Franz. Königthum' p. 290. 12) Beaune. 13) Marzy. 14) i. e. ecclesiae Nivernensis.

- lul.; et in ipso anno Bruno pontifex et dux venit cum magno exercitu in Burgundiam et obsedit Trevas civitatem mense Octobrio¹.
961. Hoc^a anno² obiit Heynardus abbas Cluniaci, vir magne sanctitatis ac patientie.
978. Hoc anno obiit Natrannus episcopus 6. Kal. Mar. In ipso anno ordinatio Rocleni
Jan. 29. episcopi missa sancti Petri, 3. Kal. Iul., die dominico³. 5
987. Hoc^a anno coepit regnare Ugo.
991. Hoc anno fuit magnum bellum inter Landricum comitem⁴ et Archimbaldum
2. Idus Augusti, diem Martis⁵.
993. Hoc^a anno obiit sanctus Maiolus abbas Cluniaci.
- Apr. 12. 996. Hoc^b anno crematio civitate^c Nevernii in die pascha. 10
1004. In^b isto anno fuit occisus Maiolus miles et Hacnardus prepositus atque Girbertus Kal. Mai. die Lunis in villa Sancasia^d.
1011. In hoc anno obiit Roclenus episcopus Non. Marcii diem Mercuris post mediam quadragesimam.
1015. In hoc anno fuit ordinatio Girardi Nivernensis episcopi⁶ et defunctio eiusdem. 15
1016. In hoc anno fuit inthronizatio Hugonis episcopi Nivernensis 8. Kal. Novembr.,
Oct. 25. natal. sanctorum Crispini et Crispiniani mart.
- Mai. 11. 1028. Hoc anno obiit Landricus comes 5. Id. Maii, missa sancti Maioli, die sabbati.
1032. Hoc anno⁷ obiit Rotbertus rex.
- Jun. 29. 1033. In hoc anno 3. Kal. Iul., natal. apostolorum Petri et Pauli fuit eclipsis solis, scilicet
cet hora inter terciam et meridiem. 20
- Aug. 29. 1034. In hoc anno mense Aug., missa sancti Iohannis decollatio fuit interfectio militum Eldradi, Olgerii, Malguini et Guilelmi, et alii multi.
- Aug. 5. 1039. In hoc anno Non. Augusti, die dominica fuit iter[um] magna crematio Nivernis civitatis cum monasterio Sancti Salvatoris. 25
1040. Hoc anno obiit Ragenaldus comes, Landrici^e comitis proles.
- Nov. 22. 1044. In hoc anno 10. Kal. Decembr., natal. sanctae Ceciliae fuit eclipsis solis, scilicet hora tertia^f.
1049. Hoc^g anno obiit sanctus Odilo abbas Cluniaci, et ordinatio domni Hugonis abbat^{is} 8. Kal. Marcii. 30
1053. Hoc anno 6. Kal. Augusti fuit magna crematio Nivernis civitatis cum toto burgo et ecclesia sancti Agricolae.
1056. Hoc anno 2. Non. April. vertit luna in sanguinem media nocte.
- Oct. 25. 1058. Hoc anno 7. Kal. Novembr. dedicatio Nivernis matris aeclesiae ab Ugone eiusdem civitatis episcopo cum duobus aliis episcopis et permaxima clericorum et laicorum 35 turba in honore sanctorum martyrum Cyrici et Iulite, matris eius, sociorumque eorum.
1060. In hoc anno Henricus rex obiit, Rolberti regis filius. 2. Non. Augusti.
1063. 4. Id. Aug. dedicatio ecclesie Silviniaci⁸, et translatio corporis sancti Odilonis abbat^{is} tempore Alexandri pape.
1069. Hoc anno obiit domnus presul Hugo Nonas Mai. 40
1074. Electio domni Hugonis presulis 3. Kal. Iul., die dominico.
1075. Hoc anno Belinus interfectus^h est hereticus, sociique eius morti traditi fuerunt.
1076. Hoc anno 7. Id. Octob. dedicatio aeclesiae sancti Salvatoris Nivernis.
1079. Hoc anno fuit per totam hanc terram terrae motus magnus 16. Kal. Augusti,
feria 4. 45
1087. Hoc anno translatum est corpus sancti Nicholay in Barum civitate 12. Kal. Mai. Ab obitu autem eius usque ad translacionem ducentarum olimpiadarum curricula transierunt.

a) manu s. XI. b) a. 996. et 1004. eadem manu. c) ita c. d) de litteris ea non satis constat. e) L. c. p. ut. man. c. f) in codice additur: Hoc debet scribi in pascha in cereo: Fox. lux. zoe. vita. g) eadem manu qua notae Cluniacenses 50 a. 910. 938. 961. 993. h) int. adras. c.

1) Cf. Flod. a. 959. 2) Mabillon, Ann. III. p. 576. 6) Gerardus ex charta quadam ante Natramnum teste etiamnum in charta a. 965. memoratur. ponitur Gall. chr. XII, p. 633. 7) a. 1031. 3) Ita a. 979, non 978. 4) Nivernensem et 8) Souvigny. Altisiodorensem. 5) Ita a. 990, non 991.

1097. Ordinacio Widonis episcopi 8. Id. Decemb.
 1098. Hoc anno aparuit lux magna per totam noctem in aere feria 2, 5. Kal. Oct.
 Hoc anno obiit Willelmus comes Nivernensium, qui ecclesiam beati Stephani prothomartiris a fundamento edificavit. In hoc anno ceperunt christiani Iherusalem feria 6, de-
 5 structis Saracenis Deo adiuvante.
 1099. Obit Wido episcopus 4. Kal. Mai, et ordinacio Harvei episcopi.
 1099. ann. fuit conflictus inter Willelmum comitem iuvenem et Aymonem de Borbono, fugaque est versus Aymo, multis milibus de suis necatis in Aligero¹ fluvio. Willelmus vero victor rediit cum magna spolia², plurimis captis, 4. Non. Iun.
 10 1106. Hoc anno interfectus est Bernardus de Sancto Salvio a servis Seguini de Niver.
 1108. Hoc anno obiit Philippus rex.
 1110. Hoc anno migravit ex hoc mundo domnus Herveus presul 6. Idus Augusti, feria 2, qui in pluribus ecclesiam sibi commissam decoravit; et ordinatio Hugonis episcopi.
 1117. Hoc anno octavo Idus Mai, feria 4², fuit magna coctio vinearum, sigalorum,
 15 messium, frugum aliorumque bonorum in Frantia, in Burgundia, in Alvernia et in aliis terris.
 1119. Hoc anno obiit Hugo III^{us} episcopus Niv., et intronizatio Fromundi presulis.
 1145. Hoc anno obiit Fromundus presul, qui aeccliam sancti Martini a fundamento rehedificavit et ecclesie nostre multa bona contulit.
 20 1146.^b Hoc anno intronizatio Gaufredi presulis.
 1147. Hoc anno peregre profectus est Ierosolimam Ludovicus rex Francorum, filius Ludovici Magni, cum exercitu suo et comite nostro Guillelmo.
 Hoc anno fuit eclipsis solis festivitate^c dedicationis ecclesie sancti Cyrici mart.³
 1149. Hoc anno obiit Guillelmus comes pater, monachus Chartusiae.
 25 1155.^d Hoc anno terremotus.
 1159. Obit Gaufridus presul. Eodem anno intronizatio domini Bernardi.
 Tempore Gaufridi cepere dari
 Duo nummi ad matutinas. Nunc grates reddite binas
 Vos qui suscipitis et factum nobile scitis!
 30 1161. Hoc anno obiit Wilelmus comes, filius Cartusiensis comitis.
 1164 (?)^e Hoc anno devicit Wilelmus comes, filius filii Cartusiensis comitis, Stephanum dominum de Sacro-caesaris et fere barones et milites tocus Gallie et duxit Nivern in captionem; hoc anno apud Marchiam castrum⁴.
 1176. Obit Bernardus presul 5. Id. Ianuar., et electus est T[eobaldus] decanus in
 35 eodem mense et intronizatus in eodem anno.
 1177. Hoc anno plebecula Nivern. eiecit garciones Renaudi de Disesi propter nimiam oppressionem quam faciebant in civitate.
 1185. Hoc anno fuit maxima copia vini et fertilitas segetum.
 1188. Hoc anno obiit felicis memorie Teobaldus Nivernensis episcopus, qui domum de
 40 Apponaco de ordine Cartusiensi construxit a fundamento et ecclesiam Nivernensem in multa pace rexit.

a) a: eras. c. b) inter a. 1146. et 1147. scripta. c) die ded. eras. c. d) inter a. 1154. et 1155. e) inter a. 1163. et 1164.

1) Allier. 2) Ita a. 1118. non 1117. 3) Cf. Labbe I, p. 293: 1165. 15. Kal. Maii Willelmus
 45 a. 1058, ubi d. 25. Oct. facta dicitur. Eclipsis solis comes Nivernensis Stephanum castri Sacri-caesaris
 fuit a. 1147, die 26. Oct. 4) Cf. Chron. Autis. infra Marchiam bello devicit etc. BISC.

EX
ANNALIBUS ANGLORUM ANTIQUIS.
EDIDIT R. PAULI.

Annalium Anglorum duo distinguenda sunt genera et patria et lingua diversa, alterum scilicet Transhumbranorum, alterum Merciorum atque Occidentalium Saxonum.

In Northumbria quidem, unde iam olim nomina quaedam pervetusta, nondum Teutonica sed Scotica, in primitiva opuscula Francorum, Alamannorum, Baiuvariorum irrepserunt, ars annos notandi ad exemplum Baedae Venerabilis sermone tantum Latino, quod scimus, usurpato, floruit. Cuius generis duo exemplaria, videlicet fragmentum exiguum annos 731—766. comprehendens in codice Phillippsiano 1089. s. XII. inventum et in Monumentis Historicis Britannicis p. 288. editum necnon particulae quaedam paullo uberiores inde ab a. 754. usque ad a. 802. a compilatore Northumbrano aevi XII. in Historiam de Gestis regum Anglorum et Dacorum receptae existunt. Qui cum alioquin annales regionum insulae australium et multo copiosiores et speciem primam integram servantes iam exhausserit, hos priore loco collocare haud dubitamus.

I. Libri enim in Anglia nunc vulgo sed falso 'Chronicon Anglosaxonicum' appellati et non solum ab editoribus prioribus, sed etiam in Mon. Hist. Brit. a. 1848. p. 291 sqq. violenter permixti, re vera plures Annalium series per saepe inter se distinctas repraesentant. Inde a s. IX. usque ad s. XII. compositi exempla antiquissima historiae oratione Germanica soluta scriptae existimandi sunt. Supersunt codices sex triaque folia septimi, iam dudum a. 1731. igne consumpti, de quibus quaestiones criticae institutae, nuper inprimis a V. D. John Earle, 'Two of the Saxon Chronicles parallel', Oxoniae 1865. ad finem certum perductae, sanxerunt quae sequuntur:

Codex A, qui initio s. XVI. ecclesiae Christi seu cathedralis Cantuariensis fuit, nunc cum libris Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis sub numero 173. inclusus, usque ad a. 891. una et huic anno fere coaeva manu lingua Anglosaxonica vetustiore, sicut litterae vocales praecipue ostendunt, exaratus est. Cum exemplar, de quo hic liber transcriptus est, a. 855. stemmata regia Saxonum Occidentalium usque ad Aelfredum regem iam contineret, eo regnante, in ecclesia Wintoniensi, ut praesumitur, compositum fuisse videtur. Singulis enim locis a Christo nato usque ad a. 731. promiscue e Baedae libris desumptis invenimur nonnulla vestigia traditionum antiquissimarum e regione Occidentalium Saxonum ac praecipue catalogi primi episcoporum Wintoniensium, quibus inter annos 755—822. varia de pon-

tificibus vel Romanis vel Anglis, de regibus Anglorum et de Karolo Magno addita sunt. Potest igitur, ut ordo primus a. 855. desierit, cui auctor Aelfredo coaevus usque ad a. 891. et alter per annos 892. et 893. multa insignia stilo, ut ita dicamus, archaistico subiunxerint. Quae sequuntur usque ad a. 897. manu tertia, ab auctore autem fervidissime pro patria sentiente atque certanimum cum Danis gestorum peritissimo conscripta sunt, a quibus porro aliquot anni, tametsi manibus variis additi, vix abhorrent. Spatium vero inter annos 925. et 975. designatum, exceptis duobus bellicis carminibus magnificis annis 937. et 942. insertis, tenuitate relatorum valde discrepat. Anni 978—1001, quo etiam
 10 codex G ex A transcriptus concluditur, iam rursus alia manu adduntur. Deinde, et non Wintoniae quidem, sed Cantuariae, scribae varii septem notulas inter annos 1005. et 1070. sparserunt. Ultimus denique Latino sermone nonnulla de Lanfranco et Anselmo archiepiscopis subiunxit.

Codices B. C. D. arcta quadam propinquitate inter se coniuncti et quod
 15 ad sermonem vernaculum spectat valde exculti, omnes s. XI. conditi sunt.

Codex B (Cotton. Tiberius A. VI) haud singulari indole, sed affinitate codici C propiore conspicuus, una eademque manu usque ad a. 977, quo desinit, in monasterio S. Augustini Cantuariensis exaratus esse videtur. Stemmata regum Saxonum Occidentalium in uno folio codicis Cottoniani Tiber. A. III
 20 asservata minime ex hoc sumta, sed, ut nostra nunc fert opinio, exempli cuiusdam annalium ad eundem annum 977. productorum hodie deperditi reliquias esse, apparet.

Codex C (Cotton. Tiberius B. I) usque ad a. 1046. una eademque manu, ut videtur, in monasterio Abingdoniensi in comitatu Berk transcriptus,
 25 nonnullis quidem additamentis insignis est, sed et codicibus A et B ex una, et D ex altera parte tam affinis est, ut monachos Abingdonienses libros annales et Cantuariae et Wigorniae mutuos sumpsisse suspicari liceat. Continuatio inde ab a. 1046. usque ad a. 1066. materiae, extremae lineae sermone quoque quandam regionis Transhumbrorum auctorem prodit.

Codex D (Cotton. Tiberius B. IV) usque ad a. 1016. manu eadem,
 30 ad a. 1079, qui est ultimus, pluribus continuatus, Wigorniae conditus est. Quamquam multa cum codicibus A. B. C communia habet, tamen iam s. IX. annalibus Transhumbranis et Mercii nunc amissis usus est, consilio vel opera, ut V. Cl. W. Stubbs praesumit, docti episcopi Werefridi, aequalis Aelfredi regis
 35 conditis. Insuper annalium antiquorum Saxonum Occidentalium exemplar Wintoniense ipsum, neque vero ullo modo Cantuariense vel Abingdoniense prae oculis habuit. Iam s. X. vestigia quaedam occurrunt, quae ad pagos et incolas mediae terrae Anglicae spectant. Continuationes s. XI. manu ipsa auctorum servatae de eventibus gravissimis magnam praebent auctoritatem. Hic liber solus
 40 coaevam et Anglice compositam narrationem belli Hastingsensis exhibet.

Codex E (Bodlei. I. aud. 636) usque ad a. 1121. una manu in monasterio Petroburgensi comitatus Northamptoniensis exaratus, sed ad priora exempla denuo quasi pertractatus, propter materiae, continuationes, dissimilitudines linguae permulta memoratu digna praebet. Usque ad a. 892. quidem
 45 archetypon facile agnosci potest. Verum alia omittuntur, alia adduntur, praecipue sermone Latino nonnulla de Karolo Magno, quae minime in Anglia ipsa conscripta, sed solummodo post regnum expugnatum ex annalibus Normannicis vetustis sumpta esse possunt; v. quae in 'Nachrichten d. Götting. Ges.' 1878, p. 1. disputavimus. Praeterea saepe invenies et fastos et diplomata monachorum Petro-

burgensium. Saeculo decimo aridissime peracto, scriptor usque ad a. 1075. codicibus C et D et tertio hodie deperdito usus est. Inter annos 1083. et 1090. fragmentum historiarum coaevarum insertum est, quod non nisi Wigorniae compositum esse potest. Inter annos 1091. et 1121. argumenta auctoris cuiusdam transcripta sunt, qui et stilo Anglico peculiari utebatur et prae ceteris res Wigornenses saltem usque ad a. 1107. prosequatur. Annos 1122—1131. primus, quae sequuntur usque ad a. 1154. alter continuator Petroburgi scripsit; et hic quidem plerumque de domo sua, usus sermone recentiore, antiquis flexionibus iam prorsus detrusis, tractavit.

Codex F (Cotton. Domitian. A. VIII) s. XII. in ecclesia Christi Cantuariae e libris prioribus magis excerptus quam transcriptus, auctoris ipsius manus olim usque ad a. 1001. pertinebat et haud multo post in eadem ecclesia Cantuariensi interpolanti persimilis est. Contextui Anglico uniuscuiusque anni auctor versionem Latinam subiecit nonnullaque praesertim de ecclesia sua et de Kantiacae provincia addidit. In fine paginae et in medio anno 1058. sermo Anglicus abruptus, ita ut, quot anni libro desint, conicere nequeas.

Codex G (Cotton. Otho B. XI), cuius nunc folia tria, videlicet anni 837—871, aegre ex conflagratione a. 1731. facta vindicata sunt, opera unius manus olim usque ad a. 1001. pertinebat et haud multo post in eadem ecclesia ex codice A ad litteram transcriptus fuisse videtur. Fortuito editio princeps: 'Wheloc, Chronologia Anglo-Saxonica 1643.' codicem G, lectionibus A subnotatis, secuta est, ita ut eum non prorsus interuisse dicas.

Non dubitandum est, quin Annales eiusdem generis et sermonis olim in aliis quoque ecclesiis Anglorum compositi iam deperierint. Indicia optatissima nuper adduxit F. Liebermann, 'Ungedruckte Anglo-Normannische Geschichtsquellen' I, qui p. 3. non solum fragmentum Anglosaxonicum, ex ecclesia Cantuariensi oriundum et annos 925—1130. complectens, primus cum lectoribus communicavit, sed praeter alia memorabilia etiam Miracula S. Eadmundi, quorum auctor Herimannus p. 234. laudat 'Anglorum Cronica, in qua per annos dominicales regum Anglorum reperiri possunt annales', et iterum p. 246. 'ut Cronica testatur Anglorum', annalium exemplar, quod a. 1066. desisse videtur.

Post editionem Thorpianam a. 1861. inter 'Rerum Britannicarum mediæ aevi Scriptores' publicatam, quae sex codices maxime ex schedis, quas nos ipsi olim transcripseramus, columnis parallelis institutis reddidit, postque editionem novam codicum A et E indagazione librorum accuratissime fundatam, qua John Earle libro supra laudato de his annalibus optime meruit, nos codices ipsos iterum inspicere praeter unum F non oportebat. Versionem enim illam Latinam s. XII. ab editoribus omnibus hucusque praetermissam esse, valde miramur, cum et ab auctore prudentissimo opus paucis locis auctum sit et propter temporis rationem cum textu Anglico comparatam aliquantum valeat. Aestate a. 1877. igitur in Museo Britannico versati e codice F deprompsimus quaecumque Latine de rebus regnorum cis- et transalpinorum in eodem inveniuntur locisque Anglice conscriptis inseruimus.

Quae ab huiusmodi annalibus mutuati sumus, primum de temporibus Karolorum et expeditionibus Nortmannorum tractant, tunc de saeculo X. paucissima tantum afferunt, deinde a Kanuto Magno usque ad dies Henrici I. regis Angliae de rebus gestis imperatorum et pontificum Romanorum, praesertim de regionibus Lotharingicis, Flandrensibus, Scandinavicis permulta tradunt, quae

1) Codicum Dunelmensium iam deperditorum vestigia indicat Stubbs, 'Walter of Coventry' II, p. xciv.

posthac in Monumentis Germanicis desiderari dedecet. Praeter facta et eventa viros singulos, et clericos et literatos, qui e Germania et praecipue e Lotharingia in Angliam transierunt, non negleximus.

Ubiqve autem annalium recensiones inter se vel minimum quidem variant, quod saepissime quoad annorum rationem fit, binis aut trinis columnis lectiones designavimus ac res minutissimas idioma vel potius orthographiam dictionis Anglosaxonicae spectantes accurate sub linea adnotavimus. Sermoni vero vernaculo versio Latina subiuncta est, quae modo id agit, ut propositiones rudes atque incomptae scribarum Anglorum ad verbum transferantur, ne in futurum cum scriptoribus confundantur, qui hos libros venerabiles exhausserunt.

Istiusmodi autem sunt:

1) Auctor Gestorum Aelfredi regis, qui se clericum Wallensem Asserium nomine fuisse et circa a. 884. Aelfredi Magni domum intrasse ipse Asserit. Dubitari non potest, quin Asserius quidam in episcopum Scireburnensem promotus et a. 909. mortuus fuerit; v. Ann. Anglosaxon. a. 910. Attamen Gestalaciniis quibusdam vitae regis et fastorum regni monstruoso fere modo inter se conglutinalis constant. Fasti annorum 851. usque 887, ut apparet, satis imperite ex annalibus Anglicis in sermonem Latinum versi, anno Christi nati semper annum ab Aelfredo nato subiungunt. Orationis genus inflatum verbis inusitatis abundat. Locorum nominibus Anglicis frequenter designatio Celtica subiicitur. Non mirum est, quod opusculum, cuius origo nebulis quibusdam obducta et quod in editionibus prioribus atrociter interpolatum esse videtur, iterum atque iterum lectorem offendit, ita ut tempore recentiore id suppositum esse nonnulli suspicentur. Nihilominus constat, ante conflagrationem infaustam a. 1731. codicem Gestorum s. X. (Colton. Otho A. XII) superfuisse, cuius scripturae specimen in Asserii editione a Francisco Wise Oxoniae 1722. elaborata fronti praepositum est, v. Mon. Hist. Brit. I, Introd. p. 79. 80; Hardy, Descriptive Catalogue of Materials relating to the History of Great Britain and Ireland I, 553; Pauli, 'König Aelfred' 5. Praeterea animadvertere oportet, auctorem, qui circa a. 893. initium scribendi se fecisse affirmat, serie annalium solummodo usque ad a. 887. producta eaque antiquissimis codicibus A partibus congruente usum esse; v. Earle, 'Saxon Chronicles' p. LVI. Deinde Florentius Wigorniensis, qui anno 1118. mortuus est, et quae a vita quadam Aelfredi et quae ab annalibus descendunt ad literam tam anxie transcripsit, ut ad lectiones singulas restituendas auxilium quam maximum offerat. Postremo Florentii aequalis Simeon Dunelmensis de rebus s. IX. gestis Asserium testem praecipuum laudat eiusque sententias iterat. Fidem igitur opusculi inconcussam accipientes, ex editione Mon. Hist. Brit. I, p. 467, quae cum Wisiana congruit, quaecumque res nostras attingunt, confidenter desumpsimus.

2) Chronicorum libros quattuor reliquit Ethelwerdus, qui titulus magniloquis Patricii Consulis Fabii Quaestoris delectatus in epistola dedicatoria Mathildem consobrinam alloquitur, cuius atavus, Aelfredus rex, frater minor natu Ethelwerdi atavi, Aethelredi regis, fuit, de quibus v. lib. IV, 2: de filiis Athulfi . . . quartus Ethered, qui post obitum Edelbyrhti successit in regnum, qui et meus atavus; quintus Elfred post omnes successor principatus totius, qui et atavus vester. Mathildis autem filia erat Liudolfi, quem Otto Magnus et Editha, Eadweardi senioris regis filia, procrearunt. Liudolfo Hermannus Alamanniae dux Idam filiam nuptum dederat, quae a. 949. Mathildem pepererat. De ea Obizzonis Mediolanensis vidua atque a. 1011. abbatissa Astnidensi mor-

tua, v. Lappenberg, 'Gesch. v. England' I, p. LVII. et Dümmler, 'Otto der Grosse' p. 290, 2. Ethelwerdus ipse igitur ab uno filiorum Aethelredi inter annos 866. et 871. regnantis, qui ab Aelfredo Magno posthabiti sunt, originem duxit. Non dubitandum est. quin consobrinae aequalis circa annum saecularem 1000. vixerit et scripserit. Tabulae in Codice diplomatico aevi Saxonici ab I. M. Kemble collecto III. nr. 611. 621. 624 sqq. Aethelwardi cuiusdam ducis saepius diplomata subscriptis nomen demonstrant, quem Aelfrico celebri eiusdem aevi pedestris orationis scriptori familiarem fuisse Hardy, 'Descriptive Catalogue' I. 574. affirmat. Opus chronicale, post Aelfredi Gesta versio annalium antiquissima, desinit in versus panegyricos de Eadgaro rege, qui a. 975. mortuus est. Auctor, sermone tardo et inflato sicut et titulis Byzantinis usus, interdum quae ex Anglico vertit male reddidit, de quo Willelmi Malmesburiensis Gesta regum in prologo: Nam de Elwardo, illustri et magnifico viro, qui chronica illa Latine aggressus est digerere, praestat silere, cuius mihi esset intentio animo, si non essent verba fastidio . . . Haec ita polliceor, si conatui nostro divinus favor arriserit et me praeter scopulos confragosi sermonis evexerit, ad quos Elwardus, dum tinnula et emendicata verba venatur, miserabiliter impegit. Ex codice unico s. XI. (Cotton. Otho A. X. 2), nunc flammis Cottonianis tantopere mutilato, ut verba saepissime restituere non possis, H. Savile, 'Rerum Anglicarum Scriptores post Bedam praecipui'. Londini 1596. (et Francofurti 1601) hoc opus negligenter edidit, quem editores Mon. Hist. Brit. p. 499. secuti sunt. Auctor, qui annalibus religiose imitabatur, annos non a Christo nato, sed alium post alium computat ideoque res gestas aliquando perturbat. Quamquam nonnulla narrat quae alibi non inveniuntur, annales nostris multo dissimiles in manibus habuisse, minime putandus est.

3) Florentius Wigorniensis monachus, cum Chronicon ex chronicis scribendum susciperet, Mariani Scoti chronicon universale fundamentum posuit, cui tamen multa, quae ad res Anglicas spectabant, addidit. Mariani librum ab anno 1082, quo auctor mortuus est, suis viribus, sed stilo persimili, tam historiam quam chronologiam tractaturus, continuavit, quod et codice celeberrimo Cottoniano Nero C. V. et codice Collegii Corporis Christi Oxoniensis 157. satis luculenter demonstratur; v. Georgium Waitzium de Mariano disserentem SS. V. 482. 490. 492. Florentius die 7. Iulii 1118. mortuus est: Nonis Iulii obiit dominus Florentius Wigornensis monachus. Huius subtili scientia et studiosi laboris industria praecinet cunctis haec chronicarum chronica (edit. Thorp. II, 72). Nec defuerunt, qui Florentium denuo pertractaverunt et continuaverunt, qui secundum optimos codices annos 1131. et 1141.³ et ultra attigerunt, quorum unus facile principalis sub a. 1138. se ipsum Iohannem appellavit:

Quisquis christicola sub summa pace quiescat,

Corrigat ista legens, offendit si qua Iohannes

(edit. Thorp II, 107). Hunc Iohannem monachum cum Florentio ipso confudisse eique omnia, quae a Mariano exeunte praecesserant, attribuisse videtur Ordericus Vitalis, qui in Historiae Ecclesiasticae libro III, edente Le Prevost vol. II, 159. 160. eloquitur: Ioannes Wigornensis, a puero monachus, natione Anglicus, moribus et eruditione venerandus, in his quae Mariani Scoti chronicis adiecit de rege Guillelmo et de rebus, quae sub eo vel sub filiis eius, Guillelmo Rufo et Henrico, usque hodie contigerunt, honeste deprompsit. Maria-

¹ Hic desinit cod. Oxon. supra laudatus, qui Wigorniae exaratus est.

nus . . . , quem prosecutus Ioannes acta fere centum annorum contexuit iussu-
que venerabilis Wlfstani pontificis et monachi († 1095) supradictis chronicis
inseruit, in quibus multa de Romanis et Francis et Alamannis aliisque genti-
bus, quae agnovit, utiliter et compendiose narratione digna reseravit; v. etiam
5 *Delisle in eadem editione Orderici Vitalis Hist. Eccl. vol. V, p. 36. et G. Waitz*
I. I. p. 492: 4. Ordericus fortasse codicem eximium, qui nunc Collegii Cor-
poris Christi Oxoniensis nr. 157. est, Wigorniae inspexerat. Ille hodie detrun-
catus a. 1140. desinit. Codex Londin. Lambeth. nr. 42, item s. XII. exar-
ratus, sicut et plures libri aetate minores, iam a. 1131. concluditur. Editio
10 *princeps (Howard) Londinii 1592. a. 1141. mutilata finitur. Monumén-*
torum Hist. Brit. editores, quae vero, regno Anglorum a Normannis expugnato,
a. 1066. desinunt, codices duos praestantissimos Oxoniensem et Lambethianum
secuti sunt. B. Thorpe, qui Florentii chronica Societatis Historiam Anglicam
curantis sumptibus iam a. 1849. non satis accurate edidit, praeter librum Wigor-
15 *niae scriptum codices quoque Oxoniensem Bodleianum nr. 297. et Cantabrigiensem*
Collegii Corporis Christi nr. 92. paullo aetate minores adhibuit et continuationem
aliam, Iohannis Taxteri videlicet et Iohannis de Everisdene, adiecit,
quae quidem, cum opus diversum sit, seiunctim prodire meruit.

Nonnulla iam quae spatium temporis inter annos 1091. et 1117. spectant
20 *G. Waitz, SS. V, p. 594, e Florentii Historia collegit. Sed spicilegium alterum*
facere placuit, cum auctor chronico universali Mariani Scoti, si nec Baedam nec
Eadmerum nec Vitas sanctorum Anglorum respicis, praecipue annales nostros An-
glicos et Aelfredi regis Gesta, quae Asserio attribuuntur, inseruerit. Annalium
autem codices eis, qui nunc extant, persimiles inspexit. Praeter codicem D a
25 *Wigornia oriundum et a. 1079. terminatum, continuatione quadam usus est, cuius*
vestigia in codice E inveniuntur. Sed Florentius, ni fallor, non solum usque
ad a. 1107, ut Earle, 'Two of the Saxon Chronicles' p. LX. voluit, sed etiam
per annos proximos cum annalista Wigorniensis a codice E recepto consonat.
Praeterea quidem inde a saec. X. exeunte additamenta, quae frustra in annalibus
30 *quaeras, cum sine dubio a Florentio ipso composita sint, continue augescunt.*
Quae post annum 1117. e continuatione desumpsimus, praecipue codici Coll.
Corp. Christi Oxon. nr. 157, qui olim Iohannis monachi Wigorniensis ipsius in
manibus fuerat, debemus. Quem nuperrime V. Cl. F. Liebermann, notas atque
additamenta varia, hucusque ab editoribus omissa, in 'Ungedruckte Anglo-Nor-
35 *mannische Geschichtsquellen' II, mox editurus, in nostrum etiam usum dili-*
genter perscrutatus est. Idem capita quaedam cum codice Bodleiano nr. 297,
eadem saeculo XII. exarato, contulit, ita ut rationi qua auctor in verbis scri-
bendis usus est, melius quam editorum Anglicorum mos est, adherere possimus.

II. Inter auctores, qui vel parum tantum vel non recta via sed aliorum
40 *ope intercedente libris Anglice scriptis utebantur, Wilhelmus Malmesburi-*
ensis facile praecipuus fuit, cuius locos perpaucos eis, quos iam G. Waitz,
SS. X, p. 449, extraxit, superaddere libuit. Librorum de Gestis Regum Anglorum
F. Liebermann in codicibus Musei Britannici, Ms. Addit. 23147, Cotton. Claud.
C. IX, Reg. 13 D II. nonnullos locos percensuit. Excerpta e Gestis Pontificum
45 *Anglorum ex editione Hamiltoniana 1870. inter Rerum Britannicarum medii*
aevi Scriptores publicata sumpsimus, codicem Collegii Magdalenae Oxoniensis
172. anxie secuta, quo auctoris opus iterum recensentis autographon serva-
lum esse constat.

Eadmerus, de quo diserte loquitur F. Liebermann, Anglo-Normann.
SS. T. XIII.

Geschichtsquellen I, p. 284—302, ut nomen docet, natione Anglus, ab infantia cum monasterio ecclesiae Christi Cantuariensis coniunctior, circa a. 1071. 'puerulus in scholis', a. 1078. 'adolescens', a. 1120. 'senex' erat, ita ut circa a. 1060. natus esse videatur; v. *Epistolam de S. Dunstano apud W. Stubbs, 'Memorials of Saint Dunstan'* 1874, p. 413. 421. et *Eadmeri Vitam S. Anselmi Cantuariensis* I, p. 41. Monachi quidam iam aetate confecti ei puero retulerunt quae tempore Kanuti regis, 'ipsis adolescentiae primordia agentibus', oculis viderant; v. *Hist. Nov. lib. II. Ipse in cantoris (sive praecentoris) gradum promotus, in scriptorio monastico vitas sanctorum gentis suae, miracula, carmina composuit; v. Obituarium Cantuariense apud Wharton, Anglia Sacra II, p. XII. Cum* 10 autem etiamtum a. 1089. Osbernus socius maior natu eiusdem domus praecentor et Eadmero ut libros de viris sanctis scriberet auctor fuerit, utriusque opera editores nonnumquam confuderunt. Lanfranco archiepiscopo viro imperioso non familiaris Eadmerus Anselmum a. 1079. iam primum in Angliam venientem propius cognitum habuit eique a. 1093. archiepiscopo electo in futurum 'con- 15 victor et amicus exiliorumque et laborum individuus comes' fuit. Utrum 'domnus Eadmerus', de quo Anselmus scripsit in *Epp. III, 25, 'carissimus filius meus et baculus senectutis meae, monachus Becci', noster, an potius cum codice Ermerus legendum sit, quodam modo dubitamus. Anselmus autem, sicut Wilhelmus Malmesburiensis in Gestis Pontificum I, p. 65. tradit, rogavit Urbanum II. 20 pontificem, ut sibi obedientiae pertinacem custodem daret. Is Edmerum exhibuit, cuius Anselmus iussa tanti fatiebat, ut, cum eum cubili locasset, non solum sine eius praecepto non surgeret, sed nec latus inverteret. Qua intima familiaritate in curiis regis, in synodis ecclesiasticis, in itineribus Romam susceptis homines magnae auctoritatis adeundi ab eis quae memoratu digna erant 25 colligendi occasio Eadmero data est. Fautori dilectissimo a. 1109. moribundo non deficiens, eius 'continuum et assiduum comitem' se fuisse usque ad horam supremam nunquam obliuiscatur; v. *Vitam Anselmi II, p. 73. 74. Post longum intervallum a. 1114. monachi Cantuarienses Radulphum primatem ecclesiae Anglicanae elegerunt, quem Eadmerus, unus eorum, a. 1116. iterum Romam, 30 ut a Paschale II. acciperetur, et ad Henricum I. regem Angliae, in Normannia versatum, comitatus est, donec a. 1119. ab archipraesule fratribus sincere commendatus, iam senectute defectus in monasterium reversus est; v. Hist. Nov. lib. V. Denique, ut ipse literis copiosis insertis narrat, a. 1120. in episcopum S. Andreae principalis Scotorum dioecesis rite electus et constitutus, nihilo sequius 35 ab officio sacro suscipiendo recessit, cum consecrationem, quam Radulphus archiepiscopus Cantuariensis iure Angliae primatis expetebat, archiepiscopo Eboracensi et rege Henrico obloquentibus, nullo modo impetrare posset. Multa sed inutili opera regno Scotorum libertatem a ditione sedis Eboracensis vindicare attemptavit. In ultima, quam aetate 1123. scripsit, epistola rursus sese 40 fratrem designavit; v. Wharton, Anglia Sacra II, p. 238. Idibus Ianuarii, ut opinari licet, anno 1124. mortuus est; v. Obituarium Cantuariense ibidem p. XII.**

E vitis sanctorum quas Eadmerus multas composuit sententiam unam, quae in S. Bregwini vita invenitur, in Monumenta Germanica transferre iuvat. In libris duobus de vita et conversatione S. Anselmi paullo post 45 a. 1115. praecepto Radulphi pontificis conscriptis, quorum secundum fere solummodo ex Historia sua Novorum deprompsit, de magistro adorato, vitam religiosam agente, de eius miraculis, sermonibus, scriptis philosophicis satis paenegyricè disseruit. Addidit duas miraculorum series, quarum altera, a V. Cl.

F. Liebermann l. c. edita, non ante a. 1123. collecta esse potest. Liber eximius, Historia Novorum in Angliā, b. Anselmo etiam tum vivo compositus est, qui ipse, particulis primis perfectis, auctorem a scriptis publicandis dehortabatur. Nihilominus quattuor primi libri operis iam a. 1109. finiti Wilhelmo Malmes-
5 buriensi innotuerunt, ut in prologo Gestorum Regum et in Gestis Pontificum pas-
sim testatur. Interregno pontificali Cantuariensi ab a. 1110. usque ad a. 1114.
penitus omissis, libri V. et VI. non uno calami ductu compositi, sed auctoris
vitam eodem tempore peractam quasi narrantes, usque ad Radulphum archi-
10 praesulem die 23. Octobris 1122. sepultum porriguntur. Propositum, quod
auctor in praefatione enuntiavit, sacerorum instaurationem a b. Anselmo in regno
Anglorum susceptam, contentione, ut dicitur, de episcoporum investitura in
Anglia excitatam narrandi, tam accurate peregit, quam auctori cuiquam coaevo
evenire potuit. Omittuntur quidem quaecumque ad dissensionem inter imperium
et pontifices Romanos spectant. Sed de moribus actionibusque curiae Romanae
15 imprimisque de synodo Barensi in litteris et decretis ipsis permulta invenies.
Libri V. et VI. auctoris ipsius quasi vitam testimonio literarum tabularumque
suffultam, praesulatum Radulphi archiepiscopi resque Francorum et Italicorum
historiam multoties illustrantes enarrant. Nam ab infantia Eadmerus 'sincera
dilectione erga patrem Anselmum comprobatus' et magna et parca observavit neque
20 viros peritos de rebus gestis percunctari unquam destitit. Testes, plerumque unius-
cuiusque ordinis clericos, fidelissime nominat, in itinere loca describendi studium
exhibet. Historiam Novorum conscribens annalibus lingua Anglica compositis, quos
Cantuariae invenit, et Lanfranci opusculo quodam de historia ecclesiastica con-
25 temporalis usus est. Testimoniis aliis et ero tabulas, privilegia in scriniis ecclesiae
Christi servata, decreta aliasque litteras paparum, Henrici regis, Anselmi epi-
stolas, quas ipse colligere coepit, praetulit. Ubicumque huiusmodi documenta
defuerunt, libere ignorantiam confessus est: illis diebus quae authentica et
memoriae digna extiterint necne, nulla nobis hucusque certitudo illuxit; Hist.
Nov. lib. V.
30 Per omnes partes tam firmiter cum ecclesia adversum regnum stat, ut ne
minimis quidem dilectissimam umbris offundi permittat, et si nihilo-
minus se ipso auctore fieri potuisset, tacere praeferat. Pericula autem certa-
minis de episcopis investiendis et regi penitus persperit, ita ut res gestas tradens
cautionem erga regem, proceres Normannos aliosque lectores adhibere nunquam
35 desinat. Ut Anglicus alienigenas episcopatus et abbatias patriae usurpantes
accusat. Regi honorem, regni leges et instituta observare studet. Miracula valde
sobrie et collegit et tractat. Quamquam monachus strictae obedientiae, paparum
licentiam non admiratur, curiales morum venalium causa vituperat, Henricum
regem decreta et legatos pontificum Romanorum non in regnum, nisi ipse pro-
40 basset, admisisse silentio comprobat. Nec iura eadem ab archiepiscopis Eborac-
censi et Cantuariensi expetita nec dignitatem aequalem canonicis saecularibus
ac monachis capitulum regentibus tribui vult. Orationis genus lucidum, in-
affectedatum, vegetum dici potest. Rationem temporum documentis confidens
accurate observavit. Pauci medi aevi auctores tantam rerum copiam tam
45 acri ingenio penetrarunt. Eadmerus, quem Florentius, Ordericus, Wilhelmus
coaevi exscripserunt, minorem, quam meruerit, gloriam assecutus est. F. Lie-
bermann quaecumque in usum Monumentorum conducunt colligens, vitam
S. Anselmi a Gerberon Parisiis 1675. editam cum codice Musei Britannici
Harleiano 315. s. XII, in fronte mutilato, Historiam Novorum a Iohanne

Seldenio Londiniis 1623. eximie editam atque in Patrologia Migniana iteratam cum codice Cottoniano Titus A 9. s. XII. Seldenio notissimo contulit, qui tamen alterum librum, codicem Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis nr. 452, s. XII. medio, tempore auctori facile proximo exaratum, editionis fundamentum posuerat.

De Henrici archidiaconi Huntingdoniensis vita fere nihil certi nobis constat praeter ea quae ipse de se refert. Circa a. 1080. vel 1085. natus patre Nicolao archidiacono trium comitatuum Huntingdoniae, Cantabrigiae, Hertfordiae in dioecesi Lincolnensi, in coenobio Ramseyensi Ealdwino abbate, deinde in familia Roberti de Bloet, cancellarii regii et episcopi Lincolnensis, magistro Albino Andegavensi, canonico Lincolnensi, literis imbutus est. Patri a. 1109. vel 1110. defuncto in archidiaconatum Huntingdoniensem et Hertfordensem successit, cui muneri usque ad obitum a. 1155. vergente praefuit. Iuvenis in versibus conficiendis magnam operam consumens, sex libros carminum iocundorum condidit, quos nunc desiderari dolemus, cum reliquorum operum ab auctore ipso in duodecim libros congestorum permulti codices exstent; 15 v. Hardy, 'Descriptive Catalogue II, 269.

Ad Historiam Anglorum componendam a. 1130. aggressus, primam editionem ad a. 1129, secundam ad finem libri septimi a. 1135. perduxit. Deinde narrationem ad a. 1138, tum ad a. 1147. vel 1148, postremo ad a. 1155. continuavit. Senem vero ne emortuali quidem anno calamum ut deponeret animum intendisse, haec verba, quae ad calcem aliquot codicum occurrunt, demonstrant: Et iam regi novo (Henrico II. scilicet) novus liber donandus est.

In Historia compilanda praeter Scripturam sacram et vulgatos poetas classicos Aurelium Victorem, Eutropium, Landolfi Historiam Miscellam, Baedae Chronicon et Historiam, Nennium, cuius fabulas quamvis Gildae sub nomine laudet non sine dubitatione critica a clarioribus fontibus secernit, in auxilium vocavit. Inprimis autem annalium Anglorum aut formam quandam nunc iam deperditam aut codicem Petroburgensem (E) simul cum Abingdoniensi (C) ad manus habuit. Quorum linguam non semper accuratissime in Latinam vertit, et chronologiam medela saepissime egentem novis maculis aspersit, cum annorum non post Christum natum numerum, sed post initia regum Saxonum occidentalium computaret. Pauca quae ad annales vetustos Normannicos recedunt in derivatione Northumbrica, qua Melrosense quoque Chronicon usum est, reperisse videtur. Adice, quod quinque locis singulos versus carminum historicorum ex ore populi sumpsit. At contra inter epigrammata, quibus nonnumquam orationem variat, unum solum Waloni versificatori attribuit, omnia alia aut certe plurima ipse composuit. Denique confictis contionibus atque expositione pugnarum tenuem annalium tractum ad copiosam historiam ut extolleret frustra tentavit. Itaque si quaedam non contemnenda, quae ad geographiam Britannicam atque ad res ab a. 1016. usque ad a. 1067. gestas spectant, excipias, sex prioribus libris, imo septimo ineunte, ubi saecula quae suum aevum praecesserant prosequitur, non multa ad cognitionem augendam invenies. Quamquam enim iam inde ab a. 1087. quae vel ipse viderit vel ab iis qui viderant audierit se pertractare praetendit, tamen non ante a. 1127. Anglosaxonico duce omnino caret. Sed reliqua utpote a coaevo auctore tradita, praesertim cum circa Lincolniam acta sint, omnis posteritas maximi momenti merito putavit, licet dolendum sit, quod cum singulas res ordine explicare saepius praetermittat, tum Henrici Andegavensis partibus favens plus iusto quae sane noverit reticeat, et quod neque diplomata unquam evolvat neque negotiis alicis instructus sit. Externam vero historiam

paucis tantum locis tangit, ex quibus quae ad Germaniam pertinent infra collecta habes.

Ex Henrici scriptis septem priores libri una cum historia Stephani regis, quam tamen auctor librum X. vocavit, inter Rerum Anglicarum Scriptores post Bedam praecipuos cura H. Savilii, Londini 1596, Francofurti 1601, praelum subierunt. Quae editio tom. CXCV. Mignianae Patrologiae Latinae multis vitis typographicis maculata repetitur et, omisso libro tertio, utpote qui fere totus ex Baeda fluxit, Monumentis Historicis Britannicis 1848, quattuor codicum ope emendata, a. 1067. abrumpitur: Liber octavus tribus epistolis constat, quarum secunda, quae De contemptu (al. appetitu) mundi vel de viris illustribus sui temporis inscribitur, excusa D'Achery Spicilegii tom. VIII. et Whar-ton Angliae Sacrae tom. II, p. 694, complura continet memoria digna. Eam Henricus a. 1133. exorsus iterum iterumque ad mortem usque recensere non cessabat. Eiusdem libri tertiam partem, epitomen e Galfridi Monemuthensis fabularum mole, a. 1139. Romam profecturus apud Beccum ex exemplari Roberti de Torineio deprompsit, qui eam incluto chronico suo sub a. 1100. inseruit. Bethmann SS. VI. hanc epistolam omisit, sed v. novam Roberti editionem a Delisle curatam. E prima autem epistola libri VIII. De serie regum potentissimorum ab antiquissimis temporibus, ad Henricum I. a. 1130. missa, postea ad a. 1138. deducta, aequae atque e libro IX, qui de sanctis Angliae tractat, perpauca quae aliquid novi afferant simul cum libro XII. hymnorum religiosorum F. Liebermann inter 'Ungedruckte Anglo-Normannische Geschichtsquellen' publici iuris facere sibi proposuit. Denique liber XI, cuius carmina nonnumquam historiam moresque saec. XII. illustrant, a Thoma Wright inter 'The Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the twelfth century' II, p. 163 (Rer. Brit. medii aevi SS.) vulgatus est. F. Liebermann quoque et de nostro fusius tractavit 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVIII, p. 265 sqq. et editiones priores cum his codicibus contulit: H, codice olim bibliothecae Hengwrtianae 101, iam apud V. Cl. Wynne in Wallia, qui liberaliter librum ad usum nostrum Londoniam transmisit, s. XII. ultimis annis scripto, eo maxime notatu digno, quod primam editionem exhibet; A, codice collectionis Arundelianae 48. in Museo Britannico asservatae, olim libro S. Mariae de Sawica (i. e. Southwick) s. XIV. exarato, editionem a. 1147. praebente; B, codice Musei Britannici 24061. s. XIV. initio usque ad a. 1138. deducto; R, codice eiusdem Musei inter mss. Regios 13. B VI. s. XIV, e domo Praedicatorum Lincolnien-sium oriundo, opus integrum continente.

III. Simeon monachus et praecentor ecclesiae Dunelmensis fuit inter fratres, qui a. 1083. a coenobio Girvensi ('Iarrow' haud multum distans ab aestuario Tinae fluminis) Dunelmum translati fuerunt, a. 1104. ibidem exhumationem ossium S. Cuthberti. Baedae venerabilis, aliorum confessorum oculis vidit, mox post a. 1129. mortuus est, die 14. Octobris secundum necrologium in Libro Vitae Dunelm., edito a 'Surtees Society' 1841, p. 146. Praeter Historiam ecclesiae Dunelmensis et Epistolam de archiepiscopis Eboraci, quas conscripsit. Liber de gestis regum Anglorum et Dacorum nostro attribuitur. Exlat praecipue in codice Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis 139. (olim F. V), s. XII. exeunte manibus diversis negligenter exarato. Ediderunt Rogerus Twysden eques inter Historiae Anglicanae Scriptores decem Londini 1652, H. Petrie in Monumentis Hist. Brit. 1848.

1) Novam recensionem inter ref. Brit. medii aevi SS. Thomas Arnold editurus est.

usque ad a. 1066. tantum, et J. H. Hinde 'Surtees Society' tom. LI, 1868. a V. Cl. J. Raine, qui codicem iterum atque iterum insperit, adiutus. Haud dubitandum quidem est, quin perpauca tantum Simeonis esse possint, cum Gesta, quibus nonnulla etiam manu a. 1129. recentiore superaddita sint, e variis libris nude composita sese exhibeant. Vestigia autem non desunt, compilationem in codice, quem designamus; asservatam aliqua ex parte, ut videtur, a monacho quodam Dunelmensi interpolatam et continuatam esse. Liber in tres partes dividitur, quarum primam annos 732—957. complectentem scriba quidam saec. XI. vel XII. ex libris vetustis id animum advertens collegit, ut alii inde quasi ex fonte haurire possint. Hic praebet prima et facile dignissima fragmenta Annalium veterum Nordhumbrorum, qui inde ab a. 732. usque ad a. 802. opus et ipsum iam deperditum, Annalibus brevibus 731—766, Baedae Historiae Ecclesiasticae Anglorum in codice Phillippsiano nr. 1089. annexis et in Monumentis Hist. Brit. 288. excusis persimile, describunt. Quod opus singulare tamen neque aliunde derivatum fuisse videtur, et facile idem est ac Gesta veterum Nordanhumborum, quae Ricardus Hagustaldensis de statu et episcopis Hagustaldensis ecclesiae apud Twysden, Decem Scriptorum col. 307, atque in editione nova, 'Surtees Society' tom. XLIV, p. 60, laudat. Nec minus adducere placet Gesta Anglorum, quae Adamus canonicus in Gestis Hammaburgensis ecclesiae pontificum bis citat, SS. VII, p. 299. 314. Annales hos ex Simeone G. Waitz, editione Monumentorum Hist. Brit. usus, sub linea SS. X, p. 455—457. excerpit, verum iterare et redintegrare iuvat auxilio recensiois novae FF. CC. Hinde et Raine, 'Surtees Society' tom. LI, p. 19 sqq. editae, et eruditionis V. Cl. W. Stubbs, qui editurus Chronica magistri Rogeri de Hoveden I. p. XXVIII. XXIX. annalibus illis fidem maiorem restituit; v. quae de iisdem collegimus 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XII, p. 139—166. 441. 442. Nunc locis singulis addidimus quaecumque aliter lecta sunt a magistro Rogero I. p. 6 sqq. qui sicut alia et Gesta regum Anglorum et Dacorum prorsus ad verbum recepit, et quaecumque et Rogerus de Wendover apud Matthaeum Paris nuper editum a Luard et Chronica de Matros, annales videlicet recentiores e regione septentrionali Anglorum iterum ex unico codice a J. Stevenson Edinburgi 1835. diligenter editi, exscripserunt. Sed ut ad primam Simeonis partem redeamus, a. 803, 830, 849. et inde usque ad a. 957. fere omnia e variis Annalibus Anglorum, imprimis ex Aelfredi Gestis, Asserio attributis, versibus nonnullis Boethii interspersis, desumpta sunt. Secundam partem a. 848—957. Recapitulationem superiorum de rege Elfredo, fere easdem res ex iisdem libris alia ac facile recentior manus congescit. Tertia denique pars, si subtrahas quaecumque usque ad a. 1119. e Chronicis Mariani Scoti et Florentii Wigorniensis et quae passim e Wilhelmi Malmesburiensis Vita S. Aldelmi et Eadmeri Historia Nororum transumpta sunt, usque ad finem 1129. Simeonis ipsius continuatio appellanda est. Annales Anglicos, Petroburgensibus (E) simillimos, sed nec Gesta Regum vel Pontificum a Wilhelmo Malmesburiensi conscripta nec Historiam Ecclesiasticam Orderici Vitalis vidisse eum, constat. Nonnulla quae auctor suo usus iudicio de imperio, de curia Romana, de rebus Flandrensibus narrat atque epistolis et decretis corroborat, excerpimus. Notulis addidimus quaecumque analista Melrosensis, qui inter ceteros libros S. Norberti archiepiscopi Magdeburgensis vitam cognovit, et Rogerus de Hoveden aut minus ad verbum ex compilatione Dunelmensi desumpserunt aut ei inseruerunt.

Dabam Gottingae Nonis Aprilis 1879.

R. PAULI.

EX ANNALIBUS ANGLOSAXONICIS.

- [767. Hic Carlomagus obiit¹.]
 [769. Initium regni Caroli regis².]
 [778. Karolus in Hispaniis intravit. Karolus Saxoniam venit. Karolus Pampiloniam urbem destruxit atque Cesar-
 5 augustam, exercitum suum coniunxit et, acceptis obsidibus, subiugatis Sarracenis, per Narbonam Wasconiam Franciam
 rediit³.]

780^a. Her Ald Seaxe^b and Franca^c gefuhtun^d.

[788. Karolus per Alemanniam venit ad fines Bawarie⁴.]

- 797^e. Her Romane^f Leone^g þæm^h papan his tungonⁱ forcurfon^k and his eagan^l astun-
 10 gon^m and hine of his setle afllyndonⁿ. And þa sona eft^o, Gode fultumiendum^p, he meahte^q
 geseon and sprecan^r, and eft was^s papa swa he ær was.

[800. Karolus rex imperator factus est et a Romanis appellatus augustus, qui illos qui Leonem papam de-
 honestaverant morte damnavit, sed, precibus papæ morte indulta, exilio retrusit. Ipse enim papa Leo imperatorem eum
 sacraverat⁵.]

- 15 [810. Karolus cum Niceforo imperatore Constantinopolitano pacem fecit⁶.]

812^t. Her Carl^u cýning^v forþferde^w. And he ricsoðe^x 45 wintra.

[Cirencius Karolo imperatori legatos suos cum pace mittit. Karolus imperator obiit⁷.]

- 814^y. Her Leo se æpela papa and se halga forþferde^z, and æfter him Stephanus feng
 to rice^a.

20

A. E.

F.

- 816^b. Her Stephanus papa forþferde. and 817. Her Stephanus papa forðferde. and
 æfter him was^c Paschalis to papan gehadod^d. Pascalis feng æfter him to papdome.
 And þy ilcan geare forborn^e Ongelcýnnes^f Stephanus papa obiit, et post eum Pasca-
 scolu^g. lis suscepit pontificatum.

- 25 836. Her Egbryht^h cýningⁱ forþferde. And hine hæfde ær^k Offa Miercna^l cýning^m
 and Beorhtricⁿ Wessexna^o cýning^p afllymed^q þreo^r gear of Angelcýnnes^s lande on Fronc-
 lond^t, ær he cýning^u wære^v.

780. Hoc anno Antiqui Saxones et Franci proeliati sunt.

797. Hoc anno Romani Leoni papæ linguam absciderunt et oculos effoderunt eumque de sede
 30 sua expulerunt. Verum statim postea, Deo auxiliante, potuit et videre et loqui, ac postea erat papa
 sicut antea fuerat.

812. Hoc anno Carolus rex decessit. Regnavit autem quadraginta quinque annis.

814. Hoc anno Leo nobilis ille papa ac sanctus decessit, et post eum Stephanus cepessivit regnum

816. Hoc anno Stephanus papa decessit, et post eum Paschalis in papam consecratus est. Eodem-
 35 que anno Angliæ gentis schola combusta est.

836. Hoc anno Egbryhtus rex decessit. Eum autem olim Offa Merciorum rex et Beorhtricus Occi-
 dentalium Saxonum rex expulerant per tres annos de Angliæ gentis terra in regnum Francorum, prius-
 quam rex erat.

- a) ita A. B. C.; 779. D. E. b) Ealdsexe B. C.; Ealdseaxe D. E. c) Francon E. d) gefuhtan B.; gefuhton C. D. E.
 40 e) ita A. B. C. D. E. F. f) Romana D.; Romani E. g) Leon B. h) þam B. C. D. E. ðan F. i) tungan B. D. E. F.
 k) forcurfan B. E.; forcuruon F. l) eagan B. m) ut astungan B. D.; ut astungon C. E. F. n) afllyndon B. C. D. E.;
 afllyndan F. o) and sona eft F. p) fultumiendum B. C. F.; gefultumendum D.; gefultumiendum E. q) mihte B.
 C. D. E. F. r) sprecan F. s) was C. D. E.; wearð B. t) ita A. B. C. D. E.; 814. F. addens: Rex Karolus obiit, regnauit
 autem 45 annos. u) Karl B. E. F. v) cýning E. saepius; cing B. C. F. w) forðferde D. x) rixode B. C.; rixade E. F. y) ita
 45 A. B. C. D. E.; 816. F. z) Her se æþela papa Leo forðferde F. a) to papdome F. b) ita A. B. C. D.; 815. E. c) was B.
 C. D. E. d) gehalgod B. C. D. E. e) forbaru B. C. D. E. f) Angelcýnnes B. C. D. E. g) scole C. h) Egbryht
 B. C. E.; Egebyrht F. i) cýning E.; cing B. C. F. k) ær hæfde E.; ær hæfdon F. l) Myrcna B. D.; Mircna C.; Myrcna
 E. F. m) cýning E.; cing B. C. F. n) Bribtric B. C. F.; Beorhtric D.; Byrhtic E. o) West sexna B.; Wessexena C.; West-
 sexna D.; Wæst Sæxna E.; Westsexana F. p) cýning E.; cing B. C. F. q) afllymed C. D.; afllymed E.; afllymd F.; ut
 50 afllymed B. r) 3. A. E. s) Ængelcýnnes D. t) Francland B. C. D. E.; into Franclande F. u) cýning E.; cing B. C. F.

- 1) F mortem Pippini et Carlomanni filii confundit.
 2) E, ex annalibus Normannicis vetustis; vide Uti-
 censes (seu Rotomagenses) ad calcem Orderici Vita-
 lis ed. Le Prevost V, p. 139 sqq. 3) E, ordine
 55 Ann. Utic. aliquantulum reverso. 4) E; cf. Ann.
 Utic. 5) E; cf. Ann. Utic. 6) E; cf. Ann. Utic.:
 811. Niceforus obiit. Michael imperator, gener eius,
 qui Karolo imperatori legatos suos cum pace mittit.
 7) Egbertum, occidentalium Saxonum regem a. 800
 60 —836, iuvenem a. 787, non per tres, sed per tre-
 decim annos exulem in regno Francorum ibique
 hospitem Karoli Magni degisse, docet V. Ill. Lappen-
 berg, 'Gesch. v. England' I, 270; Florent. Wigorn.
 quidem a. 836, mere verit annales: qui Franciam
 adiit ibique per triennium mansit. Verum Henric.
 Huntingdon. l. IV, qui Leonem papam a. 797, a Ro-
 manis excaecatam et expulsam fuisse tradit, sic
 continuat: Post triennium Karolus rex factus impe-
 rator . . . Egbryht . . . quem iuvenili ætate fugue-
 rant . . . exulavit 3 annis. Postremo Willelmus

A-E.

855*. [Æþelwulf cyning] þy ilcan geare ferde^b to Rome mid micelre^c weorþnesse^d and þær wæs 12 monaþ^e wuniende^f. And þa him^g hamweard for and him þa Carl Francna^h cyningⁱ his dohtor geaf him to cuene^k. And æfter þam to his leodum cuom, and hie þæs^l gefægene^m wærun. And ymb 2 gear þæs ðe he onⁿ Francum com he gefór^o.

880. . . . And þy ilcan gear^a for se here ofer sæ þe ær^b on Fullanhomme^c sæt on Fronclond^d to Gend^e, and sæt þær an gear^f.

881. Her for se here afor^g on Fronclond^h. And þa Francan him wiþ gefuhtonⁱ, and þær þa wearþ^j se here gehorsod^k æfter þam gefeohte.

882. Her for se here up onlong^l Mæse feor^m on Fronclondⁿ and þær^o sæt an gear.

883. Her for se here up^p on Scald^q to Cundop^r and þær^s sæt an gear.

884. Her for se here up^t on Sunnan to Embenum and þær sæt an gear.

855. [Æthelwulfus rex] eodem anno profectus est Romam cum magna dignitate et ibi duodecim mensibus commoratus est. Deinde autem domum reversus est, ei que Carolus Francorum rex filiam dedit in uxorem [quae vocabatur Iudith]. Et postea ad gentem suam venit, quae de hoc laetata erat. Et duobus circiter annis, post eos, quibus in Francos [de Francis] veniret, decessit.

880. Et eodem anno exercitus, qui prius in Fulham sedebat, profectus est trans mare in regnum Francorum Gandavum ibique sedebat unum annum.

881. Hoc anno exercitus transit in regnum Francorum. Et Franci contra eos proelii sunt, et ibi exercitus factus est equester post eam pugnam.

882. Hoc anno exercitus ascendit Mosam longe in regnum Francorum ibique sedit unum annum.

883. Hoc anno exercitus ascendit Scaldim ad Condatum^u ibique sedit unum annum.

884. Hoc anno exercitus ascendit Samaram ad Ambianos ibique sedit unum annum.

a) *ita* A. B. C. D. E. b) *ferde* D. c) *mycelre* B; *myclum* D; *mycelum* E. d) *weorþscep* D; *wurþscep* E. e) *monað* B. f) *wæs* . . . *wunigende* B; *wunode* D; *wunode* E. g) *him þa* B. h) *Francena* C. i) *cing* B. C. k) *cuene* B. C. l) *his* B. m) *gefægne* B; *gefegne* C. n) *wæron* B. C. o) *of* B. C. p) *D. E. sicut F. inde a verbis twelf monað*. And he feng to Carles (Karles E) dohter Francna cyninges (cing E), þa he hamweard wæs, and gesund ham com. And þa (þær) ymbe twa gear forðferde. q) *gere* C. r) *deest* D. E. s) *Fulanhamme* B; *Fullanhamme* C. D. E. t) *Franc-* 45 *land* B. C. D; *Frangland* E. u) *Gent* B. D. E; *Gant* C. v) *ger* C. w) *ufur* D. x) *Franceland* B. C. D; *Frang-* 46 *land* E. y) *gefuhtan* B. z) *þær þa wearþ* D; *þær þa ward* E. a) *gehorsad* B. D; *horsad* E. b) *seo was gehaten* Iotheto *supra lineam eadem manu F.* c) *supra lineam F.* d) *upp andlang* B. C; *up andlang* E. F. e) *ufor* B. D; *ufur* C; *ofor* E. f) *Franceland* B. C. D; *Frangland* E; *Mæse* on *Frangland* F. g) *þær* F. h) *upp* B. C. i) *Seal* F. k) *Cundop* B. C; *Cundot* F. l) *þær* F. m) *upp* B. C.

Malmesber. de Gestis reg. Angl. II, § 106. annum exilii 787. haud ignorat atque addit: *Egbertus, transnavigato mari, Franciam venit, quod Dei consilio factum intelligo, ut vir ille, ad tantum regnum electus, regnandi disciplinam a Francis acciperet. Est enim gens illa et exercitatione virum et comitate morum cunctarum occidentalium facile princeps: defuncto Brihtrico, . . . patrie desideris satisfacit anno domin. incarn. octingentesimo, regnante in Francia Karolo Magno anno tricesimo quarto, qui etiam duo-*

F.

856. [Ædeluulf cing] ðis ylcan geare to Rome for mid mycelum wurþscep^e and þær wunode twelf monð. And ða he hamwerd was, he feng to Carles dohter Francana cing^f ges, seo was gehaten Iothete^g, and gesund ham com. And ðas embe twa gear forðferde.

Eodemque anno iuit Romam cum magno honore et ibi moratus est per annum integrum. Rediens autem per Franciam, accepit filiam regis Caroli Francie nomine Iotheta in coniugium, et incolumis in regnum suum reversus, cum magno gaudio a populo suo recipitur. Secundo itaque anno reversionis suae defungitur.

876. Her Rodla ðurhferde Normandi mid his here, and he rixade fifti wintra.

Hic Rolla cum suis penetravit Normanniam et regnavit quinquaginta annis.

880. Her for se here ofer sæ to Gent 20 and sæt ðar an gear.

Piratae, qui iacebant ad Fuleham, transeunt mare et veniunt usque ad Gent et ibi moraverunt per annum integrum.

decim annis supervixit. 1) Cf. Prudent. Trec. Annal. a. 856. SS. I, 450: *Edelwulf, rex occidentatum Anglorum, Roma rediens, Iudith, filiam Karli regis, mense Julio desponsatam Calendis Octobribus in Vermeria palatio in matrimonium accipit*; et LL. I, p. 450: *Benedictio super reginam, quam Edelulfus rex accepit in uxorem*; v. Pauli, *König Aelfred* p. 74. 2) scil. Danorum. 3) Videlicet Dani. 4) Hodie Condé, ubi sederunt hieme a. 882. 883; cf. Dümmler, *Gesch. d. Ostfränk. Reichs* II, p. 230. n. 1.

885. Her tōdælde se fore sprecena^a here on tu^b, oþer dæl east^c, oþer dæl to Hrofes ceastre^d and ymbæton^e ða ceastre^f.

885. . . . þy ilcan^g gear^h ær middumⁱ 885. . . . And ðes ylcan gear^hes forðferde
5 winfra forþferde Carl^b Francna cyning^{1,2}, and Carl Francana cing², and hine sloh an eofer.
And ane^m gearⁿ ær his broþur³ forþferde, se hæfde eac þæt west
And ane gearⁿ ær his broþer³ forðferde. Hi
rice. And hie wæron^þ begen Hloþwiges suna, de wæran Lothewies sunan. Se⁴ wæs Carles sune
se hæfde eac þæt west rice. And forþferde ðe Aðewulf Westseaxana cing his dohter Iothetan hedde.
10 þy gearⁿ þe sio⁵ sunne aþiastrode⁶. Se⁴ wæs Carolus etiam rex Francorum obiit, et
Karles⁴ sunu þe Aþelwulf⁶ Westseaxna^v cyning^w his^x dohtor hæfde him⁷ to cuene⁷. frater eius obiit unum annum ante. Qui⁷ fuerunt filii Lotherii, qui fuit filius illius Caroli, cuius filiam nomine Iothefam Adulfus rex occidentalium Saxonum ac . . .^b

15 And^e þy ilcan gear^d gegadrode^e micel^f sciphere^g on Ald Seaxum^h. And þær wearþ micel^h gefeoht^h, tuaⁱ on gear^m, and þa Seaxanⁿ hæfdun^o sige. And þær wæron^þ Frisan^a mid.

þy ilcan gear⁷ feng Carl^{8,9} to þam west rice, and to allum þam west rice⁴ behenan⁵
20 Wendelsæ, and begeondan þisse sæ, swa hit his þridra fæder hæfde, butan Lidwiccium⁶. Se Carl^m wæs⁷ Hloþwiges⁷ sunu. Se Hloþwig wæs⁷ Carles⁴ broþur^b, se wæs Iuþytan^c fæder, þe Aþelwulf^d cyning^e hæfde. And hie^f wæron⁷ Hloþwiges^h suna. Se Hloþwigⁱ wæs^k þæs aldan^l Carles^m sunu. Se Carlⁿ wæs^o Pippenes⁷ sunu.

25 And⁷ þy ilcan gear⁷ forþferde se goda Her on ðysum gear⁷ forðferde se eapapa Marinus, se gefreode Ongelcynnes⁷ diga papa Marinus, se gefreode Angelcynnes scole be Ælfreres bene West-Seaxna⁷ cynin- scolan þurh Alfreres cinges bene. And he gesⁿ. And he sende him micla⁷ gifaⁿ and sende ðam ylcan cinge mycele gifa on halidome.

30 885. Hic divisus est antedictus exercitus in duos: altera pars in orientem, altera pars ad castrum Roffense¹; et obsederunt castrum . . .

885. Eodem ipso anno ante nativitatem Domini decessit Carolus Francorum rex²; atque eum interfecit aper. Et unum ante annum eius frater decessit³, qui etiam habuit regnum occidentale. Et ambo illi fuerunt Ludowici filii, qui etiam habuit regnum occidentale. Ac decessit eo anno quo sol
35 obscuratus est. Is⁴ fuit Caroli filius, cuius filiam Athelwulfus Occidentalium Saxonum rex⁵ habuit in uxorem.

Eodem etiam anno convenit magnus exercitus navalis in Antiquis Saxonibus, ibique bis uno anno commissum est acre proclium, et Saxones politici sunt victoria, quibusum et ibi fuerunt Frisii.

Eodem anno capessivit Carolus⁶ occidentale regnum, et totum illud [occidentale] regnum, scilicet mare Mediterraneum et ultra hoc mare, sicut illud proavus eius habuit praeter Armoricanos⁶. Iste Carolus
40 fuit Ludowici filius. Ludowicus fuit Caroli frater, qui fuit Iudithae pater, quam Aethelwulfus rex habuit. Iique fuerunt Ludowici filii. Ludowicus fuit Caroli veteris filius. Carolus fuit Pippini filius.

Et eodem anno decessit bonus ille papa Marinus, qui liberavit Angliae gentis scholam Aelfredi

a) foresprecaena D. b) twa B. D. E.; tuw C. c) oþer dæl east B. C.; oþer east E. d) Hrofesceastre E; Rofesceastre D. e) ymbætan B. f) cester C.; and hi utan ymbætan D. g) middan C. D. E. h) Karl C. D.
45 i) cing B. C.; cyng E. k) ofsloh B. C. D. E. l) eofer B. D. E. m) anum B. n) gere C. o) broþor B. C. D. E. p) rice þa wæron Hloþwiges (Hloþwies D) suna begen. se forþferde B. C. D.; rice se forðferde E. q) þy ilcan gear B. D.; þy ilcan gere C. r) seo B. C. D. E. s) aþastrode B.; aþyastrode C. D. E. t) þæs Karles B.; þæs Carles C. D.; Carles E. u) Athelwulf B. v) Westseaxna B.; Wessexena C.; Westseaxena D. w) cing B. C.; cyng E. x) bys C. y) deest D. E. z) ewene B. C. D. E. a) qui fuerunt . . . illius Caroli partim in loco
50 eraso, partim in margine codicis fol. 54^v. b) ita rod. c) deest B. C. D. d) gere C. e) gegaderode C. D. f) mycel B. D. g) scyphere C. h) Ealdseaxum B. C. D. i) mycel B. D. k) gefeoht D. l) tuwa B. C. D. m) gere C. n) Seaxan B. o) hæfdan B.; hæfdon C. D. p) wæran B. q) Frisan B. C. D. r) gere C. s) Karl D. t) and to eallum þam rice B. C. D. u) behenan B. C. D. v) Lidwiccium B.; Lidwicingum C. D. w) Karl D. x) was B. C. D. y) Hloþwies D. z) was B. C. D. a) Karles D. b) broþor
55 B. C. D. c) Judettan B.; Judettan C.; Judettan D. d) Aþelwulf B.; Aþelwulf D. e) cing B. C. f) hi C.; hy D. g) wæran B. h) Hloþwies D. i) Hloþwi C. k) was B. C. D. l) ealdan B. C. D. m) Karles B. D. n) Karl D. o) was B. C. D. p) Pippenes D. q) deest B. C. D. E. r) gere C. s) Angelcynnes B. C. D. E. t) deest B. C.; Westseaxena D. u) cinges B. C. v) micle B.; micle C.; mycele D. w) gifa C. x) þrowode B. C. D. E.

1) Rochester in Cantia. 2) Karlomanus rex Francorum occidentalium obiit 884, Dec. 12; de cuius morte vide Dümmler l. c. II, p. 234, 238, qui quidem Annales Anglosaxonum non animadvertit. 3) Ludowicus, filius Ludowici Balbi, obiit 882, Aug. 5.
60 corum occidentalium obiit 884, Dec. 12; de cuius morte 4) videlicet Ludowicus Balbus. 5) Karolus III. Crassus. 6) Vide Earle in glossario.

A-E.

F.

886. Her for se here eft west þe ær east gelende^a, and þa up^b on Sigene^c and þær winter sell^d namon^e.

887. Her for se here up^a þurh þa bryce^b at Paris, and þa up^c andlang Sigene^d of^e Mæterne^f, of^g Carie^h, and þa sætonⁱ þara^j and innan Ionan tu^k winter on þam twam^l stedum.

And þy ilcan geare^a forþferde Karl^b Frænca cyning^c, and Earnulf his broþur^d sunu hine 6 wicum^e ær he forþferde^f be-rædne^g at þam rice. And þa wearþ þæt^h rice to-daleð on 5 and 5 kyningasⁱ to gehal-gode. Þæt was^j þeah mid Earnulfes gefa-funge^k. And hi^l cwædon^m, þæt he þætⁿ to his handa^o healdan sceoldon^p, forþæm^q þira^r nán næs on fædren^s healfes^t to geboren buton^u him anum. Earnulf þa^v wunode^w on þam^x londe^y be eastan^z Rim^{aa}. And Rofulf^{ab} þa feng to þam^{ac} middel rice, and Oda^{ad} to þam^{ae} westdæle^f, and Beorngar and Wiþa to Longbeardna^g londe and to þam^h londum on þa healfesⁱ munes. And þæt^j heoldun^k mid micelre^l unsibbe^m, and tuⁿ folc gefeoht gefuhton^o, and þæt lond^p oft and gelome for-hergodon^q, and æghwæþer^r oþerne oftrædlice ut dræfde^s.

Occidentalium Saxonum regis precibus. Et misit ei multa munera et crucis partem, in qua Christus passus est.

886. Hoc anno exercitus profectus est ad occidentem, qui antea in oriente appulerat, atque inde in Sequanam ibique hiberna cepit [apud Parisiensem civitatem].

887. Hoc anno exercitus profectus est per pontem Parisiensem atque inde secundum Sequanam usque ad Matronam usque ad Caziacum¹, ibique antem et in Ionna, duobus istis locis, sederunt duobus annis.

Atque eodem anno decessit Carolus Francorum rex². Et Arnulfus, fratris sui filius, sex hebdomadis antequam obiit, regno eum expulerat. Est deinde illud regnum divisum in quinque partes, in quas quinque reges sunt consecrati. Hoc quidem factum est Arnulfi venia. Dicebant enim, se illud de eius manibus possessuros, propterea quod eorum nullus esset a paterna parte hereditarius praeter eum unum. Arnulfus igitur sedes habuit in ea terra ab orientali parte Rheni. Et Rodulfus capessivit medium regnum et Odo partem occidentalem, et Berengarius et Wido Langobardorum terram terrasque ex hac parte montis. Et hoc tenebant cum magna discordia, et duo integra proelia commiserant eamque terram persaepe devastarunt, et alter alterum frequenter expulit.

a) gelende C. b) upp B. C. c) Signe B. C. d) setu B. C. sætu E. e) namon B. f) at Paris þære byrig (birig) addunt B. C. D. E. g) upp B. C. h) briege C. i) upp B. C. k) Signe B. C. l) at B. m) and þa (upp) on Mæterne of Carie addunt B. C. D. E. n) Caziaci rectus D. E. o) sætan B. p) þær E. q) twam B. D. E. r) twam C. s) gere C. t) Carl B. C. E. u) king B; cing C; cyng D. v) bro-ðor B. C. D. E. w) wycan B. C. E; wucan D. x) ferde forð B. y) herædde rectus B. C. D. E; hine deest A. 50 z) þæt E. a) cingas B. C; cyningas D. E. b) þæt weas E. c) þafunge E. d) lie B. C. e) cwædan B; cwædon C. D; cwædon E. f) hi him þæt D; hi him þæt E. g) to his handa B. C; to handa D. E. h) sceol-dan B; scoldan D. E. i) forþan B. C; forþan D. E. k) heora B. D. E. l) fædren D. m) halfe E. n) butan B. C. D. E. o) deest E. p) wunode C. q) þam D. E. r) lando B. C. D. E. s) estan D. t) Rine D. E. u) Hroðulf B. C. D. E. v) þam B. C. D. E. w) Odda B. C; þa D. E. x) þam B. C. D. E. y) weastdæle E. 55 z) Langbeardna lande B. C. D. E. a) þam landum B. C. D. E. b) healfne E. c) þæt E. d) heoldan B. E; heol-don C. D. e) mycelre B. D; mycel E. f) unsybbe C. g) twa B. C. E. h) folcgefubtan B. i) land B. C. D. E. k) forhergodan B; forberndon C. l) æghwæþer B. E; æghwæþar D. m) ut dræfde D. E. n) ferde addit codex in lumine. o) lande on dæs inter lineas c.

1) Chézy l'Abbaye sur Marne. 2) Carolus III, imperator die 13. Ianuarii 888, mortuus est; cf. Dümmler 69 l. c. II, p. 289, 87.

Marinus papa obiit. Ipse rogatus a rege Aelfredo concessit magnam libertatem loco qui dicitur scola Anglorum. Ipse etiam regi plura donaria et de reliquiis sanctorum contulit.

887. Her for se here up durh þa brigge at Paris and swa up oð Mæterne and Caziaci¹, and ða sæton in Ionan twa wintra.

And ðas ylcan geares wearð Carl Frænca cing² forð^a. Arnulf his broðer sunu hine beraedde at þan rice 6 wucan ær he forð-ferde. And þa wearþ þat rice to-daeled on fif, and fif cingas þær waron to gehalgode. And þa mid Arnulfes geðafunge. And hi beheton, þat hi to his handa healdon scolde. Arnulf þa wunode on þan lande be easton Ren. And Rodulf feng to ðan middel rice, and Oda to ðan west dæle, and Beringar and Wið to Longabarda lande and to ðan lande on ðæs healfes munes, and þat heold mid mycelre unsibbe and twa folc gefeoht gefuhton, and þat land oft eal behergode, and ægðer oðerne oft ut dræfde.

30

35

40

45

^{A-E}
 And þy ilcan geara^a þe se here forforþ^a
 up^b ofer þa brycgé^c æt Paris, Æþelhelm^d
 aldormon^e lædde Wessexna^f ælmessan and
 5 Ælfredes cyninges^g to Rome.

^F
 Hic exercitus, qui sedebat apud Cundo-
 tum, processit usque Cazi et Ionan, ibique in
 his duobus locis sedebat duobus annis. Hoc
 anno quoque rex Carolus defungitur, quem
 nepos illius nomine Ernulfus^h sex septimanis
 antequam decessisset exheredavit. Et divi-
 sum est tunc regnum in quinque, ita ut 5 reges sacra-
 rentur, et hoc per con-
1121. Her was se cyng Henri to Christes mæssan on Brauntune¹, and þær æfter toforan Candel mæssan on Windlesoran him to wife forgyfen Adelis² and syððan to cwene gehalgod, seo was þæs heretogan dohtor of Luvaine³.

1123 . . . Ða hwile þæt se arcebiscop wæs út of lãnde⁴, geaf se kyng ðone biscoprice of Baðe þæs cwenes canceler Godefrið wæs gehaten⁵. He wæs boren of Luvein. Ðæt wæs þæs dægiges annuntiatio sancte Marie at Wudestoke . . .

1124. Eall þis gear wes se kyng Heanri on Normandi. þæt wes for se miccle unfrid, þæt he heafde wið se kyng Lodewis of France and wið se eorl of Angeow and wið his agene men alre mest . . . Eall[was^a] þæs unfrid for þæs eorles sunu Rotbert of Normandi Willelm het. Se ilce Willelm hefde numen Fulkes eorles gingre dohter to wife of Angeow, and forði se kyng of France and ealle þæs eorles heolden mid him and ealle þa rice men, and sæidon, þæt se kyng heold his broðer Rotbert mid wrange on heftmunge⁶ and his sunu Willelm mid unrihte aflemdre ut of Normandi . . . and on þæs dægiges 19. Kal. Ianr. forðferde se pape on Rome Calistus wæs gehaten, and Honorius feog to papedom . . .

1126. Eall þis gear wes se kyng Heanri on Normandi eall to æfter hervest. Þa com he to þis lãnde betwux nativit. sancte Marie and Michaelæ messe. Mid him com se cwen and his dohter þæt he æror hafde given þone kasere Heanri of Loherenge⁷ to wife.

1127. Ðis gear heald se kyng Heanri his hird at Christes mæsse on Windlesoure. Þær wæs se Scotte kyng David and eall þa heaved, lared and læwed, þæt wæs on Engla land. And þær he let sweren ercebiscopes and biscopes and abbotes and eorles and ealle þa ðeines ða þær wæron his dohter Adelic⁸ Engleland and Normandi to hande æfter his dæg, þe ær wæs þæs caseres wif of Sexlande. And sende hire siððen to Normandi, and mid hire ferde hire broðer Rotbert eorl of Gloucestre⁹ and Brian þæs eorles sunu Alein Fergan¹⁰. And leot hire beweddian þæs eorles sunu of Angeow, Gosfreid Martæl wæs gehaten. Hit of pulite naþema ealle Frencisc and Englice. Oc se kyng hit dide for to havene sibbe of se eorl of Angeow and for helpe to havene togeanes his neve Willelm¹¹.

1121. Hic fuit rex Henricus ad Christi festum Bramtonae¹, et postea ante purificationem Windlesorae ei in coniugem data Adeleidis² et postea in reginam consecrata est, quae erat ducis Lovaniae³ filia.

1123. . . . Dum archiepiscopus extra terram fuit⁴, dedit rex episcopatum Bathoniensem reginae cancellario, qui Godefridus vocabatur⁵. Natus erat Lovaniae. Hoc factum est die annuntiationis sanctae Mariae apud Wudestoke.

1124. Toto hoc anno erat rex Henricus in Normannia ob magnam discordiam, quam habebat contra regem Franciae Ludovicum et contra comitem Andegaviae et contra suos proprios homines omnium maxime . . . Tota haec discordia erat causa filii Roberti comitis Normanniae Willelmi nomine. Is ipse Wilhelmus ceperat Fulconis comitis Andegaviae filiam natu minorem in uxorem, et idcirco rex Franciae et omnes hi comites ab eius partibus stabant et omnes opulenti viri et dicebant, regem iniuria suum fratrem Robertum tenere in custodia⁶ et eiusdem filium Wilhelmum iniuste fugasse e Normannia . . . Die 14. Decembris obiit papa Romae, qui Calistus vocabatur, et Honorius cepessivit papatum . . .

1126. Totum hunc annum egit rex Henricus in Normannia ultra messem. Postea venit in hanc terram inter nativitatem sanctae Mariae et sancti Michaelis festum. Cum eo venit regina et (regis) filia, quam antea dederat imperatori Henrico Lotharingiae⁷ in coniugem.

1127. Hoc anno tenuit rex Henricus suam curiam ad Christi festum in Windlesore. Ibi erat Scotorum rex David et omnes optimates clerici et laici, qui erant in Anglorum terra. Et ibi iurare fecit archiepiscopus et episcopos et abbates et comites et omnes thanas, qui ibi erant, filiae suae Athelicae⁸ Anglorum terram et Normanniam dare post illius obitum, quae prius fuerat uxor imperatoris Saxoniae. Et misit eam postea in Normanniam, et cum ea ivit eius frater Robertus comes Gloucestriae⁹ et Brianus, filius comitis¹⁰ Alein Fergan. Et fecit ei desponsari filiam comitis Andegaviae, qui Godfridus Martellus vocatus est. Hoc quidem displicebat maxime omnibus Francis et Anglis. Sed fecit rex, ut haberet pacem cum comite Andegaviae et ut acciperet auxilium contra suum nepotem Wilhelmum¹¹.

⁵⁰ a) supra lineam additum.

1) Fortasse in comitatu Huntingdoniensi, ubi Stephanus rex placitavit de forestis, Henr. Hunt. 222^a.
2) Constat nomen in sigillo: *Aalidis*, in tabulis: *Adeleidis* et *Aelidis* scriptum esse; cf. Earle, 'Two of the Saxon Chronicles' p. 363.
3) Godefridus V. Lovaniensis comes, suppeditante Henrico V. imperatore, dux Lotharingiae inferioris, postea Brabantiae.
4) Wilhelmus a. 1123—1136, archiepiscopus Cantuariensis ad pallium petendum Romam profectus erat.
5) Godefridus, 'cancellarius reginae', d. 26. Aug. consecratus (cf. Flor. Wig. II, 78) sedit Bathoniae a. 1123—1135.
6) Henricus rex Angliae inde ab anno 1106. usque ad mortem a. 1134, captum tenebat fratrem primogenitum Robertum ducem Normanniae.
7) Henricus V. imperator.
8) Mathildis imperatrix vulgo appellata; cf. Freeman I. c. V, p. 184.
9) Nothus Henrici I.
10) scilicet Armoriae.
11) Wilhelmus cito, filius Roberti ducis Normanniae.

60 factus erat. 5) Godefridus, 'cancellarius reginae'.

Des ilces gæres on þone lentan tide wæs se eorl Karle of Flandres ofslagen on ane circe, þær he læi and bæd hine to Gode tofor þone weofede amang þane messe, fram his agene manne¹. And se kyng of France brohte þone eorles sunu Willelm of Normandi and iaf hine þone eorldom, and þæt land folc him wið tōc. Þes ilce Willelm hæfde aror numen des eorles dohter of Angeow to wife², oc hi wæron siðden to tweamde for sibreden. Þæt wes 5 eall ðurh þone kyng Heanri of Engleland. Siðden þa nam he þes kynges wifes swuster of France to wife³, and forþi iaf se kyng him þone eorldom of Flandres . . .

1128. Eall þis geare wæs se kyng Heanri on Normandi for þone unfrid, þæt wæs bet-
wenen him and his nefe done eorl of Flandres. Oc se eorl wearð gewunded at an gefiht
fram anne swein, and swa gewundod he for to S. Berhtines minstre and sone þær wearð 10
munec, and livode siðdon fif dagas, and he wearð þa dead and þær bebyriged. God geare
his sawle! Þæt wæs des daies 6. Kal. Aug. . .

1129 . . . þes ilces geares forðferde Honorius papa. Ær he wære wel ded, þa wære
þær coren twa papas⁴. Se an wæs gehaten Petrus, he wæs munec of Clunni and weas boren
of þa ricceste men of Rome, mid him helden ða of Rome and se duc of Sicilie. Se oðer het
Gregorius, he wæs cleric and wærd flemd ut of Rome fram þon orde pape and fram his cinner
men, mid him held se kasere of Sexlande and se kyng of France and se kyng Heanri of
Engleland and ealle þa be þis half þa munes. Nu wærd swa mycel dwyld on cristendom
swa it næfre ær ne wæs. Crist sette red for his wrecce folc!

Hoc ipso anno in quadagesimali tempore Carolus comes Flandriae occisus est in quadam ecclesia, 20
ubi prostratus se commendavit Deo ante altare durante missa, a suis propriis hominibus¹. Et rex Fran-
ciae adduxit filium comitis Normanniae Wilhelmum deditque ei istum comitatum, et eius provinciae in-
colae eum admiserunt. Idem Wilhelmus ceperat prius filiam comitis Andegaviae² in uxorem, sed postea
divortium factum est inter eos propter consanguinitatem. Quod omnino effectum est per regem Henricum
Angliae. Deinde cepit sororem reginae Franciae³ in uxorem, et idcirco dedit rex ei comitatum Flandriae, 25

1128. Toto hoc anno fuit rex Henricus in Normannia propter hostilitatem, quae erat inter ipsum
et suum nepotem comitem Flandriae. Verum comes est vulneratus in proelio a quodam subulco, et sic
vulneratus profectus est ad Sancti Bertini monasterium, et statim ibi factus est monachus, et vixit adhuc
quinque dies, ac deinde mortuus est ibi sepultus est. Deus miseretur animae eius! Accidit die 27. Iulii.

1129. Eodem anno obiit Honorius papa. Cum vix mortuus erat, electi sunt ibi duo papae⁴. Unus 30
nominabatur Petrus, qui erat monachus Cluniacensis et natus opulentissimis viris Romae; cum eo
faciebant Romani et dux Siciliae. Alter dicebatur Gregorius, qui erat clericus, et pulsus est Roma ab
altero papa eiusque cognatis; cum eo faciebant imperator Saxoniae et rex Franciae et rex Henricus
Angliae omnesque ex hac parte montium. Nunc facta est tanta turba in christianitate, quanta nam-
quam antea erat. Christus consulat misero suo populo!

35

EX ASSERII GESTIS AELFREDI.

Ann Anglos. 855 . . . Eodemque anno cum magno honore Roman perrexit¹ praefatumque filium suum Aelfre-
dum iterum in eandem viam secum ducens, eo quod illum plus caeteris filiis suis diligebat,
ibique anno integro remoratus est; quo peracto, ad patriam suam remeavit, adferens secum Iuthitam, Karoli² Francorum
regis filiam. . . .

856 . . . et Iuthitam, Karoli regis filiam, quam a patre suo acceperat, iuxta se in regali solio sine
aliqua suorum nobilium controversia et odio usque ad obitum vitae suae contra perversam
illius gentis consuetudinem sedere imperavit. Gens namque Occidentalium Saxonum regi-
nam iuxta regem sedere non patitur nec etiam reginam appellare, sed regis coniugem per-
mittit. . . .

Defuncto igitur Beorhtrico rege⁷, cum illa⁸ inter Saxones diutius fieri non posset, ultra

1) Die 2. Martii Brugis. 2) Sibylla, Fulconis comi-
tis filia. 3) Iohanna, filia marchionis de Monte-
ferrato. 4) Honorius II. mortuus est die 14. Febr.
1130. 5) scil. Athelwulfus rex. 6) scil. Calvi;
cf. Ann. Anglosax. h. a. 7) Rege Saxonum
Occidentalium, quem a. 800. coniux scelesti Ead-
burgh, Offae regis Merciorum filia, necavit, unde
populus iste reginam coronam ferentem perhorre-
scebat; v. Lappenberg l. c. I, p. 268. 295. et Stubbs, 50
'Constitutional history' I, p. 341. 8) Eadburgh.

mare navigans cum innumerabilibus thesauris Karolum illum Francorum regem¹ adit. Ad quem, cum ante solarium multa regi afferens dona staret, Karolus ait: 'Elige, Eadburgh, quem velis inter me et filium meum, qui mecum in solario isto stat'. At illa sine deliberatione stulte respondens, dicens ait: 'Si mihi electio conceditur, filium tuum, in quantum te iunior est, eligo'. Cui Karolus respondens et arridens ait: 'Si me eligeres, haberes filium meum; sed quia filium meum elegisti, nec me nec illum habebis'. Dedit tamen illi unum magnum sanctimonialium monasterium, in quo, deposito seculari habitu et sanctimonialium indumento assumpto, perpaucis annis abbatissae fungebatur officio. Sicut enim irrationabiliter in propria vixisse refertur, ita multo irrationabilius in aliena gente vivere deprehenditur. Nam a quodam suae propriae gentis homine constuprata, demum palam deprehensa, de monasterio imperio Karoli regis deiecta, in paupertate et miseria letho tenus vituperabiliter vitam duxit; ita ut ad ultimum uno servulo comitata, sicut a multis videntibus eam audivimus, quotidie mendicans in Pavia miserabiliter moreretur.

15 Defuncto autem Aethelwulfo rege², Aethelbald, filius eius, contra Dei interdictum et christianorum dignitatem necnon et contra omnium paganorum consuetudinem thorum patris sui ascendens, Iuthitam, Karoli Francorum regis filiam, cum magna ab omnibus audientibus infamia in matrimonium duxit³.

Eodem anno [880] exercitus paganorum, qui in Fullonham hyemaverat, Britannicam insulam deserens, iterum ultra mare navigans, ad Orientalem Franciam perrexit et per unum annum in loco qui dicitur Gendi mansit.

20 Anno dominicae incarnationis 881, nativitatis autem Aelfredi regis trigesimo praefatus exercitus superius in Franciam perrexit, contra quem Franci pugnauerunt. Et finito proelio, pagani, equis inventis, equites facti sunt.

Anno dominicae incarnationis 882, nativitatis autem Aelfredi regis trigesimo primo praefatus exercitus suas naves per flumen quod dicitur Mese sursum tanto longe in Franciam pertraxit et ibi uno anno hyemavit.

Anno dominicae incarnationis 883, nativitatis autem Aelfredi regis trigesimo secundo praefatus exercitus naves suas per flumen quod dicitur Scald, contra flumen navigans, ad monasterium sanctimonialium quod dicitur Cundohit traxit et ibi anno uno mansit.

30 Anno dominicae incarnationis 884⁵, nativitatis autem Aelfredi regis trigesimo tertio praefatus exercitus in duas turmas se⁶ divisit: una etenim turma in Orientalem Franciam perrexit, et altera ad Britanniam veniens, Cantium adiit civitatemque quae Hrofoeastre Saxonice dicitur, in orientali ripa fluminis Medwaeg sitam, obsedit. . . . Pagani itaque magna necessitate compulsi, eadem aestate iterum Franciam adierunt.

35 Eodem quoque anno⁶ Carolomanum Francorum Occidentalium regem, aporum venationem agentem, singulari congressione horrendo denique ferus⁷ dilacerans, miserabili funere percussit: cuius frater Hlothwicus superiori anno defunctus est, qui et ipse erat etiam Francorum rex. Ipsi etenim ambo filii Hlothwici regis Francorum erant. Qui etiam Hlothwicus supra memorato anno, quo eclipsis solis facta est, defunctus est. Ipse quoque Hlothwicus filius Caroli Francorum regis erat, cuius filiam Iuthitam Aethelwulfus Occidentalium Saxonum rex ad reginam sibi paterna voluntate suscepit.

Eodem quoque anno⁷ magnus paganorum exercitus de Germania in regionem Antiquorum Saxonum, quod Saxonice dicitur Ealdseaxum, supervenit, contra quos adunatis viribus iidem Saxones et Frisones ibidem in uno illo anno viriliter pugnare; in quibus duobus bellis christiani, divina opulante misericordia, victoriam habuere.

45 Eodem quoque anno⁸ Almannorum rex Occidentalium Francorum regnum et omnia regna, quae sunt inter mare Terrenum⁸ et illum marium sinum, qui inter Antiquos Saxones et Gallos adiacet, voluntario omnium consensu accepit absque Armorico regno. Qui Karolus Hlothwici regis filius fuit. Ipse vero Hlothwicus germanus Caroli regis Francorum, patris videlicet Iuthitae reginae praedictae, erat, qui etiam duo germani fuerunt filii Hlothwici. Hlothwicus vero ille filius [Karoli Magni et antiqui atque sapientissimi, qui etiam fuit filius] Pipini.

Eodem anno beatae memoriae Marinus papa universalis viam migravit, qui scholam Saxonum in Roma morantium pro amore et deprecatione Aelfredi Angulsaxonum regis ab omni tributo et talento telonio benigne liberavit; qui etiam multa dona praedicto regi illa vice transmisit, inter quae dedit etiam non parvam illius sanctissimae ac venerabilissimae crucis partem, in qua Dominus noster Iesus Christus pro universali hominum salute pependit.

. . . . legatos ultra mare ad Galliam magistros acquirere direxit⁹ indeque advocavit¹⁰

a) deerat in codice vetere. b) deerat in codice vetere: cf. Florent. Wigorn. infra. c) Farlus editiones Parkeri et Camdeni, litera k codicis veteris male lecta; cf. Mon. Hist. Brit. I, p. 471. 475. d) pro Tyrrenum. e) sic ed. in Mon. Hist. pro loco corrupto in codice vetere: Pipini sive Caroli. f) advocavit codex vetus.

1) Karolum Magnum. 2) Obiit a. 858. 3) V. Prudentii et Hincmari Annales a. 858. 862, SS. I, Anglosaxonici referunt a. 884. 4) Minime, sed p. 451. 456. De Iudithae fati posteris v. Dümmler, a. 885; v. supra Ann. Anglosax. 7) a. 855. 8) scilicet: Gesch. d. Ostfränk. Reichs I, p. 478 ff. 4) Cf. Ann. Aelfredus rex.

Grimbaldum sacerdotem et monachum, venerabilem videlicet virum, cantatorem optimum et omni modo ecclesiasticis disciplinis et in divina scriptura eruditissimum et omnibus bonis moribus ornatum, Iohannem quoque aequae presbyterum et monachum, acerrimi ingenii virum et in omnibus disciplinis literariae artis eruditissimum et in multis aliis artibus artificiosum, quorum doctrina regis ingenium multum dilatatum est, et eos magna potestate ditavit et honoravit.

Ann. Anglos. Anno dominicae incarnationis 886, nativitate autem Aelfredi trigesimo quinto saepe memoratus exercitus regionem fugiens, iterum et in Occidentalia Francorum regionem venit, naves suas dirigens in flumen quod Signe^a dicitur, sursum contra longe navigans, Parisiam civitatem adiit et ibi hyemavit et castra metatus est. Intra quam partem fluminis prope ad pontem, ut transitum pontis civibus prohiberet, quia illa civitas in medio fluminis sita est in insula parva, obsedit illam civitatem anno illo integro. Sed Deo misericorditer favente et civibus viriliter se defendentibus, munitionem irrumperere non potuit.

Anno dominicae incarnationis 887, nativitate autem Aelfredi regis trigesimo sexto supra memoratus paganorum exercitus Parisiam civitatem derelinquens incolumem, eo quod aliter proficere sibi non poterat, classem suam sub illo ponte sursum contra Signe longe remigando tam diu direxit, donec ad ostium fluminis quod Materne^b nominatur pervenisset. Tunc Sigonam deserentes, in ostium Maternae^b divertunt; contra quod diu ac longe navigantes, demum non sine labore usque ad locum qui dicitur Caziei, id est villa regia, pervenerunt, in quo loco hyemaverunt integro anno. Sequenti anno in ostium fluminis quod dicitur Iona intraverunt, non sine magno regionis damno, et illic remorati sunt anno uno.

Eodem anno Karolus Francorum rex viam universitatis adit, sed Earnulf, filius fratris sui, sexta, antequam defunctus esset, hebdomada illum regno expulerat; quo statim defuncto, quinque reges ordinati sunt, et regnum in quinque partibus conscisum est. Sed tamen principalis sedes regni ad Earnulf iuste et merito provenit, nisi solummodo quod in patrum suum indigne peccavit. Caeteri quoque quatuor reges fidelitatem et obedientiam Earnulfo, sicut dignum erat, promiserunt. Nullus enim illorum quatuor regum haereditarius illius regni erat in paterna parte nisi Earnulf solus. Quinque itaque reges confestim, Karlo moriente, ordinati sunt, sed imperium penes Earnulf remansit. Talis ergo illius regni [divisio^d fuit]: nam Earnulf orientales regiones Hreni fluminis, Hroththwlf quoque internam partem regni accepit, Oda etiam occidentale regnum, Beorngar et Witha Languobardiam; hec non et illas regiones quae in illa parte montis sunt. Nec tamen tanta et talia regna inter se pacifice servaverunt; nam his pleno proelio inter se belligeraverunt et illa regna saepe devastaverunt invicem, et unusquisque alterum expulit de regno. Eodem quoque anno, quo ille exercitus Parisiam civitatem deserens Caziei adiit, Athelhelm comes Wiltunensium Aelfredi regis et Saxonum elemosinam Romanam duxit.

Primitus Iohannem presbyterum monachum, scilicet Ealdsaxonum genere, abbatem² constituit, deinde ultramarinos presbyteros quosdam et diaconos; ex quibus cum nec adhuc tantum numerum, quantum vellet, haberet, comparavit etiam quam plurimos eiusdem gentis Gallicae, ex quibus quosdam infantes in eodem monasterio edoceri imperavit et subsequenti tempore ad monachicum habitum sublevari; in quo etiam monasterio unum paganae gentis³ edoctum, in monachico habitu degentem, iuvenem admodum, vidimus, non ultimum scilicet eorum.

EX ETHELWERDI CHRONICORUM LIBRIS QUATUOR.

p. 439 Perpetuum patricius consul Fabius quaestor Ethelwerdus Mahtildi consobrinae optat in Christo.

EX LIBRO I.

Nam illis diebus agilem audierunt⁴ esse piratico in opere gentem Saxonum in tota maritima a Rheno fluvio usque in Doniam^f urbem, quae nunc vulgo Dammarc nuncupatur, ac in omni armatura robustam.

Porro Anglia vetus sita est inter Saxones et Giotos, habens oppidum capitale, quod sermone Saxonico Sleswic nuncupatur, secundum vero Danos Haithaby. Ideoque Brittannia nunc Anglia appellatur, assumens nomen victorum.

^a) Sigene Ann. Anglosax. h. a. ^b) Materre, Maternae codex vetus. ^c) Farlus edd. ^d) ita edd., desunt in codice vetere. ^e) epistolam ad Mathildem, quam auctor p. 514, consobrinam vocat, neptem autem magni Ottonis et Edithae reginae v. SS. X, p. 439, n. 32. et cf. Dammeler, 'Otto der Grasse' p. 290. 2. ^f) Daniam? urbem noster passim pro regione usurpat.

1) Grimbaldus monachus S. Audomari, Iohannes, strenuus apud Liebermann, 'Ungedruckte Anglo-Saxo genere, monachus Corbeiensis fuisse creditur; Normann. Geschichtsquellen' p. 88, a. 934: *Translatio sancti Grimaldi*. 2) scil. monasterii quod dicitur Aelfred' 195, 2. 3. Grimbaldus mortuus est die 8. Iulii Aethelingae. 3) Danum quendam. 4) scil. Britanni.

EX LIBRO II, 19.

Iam post biennium Galli et Saxones pugnas inter se concitaverunt non parvas.

A. Anglos.
750

EX LIBRO III, 1.

- Post annum igitur saevissima plebs Romana Leonis fausti papae praecedunt linguam, insania moti, eruant ^{ib. 797} oculos simul et insuper a sede apostolica pellunt. Repente autem adiuvamine Christi, qui semper est in operibus suis mirabilis, et visus datus est et lingua fame plena, susceptique iterum sedem apostolatus ut ante.
- Et in ipso anno profectus est Romani cum magna dignitate moratusque est ibi menses duodecim. Igitur ^{ib. 833} revertente eo ad patriam, Karolus rex Francorum filiam suam tradidit ei in matrimonium, quam susceptam duxit ad patriam suam. Deique post annum Athulf rex obiit.
- Porro in eodem anno, postquam subiecta esset eis tellus praedicta, artemone petunt Gallias partes, ^{ib. 832} statum firmant in Gent loco condito ipsi eidem, qui castra metabantur quondam in loco Fullanhamme. Scilicet post annum ulterius progredi petunt; agmina Francorum contra insilunt armis victoriaeque funguntur nomen, barbaro exercitu fugato. Postque circulum unius anni transit praedictus exercitus in superiora territoris Maesae, et castra metati sunt in loco Escehun? . . . Anno igitur transeunte profectus est supradictus exercitus supra in Scald parochias ad ^{ib. 833} locum Cundath, ibique hyemale sumunt metatum. Impletaque serie anni unius abruptitur opposita supradicti cladis, ^{ib. 834} exercitus in superiora Sinnan turmae, in locum Embentum, ibique castra metatur spatio hibernali. Ergo post annum partiuntur in sortem sibi arva telluris ipsius in duas partes, unam ad Lofenum³, alteram ad Hrofecestre partem videlicet pertinentem, obsederuntque oppida praedicta. . . . In eodem anno magnificus obiit Karolus rex Francorum extintus ^{ib. 846} necesse ante unius circulum anni; quem post subsequitur equidem ulterius frater, qui tum praefuerat Gallias fines super occidentales. Anboque fuere filii Hlodwiges, cuius ante regimen fuerat totum, extrema iam series fuerat vitae in orbita solis praedicto, ipseque Magni filius regis erat⁴ Karul, quippe cuius in matrimonium duxerat filiam rex Athulfus Anglorum. Ast in motione illius anni factus est^b cum barbarorum classali non impetu parvo littora complens Veteranorum Saxonum, bisque in eodem parent tempore bella. Victores post existunt Saxones, adfueruntque tum Frisi certamine simul. In eodem anno successit in regnum Karolus MINOR totas occidentales super Galliae partes et usque ad ^{ib. 853} Tyrrennum mare protensa et ut dicam proavi sui passim potestatem, excepto provinciae Lidwicon⁴; cuius pater Hlodwius frater Karuli MEDII, cuius filiam duxerat in coniugium Athulf rex Anglorum. Et hi utrique fuere filii Hlodwii, scilicet Hlodwius filius erat Karuli Magni, Karulus Pipini filius magnus. In eodem anno migravit beatus papa Martinus, qui et in libertate posuerat Anglorum per praedestinationem regis Aelfredi quae nunc scholam Romae videtur, ex ter beatoque munera misit ligno^c Christi, in quo salus rotulat mundo.
- Denique post annum inferiores partes Gallias petunt continuoque sedilia eundem iuxta fluvium Signae prae- ^{ib. 856} pestate hiberna . . . Siquidem exercitus, qui tum populabatur Gallias partes, vestigia secant per pontem arcis Parisiaca ^{ib. 857} totamque iuxta Signiam vastant usque ad Maeterne et super verticem ipsius usque ad Catsig ibique constituunt ter hiberneos status. In eodem anno obiit et Karulus rex Francorum; Earnulfus quoque successit, fratruellus eius, in regnum hebdomadas septem ante obitum patri sui. Tum partitur regnum in quinque, regesque totidem functi in eodem. Attamen permisso fiunt Earouli cuncta, necnon promittunt se esse eius sub manu dominique iuvantes, ideo quoniam non essent sicut ipse sulco de paterno nullus eorum. Habitavitque post functionem regni in parte orientali fluvii Hreni, Hrodulfus vero medias partes regni, Odda quoque occidentalem partem, Beorugar etiam cum Wilha Longobardorum regnum obtinere a discrimine LOVII MONTIS. Illicque civilia coaptarunt bella, prosequitur plebs plebem, saepius venturum utrorumque arva, nec unquam adfuisse spes inter eos secunda. Porro in eodem anno, quo barbari ^{ib. 881} considerant ponte in Parisiaco, dux Aethelhelm diocesios Anglorum, pro populo accepta a rege pecuniae non exigua^d parte, adiit Romam. . . .
- In eodem anno elevatus est supra memoratus exercitus de Signa anne^e ad locum qui vulgo dicitur Sandlaudan, ^{ib. 880} cuius situs inter Britannos et Francos videtur; quorum in occursum Britanni insistent armis obtinentque victoriae nomen eosque persecuti sunt in macandrum cuiusdam amnis, ibique non pauci merguntur lymphis. Post etiam spatio unius ^{ib. 881} anni catervae supradicti exercitus visitant orientales Francorum partes; rex Earnulfus obivus; quorum equestris tandem imbuunt certamen, antequam venere gurgite classes. Manus Francorum orientalis aderat ibi, Saxones quippe Baiwerique, auras dant fugae pagani. . . .
- Deinde post annum, ex quo bella gessere barbari contra regem Earnulfum, quin Bononiam petunt ibique con- ^{ib. 881} struunt classem, prima dant ventis, volant rostra ad Anglicas partes, in Linneo portu constituunt puppes.

50 a) esse c. b) deest in codice verbum quoddam appulsus? c) biguo c. d) exiguum partem c. e) hanc c.

1) Athulfus rex. 2) Cf. Ann. Fuld. 882, SS. I, v. Dümmler, 'Gesch. d. Ostfränk. Reichs' II, p. 156. 22. p. 393: *litus Mosae fluminis, loco qui dicitur Ascloha*. 3) Lovania, Löwen. 4) i. e. Armoricae. *de Reno miliaria* 14. Elsloo infra Pontem Mosae;

EX FLORENTII WIGORNIENSIS CHRONICIS
CHRONICARUM.

- (803) 781 . . . Aethelberhtus Eboracensis archiepiscopus; Ecgerhti successor, obiit; cui Eanbaldus in archiepiscopatum successit, qui fuit discipulus Alhwini, magistri Karoli imperatoris. . . .
- (877) 855 . . . Sicque² magno cum honore Romam perrexit³ filiumque suum Aelfredum, quem plus ceteris dilexit, 5
Asser iterum in eandem viam secum ducens, ibi anno integro remoratus est. Quo peracto, ad patriam suam remeavit, afferens secum Iuthittam, Karoli Francorum regis filiam; . . . et Iuthittam, Karoli regis filiam, quam a patre suo acceperat, iuxta se in regali solio sine aliqua suorum nobilium controversia et odio usque ad obitum vitae suae contra perversam illius gentis consuetudinem sedere imperavit. Gens namque Occidentalium Saxonum reginam iuxta regem sedere non patitur nec etiam reginam appellari, sed regis coniugem permittit. . . . Defuncto igitur Brihtrico rege, cum regina⁴ inter Saxo- 10
nes diutius esse non posset, ultra mare navigans, cum innumerabilibus thesauris Karolum, illum famosissimum Francorum regem, adiit; ad quam, cum ante solarium multa regi offerens dona staret, Karolus ait: 'Elige, Eadburgh, quem velis, me aut filium meum, qui in isto solario stat mecum'. At illa sine deliberatione stulte respondens ait: 'Si mihi electio conceditur, filium tuum, in quantum te iunior est, eligo'. Karolus illi respondens et subridens ait: 'Si me eligeres, filium meum haberes, sed quia filium meum elegisti, nec me nec illum habebis'. Dedit ei tamen unum magnam sanctimoniam- 15
lium monasterium, in quo, deposito seculari habitu et sanctimonialis sumpto indumento, perpaucis annis abbatissae frangebatur officio; nam a quodam laico constuprata eiecitque de monasterio, Karoli regis imperio in paupertate et miseria
(880) 872 . . . Defuncto autem illo⁵, Idibus Ianuarii et apud Wintoniam sepulto, Aethelbald, 20
858, filius eius, contra Dei interdictum et christianorum dignitatem necnon et contra omnium paganorum consuetudinem thorum patris sui ascendens, Iuthittam, Karoli Francorum regis filiam, in matrimonium duxit. . . .
894. 872 . . . Legatos etiam ultra mare ad Galliam direxit⁶ indeque sanctum Grimboldum sacerdotem et monachum, venerabilem virum, cantatorem optimum, ecclesiasticis disciplinis et in divina scriptura eruditissimum omnibusque bonis moribus ornatum, Iohannem⁷ quoque acque presbyterum et monachum, acerrimi ingenii virum, Asserum etiam de occi-
(902) 880 . . . Eodem anno exercitus paganorum, qui in Fullanham hiemaverat, Britannicam insulam deserens iterum- 25
que ultra mare navigans, ad Orientalem Franciam perrexit et per unum annum in loco qui dicitur Giendi, id est Gent, mansit.
- (903) 881. Exercitus paganorum saepedictus in Franciam perrexit; contra quem Franci pugnauerunt, finitoque proelio, pagani, equis inventis, equites facti sunt.
- (904) 882. Praefatus exercitus paganorum suas naves per flumen quod dicitur Mese sursum tanto longe in Franciam 30
pertraxit ibique uno anno hiemavit. . . .
- (905) 883. Praefatus exercitus naves suas per flumen Scablad, contra flumen navigans, ad monasterium quod dicitur Candath traxit et ibi anno uno mansit. . . .
- (906) 884. Marinus centesimus septimus papa. Hic scholam Saxonum in Roma morantium pro amore et 35
deprecatione Aelfredi Anglosaxonum regis ab omni tributo et telone benigne liberavit; qui etiam multa dona predicto regi illa vice transmisit, inter quae dedit ei non parvam illius sanctissimae crucis partem, in qua Dominus noster Iesus Christus pro hominum salute pependit. Memoratus exercitus paganorum Sunnae fluminis ostium in-
trans, Embenum usque navigavit ibidemque uno anno mansit⁸.
- (907) 885. Paganorum exercitus praefatus in duas se terras divisit: una etenim in Orientalem Franciam perrexit, altera vero turba ad Britanniam veniens, Cantiam adiit civitatemque quae Hrofeaster Saxonice dicitur, in orientali ripa flumi- 40
nis Medweag sitam, obsedit . . . Pagani itaque magna necessitate compulsi, eadem aestate rursus Franciam adierunt. Regem Occidentalium Francorum Karolomanum, apertorum venationem agentem, singulari congressione horrendo dente singularis dilacerans ferus, miserabili finere percussit, cuius frater Luduivicus tertio anno ante defunctus est, qui et ipse erat Francorum rex. Ipsi etenim ambo filii Luduivici regis Francorum erant, qui supra memorato anno, quo eclipsi-
sis solis facta est, defunctus est. Ipse quoque Luduivicus filius Karoli Francorum regis erat, cuius filiam Iuthittam 45
Aethelwlfus Occidentalium Saxonum rex ad reginam sibi paterna voluntate suscepit. Praesenti quoque anno magnus paganorum exercitus de Germania in regionem Antiquorum Saxonum supervenit; contra quos adunatis viribus iidem Saxones et Frisones bis in uno anno viriliter pugnare: in quibus duobus bellis christiani, divina misericordia opi-
tulante, victoriam habuere. Eodem insuper anno Karolus Alamannorum rex Occidentalium Francorum regnum et omnia regna, quae sunt inter mare Terrenum⁹ illumque marium sinum, qui inter Antiquos Saxones et Gallos adiacet, voluntario 50
omnium consensu accepit absque Armoricano regno. Qui Karolus Luduivici regis filius erat. Ipse vero Luduivicus germanus fuit Karoli regis Francorum, patris Iuthittae praedictae, qui duo germani fuerunt filii Luduivici, Luduivicus vero ille filius Pippini⁹.
- (908) 886. Memoratus saepe exercitus paganorum, Orientali Francia derelicta, iterum in Occidentalium Francorum 55
regionem venit et in ostium fluminis quod Sequana dicitur intrans contraque longe navigans, Parisiam civitatem adiit

a) ex recensione B. Thorpe, 1848 in *Edd. Sac. Hist. Angl.* b) Tirrenum Ms. B (*Lambeth*).

1) Annos ex computatione Mariani Scoti in margine posuimus. 2) Quae sequuntur usque ad a. 887. Aelfredus rex. 7) Will. Malmesb. *Gesta Regum* §. 122: *ex antiqua Saxonica oriundum*. 8) Haec ad verbum cum *Gestis Aelfredi* congruunt; cf. Will. Malmesb. *De gestis Regum* §. 109. 113. 117. 3) scilicet desunt, ut apparet, fortuito in *Gestis Aelfredi*, quia Aethelwlfus rex. 4) Eadburgh, filia Offae Merciorum regis. 5) Aethelwifo rege. 6) scilicet extant in *Annalibus Anglosaxonis* h. a. 9) Karolus Magnus hic sicut in *Gestis Aelfredi* desideratur.

- ibique hiemavit: quam civitatem anno illo integro obsedit, sed, Deo misericorditer favente, munitionem irrumpere non potuit.
887. Praedictus paganorum exercitus civitatem Parisiam derelinquens incolumem, eo quod sibi aliter proficere non poterat, classem suam contra Sequanam longe remigando tam diu direxit, donec ad ostium fluminis quod Martae nominatur pervenisset. Tunc Sequanam deserens, in ostium fluminis Maternae divertit, contra quod diu ac longe navigantes, demum non sine labore usque ad locum qui dicitur Cazis, id est villa regia, pervenerunt, in quo loco anno integro hiemaverunt. Sequenti anno in ostium fluminis quod dicitur Iona intraverunt, non sine magno regionis damno, et illic remorati sunt uno anno. Eodem anno Karolus Francorum rex viam universae carnis adiit, sed Arnulf, filius fratris sui, sexta, antequam defunctus esset, hebdomada illam regno expulerat. Quo statim defuncto, quinque reges ordinati sunt, regnumque in quinque partes divisum est. Sed tamen principalis sedes regni ad Arnulfum iuste et merito pervenit, nisi solummodo quod in patrum suorum indigno peccavit. Caeteri quatuor reges fidelitatem et obedientiam Arnulfo, sicut dignum erat, promiserunt. Nullus enim illorum quatuor regum haereditarius illius regni erat in paterna parte nisi solus Arnulfus. Quinque itaque reges confestim, Karolo moriente, ordinati sunt, sed imperium penes Arnulfum remansit. Talis ergo illius regni exitus divisio: Arnulf orientales regiones Hreni fluminis, Hrothulf quoque internam partem regni, Oda occidentale regnum, Beorogar et Wita Longobardiam necnon et illas partes quae in illa parte montis sunt. Nec tamen tanta et talia regna inter se pacifice servaverunt; nam his pleno proelio inter se belligerare illaque regna persaepe invicem devastare, et unusquisque alterum de regno expulere. Eodem quoque anno Athelstanus Wiltoniensium comes Aelfredi regis et Saxonum clementinas Romanas deportavit.
- Aelfredus Anglosaxonum rex . . . primitus Iohannem presbyterum et monachum, genere Eald-Saxonum, abbatem constituit.
889. . . . Eodem anno soror regis Aethelswitha, Burhredi regis Merciorum regina, est defuncta et apud Ticinum sepulta.
891. . . . Eodem anno saepedictus exercitus paganorum Sequanam deserens, locum qui dicitur Santlaudan inter Franciam et Armoriam situm, adiit; contra quos Britones pugnaverunt et eorum quibusdam in ore gladii peremptis, quibusdam vero in fugam versis et quodam in flumine mersis, victores extiterunt.
892. Memoratus paganorum exercitus, Occidentali Francia derelicta, Orientalem adiit, sed priusquam illo classis eorum venire posset, imperator Arnulfus cum Orientalibus Francis, Antiquis Saxonibus, Bawariis contra pedestrem exercitum pugnam iniens, in fugam vertit.
893. Classicus et equestris paganorum exercitus Orientalem Franciam deserens, Bononiam adiit, indeque simul cum suis equis 250 navibus Cantiam transvectus, in ostio amnis Limenae applicuit.
897. Aestivo tempore paganorum exercitus, qui apud Cwathrycege hiemaverat, pars quaedam East-Angliam, pars quaedam Northymbriam petiit; ex quibus nonnulli ibidem remanserunt, nonnulli vero, navibus acquisitis, saepe dictum flumen Sequanam adierunt.
901. . . . Eadwardus cognomento Senior¹ . . . tresque insuper habuit filias, quarum unam Otto, Romanorum imperator octogesimus nonus, alteram vero in coniugem habuit rex Occidentalium Francorum Karolus²; cuius amitam, Karoli scilicet imperatoris filiam, uxorem duxit rex Occidentalium Saxonum Athulfus.
917. . . . Eodem anno supra memoratus dux Turketillus pace et iuvamine regis Eadwardi cum suis omnibus Gallias adiit partes. . . . Rollo primus dux Normannorum obiit; cui successit Wilhelmus, filius eius.
936. Romanorum nonagesimus Otto regnavit annis 36 et mensibus decem. Huic rex Anglorum Aethelstanus unam sororum suarum dedit in coniugem.
942. . . . Wilhelmus dux Normannorum, filius Rollonis, 16. Kal. Ianuarii occiditur; cui successit Richardus, filius eius.
955. . . . Eodem anno Luduwicus rex Occidentalium Francorum, filius Karoli regis et filiae regis Anglorum Eadwardi senioris, obiit. Liutolfus quoque, filius Ottonis imperatoris et alterius filiae eiusdem regis Eadwardi, obiit et sepelitur in choro monasterii Sancti Albani Moguntiae.
959. . . . Imperator etiam primus Otto, qui suam amitam in coniugem habebat, mira illi munera direxit et cum eo pactum firmissimae pacis firmavit.
982. . . . Eodem anno Romanorum imperator Otto secundus cum in partes Graeciae devenisset, Saracenorum exercitum terras christianorum depopulaturum obvium habuit, cum quibus proelium iniit, caesisque multis ex his et illis, victor exiit. Quo domum revertente, Otto, filius fratris sui Liutolfi, filii imperatoris Ottonis primi, et filiae regis Anglorum Eadwardi senioris, obiit.
1017. . . . Dedit etiam consilium Eadricus³, ut cliticulos Eadwardum et Eadmundum, regis Eadmundi filios⁴, necaret. Sed quia magnum deus sibi⁵ videbatur, ut in Anglia

55 1) Ann. Anglosax. a. 890, cod. C. 891. 2) Filius primogenitus et successor Aelfredi magni. 3) Simplex cognomine a. 893—923. Iisdem fere verbis utitur noster in Genealogia regum West-Saxonum, Mon. Hist. Brit. 641. et ed. Thorpe I, p. 274. Cf. Will. Malmesb. 66 Gesta Regum § 126. et SS. X, p. 459 n. 32. 4) Ann. Anglosax. cod. A. a. 920. 5) Mariani Scoti Chron. cum addit. h. a.; cf. Ann. Anglosax. a. 982. 6) Eadgario, regi Anglorum a. 959—975; cf. Lappenberg, 'Gesch. v. England' I, p. 410. I. 7) Eadric, *streona* cognomine, i. e. quaestuosus, proditor patriae. 8) Vix duos annos natus. 9) scil. Kanuto Magno, consilio Emmae reginae, ut fabulatur Iohannes Brompton, Hist. Angl. SS. decem col. 907.

perimerentur, parvo elapsó tempore, ad regem Suanorum¹ occidendos misit, qui, licet foedus esset inter eos, precibus illius nullatenus voluit acquiescere, sed illos ad regem Ungariorum Salomonum nomine² misit nutriendos vitæque reservandos; quorum unus, scilicet Eadmundus; processu temporis ibidem vitam finivit, Eadwardus vero Agatham, filiam germani imperatoris Henrici³, in matrimonium accepit, ex qua Margaretam Scottorum reginam et Christinam⁵ sanctimonialem virginem et clitonem Eadgarum suscepit⁴.

(1041) 1019. Hoc anno rex Anglorum et Danorum Canutus Denemarciam adiit et ibi per totam hiemem mansit.
 A. Anglos. (1042) 1020. Canutus rex Angliam rediit.
 (1048) 1026. . . . Obiit Ricardus secundus dux Normannorum; cui successit Ricardus tertius, qui eodem anno mortuus est; cui Robertus frater eius successit.
 A. Duc. (1049) 1027. Cum regi Anglorum et Danorum Canuto intimatum fuisset, quod Norregani regem suum Olavum propter eius simplicitatem et mansuetudinem, aequitatem et religiositatem nimis vili penderent, multum auri et argenti quibusdam illorum misit, multis rogans petitionibus, ut, illo spreto et obiecto, deditionem illi facerent ac illum super se regnare permitterent. Qui cum ea quae miserat aviditate magna suscepissent, ei remandare iusserunt, ad illum suscipiendum se paratos fore, quandocunque vellet venire.

(1050) 1028. Canutus rex Anglorum et Danorum 50 navibus magnis Norregani devectus, Olavum regem de illa expulit sibi que eam subiugavit.
 A. Anglos. (1051) 1029. Canutus rex Anglorum, Danorum et Norreganorum ad Angliam rediit, et post festivitatem sancti Martini Danicum comitem Hacun, qui nobilem matronam Gunnildam, sororis suae et Wyrtegeorni regis Winidorum filium⁵, in matrimonio habuit, quasi legationis causa in exilium misit. Timebat enim ab illo vel vita privari vel regno expelli.

(1052) 1030. Praedictus comes Hacun in mari perit. Quidam tamen dicunt, eum fuisse occisum in Orvada insula. Sanctus Olavus, rex et martyr, Haroldi regis Norreganorum filius, in Norrega iniuste perimitur a Norreganis.

(1053) 1031. Canutus rex Anglorum, Danorum et Norreganorum de Denemarcia magno cum honore Romam ivit, et sancto Petro apostolorum principi ingentia dona in auro et argento aliisque rebus pretiosis obtulit et a Iohanne⁷ papa, ut scholam Anglorum ab omni tributo et thelone liberaret, impetravit, et in eundo et redeundo largas pauperibus elemosinas erogavit ac multas per viam clausuras, ubi thelonea peregrinis extorquebatur, ingenti pretio dato, dissipavit. Hic etiam ante sepulchrum apostolorum suae vitae morumque emendationem Deo devovit; unde et epistolam memoriae dignam per virum prudentissimum Livingum, tunc Teavestokensis ecclesiae abbatem, post vero mox eodem anno⁸ in Criditunnensis ecclesiae pontificatu Eadnothi successorem, qui sibi comes itineris extitit, aliosque suos legatos Angliam misit, dum ipse Roma rediens per viam, quam ierat, Denemarciam priusquam Angliam peteret; cuius epistolae⁹ textum hic subscribere dignum duximus:

Canutus^h rex totius Angliae et Denemarciae^e et Norreganorum et partis Suanorum^d.
 Aethelnotho^a metropolitano¹¹ et Alfrico Eboracensi archiepiscopo¹² omnibusque episcopis et primatibus et toti genti Anglorum, tam nobilibus quam plebeis^f, salutem. Notifico vobis, me noviter ivisse^g Romam oratum pro redemptione peccaminum meorum et pro salute⁴⁰ regnorum quique meo subiacent regimini populorum. Hanc quidem projectionem Deo iam olim devoveram, sed pro negotiis regni et causis impediens huc usque perficere^h non

a) Thorpe ex cod. Coll. Nero C 5 addit quae leguntur SS. V, p. 482, l. 42. b) Cauto Will. Malm. c) Denemarciae et Norregiae W. d) Swavorum W. e) Alnotho vel Aigluto W. f) plebeis W. g) isse W. h) non poteram perficere W.

1) Olavum, postea sanctum, fratrem uterinum Kanuti regis. 2) Minime, sed Stephanum sanctum, a. 997—1038. 3) Brunonis, fratris Henrici II, episcopi Augustani, a. 1006—1029, ut suspicabatur Suhm, 'H. of Daum.' III, p. 726; v. Lappenberg, 'Gesch. v. Engl.' I, p. 463. 464; Freeman, 'Norman Conquest' I, p. 455. 4) V. eadem verba in Florentii Genual. regum West-Saxonum, Mon. Hist. Brit. p. 642. et ed. Thorpe I, p. 275; cf. Ann. Anglosax. 1057. 1067. et Adami Gesta Hammab. Pontif. II, c. 51, SS. VII, p. 324: *filii eius in Ruzsiam exilio dampnati*. 5) Wyrtegeornum regem Winidorum eundem fuisse ac Gotescalcum illum, Utonis filium Abodriti, de quo Adamus et Helmoldus multa narrant, perperam contendit Freeman, 'Norman Conquest' I, p. 649, cum Wyrtegeornum, Haconis comitis socerum, multo maiorem natu fuisse constet. 6) Ann. Anglosax. a. 1031. et similiter Will. Malmesb. Gesta Reg. §. 182: *decimo quinto anno regni*. 7) Iohanne XIX. 8) Livingus, abbas Tavistokensis, episcopus Creditonensis anno ipso, quo Canutus rex Roma rediit, videlicet a. 1027, consecratus est. 9) V. eandem epistolam in Willelm. Malmesb. Gestis Regum §. 183. 10) Titulos, qui annis 1026. et 1027. 55 non congruunt, postea epistolae additos esse, coniecit Lappenberg I, p. 476. n. l. 11) Archiepiscopus Cantuariensis a. 1020—1038. 12) a. 1023—1051.

nostro hic in oriente, ita ut a nulla parte bellum aut inimicitias aliquorum timere habeamus, quam citius hac aestate apparatus navigii procurare potero, Angliam venire dispono. Haec autem epistolam idcirco^a praemisi, ut de mea prosperitate omnis populus regni mei laetificetur, quia, ut vos ipsi scitis, nunquam memet ipsum nec meum laborem abstinui nec adhuc abstinere impendere pro omni populi mei necessaria utilitate. Nunc igitur praecipio^b et^c obtestor omnes meos^d episcopos et regni praepositos per fidem, quam Deo^e et mihi debetis, quatenus faciatis, ut, antequam ego^f Angliam veniam, omnia^g debita, quae Deo^h secundum legem antiquam debemus, sint persoluta, scilicet elemosinaeⁱ pro aratris et decimae animalium ipsius^j anni procreatorum et denarii, quos Romae^k ad Sanctum Petrum debemus^l, sive ex urbibus sive ex villis, et mediante Augusto decimae^m frugum, et in festi-
Nov. 11. vitate sancti Martini primitiae seminum ad ecclesiam, sub cuius parochia quisque degetⁿ, quae Anglice 'chirc-secat'^o nominantur^p. Haec et his similia^q, si, dum^r venero, non erunt persoluta, regia exactio^s secundum leges, in quem culpa cadit, districte absque venia comparabit. Valet^t.

(1059) 1037. Heardecanutus. . . . cuius mater Alfgiva, Anglorum quondam regina, hiemis initio sine misericordia expellitur 15
A. Anglos. Anglia, quae, rate mox parata, in Flandriam transvehitur et a nobili comite Baldwinio cum honore suscipitur¹.
Is, ut talem virum deceat, quamdiu necessitas poposcerat, ei necessaria gratanter ministrare curavit. . . .

(1061) 1039. . . . Heardecanutus rex Danorum Flandriam devectus, ad matrem suam Alfgivam venit.

(1062) 1040. Haroldus rex Anglorum obiit Lundoniae et in Westmonasterio sepelitur. Quo sepulto, proceres ferme totius Angliae legatos ad Heardecanutum Bryegae, ubi cum matre sua morabatur, 20
mittentes et se bene facere putantes, rogaverunt illum, ut Angliam veniret et sceptrum regni susciperet: qui, navibus 60 paratis, et Danicis militibus instructis, ante mediam aestatem Angliam advehitur. . . .

(1066) 1044. . . . Eodem anno nobilis matrona Gunnilda, regis Wyrtegeorfi et sororis Canuti regis filia, et comitum Hacuni et post Haroldi morte viduata, cum duobus filiis Hemmingo et Turkillo 25
expellitur de Anglia; quae Flandriam devecta, in loco qui Bryege dicitur aliquandiu resedit et sic Danemarciam adiit². . . .

(1067) 1045. Brihtwoldus Wiloniensis episcopus obiit; cui regis capellanus Herimannus, de Lotharinga oriundus, 30
successit. . . .

(1071) 1049. Henricus imperator innumerabilem congregavit exercitum contra Flandrensium comitem Baldwinum, maxime 30
eo quod apud Neomagum suum palatium combussisset atque fregisset pulcherrimum. In qua expeditione fuit Leo papa et de multis terris nobiles et magnifici viri quam plurimi. Suanus etiam rex Danorum, ut imperator illi mandarat, cum sua classe ibi affuit et ea vice fidelitatem imperatori iuravit. Misit quoque ad regem Anglorum Eadwardum et rogavit 35
illum, ne Baldwinum permitteret effugere, si vellet ad mare fugere. Idcirco cum magna classe rex ad Sandicum portum adiit, et ibi tandiu mansit, quoad imperator de Baldwinio omnia quae voluit habuisset. Interea Suanus comes, Godwini comitis et Gythae filius, qui . . . Danemarciam adierat, navibus 8 rediit. . . . Cui³ cum nuntiatum fuisset, quod Osgodus Clapa cum 29 navibus in Ulpe iaceret, de navibus, quas remisit, quot potuit revocavit. Osgodus autem, uxore 35
sua, quam apud Bryege commiserat, recepta, sex navibus Danemarciam rediit. . . . Suanus vero ad Flandriam duabus fugiens navibus, ibi mansit. . . . Quo etiam anno sanctus papa Leo rogatu eximiae religionis abbatis Herimari⁴ in Franciam venit, habens in comitatu suo praefectum et digniores quosque Romuleae urbis, et Sancti Remigii Francorum apostoli monasterium Remis constitutum maximo cum honore dedicavit. Et postmodum in ipsa urbe magnam synodum archiepiscoporum, episcoporum et abbatum sex diebus celebravit, in qua 40
fuit Aelfwinus Ramesigensis abbas et abbas monasterii Sancti Augustini, a rege Anglorum Eadwardo illo directi.

(1073) 1051. . . . Godwinus . . . mox cum coniuge sua Gytha et Tosti cum uxore sua Iuthitta, filia videlicet Baldwinii Flandren- 45
comitis, ac duo alii eius filii Suanus et Gyth ad Thornege, ubi navis eius parata fuerat, venerunt, in quam tantum auri et argenti aliarumque rerum pretiosarum, quantum illa portare potuit, festinanter imponentes eamque citatim conscendentes, ad Flandrensium comitem Baldwinum cursum direxerunt⁵. . . .

(1074) 1052. . . . excepto Suano. Ille enim ductus poenitentia, eo quod, ut praelibavimus, consobri- 7
num suum Beorn occiderat, de Flandria nudis pedibus Ierusalem iam adierat indeque rediens, invalidine ex nimio frigore contracta, mortuus est in Licia.

(1076) 1054. . . . Eodem anno . . . Athreus Wigornensis episcopus . . . magnis cum xeniis regis fungitur lega-
tione ad imperatorem; a quo simul et ab Herimanno Coloniensi archipraesule magno susceptus honore, ibidem per 50
integrum annum mansit⁶ et regis ex parte imperatori suggestit, ut, legatis Ungariam missis, inde

a) iam W. b) praecipio et *deest* W. c) episcopos meos W. d) mihi debetis et Deo W. e) *deest* W.
f) omnium W. g) *deest* W. h) elemosyna W. i) ipso anno W. k) Romam W. l) debetis W. m) de-
cima W. n) degit W. o) chircsecat, chircsescot, cyrescet, scyrisecat, curescet, chircseth *codd. Will. Malm.*
p) nominatur W. q) et alia W. r) cum W. s) exactioe W. t) *deest* W. 55

1) Will. Malmesb. Gesta Regum §. 188: in Flandriam transiit ad Baldwinum comitem, expertum pro-
bitate virum. 2) Ha Ann. Anglosax. cod. D, a, 1045. 3) scil. regi Eadwardo. 4) scil. S. Remigii. 5) Cf. Will. Malmesb. Gesta Regum §. 199.

fratrualem suam Eadwardum, regis videlicet Eadmundi Ferrei-lateris filium, reduceret Angliamque venire faceret.

1055. . . . Herimannus, Wiltoniae provinciae praesul, offensus, quia ei sedem episcopalem transferre de villa quae Reameshyrig dicitur ad abbatiam Malmesbyriensem rex nollet concedere, episcopatum dimisit, marique transfretato, apud Sanctum Bertinum monachicum habitum suscepit ibique in ipso monasterio 3 annis mansit¹.

1057. Clito Eadwardus, regis Eadmundi Ferrei-lateris filius, ut ei mandarat suus patruus rex Eadwardus, de Ungaria, quo multo ante, ut praediximus², in exilium missus fuerat, Angliam venit.

1058. . . . Dein praesulatu Wiltonensis ecclesiae, qui sibi ad regendum commissus fuerat, dimisso et Herimanno, cuius supra meminimus, reddito, mare transiit³ et per Ungariam profectus est Hierosolyman, quod nullus archiepiscoporum vel episcoporum Angliae eatenus dinoscitur fecisse.

1059. Nicolaus, civitatis Florentiae episcopus, papa eligitur, et Benedictus eicitur.

1060. . . . Wylensis episcopus Duduc obiit; cui successit Gisa, regis capellanus, ambo de Lotharingia oriundi⁴.

1062. . . . Contigit namque eo tempore, et legatos sedis apostolicae eius⁵ electioni interesse, Armenfredum⁶ scilicet Sedunensem episcopum⁶ et alium, qui a domino papa Alexandro pro responsis ecclesiasticis ad regem Anglorum Eadwardum missi, regio praeprocepto Wigorniae per totam fere quadragesimam degebant, expectantes responsum suae legationis usque ad curiam regalem proximi paschae.

1065. . . . Qui⁷ mox cum uxore sua Baldwinum Flandrensium comitem adiit et apud Sanctum Aulomarum biennem exegit.

1067. . . . Gytha vero comitissa, scilicet mater Haroldi regis Anglorum ac soror Suani regis Danorum, cum multis de civitate⁸ fugiens evasit et Flandriam petiit.

1070. . . . Comes Flandrensium Baldwinus iunior obiit.

1076. Rex Danorum Suanus, bene litteris imbutus, obiit; cui filius suus Haroldus successit.

1079. . . . Rex Willelmus filio suo Roberto ante castellum Gerbothret, quod ei rex Philippus praestiterat, dum pugnam intulerit, ab ipso vulneratus in brachio, de suo deiectus est emissario; sed mox ut illum per vocem cognovisset, festinus descendit ac illum suum caballum ascendere iussit et sic abire permisit. Ille autem, multis snorum occisis nonnullisque captis, ac filio suo Willelmo cum multis aliis vulnerato, fugam iniit.

1080. Dunholmensis episcopus Walcerus, genere Lotharingus, in loco qui dicitur Ad Caput Caprae 2. Idus Maii feria quinta a Northymbrensibus est occisus in ultionem necis Liulfi, nobilis generosique ministri.

1085. . . . Eodem anno rex Danorum Canutus cum classe valida et auxilio soceri sui Roberti Flandrensis in Angliam venire paratus erat.

1091. . . . [Erant¹² duo — iam receperat]. SS. V, p. 564.

1093. . . . Decessit etiam eodem anno vir magnae strenuitatis Flandrensium comes Robertus; cui successit primogenitus filius eius Robertus.

a) Herimannus *cod. Coll. Corp. Christi Oxon.* 157.

b) haec ex *cod. Coll. Corp. Christi Oxon.* 157.

1) V. Will. Malmesb. *Gesta Pontificum* §. 83 de Hermanno capellano regis, natione Flandrensium.

2) V. supra a, 1017, et *Ann. Anglosax.* a. 1057.

3) scil. Aldredus Wigorniensis episcopus.

4) Eadwardus confessor retinuit multos clericos alienigenas;

v. *Miracula sancti Eadmundi* apud Liebermann, 'Unge-druckte Anglo-Normannische Geschichtsquellen' I,

p. 245: *Cuius in curia regali demorabatur per id*

5) *temporis quidam Baldevinus ex Franciae partibus*

6) *gloriosus, monachus Sancti Dionisii Parisiacensis, pre-*

7) *positus vero Lebrata (i. e. Leberau) monasterii in*

8) *Alemannia, in territorio Elysaen (i. e. Alsatia), sed et*

9) *medicina peritus, ex hoc quoque a rege Anglorum*

10) *cum multa diligentia habitus. Cognito autem obitu*

11) *predicti abbatis (sc. sancti Eadmundi) in auribus*

12) *regis, cogitat prefatus rex, quem eius in locum sub-*

13) *rogat, cogitandoque memoratum Baldevinum in abba-*

fratrualem suam Eadwardum, regis videlicet Eadmundi Ferrei - lateris filium, reduceret Angliamque venire faceret.

1055. . . . Herimannus, Wiltoniae provinciae praesul, offensus, quia ei sedem episcopalem transferre de villa quae Reamnesbyrig dicitur ad abbatiam Mahnesbyriensem rex nollet concedere, episcopatum dimisit, marique transfretato, apud Sanctum Bertinum monasticum habitum suscepit ibique in ipso monasterio 3 annis mansit¹.

1057. Clio Eadwardus, regis Eadmundi Ferrei - lateris filius, ut ei mandarat suus patruus rex Eadwardus, de Ungaria, quo multo ante, ut praediximus², in exilium missus fuerat, Angliam venit. . . . A. Anglos. (1079)

1058. . . . Dein praesulatu Wiltonensis ecclesiae, qui sibi ad regendum commissus fuerat, dimisso et Herimanno, cuius supra meminimus, reddito, mare transiit³ et per Ungariam profectus est Hierosolimam, quod nullus archiepiscoporum vel episcoporum Angliae eatenus dinoscitur fecisse. (1080)

1059. Nicolaus, civitatis Florentiae episcopus, papa eligitur, et Benedictus eicitur. . . . (1081)

1060. . . . Wyllensis episcopus Duduc obiit; cui successit Gisa, regis capellanus, ambo de Lotharingia oriundi⁴. . . . (1082)

1062. . . . Contigit namque eo tempore, et legatos sedis apostolicae eius⁵ electioni interesse, Armenfredum⁶ scilicet Sedunensem episcopum⁶ et alium, qui a domino papa Alexandro pro responsis ecclesiasticis ad regem Anglorum Eadwardum missi, regio praeecepto Wigorniae per totam fere quadragesimam debebant, expectantes responsum suae legationis usque ad curiam regalem proximi paschae. . . . (1084)

1063. . . . Qui⁷ mox cum uxore sua Baldwinium Flandrensiem comitem adiit et apud Sanctum Audomarum hiemem exegit. . . . (1087)

1067. . . . Gytha vero comitissa, scilicet mater Haroldi regis Anglorum ac soror Suanis regis Danorum, cum multis de civitate⁸ fugiens evasit et Flandriam petiit. . . . (1089)

1070. . . . Comes Flandrensiem Baldwinus iunior obiit⁹. . . . (1092)

1076. Rex Danorum Suanus, bene litteris imbutus, obiit; cui filius suus Haroldus successit¹⁰. . . . (1098)

1079. . . . Rex Willelmus filio suo Roberto ante castellum Gerbothret, quod ei rex Philippus praestiterat, dum pugnam intulerit, ab ipso vulneratus in brachio, de suo deiectus est emissario; sed mox ut illum per vocem cognovisset, festinus descendit ac illum suum caballum ascendere iussit et sic abire permisit. Ille autem, multis suorum occisis nonnullisque captis, ac filio suo Willelmo cum multis aliis vulnerato, fugam iniit¹¹. . . . (1101)

1080. Dunholmensis episcopus Walcerus, genere Lotharingus, in loco qui dicitur Ad Caput Caprae 2. Idus Maii feria quinta a Northymbrensibus est occisus in ultionem necis Liulfi, nobilis generosique ministri¹². . . . Mai. 14. (1102)

1085. . . . Eodem anno rex Danorum Canutus cum classe valida et auxilio soceri sui Roberti Flandrensi comitis¹³ in Angliam venire paratus erat. . . . (1107)

1091. . . . [Erant¹⁴ duo — iam receperat]. SS. V, p. 564. (1113)

1093. . . . Decessit etiam eodem anno vir magnae strenuitatis Flandrensis comes Rodbrihtus; cui successit primogenitus filius eius Rodbertus¹⁵. . . . (1115)

a) Hearnenfredum *cod. Coll. Corp. Christi Oxon.* 157. b) haec ex *cod. Coll. Corp. Christi Oxon.* 157.

1) V. Will. Malmesb. Gesta Pontificum §. 83 de Hermanno capellano regis, natione Flandrensi.
2) V. supra a. 1017. et Ann. Anglosax. a. 1057.
3) scil. Aldredus Wigorniensis episcopus. 4) Eadwardus confessor retinuit multos clericus alienigenas; v. Miracula sancti Eadmundi apud Liebermann, 'Unge-druckte Anglo-Normannische Geschichtsquellen' I, p. 245: Cuius in curia regali demorabatur per id temporis quidam Baldevinus ex Franciae partibus gloriosus, monachus Sancti Dionisii Parisiacensis, prepositus vero Lebraha (i. e. Leberau) monasterii in Alemannia, in territorio Elysacen (i. e. Alsatia), sed et medicina peritus, ex hoc quoque a rege Anglorum cum multa diligentia habitus. Cognito autem obitu predicti abbatis (sc. sancti Eadmundi) in auribus regis, cogitat prefatus rex, quem eius in locum subroget, cogitandoque memoratum Baldevinum in abbatem promovet. 5) scil. sancti Wulstani Wigorniensis episcopi. 6) a. 1055—1084; cf. Will. Malmesb. Gesta Pontificum §. 23: veniente in Angliam Ermenfredo, Sedunense episcopo, legato Alexandri papae. 7) scil. Tostius comes. 8) Exoniensi. 9) Ann. Anglosax. *cod. E. h. a.* 10) Ibid. E. h. a.; cf. Will. Malmesb. Gesta Pontificum §. 132. et Gesta Regum §. 271: Fusus ibi non paucus numerus Lotharingorum, quod praesul ipse nationis eius erat. 11) Cf. Will. Malmesb. Gesta Regum §. 261: auxilio ei erat socer Robertus Friso, sexcentarum ratium dominus. 12) Haec in *cod. Corp. Chr.* manu rec. addita ad verbum sumta sunt ex Eadmeri Hist. nov. libr. II. 13) Robertus I, Friso dictus, mortuus est d. 13. Oct. 1092; cui successit filius Robertus II, Hierosolymitanus.

- (1118) 1096. . . Urbanus papa — — Rotberti Wiscardi filius. SS. V, p. 564. . .
- (1120) 1098. . . Antiochia civitas — — emicuit . . . Rogerus¹ — — sibi satisfactum consentiret. SS. V, Eadm. l. c. . .
- (1121) 1099. [Urbanus² papa — — Lugdunum perrexit] . . . Idus Iulii — — in papam est consecra- 5 tus. SS. V, p. 565. . .
- (1122) 1100. Clemens papa — — obiit . . . Interea ab Ierusalem — — repatriavit. SS. V, l. c. . .
- (1123) 1101. . . Filius Eustatii senioris — — Baldwinum. SS. V, l. c. . .
- (1128) 1106. . . [Quo³ anno facta est nimis execrabilis contentio inter imperatorem de Alemannia et filium eius. SS. V, l. c. . . Romanorum nonagesimus sextus Heinricus III^{us} obiit; cui filius suus Heinricus succedens, regnavit annis 19^b]. 10
- (1132) 1110. Rex Anglorum — — in coningem⁴. SS. V, l. c. . .
- (1133) 1111. Heinricus rex Teutonicorum — — factam condonavit. SS. V, p. 565, 566. Rex Anglo- rum Heinricus Flandrensis, qui Northymbriam incolabant, cum tota suppellectili sua in Walo- nam transiit et terram quae Ros nominatur incolere praecepit. . .
- (1134) 1112. Anno pontificatus — — consenserunt et laudaverunt. SS. V, p. 566, 567. . . 15
- (1136) 1114. Heinrico Romanorum imperatori — — est consecrata. SS. V, p. 567. . .
- (1137) 1115. Hoc anno hiems — — iuramento fecit. *Ibid.* . .
- (1139) 1117. . . Apud Lombardiam — — oppressit⁵. *Ibid.* . .

EX CONTINUATIONE CHRONICI FLORENTII WIGORNIENSIS OPERA IOHANNIS MONACHI.

- (1140) 1118. Sacrae memoriae Pascalis papa 14. Kal. Febr. defungitur, et loco eius Iohannes quidam Gaito natus sub- 20 stitutus est et mutato nomine Gelasius est nuncupatus. Hic in monasterio Montis Cassini ab infantia monachus nutritus et adultus, in ministerio venerabilium apostolicorum Desiderii, Urbani et Pascalis assiduus fuerat, cancellarii officio functus. Rex vero Teutonicus, qui et Romanus imperator, audito papam huic vitae decessisse, Romam advolat et Bracarensem⁶ episcopum, iam anno praeterito ab eodem papa Beneventi excommunicatum, cedente ab urbe Gelasio, papam instituit et ex 25 Mauricio⁶ Gregorium nominat . . . Prefatus papa Gelasius per mare Burgundiam venit, et adventus eius mox Galliae toti innotuit. Nonis Iulii obiit domnus Florentius Wigorniensis monachus. Huius subtili sci- entia et studiosi laboris industria praeeminet cunctis haec chronicarum chronica. . .
- (1141) 1119. Gelasius papa obiit et Cluniaci sepultus est; cui successit Guido Viennensis episcopus, qui alio nomine 30 Calixtus nominatus est . . . Calixtus papa instituit generale concilium Remis 13. Kal. Novembris, ad quod con- cilium factus est multiplex archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et principum diver- sarum provinciarum concursus cum numerosa clericorum et plebium multitudine. Episcopi vero Angliae . . .
- (1143) 1121. Rex Anglorum Heinricus . . . decrevit sibi in uxorem Athebiden⁶, filiam Gothefridi ducis Lotharingae, 35 puellam virginem decore modesti vultus decenter insignitam. Directi sunt nuntii et futuram regi dominam summo cum honore de transmarinis partibus ad curiam regis adduxerunt . . . Puella praedicta, in regni dominam electa, 4. Kal. Febr. sabbato regi desponsatur . . . et crastino die, 3. Kal. Febr. . . regina consecratur et coro-

a) Ita cod. C. C. C. Oxon. . . b) haec addit cod. C. C. C. Oxon., ubi num. 19. ab altero scriba add. . . c) ex rec. B. Thorpe, sed codicibus vetustissimis, Ms. Coll. Corp. Christi Oxon. 157. et Ms. Bodl. Laud. 297. a V. Cl. F. Liebermann inspectis. d) Hic in monast. — innotuit manu receptore errata sunt in cod. C. C. C. Oxon. . . e) corr. Athelizam cod. C. C. C. 40 Oxon.; Athelizam Laud.; Adelizam Mayd. Oxon.

1) Ex Eadmeri Hist. Nov., ut cod. Oxon. docet, a Wigorniensibus in marg. post inserta. 2) Ann. Anglosax. a. 1109, 1110, quibus addas, quae occurrunt in Ms. Lambeth. Genealogiae regum West-Saxonum, Mon. Hist. Brit. 642, 643. et ed. Thorpe I, p. 276. 2: Adepto igitur regno [sc. ab Henrico I. rege Anglorum a. 1100] accepit sibi uxorem Mathildem, filiam Malcolmii regis Scottorum et reginae Margaretae, quae concepit et peperit ei filium nomine Willelmum et filiam Mathildem, quae succedente tempore Henrico Alemannie imperatori coniugio copulata est . . . 45 filiam suam, mortuo imperatore, de Alemannia revocavit secumque manere fecit. Mortua vero regina uxore sua, accepit sibi aliam, filiam scilicet Gothefridi ducis Lotharingiae, Athelizam, de qua si nullum regni heredem acciperet, filiam suam Mathildem post se hereditario iure in regnum succedere concessit. 3) Brevius, sed certius, octava sancti Iohannis evangelistae addita, in Ann. Anglosax. h. a. 4) Haec an hoc anno incepit, incertum; in codicibus nulla 50 distinctio observatur. LIEB. 5) Braga in Lusitania. 6) Burdino Eadmer.

- natur¹ . . . Calixtus papa, viribus undecunquo collectis, supra memoratum Mauricium, cognomen Burdinum, quem Eadm vocatum Gregorium in sede apostolica imperator cum suis fautoribus constituerat, cepit cumque suis omnibus spoliatum monasterio, ut monachus esset, contumeliose intravit. . . .
1124. . . . Calixtus papa obiit; cui Honorius Ostiensis episcopus successit. (1146)
- 5 1125. . . . Imperator Henricus obiit et sepultus est Spirae^a, ubi et avus eius. Roma- (1147)
norum 98^{us} Leodegarius^b regnavit annis 13^c. . . .
1126. Rex Anglorum Henricus Angliam reversus, in nativitate Domini curiam suam in castro quod Windleshora (1148)
vocatur diviti apparatu celebravit . . . Finitis diebus festivioribus, rex ac tota quae confluxerat digni-
tas regni Landoniam vadit, ibique ad iussum regis Willelmus archiepiscopus et ecclesiae Romanae legatus
10 caeterique Anglicae regionis episcopi omnes cum principibus terrae ipsius fide et sacramento sponderunt filiae regis, se
totum regnum Anglorum illi contra omnes defensuros, si patrem suum superviveret, nisi de legali coniugio
filium, qui sibi succederet, adhuc ante obitum suum procrearet. Ipsa siquidem, defuncto imperatore
Henrico, qui eam per plures annos in matrimonio tenuerat, absque liberis ad patrem suum reversa, circa illum
excellenti, sicut decebat, honore fulciebatur². . . .
- 15 1128. . . . De iuramento iam mutato in periurium in multorum periculum⁴. (1150)
- Rex Anglorum Henricus anno regni sui 28³, in octavis pascae, quod erat 3. Kal. Maii, 1128.
indictione 7, concurrentibus 7 bissextilibus, epactis 25, apud Westmonasterium Landonie Apr. 29.
tenuit concilium, cui presidebant duo metropolitani, Willelmus Dorubernensis, Turstinus
Eboracensis, episcopi, abbates, comites, barones cum totius Angliae primoribus, ubi de plu-
20 ribus plurimis tractatis, quis, de medio facto rege et herede carente, in regendi regni statum
succedat, communi consilio tractatur. Tandem ad velle regis consentiunt omnes, ut illius
filia, Romanorum imperatoris Henrici relicta, cum legitimo suo, si habuerit, sponso, in Christi
brachio regnum Angliae sustineat. Et ut huiusmodi consilium stabile permaneat, ab omnibus
fit iuramentum. Primo omnium iurant archiepiscopi sicque per ordinem episcopi, Rogero
25 Saeresberiensis praesule diiudicatore omnium existente. Post episcopos more ecclesiastico,
licet omne iuramentum a Domino sit prohibitum, abbatibus foret iurandum. At quoniam
a seductis in invio sepius vilipenditur cucullatus, sequitur ordo preposterus, non necessario,
sed pro velle commutatus. Iurat rex Scottorum David; iurans etiam Anglorum regina filiae
regis, quae in presentiarum erat, iuratae prerogativae eo pacto assensum dedit, ut, si rex in
30 utroque sexu careret herede, si vero non in utroque, superstes qui foret regnum heredi-
taret. Roberthum, regis filium⁴, comitem Gloecestrensem ad sinistram pedem regis seden-
tem diiudicator allocutus: 'Surge', inquit, 'surge et pro regio velle iuramentum effice'. At
ille: 'Maior me', inquit, 'natu prius id agat Stephanus comes Bononiensis, hic ad dextram
pedem regis sedens'. Quod et factum est. Iurant postmodum omnes comites, barones, vice-
35 comites quique nobiliores milites. Quo facto, diiudicator exclamat: 'Abbates procedant,
iuramentum faciant'. Tunc exurgens vir reverendus abbas de Sancto Eadmundo nomine
Anselmus, respondit pro omnibus, graviter ferens in se, et in socios preposterum ordinem
iuramenti factum. 'Ecce', inquit, 'o rex, opprobria exprobraurium nostro ordini ceciderunt
supernos. En contra ius aeclesiasticum, vilipensis abbatum personis, laicales personas
40 etiam nobis homagio subactos tuo iuramento preposuisti'. Ad haec rex:
'Est quod iam factum, stet, sicut cernitis, actum.
Fari cessate; mora nulla sit; appropriate
Iuratoteque vos, ut nos iuravimus, omnes.
Abbates iurant, regem placent, quia curant.
- 45 Finito concilio, discessum agentes, quique redierunt in sua. Sed proh dolor! ecce videmus
iuramentum versum in periurium. Terrentianum dictum est:
Obsequium amicos, veritas odium parit.
- Verum licet hoc verum sit, novit Deus et Christus eius et utriusque Spiritus, si non vereretur
regiae maiestati caput Iohannis⁵ condempnari, assererem, iuratores omnes periurio notari.

50 a) Spira vodd. b) Lotharius cod. C. C. C. Oxon. 157. sup. tm.; Lotharius Laud. 297. et Magd. Or. c) spatium vac.
Magd. Ox. et Laud., ubi tamen 12 mens. 3, in mary., alio atramento C. C. C. d) quae sequuntur usque ad p. seq. l. 8.
in cod. C. C. C. Ox., p. 379, ut videtur, Iohannes Wigorniensis ipse exaravit; alibi non inveniuntur.

1) Cf. Will. Malmesb. Gesta Regum §. 418: Adala, et, quos sequitur, Ann. Anglosax., magnum con-
filiu ducis de Lovanio, quod est castellum caput cilium Londoniense a. 1126. 1127. exhibentes, con-
55 Lotharingie. 2) Cf. Will. Malmesb. Hist. Novella futentur. 4) Notham. 5) sc. baptistae, patroni,
§. 2. 3. 3) i. e. a die 5. Aug. 1127. usque ad ut e nomine conicias, auctoris. LIEB.
d. 4. Aug. 1128, ita ut contextus vetus chronicorum

Deus autem rerum, cuius oculis nuda et aperta sunt omnia, ut bene scit et universis dominis melius vult, in misericordia et miserationibus, ut optime novit, cuncta disponat! —

Post modicum tempus rex Anglorum mare transit.

Anno regni 3. Leodegarii Romanorum imperatoris, regis vero Anglorum Heinrici 28, olimpiadis 470. anno 2, indictione 7, luna 25. existente, 6. Idus Decembris, sabbato, a mane 5 usque ad vesperam apparuerunt quasi duae nigrae pilae infra solis orbitam, una in superiori parte et erat maior, altera in inferiori et fuit minor. Eratque utraque directa contra alteram ad huiusmodi figuram* . . .

A. Anglos. . . Comes Flandrensium^b Willelmus nomine, Miser cognomine, ab hostibus circumventus, vulneratur et, 1127. 1128. ingravescente dolore, morte cunctis dolenda 6. Kal. Augusti defungitur et apud Sanctum Bertinum sepe- 10 litur.

[1154.] 1132^c. Annus cycli decemvovenalis quarti decimus tertius, cycli solaris tertii decimus quartus, bissextilis sexti anni primus. Romanorum imperatoris Lotharii et Anglorum regis Heinrici temporibus quidam comes erat in partibus Alamanniae, cui nomen Normannus¹, potens et dives, habitans in oppido Honburch² nomine, habens filiam vocabulo Odiliam, a nativitate cecam. Hanc, cum esset parvula, misit ad quandam villulam suam longe remotam, ignominiosum valde reputans, si in eadem villa, qua ipse manebat, nutriretur. Quae cum adolevisset, lasciviam modis omnibus fugiens, in bonis moribus, prout poterat, diligentissime Domino serviebat. Habebat autem fratrem unum, qui eam tenerrime diligens, multotiens patrem, ut revocaretur, orabat, sed nullatenus impetrare valebat. Tandem consilio cum familiaribus suis habito, ignorante patre, tibi ipse manebat profectus secum reduxit eam et in quadam domo, quae curiae patris eius erat contigua, commendavit. Quo facto, venit ad patrem [m], pro reditu sororis suae, sicut ante consueverat, deprecatur. Sed ille inflexibilis persistens non acquievit. Unde filius ira commotus ad patrem: 'Velis', inquit, 'nolis, per me revocata in proximo mansionem accepit'. His auditis, nimio furore pater accensus, baculo, quem manu tenebat, filium in capite percussit et occidit. Protinus ad se reversus, malum, quod egerat, expavit, paucisque diebus exactis, iuxta aeclesiasticam institutionem penitentiam suscipit agendam. In qua cum modicum tempus exegisset, infirmitate correptus obiit. At filia eius pro eo quod necdum dimidia penitentia peracta defunctus esset, graviter afflicta, diebus ac noctibus in ieiuniis, vigiliis et orationibus pro redemptione animae Domini misericordiam implorabat. Quod dum ageret, nocte quadam angelus Domini per visum ei assistens ait: 'Si diligentius quam facis pro anima patris tui Dominum oraveris, cito ad corpus suum revertetur, ut iniunctam sibi penitentiam expleat, eaque peracta, in bona conversatione denuo migrabit a corpore'. His dictis, angelica visio disparuit. Illa autem protinus evigilans et quae per visionem audierat mente pertractans, cepit modis omnibus, quibus poterat, ieiuniis, vigiliis et precibus Dei misericordiam implorare, ut, sicut angelus ei promiserat, patrem suum recipere mereretur. Quod dum aliquantum temporis in huiusmodi afflictionibus peregisset, ecce die quadam coram omni familia qui defunctus fuerat aulam intravit, sola indutus camisia, salutatisque omnibus qui aderant, ne timerent, hortatur. 'Eccè', inquit, 'Deus omnipotens reddidit mihi vitam ad peragendam penitentiam'. Subsequenti vero die peregrinationem aggressus, postquam legitimam explevit penitentiam, domum regressus, ecclesiam in honore sanctae Dei genitricis Mariae construxit. In qua sanctimonialibus ad servendum Deo congregatis, filiam suam Odiliam iam dudum divinitus illuminatam abbatissam constituit. Postmodum domo sua in omnibus ordinate disposita, sicut angelus predixit, in pace quievit. Camisia vero, qua induebatur, dum familiae suae vivus apparuit, in eadem ecclesia ad iudicium huius miraculi iuxta principale altare posita servatur, gravissimo foetore respersa et ad instar favillae colorata. Hanc si manu palpaveris, nulla ratione [scire^d] poteris, cuius sit generis aut texturæ. Denique foetorem eius conversantes ibidem propter assiduitatem non sentiunt, sed aliunde venientes statim in ipso ecclesiae introitu non sine gravi

a) inter lineas signa caelestia in circulo colorato pinguntur. b) filius Rodberti comitis *ms. Laud.* c) quae sequuntur 50 Iohannes Wigorniensis codici C. C. Ox., p. 383, 384. addidit, sed manus recentior, ut saepius fit in hoc libro, numero annorum abrasit 1, ut (1153) 1131. legantur. d) *om. cod.; supplendum videtur.*

1) Et nomina et saecula omnino confunduntur. Sanctae Odiliae, quae s. VII. vixisse videtur, pater in fragmento vetustissimo apud Grandidier, 'Histoire de l'Église de Strasbourg' I, 'Preuves justificatives' nr. 27, Ethico, in vita apud Eccardum, 'Origines familiae Habsb. Austr.' p. 89. et in AA. SS. ord. S. Ben. III, 2, p. 488. Adalricus, qui etiam alio nomine Edichin, vocatus est. Quae quidem auctor Wigorniensis fabulatur, in nullam vitam, de quibus v. Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II, 76, penitus quadrant. 2) Hoemburg in Alsatia.

horrore naribus trahunt. Preterea virgo nobilis Odilia post mortem patris in sancta conversatione persistens, commanentes sibi bonorum operum informabat exemplis, expletoque dierum suorum curriculo, feliciter Iduum Decembrium die, feria 2, migravit ad Dominum. In cuius festivitate, quae ipso die colitur, biduo ante induitur unus de familia ecclesiae 5 camisia supradicta et ad compunctionem intuentium in medio populi, qui ad sollempnitatem convenerit, huc illucque deambulat, herbas odoriferas sine intermissione naribus adhibens, ne camisiae periclitetur. Is etiam septem diebus ante sollempnitatem ad eundem quem diximus foetorem camisiae [mitigandum^a] in omni, quo vescitur, cibo crudo utitur allio. . . .

1134. Godefridus Bathoniensis episcopus 17. Kal. Sept. obiit; cui processu temporis (1156) successit quidam monachus Rotbertus nomine, Flandrensis genere, sed est natus in partibus Angliae. Ex monacho fit episcopus Rotbertus. Sic enim disposuit Wintoniense episcopum Henricus, non tunc, sed nunc Komae ecclesiae legatus¹.

Referebant^b qui bene noverunt, ea tempestate quendam in Apulia fuisse Saracenum, a christiana fide alienum, impietate plenum; indeficienti philargia secularibus inhians 15 rebus, hostili manu fines christianorum invadens devastabat; binos captos baptizatos secum ducens, in magna animi alacritate ad propria remeat, ferreis vinculis artatos incarcerat. Satisfaciendarum epularum dies illuxerat. Cum nobilibus residens ad mensam Saracenus, ut christianam fidem illudat, unum de incarceratis, ut erat vinculatus, adduci et in presentiarum sistere mandat. Adductus miles christianus venit totus pavidus, in domino Deo suo 20 totus tamen confisus. Corporis trepidat infirmitas, mentis autem, quam habet in Deum, solidatur firmitas. Suadetur abnegare^c christianitatem. Renuit hoc ille ob nanciscendam regni caelestis sullimem dignitatem. Hinc ira succensum diabolicum membrum mandat ilico monstruosum parari tormentum. In presentia convivantium vermibus attrahitur, non corpore longus, sed horridus totus, grassus et velut coluber tortuosus. Astanti Dei servo ex omni 25 parte nudo monstrum illud nunc sursum nunc ursum, nunc hac nunc illac se retorquens, morsus infigere querit. Ad quem athleta divinus lignum erat vergens ad austrum; penitus illum mordere nequit. Fortassis enim quod horridus horreat, in Dei famulo toto Deo signato spectat, quod etiam in sancto corpore morsus omnino negat. Hoc viso, iussu tyranni vermibus absentatur. Dei vero servus denuo vinculatus incarceratur. Subintroducto post- 30 modum carceris socio, de neganda fide tyrannicus sermo perorat: 'Miser ille et miserandum, quia lignum vergens ad aquilonem, potius eligit fidem Christi negare quam vermiferum morsum tolerare'. Non credens verbis furor tyrannicus, mandat miserum vermi proici dila- cerandum. Cuius morsibus ilico totus dilaniatur, et de medio factus pro infidelitate tartareis cruciatibus immergitur. Alter vero, habitans in adiutorio Altissimi, representatur ad stipi- 35 tem, tyrannico iudicio ligatur, a teliferis pro fide sagittatur et sic in martyrii gloriam vita privatur. Haec olim exulans Wincelcnmbe² ab ore doctissimi viri abbatis de Sancto Walarico audivi et huic chronicae nostre inserere curavi³. . . .

1137. . . . Walenses in defensione suae nativae terrae non solum a Normannicis diviti- (1159) bus, sed etiam a Flandrensibus⁴ multa perpassi, pluribus utrinque peremptis, devictis tamen ad ultimum Flandrensibus, non cessant in circuitu omnia vastare. . . .

Fluctuabat adhuc — — Quorum causa⁵ inter Lotharium — — cum vita amisit. SS. V. p. 567. 568. . . .

1138. Romanorum 99. Conradus — — fumus evanuit. *Ibid.* p. 568. . . .

1140. . . . Willelmus de Ipre⁴, ~~et~~ fertur, consanguineus ipsius Rotberti⁵, ad red- (1160) (1162)

45 a) *supplendum videtur.* b) *quae sequuntur solum in cod. C. C. C. Ox. p. 385. 386. leguntur.* c) *abnegare e.*
d) *iussu quondam regis Henrici terram Walliae incolentibus addit ed. a. 1592; des. C. C. C. Ox.* e) *Fluctuabat — causa*
add. *edd.; des. C. C. C. Ox.* f) *l. 30. pro annis regni Conradi spatium vacuum rel. C. C. C. Ox.*

1) Ideo post d. 1. Mart. 1139; cf. Stubbs, *Constit. comitis Flandriae passim, SS. XII, Will. Malmesb. Hist. of England* I, p. 324. 2) Monasterium ordi- Hist. Nov. § 17. Henr. Huntingd. p. 392. ed. 1601, nis sancti Benedicti in comitatu Gloucestrensi, cuius Rob. de Monte, SS. VI, p. 494. Epp. Job. Saresb. 50 abbatem Godefridum auctor noster a. 1137. obiisse ed. Giles I, p. 174; *famosissimus ille tyrannus; Iohan- tradit.* 3) Abbas monasterii Sancti Walarici ad nis prioris Historia Haugustaldensis ecclesiae (1130 —1153) ed. 'Surtees Society' XLIV, p. 137: *rexit autem familiam regis Stephani Willelmus d'Ipre, homo Somonae fluminis ostia in provincia Remensi inde 55 fuit; cf. Gallia christiana X, col. 1136.* 4) Filius Flandrensis, et Pharamus, nepos regine Matildis, et iste Bononiensis. Pharamus de Bolonia commemo- nothus Philippi comitis Flandrensis, Roberti Frisonis ratur in documentis; cf. Rotulum Magnae Pipae 30. Henr. I, p. 50; *Monasticon Anglicanum IV, p. 574.* 5) Huberti filii, nobilis.

dendum castellum¹ utrinque internuntius fuit, idque tandem a rege² obtinuit, ut, dextris datis et castello reddito, regio iuri omnia cedant. Quod et factum est. . . .

EX WILLELMI MALMESBERIENSIS GESTIS REGUM ANGLORUM³.

EX LIBRO SECUNDO.

5

127. At vero Karolus³ iste, gener Edwardi, multis calamitatibus a Rollone coactus, partem illi Gallie, quae nunc Normannia vocatur, concessit. Longum est persequi, quot annis et quanta audacia omnia inquietaverint Northmanni⁴ ab oceano Brittanico, ut ante commemoravi, usque ad Tirrenum mare. Primo Hasten, mox Rollo, qui nobili, sed per vetustatem obsoleta prosapia Noricorum ortus, regis precepto patria carens, multos, quos 10 vel aes alienum vel conscientia scelerum exagitabat, magnis spebus sollicitatos secum abduxit. Itaque piraticam aggressus, cum ubique libera spaciaretur insania, apud Karnotum hesit; siquidem cives, nec armis nec muris confisi, beate domine Marie suffragium adorant. Camisiam quoque eiusdem virginis, quam Karolus Calvus cum aliis reliquiis a Constanti-
nopoli advexerat, in modum vexilli super propugnacula, custodum trita pectoribus, ventis 15 exponunt. Hostes visam ridere, sed et in eam per inane sagittas dirigere; non impune, nam mox, oculis obnubilatis, nec retro regredi nec ante tendere valere. Id oppidani letis animis conspicati, multa eorum cede, quantum fortuna aspirabat, gaudium suum saciarunt. Evasit tamen Rollo, quem sue fidei Deus reservabat. Nec multo post Rotomagum et confines urbes armis obtinuit anno Domini 876, anno uno ante obitum Karoli Calvi, cuius filii 20 filius Ludovicus, ut supra⁴ lectum est, Northmannos⁵ vicit quidem, sed non expulit. At vero Karolus, frater istius Ludovici, nepos Karoli Calvi ex filio Lodowico, ut prius tetigi, multociens adversis bellis expertus, nihil sibi fortunam restituere, quod aliis abstulisset, cum magnatibus librato consilio, bonum esse liberalitatem ostentare regiam, cum non posset propulsare iniuriam, Rollonem pacifice accersivit. Erat ille iam grandevus et facile ad concor- 25 diam inclinatus est. Ita fedus ictum est, ut baptisma susciperet et terram illam de rege sicut de domino suo cognosceret. Ubi considerari potuit ingenita et effrenis barbaries viri, siquidem cum, dono concesso, astantes suggererent, ut pedem largitoris oscularetur, dedignatus genibus advolvi, apprehensum pedem regis ad os suum stans attraxit. Illo resupinato, secutus risus Northmannorum. Francis reprehendentibus factum, excusat Rollo impudentiam, 30 allegans provincie sue morem. Ita rebus compositis, Rotomagum rediit ibique diem clausit.

128. Filius huius Karoli fuit Lodovicus. Is a quodam Isämbardo, qui ad paganismum versus fidem luserat, irritatus, proceres suos de suffragio convenit. Quibus nec responsum referentibus, Hugo quidam, non magni nominis tyro, filius Rothberti comitis Montis-Desiderii, ultro pro domino duellum expecit et provocatorem interemit. Ludovicus cum 35 toto exercitu apud Pontivum subsecutus, omnibus barbaris, quos ille adduxerat⁶, vel occisis vel elapsis, opimam lauream obtinuit. Sed non multo post pro labore illius expeditionis extrema valitudine debilitatus, heredem regni Hugonem illum instituit, predicande fidei et virtutis juvenem. Ita prosapia Karoli Magni in illo cessavit, seu quod uxor eius sterilis fuerat, seu quod pro brevitate vite absque prole decesserat. Hugo alteram filiam Edwardi duxit uxorem et genuit Rothbertum, Rothbertus Henricum, Henricus Philippum, Philippus Ludovicum, qui nunc in Francia regnat⁵. . . .

148. . . . Unde factum est, ut, fama eius⁶ per ora omnium volitante, alignigenae, Saxones, Flandritae, ipsi etiam Dani, huc frequenter annavigarent, Edgari familiares effecti. Quorum adventus magnum provincialibus detrimentum peperit, quod a Saxonibus animorum 45 inconditam ferocitatem, a Flandritis corporum enervem molliem, a Danis potationem

a) codice Add. Mus. Brit. 23147. saec. XII. adhibito. b) Normanni c. Add. 23147. c) abduxerat c. Add. 23147.

1) scil. Malmesberienae. 2) Stephano a. 1135—1154. 3) Simplex cognomine. 4) c. 110. 5) a. 1108—1137. 6) sc. Eadgari regis Angliae a. 959—975.

discerent, homines antehac in talibus integri et naturali simplicitate sua defensare, aliena non mirari. . . .

225. . . . His septem annis proximis tres pape, Victor, Stephanus, Nicolaus¹, apostolatus vigorem continuis mortibus labefactarunt. E vestigio quoque Henricus pius Romanorum imperator defunctus², successorem Henricum filium habuit, qui multas oppressiones orbi Romano fatuitate nequitiaque sua intulit. . . .

EX LIBRO TERTIO.

251. . . . Edgarus, amisso milite, regressus³ multaue beneficia ab imperatoribus Gregorum et Alamannorum adeptus, quippe qui etiam eum retinere pro generis amplitudine temptassent, omnia pro natalis soli desiderio sprevit. . . .

EX LIBRO QUARTO.

342. Hic⁴ occasio temporum Willelmi⁴ translationem Augustini precellentissimi Anglorum apostoli cum sociis suis exponi animaret, nisi peritissimi Goscelini⁵ precurrisset ingenium, Goscelini, qui monachus de Sancto Bertino cum Heremanno episcopo Salesbirie⁶ quondam Angliam venerat, insignis literarum et cantuum peritia. Is multo episcopatus et abbatias perlustrans tempore, preclaræ scientiæ multis locis monumenta dedit, in laudibus sanctorum Angliæ nulli post Bedam secundus. Musicæ porro palmam post Osbernium⁷ adeptus. Denique numerosas⁸ sanctorum vitas recentium stylo extulit, veterum vel hostilitate amissas vel informiter editas comptius renovavit. Huius quoque translationis seriem ita expolivit, ut eam presentibus monstrasse digito futurorumque videatur subiecisse oculo. Felix lingua, quæ tot sanctis servierit, felix pectus, quod tot vocales melodias emiserit, presertim cum in eius conversatione certaret honestas doctrine! . . .

EX LIBRO QUINTO.

401. Wallensæ rex Henricus semper in rebellionem surgentes crebris expeditionibus in deditionem premebat, consilioque salubri nixus, ut eorum tumorem extenuaret, Flandrensæ omnes Angliæ accolæ eo traduxit. Plures enim, qui tempore patris pro materna cognatione confluerant, occultabat Angliam, adeo ut ipsi regno pro multitidine onerosi viderentur; quapropter cum substantiis et necessitudinibus apud Ros, provinciam Walliarum, velut in sentinam congressit, ut et regnum defecaret et hostium brutam temeritatem retunderet. . . .

EX EIUSDEM HISTORIA NOVELLA.

EX LIBRO SECUNDO.

34. . . . Sub Henrico⁴ rege⁹ multi alienigene, qui genialis humi inquietacionibus⁶ exagitabantur, Angliam annavigabant⁷ et sub eius alis quietum ocium agebant. Sub Stephano¹⁰ plures ex Flandria et Britannia rapti vivere assueti, spe magnarum predarum Angliam involabant. . . .

a) ita ed. Hardy secundum codices. b) numerus ed. Hardy secundum codices. c) codd. Reg. 13. D II. sac. XII. et 13. D V. sac. XIII. adhibitis. d) rege Henrico cod. Reg. 13. D V. e) turbelis cod. Reg. 13. D V. f) ita codd.

1) Victor II, Stephanus X, Nicolaus II, 1055—1061. obiit episcopus Saresberiensis a. 1078. 7) Praeceptor ecclesiae Christi Cantuariensis, scripsit de vita archiepiscoporum nonnullorum. 8) De coloniis Flandrorum in comitatu Pembroke, Henrico I. rege, v. Lappenberg, 'Gesch. v. England' II, p. 281. 26. Maii. 6) Herimannus, Lotharingus genere, 9) 1100—1135. 10) 1135—1154.

EX EIUSDEM GESTIS PONTIFICUM ANGLORUM.

EX LIBRO PRIMO.

49. Erant^b his diebus duo competitores Romani praesulatus, Guibertus et Urbanus, summi ambo et praestantes viri, neuterque alteri pro persona cedebat. Consensu dubio fluctuabat Anglia, in Guibertum tamen pro metu regis² inclinatio. Anselmus iam dudum Urbanum in papam susceperat idque, rege non abnuente, exceperat, cum ad archiepiscopum eligeretur.

Erant^c his diebus duo competitores Romani praesulatus, summi ambo et praestantes viri. Uterque causam verisimilibus rationibus fulciebat, Urbanus electione cardinalium, Guibertus electione imperatoris Theotonum, cuius esset Roma et Italia. Neuter ergo pro persona sua cedebat. Guiberto necessitatem subiectionis ministrabat terrarum tractus, qui sub imperio illius iacet; Urbano favebat omnis Gallia et Normannia et cetera usque ad oceanum Britannicum. Incertum, cui faveret

Divinitas, nisi quod Urbani fama prosperius crementum sumebat. Consensu dubio fluctuabat Anglia, in Guibertum tamen inclinatio propter metum regis². Anselmus iam dudum Urbanum in papam susceperat ut alterius provinciae abbas idque, rege non abnuente, exceperat inter alia, cum eum ad archiepiscopatum impelleret³. . . .

51. Solutas naves⁴ nothus provexit in salum, primo quidem segniter, adeo ut, retortamine, retro viderentur Angliam annare⁵. Quod cum prae dolore cordis siccis oculis nequirit pater videre, elevatis in altum manibus, auxilium caelo detraxit. Venti enim, placatis animis, constraverunt aequora et versus Flandriam intenderunt carbasa. Ita naves flatu secundo, sulcantes mare, non multo post Witsandis appulere. Primum illi hospitium cum Sancti Bertini monachis fuit, cetera favor administravit, omnibus eum certatim episcopis et abbatibus invitantibus et invitum etiam detraherentibus. Ibat fama viri praenuntia et dulci corda²⁵ audientium afflabat aura. Quocirca quanto amore omnium susceptus, quantis officiis delinitus sit, conanti dicere, succumbit sermo, fatiscit oratio. Mira rerum conversione; ut honoratior esset in aliena provincia, quam fuerat civis in patria, archiepiscopus in ecclesia.

Ipsa Lugdunensis archiepiscopus Hugo⁵, legatus apostolicus in Gallia, magni nominis et potentiae nec religionis egenus, ubi cum ad Lugdunum iter advertere audivit, alacriter occurrit, devote obsecutus est. Eius igitur consilio ibi resedit, totius causae indices Romam Urbano apostolico litteras mittens. Valitudo subitanea flagitabat otium; simul et consilium videbatur interim Wibertinis predonibus cedere. Ferebat enim per omnium ora rumor, venisse archiepiscopum Cantuariensem ab Anglia Romamque tendere ad Urbanum, suffarcinatum pecunia; magnum esse quod secum ferat archiepiscopus Angliae, quae sit provincia omnium fertilissima. His illi animos incensi, iam tum semitas omnes obsederant, angustias locorum occupaverant, ne qua elaberetur. Ingens domino suo fore commodum, si prederetur qui Urbani partium propugnator esset. Quare passus est ardores eorum ad tempus negata praeda languescere, ut se opinione deceptos esse credentes domum redirent. Hoc consilio fructum detraxit insidiantibus, et iam redierat nuntius, praecipiens ex parte apostolici, ut, remota omni excusatione, per obedientiam Romam veniret. Nescius ille contraire obedientiae et de spe misericordiae Dei audentior viam invasit. Nam et vigor salutis refusus audaciam suggererat, et citra senium viridis et cruda senectus bene adhuc labores patiebatur. Evasis ergo Alpibus, Romam incolumis venit, nullo suorum homine vel iumento desiderato, uno tantum in toto itinere temptatus discrimine, quod tamen fuerit successus et alimentum gloriae. Dux siquidem Burgundiae⁶ eadem qua Wibertini spe raptatus; ad eum depraedandum inflatiore spiritu animatus erat. Sed uno tantum aspectu eius emollitus, omnem exhalavit superbiam, resumpsit humilitatem. Adeo dulci intuitu, leni facie, placida canitie aspitentem capiebat, ut, in quemcumque oculorum gratiam iniceret, statim in amorem sui

a) secundum editionem N. E. S. A. Hamilton 1870, qui cod. Coll. Magdal. Oxon. 172, archetypum alterius auctoris recensiois, secutus est. b) ex cod. Coll. Magdal. Oxon. 172. a. V. Cl. F. Liebermann iterum examinato. c) Ita codices primae recensiois ab auctore reiectae. d) navigare codices primae recensiois.

1) Quae sequuntur omnia fere verbis mutatis ex Cantuariensis archiepiscopi, qui a. 1097, mense Novembri Vita Anselmi et Historia novorum summo vembri Romam profectus est. 2) a. 1083-1100. sunt. 2) Willelmi II. 3) a. 1093. 4) scil. Anselmi 6) Odo I.

alliceret. Ita cordis tumor, duci per nebulonum verba conceptus, eo viso resedit. Continuo-
que pontificis exceptus osculo, benedictionem ultro expetiit. Advocatoque uno ex magnati-
bus suis, stipatus enim multis cum maximo venerat tumultu, precepit, ut eum secure per
terram suam deduceret et non minus ei quam sibi ubique serviri faceret. Federata ergo
amicitia discedit, sepius contra maledictos infrendens et ingeminans ei Dei odium, qui sibi
persuasisset, ut persequeretur Dei angelum. Anselmus ergo securus Cluniacum, mox, ut
dixi, Lugdunum, inde Romam pervenit.

53. Postero die concilii¹ archiepiscopus iter retrogradum composuit plurimisque
laborum iactatus periculis, per montuosa et saltuosa loca Lugdunum contendit. Neque
enim rectum tramitem tenere potuit, quod ferebatur Wibertus, pictore Romam misso, ima-
ginem eius in tabula pingi fecisse, ut, quocumque se habitu effigiaret, non lateret. Lugdu-
num ergo perveniens, solitam benignitatem Hugonis expertus est, ut proprius loci dominus,
non ut peregrinus. . . .

68. . . . Nam et in principio regni Henrici venerat Angliam ad exercendam legatio-
nem Guido Viennensis archiepiscopus, qui postea fuit apostolicus², tunc Anselmus, nec
multo post quidam Petrus. Omnesque reversi nullo effectu rei, grandi praeda sui, Petrus
maxime, quod omnes eum incendere caverent, qui esset filius Petri Leonis, summi Roma-
norum principis . . . Radulfus archiepiscopus³ . . . Romam pervenit. Absens erat tunc
Paschalis papa Beneventique morabatur. Obsederant imperatoris satellites, qui tunc secundo
Romam armis territabat, medios calles; nec potuit archiepiscopus potiri papae colloquio
nisi per internuntios⁴. . . .

70. . . . Circa Romam plures dies Radulfus commoratus, modo in imperatoris exer-
citu, papae duntaxat concessu, modo in Sutrio colloquium operiebatur papae, quem rumor
disperserat iamiamque affore . . . Illo non veniente, regressus Normanniam . . .

EX LIBRO SECUNDO.

73. . . . Lundonia civitas nobilis, opima civium divitiis, constipata negotiatorum ex
omni terra et maxime ex Germania venientium commertiis . . .

74. Primus Orientalium episcopus Anglorum fuit Felix, Burgundus natione, qui Sigberto⁵
in Gallia exulanti familiaris effectus, Angliam cum eodem post mortem Eorwaldi venit . . .

77. . . . Constituit ipse priorem loci Godefridum quendam ex Cameraco genitum, qui
religione et litteratura insignis fuit. Litteraturam protestantur epistolae, familiari illo et
dulci stilo editae, maximeque epigrammata, quae satirico modo absolvit, preterea versus
de primatum Angliae laudibus⁶. . . .

78. Est in eadem civitate monasterium⁷, quod quondam rex Elfredus edificaverat,
et in eo canonicos posuerat, Grimbaldo quodam Flandrensi suadente, qui ibidem magna
gloria humatus, sanctus praedicatur et creditur . . .

83. . . . Regnabat iam tunc Edwardus⁸, qui Hermanno capellano suo, natione Flan-
drensi, continuo pontificatum donandum putavit. Eius animi magnitudini vel potius cupi-
ditati cum non sufficeret rerum angustia, quoniam apud Ramesberiam nec clericorum con-
ventus nec quo sustentaretur erat, a rege petiit, ut qui se dignatus honore fuisset non
inhonorum victitare permetteret. Antecessores suos indigenas fuisse, se alienigenam nullo
parentum compendio vitam quo sustentet habere. Proinde Meldunense⁹ cenobium sibi ad
fatiendam sedem concederet, abbatem oportuno sibi casu proxime obisse. Id rex pro sim-
plicitate, cui prior quam prudentiae semper erat, legitime concedendum ratus, tertio ab-
hinc die dissolvit. Nam antequam Hermannus in re vel saisitione inviscicaretur, excellentis
prudentiae monachi, audito quid in curia actum, quid iustitiae subreptum esset, ad comitem
Godwinum eiusque filium¹⁰ summa celeritate contendunt. Illi rei indigna novitate permoti,
regem adeunt et a sententia deducunt. Facile id fuit viris summis amplissima auctoritate

1) In tertia hebdomada post pascha 24.—30. April. 50 1099; Jaffé, Regesta pontificum p. 476. 2) Calix-
tus II, 1119—1124. 3) Cantuariensis 1114—1122,
de quo vide Eadmeri Hist. Novorum I, V, p. 91.
4) Sequitur epistola Paschalis II. ad Henricum regem
Angliae, data Romae die 24. Martii 1117; Jaffé, Reg.
55 pont. nr. 4834. 5) Rege Orientalium Anglorum
630—634, de quo cf. Baedae Hist. Eccl. gentis
Angl. III, p. 18. 6) Verbis iisdem noster utitur in
Gestis Regum V, §. 444. De Godefrido priori Win-
toniensi 1082—1107, cuius epigrammata Th. Wright,
'Anglo-Latin Satirists II, p. 103. nuper edidit, v. Hardy,
'Descriptive Catalogue' II, p. 100. 7) Novum mona-
sterium Wintoniense. 8) Confessor. 9) i. e. Mal-
mesberienense. 10) Haroldum, postea regem.

praeditis, quibus et causae rectitudo et regis facilitas suffragaretur. Ita Hermannus, nec plane initiatus, expulsus est. Quo pudore confusus, Angliam indignabundus reliquit. Nec multo post, egritudine ammonente, simul et, quia secularia parum prosperaverant, fortunae iratus, mundo renuntiavit, monachus apud Sanctum Bertinum factus. Sed, ut fere fit in talibus, repente illo impetu religionis frigescente in dies, in Angliam reditum meditabatur. Pige-
 5 bat hominem assuetum obsequiis, innutritum deliciis, carere delinimentis, quae ab ineunte fuerat expertus aetate. Afflaveratque secundus rumor aures eius, Alwoldum episcopum Scireburnensem obisse, cuius episcopatum suo uniendum antiquis Edgithae reginae promissis operiebatur. Quo concitator veniens, congruum spei suae invenit effectum. Et iam Godvinius, quem vehementer timebat, decesserat¹, filiusque voluntati regis et in hoc et in aliis² 10 accesserat, adoptioni scilicet inhians. Accepit ergo Hermannus Scireburnensem episcopatum integrum cum tribus pagis³, Eduardo rege dante, vivacitateque sua datoris annos transcendens, ad Willelmi tempora duravit. Sub quo cum ex canonum decreto edictum esset, ut sedes episcoporum ex villis ad urbes migrarent, tribunal suum transtulit a Scireburna Salesberiam, quod est vice civitatis castellum, locatum in edito, muro vallatum non 15 exiguo; ceteris commeatibus utcumque valens, aquae penuria laborans, adeo ut miserabili commertio ibi aqua veneat. Illic inchoata novi operis aeclesia, morte senili tempus dedicationis praevenit³. . . .

EX LIBRO TERTIO.

99. . . . Eboracum, urbs ampla et metropolis, elegantiae Romanae preferens inditium, 20 a duabus partibus Husag fluminis edificata, includit medio sinu sui naves a Germania et Hibernia venientes. . . .

EX LIBRO QUARTO.

164. Non multo post accepit sedem illam Rothbertus⁴ Lotharingus, qui ibi aeclesiam tereti edificavit scemate, Aquensem basilicam pro modo imitatus suo. Omnium liberalium 25 artium peritissimus, abacum praecipue et lunarem compotum et caelestium cursum astorum rimatus. Erat tunc temporis Marimanus⁵ monachus apud Magontiam inclusus⁶. . . .
 [v. SS. X, p. 476, ann. 73.]

EX LIBRO QUINTO.

268. Colonia est civitas maxima, totius Germaniae metropolis, conferta mercimoniis, 30 referta sanctorum patrociniis. Huius urbis civis infortunio magis quam industria fratricidii reus multis annis occuluit factum, quod esset clam hominibus. Sed enim, ut Augustinus ait: *mens mali conscia ipsa sibi tormentum est anticipatque vivens mortuorum suplitia*, depascebat ergo miserum animum labes reatus et praesentes imaginabatur inferos. Quapropter tandem aliquando exulceratae conscientiae vulnera detexit medico, Annoni eiusdem urbis archi-
 35 episcopo⁶, viro inprimis severo. Qui cum in reum, quantum atrocitas facti exigebat, in- vectus esset, lenes ammonitiones adiecit. Preclare et euangelico exemplo, ut primo vinum vulnerato infunderet, quo purulentos recessus ablueret, deinde oleum adiceret, ut spe remissionis peccatorem leniret. Septennem igitur penitentiam indixit, ut sanctorum aeclesias circuitet, ferro brachia et ventrem vinculatus, lorica ventrem, lancea brachia vestiret, quae 40 parricidiali ansu cognatum hauserat sanguinem, ut, quae fuerat auctor ad culpam, esset punitrix ad penam; inedia et taciturnitati assuesceret, spe boni graves labores falleret et attenuatione vitiorum feneraretur congeriem virtutum: duraret ergo, futurum olim ad gloriam, quod interim presumebat ad veniam, futurum ad praemium, quod nunc erat ad supplicium. Facit imperata penitens, crucis praeferea nonnullas aditiens quadamque hostilitate vim cor-
 45 pori suo ipse consciscens. Romam adiit, Ierosolimam penetravit. Magnum et insigne tunc temporis facinus aggressus, quia nondum semitas illas christianorum nostrorum virtus pervias fecerat. Ibi dum vix admissus ante sepulchrum oraret, lorica in fragmenta Dei virtute dissiluit. Regrediens totam circumvit Europam, multis periculis terra marique iactatus⁷. Laborum meta fuit cenobium nostrum⁸ expetitum. Eo loci dum pronus ante beatum con-
 50 fessoris mausoleum iaceret, veniam emeruit. Pulsabat violentia orationis caelum, intravit

⁵) *ita c. Magdal.*; Marimanus, Marimannus, Marmannus *codices reliqui.*

1) Obiit die 15. April. a 1053. 2) 1058. 3) 1078. tus tractatus Mariani chronico praemissos, non chronicon ipsum excerpit. 6) Anno II, 1056-1075. 4) Robertus de Losinga episcopus Herefordensis 1079-1095. 5) De eo agit Waitz, SS. V, 492. Nota 7) Cf. Verg. Aen. I, 3. 8) Malmesberien- tamen ex Hardy, 'Descr. Catal.' II, 75, quod Rober-

sidera, traxit a superis auxilium. Vincula brachiorum evoluta sunt; ferrum altius excussum et longius 15 pedibus proiectum; penitens anima languente estuavit. Sed ubi latice aspersus frigido resumpsit, Deo laudes, Deo grates, omnibus qui aderant concinentibus, persolvit. Nec vero de miraculo dubitare poterant, cum eum antea multis diebus stipe monachorum pastum et dirissime vinculatum nossent.

278 . . . Vivit¹ ad hunc, quo ista scriptitamus, annum, qui est ab incarnatione Domini millesimus centesimus vicesimus quintus . . . eminentissimorum virorum mortibus funestus, praesertim Calixti papae et quinti Henrici imperatoris Alemanniae, quibus nulli unquam praestantiores fuerint in offitiis utrisque. . .

10 EX EADMERI HISTORIA NOVORUM IN ANGLIA.

EX LIBRO PRIMO.

Regnante . . . Eadwardo, quem ex sorore Richardi comitis Normannorum Imma nomine . . . rex Anglorum Adelredus filium susceperat, . . . Godwinus Cantiae comes . . . exul ab Anglia 1051. cum suis omnibus fere iudicatus est. Ivit itaque ad comitem Baldwinum in Flandriam 15 et Haraldus filius eius in Hiberniam. Hinc, matre regis Imma defuncta, Godwinus et Haraldus in Angliam reversi sunt, numerosis uterque navibus et valida militum manu vallatus . . . 1052.

Cum . . . rex de Dofris a colloquio Roberti comitis Flandrie² Rovecestram, ubi tunc 1093. ipse Anselmus erat, venisset, in secretum locum Anselmus regem tulit. . .

Anselmus . . . [regi] suam voluntatem in hoc esse innotuit, ut Romanum pontificem 1094. ex. pro pallii sui petitione adiret. Ad quod rex: 'A quo', inquit, 'papa illud requirere cupis?' 1095. in. Erant quippe illo tempore duo, ut in Anglia ferebatur, qui dicebantur Romani pontifices, a se invicem discordantes et ecclesiam Dei inter se divisam post se trahentes: Urbanus videlicet, qui primo vocatus Odo fuerat episcopus Ostiensis, et Clemens, qui Wibertus appellatus^a fuerat, archiepiscopus Ravennas. Que res, ut de aliis mundi partibus sileam, per 25 plures annos ecclesiam Anglie in tantum occupavit, ut, ex quo venerande memorie Gregorius, qui antea vocabatur Hildebrandus, defunctus fuit, nulli loco pape usque ad hoc tempus subdi vel obedire voluerit^{b,3}. Sed Urbano iam dudum pro vicario beati Petri ab Italia Galliaque recepto, Anselmus etiam utpote abbas de Normannia^c eum pro papa receperat⁴. . .

EX LIBRO SECUNDO.

30 . . . Prosperrime marinos fluctus evecti, Witsandis pro voto appulimus Nos igitur 1097. mane a Witsandis discedentes et post dies ad Sanctum Bertinum⁵ venientes, magna plebis Nov. alacritate ac monachorum veneratione suscepti, quinque inibi dies morati sumus. Interea rogatus Anselmus a canonicis Sancti Audomari ecclesiam suam visitare ibique altare, quod

a) appellatus *cod.* b) voluit *ed.* c) Northmannia *ed.*

35 1) Femina quaedam miraculo sanata. 2) Quae, burgensis coenobio) Chronicon Anglo-Scoticum ed. illa aetate inter Flandriam et Angliam agebantur Bouterwek a. 1084: *Wibertus papa sedem accepit.* v. apud Varenbergh, 'Hist. des relations diplom. entre la Flandre et l'Angleterre', p. 61. Cf. Chron. 4) Cf. ep. Anselmi III, 24. ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem a. 1094. in. missam: *Raptus ad archiepiscopatum, antequam praerberem assensum, palam dixi, me favere domino papae Urbano et Guiberto adversari.* 5) Cf. 'Cartulaire de St. Bertin' ed. Guérard, p. 266. Abbatem Sithiensem Lambertum, reformationis Cluniacensis acerrimum propugnatores, Anselmus a. 1099. in causa electionis episcopi Morinorum Romae adiuvit (Girardus enim, quem Anselmus abbas ep. II, 49. rogaverat, ut abbati Sancti Vulmari Beccum redire permitteret, tunc depositus erat); postea ep. III, 139. ei suscit, ut oblatum regimen ecclesiae Remensis assumeret. Quaeritur, an idem sit ac Lambertus abbas, quem ep. III, 38. pro monacho profugo deprecatur. — Miraculum, quod abbas Simon de Anselmo l. c. p. 279. tradit, de-sumptum est ex Eadmeri V. Anselmi.

40 de Abingdon ed. Stevenson II, 38. de milite qui, cum Willelmo II. pecuniam debitam solvere non posset, sub tuitionem comitis Flandrensis fugit. Comes ad colloquium regis Angliae appulsus et multum ab eo honoratus gratiam regis pro milite illo impetravit.

45 3) Cf. initium libri II. ad a. 1095: *Erant . . . namque Romae in illis diebus, sicut praediximus, duo pontifices, qui a diversis apostolici nuncupabantur; sed quis eorum canonicus, quis secus fuerit institutus, ab Anglis usque id temporis ignorabatur.* Cf. Lanfranci ep. 65, qua Hugoni Wibertino haec scribit: *Nondum insula nostra priorem (sc. Gregorium VII) refutavit, nec, utrum huic (sc. Clementi III) obedire debeat, sententiam promulgavit.* Wibertus a multis annalisticis Britannicis legitimus papa habitus est; cf. Monachi anonymi Scoti (ex Sanctae Crucis Edin-

1097. in honorem sancti Laurentii martiris fecerant, dedicare*, acquievit ille precibus eorum, ministerioque decenter expleto, pransus abbatiam repetiit, obiciens clericis secum illum remorari petentibus Domini dictum, quod discipulos suos iubet de domo in domum non transire. . . . Transita Francia; Burgundiam intravimus . . . Venimus vero Cluniacum tertio die ante nativitatem Domini . . . Mittit interea [Anselmus] nuntium, qui suum venerabili Hugoni archiepiscopo Lugdunensi notificet adventum. Erat quippe idem vir Anselmo iam ex multis precedentibus annis notus et sanctae dilectionis illius igne succensus, magno videndi eum desiderio fatigabatur. Quem etiam Anselmus in tantum diligebat eiusque prudentiam atque consilii auctoritatem tanti pendebat, ut statuerit apud se summam negotii sui considerationi et dispositioni eius necne reverendi Hugonis Cluniacensis abbatis¹ ex integro commendare. Hic itaque pontifex, audito Anselmum suis finibus accessisse, oppido letatus est. Et dirigens ad eum quos familiares ac digniores circa se habebat, quatinus ecclesiam suam seque ipsum sine mora dignaretur invisere, obnixè deprecatus est. Mandavit insuper episcopo Matisconensi, ut viro decenti honore occurreret et officiosissime deserviret. Quod ipse diligenter executus est. Ubi vero Lugdunum venimus, qua veneratione ab ipso summo pontifice et suis omnibus suscepti sumus, et enarrare difficile et dictu fortassis est incredibile. Quo cum demoraremur, didicit Anselmus ex his quae fama ferebat, non multum suae causae profuturum, si ipse in ulteriora procederet. Inbecillitas quoque sui corporis residuae viae laborem perhorrebat, et insidiae, quae ab indigenis illarum regionum ea tempestate comitantibus et maxime religiosi ordinis viris struebantur, eum non nichil retardabant. Itaque Lugduni resedit**, cunctis valde acceptus et honorabilis . . .

Inter haec Romam usque vulgatum est, archiepiscopum Cantuariae, primatem Britanniae, multo auri et argenti pondere honustum mare transisse. Romam pergere. Accensi ergo nonnulli cupiditate non bona, viam observant, exploratores ponunt, laqueos parant, ut eum capiant. His tamen quam maxime homines Alamannici regis intendebant ob dissensionem, que fuerat illis diebus inter papam et ipsum. Supererat quoque ea tempestate Wibertus archiepiscopus Ravennas, qui de apostolatu, quem contra ius invaserat, pulsus, omni religiosae personae Romam petenti per se suosque modis quibus^a poterat struebat insidias. Unde quidam episcopi, monachi et religiosi clerici, ea sevientè persecutione, capti, spoliati multisque contumeliis affecti, necati sunt . . .

Discedentes igitur a Lugduno tertia feria, quae ante dominicam diem palmarum erat, venimus in subsequenti sabbato ad villam quandam quae Aspera² dicitur, in qua cum hospi-

* Cf. V. Anselmi II, 38. Anselmus a Wilsandis mane discedens et post dies ad Sanctum Bertinum veniens, magna plebis, clericorum ac monachorum alacritate susceptus est et per quinque dies ibi detentus. Interea rogatus^b canonicorum altare unum apud Sanctum Andomarum consecravit. Quo facto, venerunt ad eum honorati quidam de indigenis viri, flexis genibus obsecrantes, quatenus filios eorum per impositionem manus suae sacri crismatis unctione signaret . . . Plures siquidem anni iam apud eos transierant, in quibus nullus episcoporum illic fuerat tali officio passus occupari.

** Cf. V. Anselmi II, 40. . . . Cum autem Lugdunum venisset et ab archiepiscopo civitatis ipsius gloriose susceptus fuisset, post dies paucos missis litteris consilium a domino papa de negotio suo quesivit et, quia partim inbecillitate sui corporis partim aliis pluribus causis praepeditus ultra Lugdunum progredi nequam posset, ei suggestit. Ita ergo Lugduni resedit . . .

^a quilibet ed. ^b amicorum et add. ed.

1) In Hugonibus Lugdunensi et Cluniacensi quanta vis fuerit ad libertatem ecclesiasticam in Anglia firmandam, ex Anselmi epistolis intelligitur. Archiepiscopus Lugdunensis ab Anselmo, tunc abbate Becicensi, Monologium et Prologium eius iam olim receperat; cf. ep. II, 11, 17; a. vero 1094. in., cum Anglia libertati ecclesiasticae resisteret, num archiepiscopatum Cantuariensem reicere deberet, consultus est (ep. III, 24). Abbatem Cluniacensem epistolae ad Anselmum directae inter Ans. Epp. gstant: prima IV, 17, vult persuadere, 'quia domus Cluniacensis in vita et morte eius non deerit servituti' (scripta esse videtur inter a. 1101. et 1103); secunda IV, 80, monachos suos pro Cluniaci negotio in Angliam proficiscentes ei commendat; de tertia IV, 79, v. inf. — Est et alter abbas inter Anselmi amicos bene meritus de disciplina monastica in Germania corrigenda, scilicet Willelmus Hirsaugiensis. Ei misit Anselmus ep. I, 56, quam luculenter illustravit Helmsdörffer, 'Wilhelm von Hirschau' p. 15. 2) Apremont prope Chambery secundum V. Cl. Croset-Mouchet, 'Anselme d'Aoste' p. 313. — Ad hoc iter referri debet Anselmi ep. III, 65, data, ut putarim, c. a. 1102, qua litteris Humberti de Moriana respondet, se semper, antequam eum vidisset, eum ut dominum dilexisse nec oblitum esse, quia, cum Romam tenderet, ei conductum salvum et impensa debuerit. Laudat eius iustitiam, monet tamen, quia 'ecclesia a malis principibus ad eorum aeternam damnationem tribulatur', ne ecclesiam in principatu eius dominetur, sed potius tueatur.

tati atque refectioni fuisset, visum patri est decentius inter monachos, qui in eadem villa 1098.
 cohabitabant, quam inter villanos nocte illa nos conversari, tum propter religionem mona-
 chici ordinis tum propter officium imminentis noctis atque diei. De re itaque mandatum
 monachis est, et alacres assenserunt. Eramus quippe tres monachi qui hoc querebamus,
 dominus videlicet et pater Anselmus, prefatus Balduinus¹ et ego, qui hec scribo, frater
 Eadmerus. Qui ita ibamus, quasi pares essemus, nullo patrem nostrum coram aliis domi-
 nandi iure sequente. Cum igitur monachi illi nobiscum sicut peregrinis vespertina hora
 loquerentur et unde venissemus percunctarentur, respondimus, de Franciae partibus nos ad-
 ventasse et Romam usque, si Deus concederet, ire velle. At illi: 'In nichili² tenditis', inquirunt.
 'Nam viam istam quam aggredimini nullus in habitu religioso peragere potest, quin capiatur
 multisque iniuriis afficiatur. Quod archiepiscopus Cantuariensis intelligens, sapienti con-
 silio usus est. Proposuit namque idem vir se pro sua, ut fertur, causa nuper Romam iturum
 et venit usque Placentiam. Verum cum illic sequentis viae periculum didicisset, reversus
 est et nunc Lugduni moratur'. Ad haec Balduinus ait: 'Et ille bene quidem fecit, et nos, quia
 15 servicio Dei et obedientia spiritualis patris ire compellimur, quantum nobis licuerit, ducente
 Domino, progrediemur. Quando ultra non potuerimus, salva obedientia nostra revertemur'.
 'Ducat vos'³, aiunt, 'benignus Deus'. Celebrato igitur inter eos noctis officio atque diei, nos
 viae reddidimus⁴. Ex hinc cum Romam prospero itinere pervenissemus, mansimus Mai.
 ergo Romae decem diebus in palatio Lateranensi, cum papa degentes⁵. . . .

20 His ferme diebus Rogerus dux Apuliae, adunato grandi exercitu, Capuanam civitatem
 a sua ditione resilientem obsidebat. Et audita fama Anselmi, directis nunciis, rogavit eum
 venire ad se, cupiens illum videre et alloqui atque per eum his quae salutis suae adminiculi
 poterant informari. Ivit ergo pater ad eum. Adhuc longe eramus, et ecce, dux ipse, copiosa
 militum multitudine septus, patri occurrit, ac in oscula ruens, ei pro suo adventu gratias egit.
 25 Plures ex hinc dies in obsidione fecimus, remoti in tentoriis a frequentia et tumultu perstre-
 pentis exercitus⁶. Cum autem inter hec sedis apostolicae pontifex Urbanus illo adventaret, Jun.

* Cf. V. Anselmi II, 41. Hinc Secusiam³ venimus et nos abbati loci illius praesentavimus. Eramus quippe
 monachi tres, dominus videlicet et pater Anselmus, dominus Balduinus et ego, qui haec scribo, frater Ed-
 merus. Qui ita ibamus quasi pares essemus, nullo indicio quis cui praestaret coram aliis ostendentes. Ab
 30 abbate igitur, qui vel unde essemus, interrogati, paucis respondimus. Et audito, quosdam ex nobis Bec-
 censis caenobii monachos esse, sciscitatus est: . . . 'Vivit adhuc . . . Anselmus?' Nolebamus agnosci,
 ne forte, praecurrente fama de adventu tanti viri, cuius periculo nostra incuria fieremus obnoxii. Cele-
 bratis dehinc in coenobio Sancti Michaelis⁴ archangeli, quod in monte situm Clusa vocatur, passionis ac
 35 resurrectionis dominicae solemnibus, in iter reversi Romam festinavimus. Mirum dictu: pauci atque ignoti
 per loca peregrina ibamus, neminem agnoscentes, nemini, qui vel unde essemus, innotescentes; et ecce,
 solus Anselmi aspectus in admirationem sui populos excitabat eumque esse virum vitae designabat. Unde
 cum iam hospitati etiam inter eos quorum insidias metuebamus fuisset, nonnunquam viri cum mulie-
 ribus hospicium intrare⁵ et, ut hominem videre eiusque mererentur benedictione potiri, obnixi precari⁶.
 Tali ergo vulgi favore Romam usque prosequutus, Lateranis, ubi tunc temporis summus pontifex morabatur,
 40 adventit.

** Cf. V. Anselmi II, 45. His diebus Rogerus dux Apuliae civitatem Capuam obsidebat. Qui fama viri
 permotus, mittens rogavit eum venire ad se. Ascendimus, ivimus et plures in obsidione dies exegimus,
 remoti in tentoriis a frequentia et tumultu perstreptentis exercitus.

a) nihil ed. b) nos c. et ed. c) intravere ed. d) precabantur ed. e) obsederat ed.

45 1) Is a Tornaco oriundus Anselmi fidelissimus sec-
 ator erat. Ideo iam a. 1095, in a. Willelmo II, ex
 Anglia pulsus est. Postea tempore Henrici primi
 nuncios maximi momenti inter Angliam et Romam
 ferebat. 2) Caput sequens agit de Iohanne Ro-
 mano, tunc abbate coenobii Sancti Salvatoris Tele-
 sini, olim discipulo Beccensi, qui Anselmum in 'villam
 suam Scelviam in montis altitudine sitam propter
 calorem aestatis' duxit. Ubi, ut in Vita additur, fontem
 salubrem Anselmus effodit, 'qui puteus Cantuariensis
 55 archiepiscopi usque hodie ab incolis ipsius terrae
 vocatur'. Henschenius aquarum illarum salubritatem
 suo tempore probatam esse adnotat. 3) Vulgo
 Susa. Est ibi abbatia Sancti Iusti, erecta anno 1029.
 HENSCH. Contra quem Croset-Mouchet l. c. locum
 fuisse Novalesiense coenobium putat. Anselmus
 ipse in Pedemontana ditione, Augustae Praetoriae
 patre Gundulpho Langobardo, matre Ermenberga
 natus est. Cuius parentes consanguinitatis et homi-
 nii vinculis comitibus Morianae coniuncti erant; cf.
 V. Ans. I, 1; Ep. Ans. III, 65. 4) Si de loco,
 qui hodie St. Michel vocatur, loquitur, stationes trans-
 mutavit. Susa enim trans Montem Cenisium sita est.
 5) Lineas sequentes, quibus Anselmum in cisternam
 cecidisse, incolumem tamen eductum esse narratur,
 omisimus.

1098. et ei ab Anselmo ac principibus totius exercitus obviam itum esset, ingenti saecularis gloriae pompa prosecutus, ductus est in tentorium, quod ei prope nos erat ceteris excellentius constitutum. Sicque, donec civitas in deditionem transiit, obsidio illius dominum papam et Anselmum vicinos habuit, ita ut familia illorum magis videretur una quam duae nec facile quis declinaret ad papam, qui non diverteret ad Anselmum¹ Obsidione dehinc soluta, Anselmus cum papa ad Aversanam civitatem vadit; papa civitatem, Anselmus multa prece invitatus abbatiam Sancti Laurentii hospitandi gratia petit

Anselmus . . . desiderio fervebat curam Angliae cum pontificatu deserere, . . . quod . . . videbat, impossibile fore suos et Wilhelmi regis mores in unum amplius concordare; a summo pontifice . . . relaxationem . . . curae pastoralis . . . rogavit; . . . papa respondit: 'Ratione duceris. Ego quoque, ne de his atque aliis tibi non iure illatis videar non curare eaque gladio sancti Petri nolle vindicare, moneo, quatinus concilio, quod apud Barum ante corpus beati Nicolai Kalendis Octobris celebrare constitui, presentiam tuam exhibeas, ut quod de ipso rege Anglico suisque ac sui similibus, qui contra libertatem ecclesiae Dei se erexerunt, mediante aequitatis censura, me facturum disposui, auditu visusque percipias'. Dehinc ad habitaculum suum Sclaviam Anselmus revertitur, quietem et paupertatem oblati divitiis anteponebat. Instante autem termino concilii, ad apostolicum reversus Oct. in. egressus cum eo Barum usque profectus. In ipso vero concilio, dum plurima de fide catholica summus pontifex facunda ratione rationabilique facundia disseruisset, mota est quedam questio ex parte Grecorum evangelica auctoritate probare volentium, Spiritum sanctum pro- 20 cessionem non habere nisi tantum a Patre²

Procedente deinceps ratione, de rege Anglorum sermo conseritur . . . Inter haec ego patri per omnia presens aderam, paratus videlicet ad servicium eius. Et quia mihi ab infanzia hic mos semper^a erat, nova, que forte set maxime in ecclesiasticis occurrerant, diligenti intentione considerare ac memoriae commendare, dispositum concilium, loca et 25 ordines personarum, modos et examinationes causarum curiosa fortasse magis quam sagaci

^a) Cf. V. Anselmi II, 46. Cum post haec sedis apostolicae pontifex Urbanus illo adventaret, et ei ab Anselmo et principibus totius exercitus obviam itum esset, ingenti mundialis gloriae pompa prosecutus, ductus est in tentorium, quod iuxta nos^b sibi erat caeteris excellentius constitutum. Sicque donec civitas in deditionem transiit, obsidio illius dominum papam et Anselmum vicinos habuit, ita ut familia utrorumque 30 magis videretur una quam duae, nec facile quis declinaret ad papam, qui non diverteret ad Anselmum. Papa namque colebatur a cunctis quemadmodum pater et pastor communis; Anselmus vero diligebatur ab omnibus sicut homo mansuetus et mitis et cui suo iudicio nichil debebatur a quovis. In papa denique supereminens vigeat cum dignitatis auctoritate potestas, in Anselmo mira et quae cunctos demulcebat pura cum simplicitate humilitas. Multi ergo, quos timor prohibebat ad papam accedere, festinabant ad 35 Anselmum venire, amore ducti, qui nescit timere. Maiestas etenim papae solos admittebat divites, humanitas Anselmi sine personarum acceptione suscipiebat omnes. Et quos omnes? Paganos etiam, ut de christianis taceam. Siquidem nonnulli talium — nam eorum multa milia in ipsam expeditionem secum adduxerat^c homo ducis Rogerus comes de Sicilia — nonnulli, inquam, talium fama bonitatis eius inter suos exciti, mansione nostram frequentabant et, sumptis ab Anselmo corporalibus cibis, gratiosi revertebantur, 40 admirandam viri benignitatem suis praedicantes quam experiebantur. Unde in tanta deinceps veneratione etiam apud eos habitus est, ut, cum per castra^d illorum, quae in unum locata erant, transiremus, ingens multitudo eorum, elevatis ad caelum manibus, ei prospera imprecarentur et, osculatis pro ritu suo manibus propriis necne coram eo genibus flexis, pro sua cum benigna largitate grates agendo venerarent. Quorum etiam plurimi, velut comperimus, se libenter eius doctrinae instruendos summisissent ac christianae 45 fidei iugo sua per eum colla iniocissent, si crudelitatem comitis sui per hoc in se sevituram non formidassent. Nam revera nullum eorum pati volebat christianum impune fieri. Quod qua industria, ut ita dicam, faciebat, nichil mea interest: viderit Deus et ipse!

^a) er. semp. ed.; sed cod. litteris superpositis verborum transmutationem notat. ^b) mos ed. ^c) sec. ad. des. ed. ^d) claustra ed.

50

1) Caput sequens tractat de honore, qui Anselmo ibi exhibebatur, licet rex Angliae tam litteris quam largis muneribus omnes, quos ratus erat ei posse detrimento existere, conatus fuerit adversus eum commovere. . . . 'Dux ipse, ad quem ipsa mandata prae caeteris lata fuerunt, . . . patrem . . . quatinus secum dignaretur remanere, optimis terris ei oblati, rogavit. 2) Hunc errorem primo papa, epistola sibi olim ab Anselmo De Incarnatione Verbi directus^a usus, tunc Anselmus ipse refutaverunt. 'Hic postmodum inde tractans, egregium opus scripsit idque per multa terrarum loca ab amicis suis rogatus direxit'. Walramo quoque Naumburgensi episcopo 55 misit tractatum De Processione Spiritus sancti contra Graecos. Cf. Ewald, 'Walram von Naumburg' p. 30, qui bene de commercio inter hos episcopos disseruit.

mente^a et oculo hinc inde, utpote qui nunquam prius talia videram, modesto intuitu consideravi. Ecce autem, cum illis intenderem, occurrit, quem antea bene noveram, archiepiscopus Beneventanus, cappa pre omnibus, qui conventui ipsi intererant, preciosiori decoratus — papa enim non cappa, set casula et pallio desuper redimitus concilio presidebat. Ego igitur . . . recordatus sum verborum, que puer . . . audieram, . . . quod . . . pontifex ecclesie Beneventanae venit in Angliam, quem, sicut ipse ferebat, immanis fames certis presagiis totam Apuliam afflictura illo deduxerat, cupiens aliquo modo, si non posset toti provincie, saltem suis civibus tantum malum propulsare. Is iter ingressus, brachium beati Bartholomei apostoli secum tulerat . . . Regina [Imma] . . . quam plures argenti libras antistiti contulit, et osse potita, illud ecclesie Christi Cantuariensi solemnem donationem ex parte regis Cnuti¹ suaque concessit . . . Pontifex . . . sedis ipsius, Aeglethothus² nomine, . . . cappam illi . . . dedit . . . Finito concilio, a Baro discessimus, comitatum papae Romam usque non deserentes³ . . . Lugdunum remeare . . . licentiam cum nullatenus impetrare potuissemus, remansimus Romae usque ad prefinium³ tempus concilii, continue circa papam degentes et quasi in commune viventes⁴. Nec enim duae sed una videbatur amborum curia esse . . .⁴ Ad concilium [episcopi] . . . de Italia et Gallia venerant . . . Precepit ipse pontificum summus Lucensi episcopo Reingero⁵ nomine, quatinus in medio ceteris eminentior staret ac sonora qua pollebat voce que statuta erant cunctorum auribus expresse deponeret⁶ . . . Inter ultima vero sinodi⁴; iam recisis que recidenda⁷ et statutis que visa fuerant constituenda, in adversarios sanctae ecclesie excommunicationis sententiam cum toto concilio papa intorsit; qua sententia omnes quoque laicos investituras ecclesiarum dantes et omnes easdem investituras de manibus illorum accipientes, necne omnes in officium sic dati honoris huiusmodi consecrantes, pari modo involvit. Eos nichilominus sub ipsius anathematis vinculo colligavit, qui pro ecclesiasticis honoribus laicorum hominum homines fiunt, dicens nimis execrabile videri, manus, que in tantam eminentiam exereverint, ut, quod nulli angelorum concessum est, Deum cuncta createm suo ministerio creent et eundem ipsum pro redemptione et salute totius mundi summi Dei Patris obtutibus offerant, in hanc ignomi-

¹) Cf. V. Anselmi II, 47. Dehinc, soluta obsidione, Anselmus multa prece papam ad hoc flectere conatus est, quatinus ab onere pontificali eum absolveret et quieti liberum vacare concederet. Verum cum, in quantum quidem ad effectum spectabat, in nichilum laborasset, fretus benedictione eius Scelviam reversus est, opperens ibi tempus concilii, quod idem papa apud Barum Kalendis Octobris erat celebraturus. Cui concilio dum Anselmus se praesentasset et persuasus a papa, Grecos⁷ in processione Spiritus sancti, utpote quem a Patre non a Filio procedere astruebant, errantes rationabili atque catholica disputatione confutasset, magni apud omnes habitus est et veneratione dignissimus comprobatus. Finito concilio, Romam cum apostolico profecti sumus.

²) Cf. V. Anselmi II, 48. Anselmus . . . Lugdunum redire volebat, sed prohibitus est^b a papa propter concilium, quod se tertia ebdomada paschae Romae habiturum statuerat. Morati itaque Romae^c sumus ferme per dimidium annum, continue circa papam degentes et quasi in commune viventes . . .

³) Cf. V. Anselmi II, 49. Quid referam, nonnullos cives Urbis, quorum ingens multitudo propter fidelitatem imperatoris ipsi papae erat infesta, nonnunquam in unum conglobatos Anselmum a Lateranis ad Sanctum Petrum cum^d suis euntem propter odium pape capere volentes, sed mox, viso vultu eius, terribitos, proiectis armis terrae procumbere et se illius benedictione deprecere insigniri? . . . Romae . . . quasi proprio nomine sanctus homo vocabatur . . .

a) mentia corr. mente c. b) a p. est ed. c) s. R. ed. d) euntem c. suis ed.

45 1) a. 1035. m. Nov. mortuus est. 2) a. 1020. m. Nov. consecratus est. 3) Referi ad verba Urbani II. paucis lineis ante: concilium, quod tertia hebdomada paschae in hac urbe sum celebraturus. 4) Historia pergit explicare, quomodo Anselmus ab Urbano hospicio Romae donatus, 'ulique a papa secundus, prae cunctis honoratus' fuerit. Vita eisdem fere verbis haec repetit, addens Anglos, illis temporibus Romam venientes, pedes eius ad instar pedum Romani pontificis sua oblatione honorare desiderasse. 5) Reingerus vitam sancti Anselmi decessoris sui metricè descripsit, quae Matriti a. 1870. primum in lucem prodit. 6) Qui 'rupta decretorum serie' papam indignanter monuit, ut tandem Anselmo subveniret. Ad haec papa ei innuens ait: Frater Reingerere, sufficit, sufficit. De hac re bonum consilium erit. 7) Cf. V. Anselmi II, 10: Anselmus . . . opus De Incarnatione Verbi . . . epistolari stilo conscriptum venerabili sanctae Romanae ecclesiae summo pontifici Urbano dicavit, destinavit. Quod ille gratiose suscipiens ac incircuibili veritatis ratione subnixum intelligens, in tanta auctoritate habuit, ut postmodum contra Grecos in concilio Barensi, cuius sua loca mentio fiet, disputans, inde robur suae disputationis assumeret, et quam damnabilis fuerit error eorum in hoc, quod Spiritum sanctum a Filio procedere negabant, astrueret.

1099. niam detrudi, ut ancillae fiant earum manuum, quae die ac nocte obscenis contagiis inquinantur, rapinis ac iniustae sanguinum effusioni addictae commaculantur. His presentes fuimus, haec conspeximus, his ab universis 'Fiat, fiat!' acclamari audivimus et in his consummatum concilium scimus.
- Ma. 1. Postera die, accepta licentia, Roma digredimur*, nihil iudicii vel subventionis preterquam quod diximus per Romanum presulem nacti. Via vero redeundi tunc temporis multis erat periculis obnoxia, set, protegente nos Domino, pericula cuncta evasimus ac Lugdunum illesi pervenimus, ubi* cum summa veneratione gaudioque suscepti et a pontifice civitatis detenti, mansionem nostram illic firmavimus, amissa omni fiducia ulterius tempore Willelmi regis Angliam remeandi. Habitus est ergo ibi Anselmus non sicut hospes aut peregrinus, set sicut indigena et vere loci dominus. Unde nusquam ipse ipsius urbis antistes¹ eo presente suo volebat loco presidere, set presidente ubique Anselmo, inferioris et suffraganei loco simul et offitio mira ductus humilitate fungebatur². Anselmus festivitates, sacros ordines, ecclesiarum dedicationes celebrabat et pontificalia queque officia administrabat^{3**}...

EX LIBRO TERTIO.

1100. Secundo itaque anno, ex quo a Roma Lugdunum venimus, qui erat nostri exsilii annus tertius, venerunt ad Anselmum, iam tercium diem in cenobio quod Casa Dei dicitur agentem, duo monachi, . . . nuntiantes . . . Willelmi regis vite excessum . . . Nobis post haec Lugdunum reversis, [Anselmus] . . . audito igitur de re consilio . . . reverendi Hugonis ipsius urbis episcopi, iter Angliam remeandi ingressus est, ipso pontifice et toto populo terrae super hoc dolente et, nisi rationi contraireret, modis omnibus ne fieret prohibere volente. Magno denique solatio se in discessu eius destitui videbant. Prosecuti autem illum sunt de villa in villam per plures dies tam viri quam mulieres, singuli certatim currentes et pro sua desolatione gemebundas voces edentes . . . Pervenimus Cluniacum; . . . nono Kalend. Octobris Dofris appulimus. . . .
- Sept. 23. Eodem anno venit in Angliam Guido⁴ archiepiscopus Viennensis, functurus, ut dicebat, legatione totius Britanniae, ex precepto et auctoritate apostolice sedis . . . Sicut venit, ita reversus est, a nemine pro legato⁵ susceptus. . . .
- a.1100. ex. Herbertus Theodfordensis . . . episcopus . . . Romam ire . . . cogitabat . . . Cum, relictis sociis, Burgundiam cum suis venisset et partes Lugdunensis provincie impiger 30 attigisset, comprehensus a quodam Guidone, viro prepotente ac fero, est et, quod de Anglia episcopus esset quodque pro dampno domini sui Anselmi Cantuariorum archiepiscopi Romam iret, ab eodem calumpniatus. Negat ille, nec ei creditur. Instat negando et de-

* Cf. V. Anselmi II, 49. . . Cum vero^b ad praefatum concilium ventum esset, et iam quae recidenda recisa et quae statuenda videbantur statuta fuissent, excommunicationis sententiam tam in laicos qui investituras aeccliarum dant, quam in eos qui de manibus eorum illas suscipiunt, cum toto concilio papa intorsit. Eadem quoque^c sententia damnavit et eos qui in officium sic adepti honoris aliquem sacerant. Soluta conventu, accepta licentia, Roma digredimur etc.

** Cf. V. Anselmi II, 51. Revera nonnullos febribus tentos et quibusdam aliis infirmitatibus pressos^d, mox, sumptis ciborum eius reliquiis, novimus integrae sanitati restitutos. Exempli gratia festivitas beati Mauricii^e celebris habetur Viennae. Rogatus itaque Anselmus a Guidone^f ipsius urbis archiepiscopo in ipsa festivitate venit eo^g . . .

a) ubi c. b) ergo ed. c) sent. quoque ed. d) ita c.

1) A. 1100. in. Anselmus Paschali II. haec scripsit: Nuntius regis Anglorum venit ad venerabilem archiepiscopum Lugdunensem pro causa nostra, non tamen offerens quod suscipiendam esset. Et audiens responsum archiepiscopi, reversus est ad regem, promittens se in proximo Lugdunum rediturum. Hunc expectavi . . . apud venerabilem patrem nostrum archiepiscopum Lugdunensem detentus, cuius . . . largitate . . . sustentor (ep. III, 40). Cf. Eadmeri Mir. s. Anselmi apud Liebermann, 'Anglonorm. GQ.' p. 310: Lugduni . . . Anselmus . . . non sicut exul aut peregrinus, sed sicut incola et ipsius loci presul et dominus fuerat habitus; cf. V. Anselmi II, 54 ex.; ep. III, 43. 2) Hae lineae inde a verbis accepta

licentia eodem fere ordine in Vita II, 50. extant. 3) Historia et Vita de concursu populorum unctionem 45 sacri chrisimatis per impositionem manus Anselmi poscentium perguot. 4) De Guidone v. sup. V. Ans. a. 1099. et inf. Hist. a. 1119. 5) Ep. IV, 2. Anselmus apud papam ius legationis Angliae pro Cantuarria adversus Viennensem vindicat. 6) Passio 50 Mauricii colitur die 22. Sept. Henschenius tamen festum revelationis, i. e. 26. Octobr. hic indicari putat. 7) De Guidone v. infra a. 1100. et 1119. 8) Anselmum ibi duos milites et in ecclesia beati Stephani [de Furrennis. HENSCH. unum e prin- 55 cipibus terrae illius febribus vexatos sanitati restituisse, pagina sequens refert.

rando, sed nequicquam. Tandem prolatis sanctorum reliquiis, super eas iurare cogitur et asseverare, se nulla omnino ratione Romae scienter quid acturum, quod aut honori aut voluntati patris Anselmi videri posset obnoxium. Post quae ut pace ac securitate viri comitatus viae reddi mereretur, ferme quadraginta, sicut fertur, marchas^a argenti, non grata ei largitate reliquit. . . .

Subsequenti dehinc media quadragesima fere rex Cantuariam venit, quaedam, ut ferebatur, regni negotia Dofris cum comite Flandriae¹ tractaturus. Moratus autem triduo Cantuariam est, et quod de comitis agebatur adventu nihil fuisse agnitum est

Anselmus . . . ratus est Anglia exeundum . . . Naves ingressi, Witsandis appulimus. Acta sunt haec anno incarnati verbi millesimo centesimo tertio 5. Kalend. Maii² Paucis accipiatur dictum, eum, vallante ubique divino presidio, summa pace ac prosperitate iter peregris atque incolumem cum suis omnibus Romam pervenisse. . . .

Papa . . . nos . . . in pace dimisit Nos ductu gloriosae Mathildis comitissae³ per Alpes euntes . . . ac . . . Placentinos fines deserentes, protecti gratia Dei, sani et incolumes Lugdunum usque pervenimus, acturi illic festum quod instabat dominicae nativitate . . . Anselmus summo cum honore et gaudio a venerabili Hugone⁴ Lugdunensi archiepiscopo et toto clero susceptus, in maiorem ecclesiam ductus est ibique ut pater et dominus loci ab omnibus habitus . . . Lugduni resedit in summa pace et quiete, propriam praedicti pontificis domum inhabitando⁵. . . .

EX LIBRO QUARTO.

Anselmus . . . Lugduni remansit, degens circa sepe nominatum venerabilem Hugonem ipsius civitatis antistitem anno integro et mensibus quatuor . . . Intellexit, se amplius frustra Lugduni Romanam⁶ opem prestolari; . . . consulto itaque venerabili prefato Lugdunensis civitatis episcopo, Lugduno Franciam petiturus decessit, moerente super hoc pontifice ipso et omni populo terrae⁷. . . .

^a) Cf. V. Anselmi II, 60. Anselmus . . . Florentiam usque pervenit et nocte una in ea quievit. Lecto igitur, in quo sopori antistes iadulserat, dominus domus, eo discedente, pro more decubuit . . . At . . . visione . . . exterritus lecto desilit, episcopum^a civitatis . . . adit. . . Episcopus autem iam dudum viri

a) marcus ed.

30 1) Roberto II. Hic quoque monasticarum partium erat; non mirum igitur quod Anselmum fovebat. Litteris, quas Anselmus ei iam inter a. 1094. et 1097. dedit (ep. III, 28), indicat, se pluries cum eo locutum esse, hortatur ad iustitiam, commendat nuncios Cantuarienses. Altera epistola (IV, 13) laudat, quod comes investituram abbatum quorundam dimiserit. Similis argumenti ep. III, 59. uxori eius Clementiae misit. 2) A. 1103. aestate scribit Anselmus ep. III, 76: *Quia tali tempore nubes peregrinus vadit, . . . manus inimicorum ecclesiae Dei non possum effugere. . . Sic itaque, . . . quando peregrini radunt, exspecto.* Eum iterum per valem Morinae progressum esse, illic ex ep. III, 86. 3) Anselmus Mathildi ep. IV, 37. gratias agit, quod pluribus vicibus per comitissae³ salvum conductum liberatus sit de potestate inimicorum sibi insidiantium. Laudat, quod desiderium monasterii 'necessaria erga matrem ecclesiam dilectio retractat', consulit tamen, ne morte improvise praeripiatur, quod velum semper secretae penes se habeat. Mittit ei 'Meditationes' suas. 4) A. 1102. ex. vel 1103. in Hugo, se incolumem Hierosolymis redisse, Anselmo nuntiaverat et, si ex Anglia cedere necesse fuerit, cum Lugdunum, domum vestram, quae vestra fuit et quae modo vestra est et de die in diem semper melius vestra erit, invitaverat (ep. III, 64). Cui Anselmus a. 1103. in gratias refert (ep. IV, 18). 5) A. 1105. ex. Anselmus priori Cantuariensi haec

scribit: *De presbyteris, qui ad mulieres dimissas redierunt, consilium quaesivi a r. p. nostro archiepiscopo Lugdunensi. Qui nullatenus consulere voluit, ut ad ecclesias amplius admitterentur etc.* (ep. IV, 41). Circa m. Dec. Hugonem rogat, ut 'aliquid papae suggerat de hominis praelatorum, quae rex, dimissis investituris, retinere vult'; sibi autem, quid faciendum sit, si papa hominia permittat, consilium det (ep. III, 123). Cui circa m. Jan. a. 1106. Hugo suadet, 'ut apostolico praecepto obediat' (ep. III, 124). Vide tamen apud Hugonem Flaviniacensem, SS. VIII, p. 466, quam vehementer Lugdunensis ipse Victori III. et Odoni resisterit. Paucis post mensibus Anselmo de Hugonis morte ab abbate Cluniacensi missa est ep. IV, 79. 6) De generali concilio m. Mart. a. 1105. Lateranis habito cf. Jaffé, l. c. nr. 4491 sqq. Litterarum illarum exemplar Anselmus Cantuariam misit (ep. III, 110). In ep. IV, 55. quoque huius concilii mentio fit. 7) Antipapae Maginalti cum Eadmerus non faciat mentionem, lectorem remittimus ad Henrici I. epistolam ad Anselmum (IV, 67) de schismate 'duorum apostolicorum Romae ad invicem bellicosam ditionem obtinentium' et responsum Anselmi III, 114: *quia Paschalis ecclesiae est electus et per totam ecclesiam catholicam iam susceptus. Ille vero incasor, de quo fama est, nullam habet electionem aut susceptionem, nisi a filiis diaboli.* Haec scripta sunt c. m. Jan. a. 1106. 8) Rainerium.

SS. T. XIII.

^{1108.}
Sept. Anselmus . . . scripsit . . . epistolam¹ hanc . . . Paschali: . . . *Misi sanctitati vestrae in hoc anno post pentecosten litteras per Bernardum servientem domini Petri camerarii vestri², quod rex Angliae conquirerit, quod sustinetis regem Teutonicum dare investituras ecclesiarum sine excommunicatione, et ideo minatur sine dubio se resumpturum suas investituras, quoniam ille suas tenet in pace. Videat igitur prudentia vestra sine dilatione, quid inde agere debeatis, ne quod tam bene aedificastis irrecuperabiliter destruat. Rex enim noster diligenter inquit, quod de illo rege facitis³. . .*

^{1108.}
Oct. 12. Rescriptum domini papae⁴ ad Anselmum: . . . *Quod in eisdem litteris significasti, scandalizari quosdam, quod regem Teutonicum dare investituras ecclesiarum toleramus: nec tolerasse nos aliquando neq[ue] toleraturos scias. Expectavimus quidem, ut ferocia gentis illius edomaretur. Rex vero, si in paternae neq[ui]tiae tramite perseveraverit, beati Petri gladium, quem iam educere cepimus, procul dubio experietur. Dat. Beneventi 4. Idus Octobris . . .*

EX LIBRO QUINTO.

^{1116.}
c. Oct. Radulfus . . . archiepiscopus . . . Romani itineris callem ingreditur . . . Lugdunum⁵ vero cum venissemus⁶ . . . et cum honore et amore precipuo suscepti fuisset, mansimus ibi aliquandiu⁷, tum sincera omnium mihi conversantium dilectione illecti, tum nimia hiemis asperitate constricti, tum instanti nativitatis Christi solemnitate devincti . . . Ad Sanctum Hireneum . . . ascendens, diverti ad oratorium beatae Mariae Magdaleneae . . . Una de [duabus reclusis], Athaleidis . . . mihi . . . innotuit, se . . . super se raptam et . . . reginae caelorum . . . adductam . . . Quam . . . de . . . Hugone Lugdunensi pontifice scisci-²⁰ tata est, . . . in qua sorte iudicii Dei . . . esset constitutus. At illa: 'Bene', inquit, . . . erit per misericordiam Dei' . . .

Cum itaque Placentiam pervenissemus, . . . Romam . . . post nonnullas dies usque pervenimus. Quoniam igitur dominus papa propter discordiam, quae illis diebus inter ipsum et imperatorem erat et Romanos, Beneventi morabatur, nec Radulfus usque ad eum, ^{1117.}
Mart. partim propter corporis sui inbecillitatem, partim propter prefatam discordiam, cuius causa omnibus ad papam ire volentibus graves insidiae ab incolis struebantur, ullatenus accedere poterat, missis nunciis cum litteris innotuit ei et adventum et adventus sui causam usque Romam. Quos ille benigne suscipiens . . .

sanctitatem, fama discurrente, edoctus ac nuperrime ex colloquutione illius eam nonnihil expertus . . . eundem ³⁰ itaque lectum reverenter deinceps servatum iri precepit et ne aliquis in eo ulterius iacere presumeret iussit. Quod usque hodie, uti accepimus, servatum est. . . 61. . . Perveniens vero Lugdunum [Anselmus], resedit ibi ex more antiquo in pace et quiete, propriam prefati reverendi Hugonis eiusdem urbis archiepiscopi domum inhabitans. . . Haec ita scripsi, sicut ab ore ipsius Alexandri⁸, qui presentem se fuisse testatur, ³⁵ accepit . . .

Cf. ib. II, 64. . . Walo episcopus Parisiaccensis . . . ait: 'Romae eram⁹ et oratorium [Prisca]e martyris, in quo beatissimus apostolorum princeps Petrus altare sacravit, vetustate consumptum, dirutum est, et corpus martyris in nova recondendum ecclesia, me astante, levatum est. Igitur cum loci ipsius cardinalis¹⁰ reliquias sanctae in suo iure haberet, et ipse idem mihi familiaris existeret, os istud . . . mihi . . . ⁴⁰ dedit'. . . Post plures dies Petrus¹¹ quidam monachus Cluniacensis, vir suo tempore magnae auctoritatis, qui camerarius erat domini papae Urbani atque Paschalis, ad nos veniens, . . . se presentem fuisse asseruit, quando idem os a corpore martyris sublatum a cardinali susceperat.

a) deest Ep. Ans. b) faciatis Ep. Ans.

1) Inter epistolas sancti Anselmi III, 152. 2) De Petro v. V. Ans. II, 64. 3) Eodem fere tempore Henricus I. Anselmo [ep. IV, 93] haec scripsit: *Negotium, quod inter me et imperatorem Romanorum tractabatur, gratia Dei ad honorem Dei et nostrum et sanctae ecclesiae et christiani populi ad finem perduzimus. Non dubitamus, quin hic intelligatur coniugium Henrici V. cum Adela sive Matilde Anglica; haesitamus autem, an ad eandem rem Anselmi verba, iam a. 1103. m. Iun. vel Iul. scripta, referre debeamus: Gratias ago, quia verba, quae inter regem et vos [episcopum sc. Roffensem] fuerunt . . . de legatis ad imperatorem, mihi mandastis* (ep. III, 85). 4) Jaffé I. l. nr. 4606; Ans. ep. III, 153. 5) Hugonis archiepiscopi successori Iotseranno Anselmus (ep. IV, 87) c. a. 1108. haec scripserat: *Quia vos congaudere [de reditu nostro in Angliam] sentimus, magis gaudeamus. [De] tribulationibus ab iis, a quibus auxilium sperabatis, compatimur.* 6) Haec visio eisdem verbis Mir. 50 s. Ans. apud Liebermann I. l. p. 310. narratur. 7) *per aliquot dies* Mir. 8) Monachi Cantuariensis; cf. de eo ep. Ans. III, 45. IV, 37. III, 90. 9) Paschalis II. 6. Apr. Galonem Roma redeuntem commendat; v. Jaffé I. l. nr. 4496. 10) Romanus; v. Jaffé, 55 I. l. p. 478. 11) De Petro v. Hist. Nov. a. 1108.

Nuncii papam deserentes, ad nos Romam reversi sunt; nobis autem a Roma Sutriam 117
 usque regressis, post aliquot dies Radulfus archiepiscopus, invitatus ab imperatore¹, eum,
 annuente papa, adiit et per octo dies in exercitu suo, quem circa Romam adduxerat, con-
 versatus cum illo est. Inde iterum Romam reversus, denuo Sutriae multis diebus moratus
 5 est. Fama siquidem quaque disperserat, Romanum pontificem sub celeritate in urbem ven-
 turum, et ratus est, se colloquium eius magnopere desiderantem, illic oportunitus prestola-
 turum: Verum ubi intellectum est, rem aliter esse, remeandi patriam iter arripuit. . . .

Sacrae memoriae Paschalis papa defungitur, et loco eius Iohannes quidam, Caite natus, 1118
 substituitur. Qui Iohannes in monasterio Montis Cassini ab infancia monachus nutritus et
 10 adultus, in ministerio venerabilium apostolicorum Desiderii, Urbani et Paschalis assiduus
 fuerat cancellarii officio functus. Successor igitur summi pontificis institutus, mutato
 nomine Gelasius est nuncupatus. Rex vero Teutonicus, qui et Romanus imperator, audito
 papam huic vitae decessisse, Romam advolat et Bracharensem episcopum, iam anno pre-
 terito ab eodem papa Beneventi excommunicatum, cedente ab urbe Gelasio, sum papam
 15 instituit et ex Burdino Gregorium nominat. Que omnia ut scire volentibus clareant, epi-
 stolam² super his ab ipso Gelasio in Gallias missam, quam et ecce subscribimus, legant:
 . . . Quia vos Romanae . . .

Praefatus papa Gelasius per mare Burgundiam venit, et adventus eius mox Galliae toti
 innotuit. Excitati sunt quique potentes cum mediocribus ei occurrere et certatim paraban-
 20 tur interesse concilio, quod ipse disponebat se media quadragesima Remis celebraturum.
 Radulfus quoque archiepiscopus . . . ei occurrere statuit. Sed . . . accepit a quibus-
 dam, ipsum papam longius discessisse et versus Hispanias³ ire proposuisse. Unde . . .
 profectionem . . . distulit, . . . ei Cluniacum venienti, auctore Deo, occursurus
 Sed evoluta non multo temporis spacio, legati, quos archiepiscopus direxerat, reversi nun-
 25 ciant, se ad papam venisse eumque multa nostris saeculis nova et inaudita proponentem
 facturum, morte preventum et Cluniaci esse sepultum.

Itaque post hec cardinales et alii Romani, qui papam secuti Galliam venerant, sibi
 veluti a suis longe remoti, consulentes, Guidonem⁴ Viennensem archiepiscopum loci auc-
 toritate et opibus fultum, quo tutores in aliena provincia⁵ essent, loco defuncti papae sub-
 30 stituunt et mutato nomine Calixtum nuncupant. Dum haec ecclesiastica ita in Burgundia
 disponuntur, apostolatus Romanae ecclesiae, praefato Gregorio sedi beati Petri presidente,
 administratur. Super his ergo multis rumoribus Anglia concussa est, aliis hunc, aliis illum,
 aliis neutrum ecclesiae Dei iure prelatum asserentibus. Galli tamen et rex Anglorum cum
 pontifice Cantuariorum in Calixtum se transtulerunt et eum, spreto Gregorio, pro apostolico
 35 susceperunt. . . .

Ipsa . . . electionis suae anno Calixtus papa instituit Remis generale concilium, 13. Kal. Oct. 20
 Novembris . . . Consecratus . . . in pontificatum Eboracensem Thurstanus est . . . Huic
 consecrationi cum ad iussum papae plures e Gallia episcopi interessent, reverendae memo-
 riae Hubaldus archiepiscopus Lugdunensis nullo pacto, nec ipso papa iubente, interesse
 40 voluit, perpendens, non recto calle rem procedere, et horrens, tantam iniuriam ecclesiae
 Cantuariensi, cui speciali amicitia et fraterna familiaritate iungebatur, contra aequum in-
 fligi. . . . Post haec Calixtus Gisortium venit, et rex Henricus illic ei locuturus accessit.
 Acta igitur sunt multa inter eos, quorum gratia par erat tantas personas convenisse. . . .

EX LIBRO SEXTO.

. . . Rex legalis coniugii nexu olim solutus, ne quid ulterius inhonestum committeret,
 consilio Radulfi Cantuariorum pontificis et principum regni, quos omnes in epiphania Do-
 45 mini sub uno Londoniae congregavit, decrevit sibi in uxorem Atheleidem, filiam Godefridi⁵
 1121.
 Jan. 6

a) patria eadem manu superscr. c.

1) Henrico V; cf. Giesebrecht, 'Deutsche Kaiserzeit' a. 1139. Gocelinus frater reginae a. 1170. Thomae
 50 III, p. 881. 2) Jaffé I. I. nr. 4884. Iam edita est, Becket prohibuit, ne ad curiam regis veniret; cf. Wil-
 Eadmero adhibito, in Willelmo Malmesburiensi SS. X, helm. f. Stephani ed. Giles I, p. 286. Idae 'nepti
 p. 481. 3) Gelasius II. m. Dec. in. a. 1118. Mon- reginae Adeleidis', quae 'de ducibus et consukibus
 tempessulanum venit, propius autem ad Hispaniam oria' sanctimonialis facta est, scripsit Osbertus de
 non accessit. 4) De Guidone v. supra ad a. 1100. Clare prior Westmonasterii ep. 35, ed. Austruther,
 55 5) Godefridus Barbatus comes Lovaniae mortuus est Scriptorum Monastici p. 179.

1121. ducis Lotharingie, puellam virginem, bonis moribus et decore modesti vultus decenter insignitam. Ad huius igitur copulae perfectionem directi nuncii, qui cum his, quos dux memoratus Angliam pro hoc ipso destinaverat, festinantius irent et futuram regni dominam, ut decebat, summo cum honore adducerent. Venienti ergo illi occursum episcoporum et procerum regni Dofris, ubi appulit, grandis factus est, et inde ad curiam regis usque perducta.

Famae certitudo . . . perlata est, papam Calyxtum, viribus undecunque collectis, supra memoratum Mauricium cognomento Burdinum, quem vocatum Gregorium in sede apostolica imperator cum suis fautoribus papam constituerat, cepisse eumque suis omnibus apostoliatum monasterio, ut monachus esset, contumeliose intrusisse. Quo facto, ipse apostolici culminis securitate potitus, libera auctoritate, qua Romanum pontificem nisi equum esse probatur, quaquaversum per legatos suos utebatur. De quorum numero quidam Petrus nomine, Romanus genere, monachus Cluniacensis professione, venit in Galliam, missus ab ipso pontifice, functus, ut ierebatur, legatione Gallie ac totius Britannie, Hibernie quoque et Orcadarum insularum. Supercreverat autem fama istius famam omnium ante eum in has partes a Romana sede destinatorum, et abbates ac nonnulli alii viri, videlicet honorati, eius adventum Angliae preconaturi, ab eo premittebantur. Erat enim filius Petri preclarissimi ac potentissimi principis Romanorum, cuius fides et actio magni consilii et fortitudinis esse solebat iis qui in sede apostolica canonicè constituti, patres orbis habebantur.

EX HENRICI HUNTINGDONIENSIS ARCHIDIACONI HISTORIA ANGLORUM.

20

EX LIBRO PRIMO.

. . . Advehitur [sc. Britanniae] argentum a proxima parte Germaniae^b per Rhenum^c pro mira fertilitate piscium et carniū, lanæ pretiosissimæ et lactis armentorumque absque numero; ut maior ibi videatur copia argenti quam in Germania; unde omnis³ moneta eius argento puro conficitur . . .

a) p. h. i. d. f. eadem manu in libro scripta sunt. b) Germanie A (Arundel 48). H (Hengert 101). R (Reg. 13. B VI). B (Brit. Mus. nr. 24061), et sic semper nostrorum codicum scribæ diphthongi ac primam litteram omiserunt, sed Henrici ætate hic mos nondum percreebrerat. c) Rennum B.

1) Godefridus capellanus reginae, qui cum illa de Teutonia venerat, episcopatum Bathoniae a. 1123. recepit. Simeon Danelm. Inter homines, quos regina secum e Germania duxit, videtur fuisse ille Lambertus, de quo cf. Eadmeri V. Bregvini, apud Whar- ton, Anglia Sacra II, p. 184, a F. Lieberman cum codice coevo Coll. Corp. Christi Cantab. 371, fol. 281, collatam: Venit Cantuariam quidam monachus de terra Teutonici imperatoris, Lambertus nomine, notus reginae, quam rex Henricus, defuncta prima coniuge sua, uxorem de Saxonia duxerat. Hic Lambertus per multum temporis Cantuarie rogatu reginae cum fratribus conversatus est et pene quasi monachus loci ab omnibus habitus. . . . Ubi autem de beato Bregvino audivit, succensus est desiderio habendi illum et in terram suam transferendi, recordatus fortassis antiquae bonitatis famae, quam in patria sua de illo didicerat . . . Suggestit archiepiscopo . . . ut ossa sibi concederet, asserens ei locum construendi monasterii a primoribus gentis suae concessum, quod sub patrocinio . . . Bregvini . . . proposuerant ordinare . . . Deliberatum est . . . ut . . . brachium . . . sinistram sacri corporis fratri conferretur . . . Ipse [vero] suspicatus est, se per reginam posse apud regem efficere, quatenus ipse regia potestate ei a monachis [corpus integrum] extorqueret.

Super negotio igitur reginae locuturus et eam cum rege in parco Wudestochico commorantem [a. 1123. in.] aditurus, Landoniam venit; . . . defungitur . . . Lambertus ille Saxo. Bregwinus ille, qui a. 759. Cantuariam suscepit, ex gente Saxonum nobili ortus, propter scientiam et disciplinam per Angliam tunc florentes e Germania [nihil enim aliud est, quod ab Anglo-Saxonibus Saxonia vocatur] emigrasse dicitur. Pauca praeterea, quae in eadem Vita ad historiam nostram spectant, haec sunt: Unus ex fratribus . . . coram sepulchro beati Bregvini posteriora sua irreverenter ad illud sepulchrum . . . verit . . . Percussus est, ut . . . terrae procumberet. Tunc ille intellexit, se ipsum non dedisse honorem sancto Bregvino in loco sacro . . . Idem etiam casus alteri fratri Teutonico contigisse refertur. Et quidem, ut multi affirmant, hunc inter se morem Saxones praestantius habent, ut maiores suos dignius honorent et irreverentiae subditorum non parcant, ne insolescant. — Omnium notissima est epistola Bregvini — illa codex Cantab. in rubro — Lullo data apud Jaffé, Biblioth. rer. Germ. III, p. 277. 2) Postea Anacletus antipapa. 3) Aliquantum veritatem egreditur noster. Dialogus enim de Scaccario I, c. 3, argentum examinatum non nisi vasis regis monetis quae transmarinis conficiendis adhiberi, dicit.

55

EX LIBRO QUARTO.

- Anno 4. Alredi regis¹ obierunt Pipinus rex Francorum et² Stephanus papa Romanorum; 768.
 et Eadbert, filius Eatae, dux famosissimus³ Anglorum. Anno gratiae 769, Kinevulli vero regis⁴ A. Rotom.
 anno 13. incepit fieri mutatio dextrae Excelsi⁵; imperium⁶ namque Romanum, quod tot A. Agria
 5 annis in se praecellentissimum fuerat, Karolo regi magno Francorum subiectum est post 800.
 30 annos⁷ regni eius, quod in hoc anno inceperat et successoribus eius usque ad hunc diem
 exinde contigit. Kinevulli regis anno 20. pugnavit rex Offa cum Mercensibus contra Centenses A. Ag.
 Secundo autem ab hoc anno Saxones Antiqui, unde gens Anglorum descendit, ad fidem 776.
 conversi sunt A. Rot.
- 10 Eodem anno Antiqui Saxones et Franci pugnauerunt, Franci vero vicerunt. Anno vero proximo 780.
 Karolus eo anno Romam iuit A. Ag.
 Anno vero sequente, qui est annus gratiae septingentesimus octogesima sextus, apparuit signum 781.
 crucis in vestibus; quod dictu et auditu seculis omnibus videri potest mirabile. Factumque igitur A. Rot.
 fuit ad demonstrationem motionis Ierosolymitanae cum crucibus assumptis, quae facta est 786.
 15 post trecentos et novem⁸ annos tempore iunioris Willelmi⁹; an⁴ potius factum est ad A. Rot.
 correctionem gentium, ne plagam Dacorum, quae proxima secuta est [in]correcti perferrent?
 Nos autem nihil temere definimus, sed Domini¹⁰ secreta Domino relinquimus.
- Brichtrici regis⁴ anno decimo quarto Romani amputaverunt linguam Leonii papae et oculos sibi erue- 799.
 runt eumque a sua¹¹ sede fugaverunt. Sed ipse, ut scripta tradunt, per Domini misericordiam iterum videre A. Ag.
 20 et loqui potuit, rursusque papa effectus est. Post triennium vero Karolus rex factus imperator et a Leone papa 800.
 sacratu, damnavit mori illos qui papam dehonesterant; sed postea precibus papae mortem indulsit, et in A. Rot.
 exilium eos retrusit¹².
- Egbricht quem iuvenili quidem aetate Brichtrici praecessor eius et Offa rex Merce ab hac A. Ag.
 terra fugaverant, exulavit igitur 3² annis cum rege Francorum¹³, nobiliter tamen et egregie. Defuncto 802.
 25 autem rege praedicto¹⁴, cum reversus regnum¹⁵ suscepisset A. Ag.
 Egbricht 14. anno regni sui praedavit in regnis Brittonum⁹ Anno autem huic pro- 813.
 ximo Karolus rex Francorum et imperator Romanus vita exierat. Anno autem huic proximo sanctus A. Ag.
 Leo papa venerabilis corpus deposuit, et Stephanus ei successit, Stephano vero Paschalis 814.
 Leo papa venerabilis corpus deposuit, et Stephanus ei successit, Stephano vero Paschalis 816.
 Leo papa venerabilis corpus deposuit, et Stephanus ei successit, Stephano vero Paschalis 817.

EX LIBRO QUINTO.

- 30 Immisit Dominus omnipotens velut examina apium gentes crudelissimas,
 quae nec aetati nec sexui parcerent, scilicet Dacos cum Gothis, Norwagenses cum Suathe- 838 vel
 dis, Wandalos cum Fresis; qui ab exordio regni Edelvulli regis usque ad adventum Norman- 839.
 norum, Willelmi regis ductu, ducentis triginta annis terram hanc desolaverunt. Qui etiam
 nonnunquam ex affinitate Britanniae¹⁶, Dei vindices et stimuli, Galliam pro meritis crude-
 35 liter invaserunt. Sed iam ad historiae ordinem, his explanatis, redeundum est¹⁰.
- Adelvulfus¹⁷ decimo nono anno regni sui¹⁸ totam terram suam ad opus ecclesiarum decimas vit 855.
 propter amorem Dei et redemptionem sui; postea vero cum magno honore Romam perrexit et ibi uno anno con- A. Ag.
 versatus est. Et inde rediens, filiam¹⁹ Karoli Calvi¹⁸ regis Franciae assumpsit in uxorem et eam secum in hanc 856.
 patriam adduxit. Et cum duobus annis eam tenuisset, hominibus ademptus est et sepultus²⁰ apud 854.
 40 Winceastre.
- Hoc anno Rollo²¹ cum suis Normanniam venit. 876.
 Eodem anno exercitus qui fuit apud Fulenham²² mare transit²³ et ad Gant uno anno permansit. Sequenti A. Rot.
 vero anno pugnauerunt cum Francis et vicerunt eos²⁴. Tertio autem anno venerunt per Mese in Fran- 879.
 ciam A. Ag.
- 45 a) annum R. b) xi. A. c) Willelmi S. (ed. Savileana) hic et ubique, codd. plerumque nota Will. utuntur; H. tamen
 plus quam senet Willelmum scribit, quae forma saepe numero apud Henrici aequales invenitur. d) aut S. e) Dei A.
 f) Leonis S; sed cf. Ann. Ags.: Leone iam papa. g) cumque B. h) sede sua R. i) Dei H. B. k) retrudit R. B.
 l) Francie R. B. m) Britanie B. n) Adelwolfus B. o) qui add. B. S. p) C. B. q) est add. B. r) Rollo B.
 s) Fulenham S.
- 50 1) Northumbriae. 2) In errorem incidit Henricus, berg, 'Gesch. v. England' I, p. 270. 6) scil. Bric-
 perverse interpretatus Ann. Rotom., qui haec habent: trico Westsexe. 9) Quae praecedunt ad a. 813,
 a. 768. Ob. P. rex. Et St. papa [sc. fit]. 3) Eius- quae sequuntur perperam ad a. 812. referunt Ann.
 modi epithetis Henricus orationem ornare solet. Ags. Quorum ordinem ut noster corrigeret, anna-
 4) Wessexiae. 5) Cf. Psalm 76, 11. 6) Eadem lista Rotomagensis auctor fuisse videtur. 10) Finis
 55 fere verba in Chronico de Mailrose leguntur. Econtra Prologi. 11) Iuditham. 12) Cf. Dümmler, 'Ge-
 Ann. Rotom., quos additamenta Latina codicis E schichte des Ostfränkischen Reiches' II, p. 130, a. 879.
 Annalium Ags. sequuntur, nihil nisi Initium regni 13) Hoc auctor ex eo, quod Annales Ags. Nord-
 Karoli regis notant. 7) Potius 13; cf. Lappen- mannos 'post proelium equites factos esse' dicunt,

884. Eodem anno interfecit apert quidam Karolus¹ regem Franciae, filium Ludovici, filii Karoli Calvi², cuius filium
 A. Ags. 885. Lotharum duxerat rex Edelwulf³. Tunc quoque papa Marinus obdormivit. Anno sequente⁴ venit exercitus
 Dacorum per Secanam ad pontem⁵, Parisius et illic hyemavit. . . Maxima vis Dacorum secuta fuerat
 887. Gallicanum exercitum . . . Anno vero hos sequente exercitus recedens⁶ a ponte Parisius, ivit per
 Secanam usque ad Maronam⁷ et per Maronam usque ad Cadzi, et in ea et in terra⁸ duobus annis conversati sunt. Circa 5
 hoc tempus factione Ernulf⁹ quinque reges facti sunt in Francia.
 889. Alfredi regis anno 19. . . venit exercitus a Secana ad Scanlaudam¹⁰, quod est inter Britanniam¹¹ et Fraun-
 890. ciam. Brittones¹² vero cum eis pugnantes et in flumen quoddam fugantes, multos necaverunt. . . Anno vero se-
 891. quente¹³ exercitus ivit in orientem, et rex Arnulfus¹⁴ cum Francis et Saxonibus et Baveriensibus pugnavit¹⁵ contra
 exercitum et repulit eos. Postea rediit in Angliam ille magnus exercitus. . .

EX LIBRO SEXTO.

1019. . . . Cui tertio anno regni sui ivit in Daciam, duicens exercitum Anglorum et Dacorum
 in Wandalos. Cum autem hostibus, crastina die conflicturus, appropinquasset, Godwinus
 consul Anglorum duicens exercitum, rege inscio, nocte profectus est in hostes. Igitur im-
 providos invasit, occidit, fugavit. Rex vero summo mane, cum Anglos fugisse vel ad hostes 15
 perlide transisse putaret, acies ordinatas in hostem dirigens, non invenit in castris nisi san-
 guinem et cadavera et praedam. Quamobrem summo honore deinceps Anglos habuit, nec
 1020. minori quam Dacos. His actis, in Angliam rediit. . . .
 1027. Anno decimo quinto . . . rex . . . Cui Romam splendide perrexit et¹⁷ elemosynam quae
 A. Ags. vocatur Romescot, quam antecessores sui dederant, ecclesiae Romanae perenniter assigna-
 vit. Quis autem numeret elemosynas eius et¹⁸ dapsilitates eius et magnalia, quae gessit
 rex magnus in peregrinatione illa? Non fuit rex sub occidentali limite, qui tam splendide,
 A. Ags. tam famose Romae sancta loca petisset. Eodem vero anno Roma rediens, perrexit in Scotiam. . . .
 De cuius regis potentia pauca sunt perstringenda: nec enim ante eum tantae magni-
 tudinis rex fuerat in Anglia. Erat namque¹⁹ dominus totius Daciae, totius Angliae, totius 25
 Norwagiae simul et Scotiae; enimvero extra numerum bellorum, quibus maxime splendidit,
 tria gessit eleganter et magnifice. Primum est, quod filiam suam imperatori Romano cum
 ineffabilibus divitiis maritavit²⁰. Secundum, quod Romam pergens, omnes malas exactiones
 in via quae per Gallias Romam tendit, quae vocantur tolonea vel transversa, data pecunia
 sua, diminui fecit usque ad medietatem. Tertium . . . 30
 1037. Haraldus rex exulavit Emmam reginam, novercam scilicet suam; quae divertens ad Baldwinum con-
 A. Ags. sulem Flandriae, accepit ab eo castrum Bruges, ut ibi et inde degeret; Willelmo namque Norman-
 norum domino adhuc in aetate puerili cum rege Francorum manente, Normannia fiscus
 regalis erat. . . .
 1047. Edwardus rex . . . exulavit Suein²¹ consulem, filium Godwini praedicti consulis. Qui recedens 35
 A. Ags. E ad Baldwinum²² consulem Flandriae, ibidem hyemavit apud Bruges. . . .
 Venerunt eo tempore duo principes Dacorum, Lothon et Hirling²³, apud Sandwic²⁴; ubi capta innume-
 rabili praeda, auri quoque et argenti copia, per mare gyantes, Estaxam praedati sunt²⁵. Inde vero dirigentes iter
 in Flandriam, vendita praeda sua, reversi sunt, unde venerant. Anno sequenti rediit Suein²⁶ consul in Angliam
 . . . Suein vero²⁷ reversus est in Flandriam. Sequenti vero anno Suein regi concordatus est cau-
 1050. tela Godwini patris sui. Eo tempore Leo²⁸ papa tenuit synodum apud Verzelei²⁹, ubi Ulf episcopus Dor-
 cescestriae³⁰ interfuit; et pene fractus est baculus eius episcopalis, nisi maius pretium dedisset: nesciebat enim
 officium suum sicut episcopum deceret . . .

a) C. B. b) Edelwulf B. c) sequenti B. d) innotata A; Iorna [al. Iorata] S. e) Britanniam B. f) Brittones B.
 g) Ernulfus B. h) deest B. i) enim S. k) Suain S. l) Baldwinum B. m) Yrling B. n) Sandwic B. 45
 o) praedaverunt B. p) ten. l. p. sin. B. q) Verzelei B; Vergelaie A. r) deest A. B; sed in margine cod. B
 dork, forsitan ab ipso scriba additum est.

collegit; itaque ab annalista Rotom. victoriam Ludovici (II, apud Saucourt) narrante dissidet. Cf. de hac pugna Dümmler l. c. II, p. 152. 1) Lege 'Karlomanum', cf. ibidem p. 234. 2) In Ann. Ags. legitur 'byrig' i. e. oppidum; interpres autem noster iam ad a. seq. (brycege) evagari videtur. 3) Cf. Dümmler l. l. II, p. 280. 4) Lege 'Iona' i. e. Yonne. 5) Saint Lo; cf. ib. p. 346. 6) Cf. ib. p. 350. 7) Quae sequuntur ex regis epistola, supra p. 126. Henricus forsitan hausit. 8) Cuius a. 1035. obiit. Cuius filiam Gunhildem Henricus III. rex a. 1036, m. Iunio, decennio antequam diadema imperatorum suscepit, in uxorem duxit.

- ... Decimo anno regni sui ... regi ... delatum est, quod Godwinus, gener¹ suus, et Suein, filius¹⁰⁵¹
 eius, et Haraldus proditori eum essent. Quos ... rex exulavit. Itaque Godwinus et Suein ierunt in Flan-
 driam, Haraldus vero in Hyberniam ...
 Edwardi regis anno 11 ... Godwinus ... consul et Suein, filius eius, currentes velis extensis a 1052
 5 Flandria ad insulam Wihit^a, praedati sunt^b ...
 Edwardi regis anno 22 ... Haraldus ... transiens in Flandriam, tempestate compulsus 1063
 est^c in Ponticam provinciam ...
 Edwardi regis anno 24. Northumbri^d ... Tosti consulem suum ... fugaverunt ... Tosti vero et uxor 1065
 sua ad Baldwinum^e consulem Flandriae divertentes, hyemaverunt ...
 10 Haraldus, vir bellis acerrimus, cum navali exercitu contra Willelmum ducem in mare profectus est. 1066
 Interea venit Tosti consul in Hambram^f cum 60 puppibus ...
 ... Aciem suam construxit in planis Hastings Willelmus; ... orationem huiusmodi
 habuit: 'Vos alloquor, Normanni ... O mortaliū validissimi, quid potuit rex Francorum
 bellis proficere cum omni gente, quae sunt a Lotaringia^g usque ad Hispaniam, contra Ha-
 15 sting^h antecessorem nostrum?' ...
 ... Baldwinus Flandriae consuli defuncto, cuius filiamⁱ rex Willelmus duxerat, successit filius suus 1070
 Ernu^j quem rex^k Willelmus Anglorum et Philippus rex Francorum manu tenebant. Robertus autem Frisensis,
 frater eius, bello configens, occidit Ernulfum consulem et Willelmum, filium Osberti ... et 1071
 multa milia hominum utriusque regis ...
 20 Radulfus ... consul adducens^l secum Cnuti, filium Suein regis Dacorum, et Haem consulem, rediit 1075
 in Angliam cum 200 puppibus. Sed cum non auderent contra regem Willelmum pugnare, transfretaverunt in Flan-
 driam ...
 Willelmus rex anno 19^m, quo in annoⁿ Urbanus papa effectus est Romanus, rediit a Normannia 1085
 in Angliam ... Didicerat enim, fama crebrescente, quod rex Daciae Cnut et Robertus Frisensis consul Flan-
 25 driae volebant ditioni suae Angliam maris gressibus^o supponere; cum autem apparatus eorum Deo volente
 defecisset, remisit magnas partes exercituum ...

EX LIBRO SEPTIMO.

- ... Missi sunt ab Henrico imperatore Romano nuncii, mole corporis et cultuum splen- 1109.
 doribus excellentes, filiam regis in domini sui coniugium postulantes. Tenens igitur curiam^{A. 445.}
 30 suam apud Londoniam^p, qua^q nunquam splendorem tenuerat, sacramenta deponens^r, de p
 conubio filiae suae ab imperatoris recepit legatis ad pentecosten. ... Anno igitur sequenti data est filia regis 1110
 imperatori, ut breviter dicam, sicut decuit^s. Rex itaque cepit ab unaquaque hida Angliae tres
 solidos ...
 Decessit ... Robertus consul Flandriae, qui Ierosolymitano clarissimus interfuerat itineri, unde 1111
 35 memoria eius non pertransit^t in aeternum. Post quem Baldwinus^r, filius eius, consul effectus
 est, iuvenis omnino strenuus armis ...
 Iuraverunt ... rex Francorum et consul Flandrensis et consul Andegavensis, se Norman- 1116
 niam regi Henrico ablaturus et Willelmo, filio Roberti ducis Normannorum, eam daturus ...
 Venerunt igitur rex Francorum et consul Flandrensis cum exercitu in Normanniam. In qua cum una nocte fuissent, 1117 in
 40 formidantes adventum regis Henrici cum Anglis et Normannis et Britannis, ad sua sine bello reversi
 sunt ...
 Curriculo anni sequentis continua debellatio iam dictorum principum gravissime regem vexavit, 1118
 donec Baldwinus^r strenuissimus Flandriae consul apud Ou^s in Normannia seditione militari funeste
 vulneratus, ad sua recessit ...

45 a) Wit B. b) praedavit B. c) venit A. d) Northumbri B. e) Baldwinum B. f) Hambram B. g) Lotaringia S. h) Hasteine B. i) Cnut H. k) ita H; decimo octavo S. l) aggressibus H. m) Londoniam S. n) ita H. B., Rob. Tor., Math. Paris. h. a., quam S. o) deponens H. p) de c. f. suae des. H. B. q) ita H. Rob. Tor.; transiet Math. Par.; pertransiit B; pertranseat S. r) Baldwinus S.

1) Lege: 'socer'. 2) Errat noster, Baldwinus enim V, filius. 3) Hoc alibi frustra quaesivi, quamquam
 50 pater Mathildis uxoris Conquestoris, diem obiit Radulphum de Guader comitem Norfolkiae Daciam
 a. 1067. Cui successit filius Baldwinus VI, frater adieße Ordericus (ed. Le Prévost II, p. 263) narrat;
 Roberti Frisonis. Hic a. 1070, obiit. 3) Denuo cumque Danos ut Angliam invaderent stimulasse
 Henricus perperam auctorem suum deserit, qui de inter omnes constat. 6) Potius 1088, Mart. 12.
 Willelmo 'eorl', i. e. filio Osberni, comite Herefordiae, 7) Cf. Giesebrecht, 'Gesch. d. deutschen Kaiserzeit'
 55 loquitur. 4) In Ann. Agsax. Ernulfus III. Roberti III, p. 796 (ed. 4). 8) Eu, dép. Seine inf., arr.
 'maeg' recte vocatur; at non erat frater, sed fratris Dieppe. Cf. De contemptu mundi c. 5: Quos terrores

1119. Eodem anno papa Gelasius obiit et sepultus est apud Cluniacum. Tunc Wido Viennensis^a archiepiscopus electus^b est in papam, vocatus Calixtus et tenuit concilium Remis. Inde profectus est Gisors contra regem Henricum, et colloqui sunt sacerdos magnus et rex magnus. Baldwinus^c etiam consul Flandriae per vulnus, quod in Normannia acceperat^d, decessit. Cui successit Carolus cognatus^e eius, filius Cnut sancti regis Dacorum. . . . 5
1120. . . .
1121. Henricus rex ad natale fuit apud Brantune^e cum Tedbaldo^{f,2} consule Blesensi, et posthac apud Windesores^g duxit Adelidam, filiam ducis Luvaniae, causa pulchritudinis. Cum autem rex ad pascha fuisset apud Berchelea^h, ad pentecosten fuit diadematus cum regina sua nova apud Londoniamⁱ. . . . De pulchritudine vero reginae praedictae sic quidam^k dixit elegice^l:
 Anglorum regina tuos Adelida^l decores 10
 Ipsa referre parans Musa stupore riget.
 Quid diadema tibi pulcherrima? quid tibi gemma^m?
 Pallet gemma tibi, nec diadema nitet.
 Deme tibi cultus, cultum natura ministrat,
 Nec meliorari forma beata potest. 15
 Ornamenta cave, nec quicquam luminis inde
 Accipis, illa micant lumine clara tuo. —
 Non puduit modicas de magnis dicere laudes,
 Ne pudeat dominam te, precor, esse meam. 20
1125. . . . Eodem anno obiit Henricus imperator, gener Henrici regis 20
1126. . . . Rex Henricus circa festum sancti Michaelisⁿ rediit in Angliam; adduxit siquidem secum filiam suam^o imperatricem^o, tanto viro, ut praedictum est, viduatam Anno sequenti rex
1127. in quadragesima et^p pascha fuit apud Wodestoc^q, ubi nuncius^r dixit ei: 'Carolus comes Flandrensis tibi dilectissimus nefanda prodicione occisus est a proceribus suis in templo apud Brige^{r,6}. Rex autem Francorum dedit Flandriam Willelmo nepoti et hosti tuo, qui iam valde robustatus diversis cruciatibus omnes proditores Karoli multavit'. . . . Henricus rex 25
1128. sequenti anno perendinans^s igitur apud Sparnum^t octo diebus tam secure, acsi in regno suo esset, compulsi regem Ludovicum^u auxilia comiti Flandrensi non ferre. Advenit autem a partibus Alemanniae quidam dux Theodoricus^v Flandriam calumpnians, quosdam proceres Flandriae secum habens, et hoc suasu regis Henrici. Willelmus autem comes Flandrensis aciebus^w ordinatis obviam venit ei. Pugnatum est acriter. Willelmus consul numerum suorum, cum pauci essent, supplebat probitate inextinguibili. Cruentatus igitur omnia arma sua sanguine hostili, fudebat ense fulmineo cuneos hostium, nec potuerunt^x pondus terribile iuvenilis brachii perferre hostes perterriti et fugae dediti. Victoriosissimus itaque consul, dum castrum hostile obsideret et in crastino reddi deberet iam pene annihilitatis hostibus, Deo volente, parvo vulnere sauciatus in manu deperit^y. Nobilissimus autem iuvenum aetate brevi famam promeruit sempiternam^z; de quo magister^{aa} Walo^{z,10} versificator egregius^z sic ait:

a) Viennensis H. b) electus i. p. v. est H. c) Baldwinus S. d) receperat H. e) Brantune S. f) Theobaldo S. g) Windesores B. h) Berchelea B; Berklea S. i) Londoniam S. k) elegiace S. l) Adelina S. m) gemma 40 B. R. S. n) Michaelis H. o) deest B. R. S. p) in add. R. q) Wdestoc H. r) Brige H. s) perendinans H. t) Lodovicum H; Ludovicum B. R. u) Theodoricus H. v) ita H. B. R., pond. pot. S. w) eternam H. x) deest B. R. S. y) Gato H.

habuit [sc. Henricus I] dum Baldwinus consul Flandrensis Normanniam ipso praesente inflammaret, nec ipse procedere auderet? 1) Hic recte annalistae notioni 'fada sunu', i. e. patruelis, noster non adhaesit. Erat enim Baldwinus VII. filius Roberti II, cuius ex sorore Carolus Bonus natus erat. 2) Theobaldus IV. ob. 1152. 3) Auctor ipse, ut vix dubitari potest. 4) Mathildis utpote Henrici imperatoris vidua apud omnes Anglos et Normannos 'imperatrix' appellatur, quamvis immerito; cf. Giesebrecht I. I. III, p. 1213. 5) Hoc nihil est nisi signum auctoris. Simile quoddam a. 1136. legitur. 6) Brügge. 7) Épernon, dép. Seine et Oise. 8) Henricus ubicumque de pugnis agit quasi pleniore ore loquitur. 9) De contemptu mundi (l. c. p. 696): Cum Willelmus regis nepos, 45 filius sc. Roberti ducis Normannorum, iam solus regius esset haeres et omnium expectatione dignus iudicaretur et probitate ineffabili consulatum Flandriae adeptus esset et vigore inexterminabili Theodoricum signis collatis superasset, parvo ictu sauciatus in manu deperit. Omnes qui cum regem futurum securi expectabant et quosvis ad libitum praediabant, illusi sunt. Ib. p. 699: Quibus curis (sc. Henricus I) demolitus est, dum, nepote suo Willelmo Flandriam adipiscente, se diadema regni amissurum pro certo putaret? 10) De quo cf. 'For-schungen' XVIII, p. 271.

Mars obit* in terris, deflent par sidera sidus*,
 Numina par numen, parque decora decus.
 Res nova! Temporibus moriuntur numina nostris,
 Amodo credibile est numina posse mori.
 5 Unicus ille ruit, cuius non terga sagittam,
 Cuius nosse pedes non potuere fugam.
 Nil nisi fulmen erat, quoties res ipsa monebat,
 Et si non fulmen, fulminis instar erat.
 10 Flandria se iactat tumulo, Normannia cuius,
 Hic fuit occasus sideris, ortus ibi^{c)}.

... Eodem anno decessit Honorius papa. 1130.
 Sequenti anno recepit rex apud Carnotum papam Innocentium, Anacleto subici recu- 1131
 sans. Hos enim utrosque Romani bipartiti elegerant. Expulsus vero ab Urbe Innocen-
 tius vi Anacleti, qui Petrus de Leues prius vocabatur, auxilio regis Henrici receptus est
 15 per totas Gallias. Post quod in aestate rediit in Angliam, secum filiam suam adducens. ...

EX LIBRO OCTAVO.

... Episcopus Lincolnensis Alexander ... susceptus est ab Eugenio papa, novo viro. 1145.
 summa dignitate condigno, cuius mens semper benigna, cuius discretio semper aequa, cuius
 facies semper non solum hilaris, sed et^{a)} iocunda. ...
 20 ... Ad pentecosten rex Francia^{e)} Lodovicus^{e)} et consul Flandriae^{f)} Theodoricus et 1147
 consul de Sancto Aegidio et innumerabilis exercitus de universo Francia^{e)} regno et multi
 de gente Anglorum, crucibus assumptis, iter Ierosolymitanum arripuerunt, ut paganos, qui
 ceperant urbem Roheis^{g)}, expugnarent. Maiorem exercitum tamen duxit imperator Aleman-
 25 postea prodidit. ...
 ... Anno^{h)} eodem exercitus imperatoris Alemanniae et regis Francorum, qui sum- 1148.
 mis ducibus illustrati, cum summa incedebant superbia, ad nihilum devenerunt, quia
 Deus sprexit eos. Ascendit enim in conspectu Deiⁱ⁾ incontinentia eorum, quam exercebant
 in fornicationibus non occultis, in adulteriis etiam, quod Deo valde displicuit, postremo in
 30 rapinis et omni genere scelerum. Prius itaque^{j)} fame consternati, prodicione imperatoris
 Constantinopolitani, postea ferro hostili emarcuerunt. Rex autem Francia^{e)} et imperator
 Alemanniae^{k)} cum paucissimis prius Antiochiam, postea Ierosolymam ignominiose aufu-
 gerunt. Tunc vero rex Francia^{e)}, quasi aliquid acturus, ad detrimentum famae refocillan-
 dum, auxilio militum Templi, quod est in Ierusalem, et viribus undique congestis, obsedit
 35 Damascum. Sed gratia Dei carens et ideo nihil proficiens, rediit in Galliam. Interea quidam
 exercitus navalis virorum non potentum, nec alicui magno duci innixi nisi Deo omnipotenti,
 quia humiliter profecti sunt, optime profecerunt. Civitatem namque in Hispania^{l)} quae
 vocatur Ulixisbona et aliam quae vocatur Almaria^{m, n)} et regiones adiacentes, a multis pauci,
 40 Deo cooperante, bellis obtinuerunt. Vere Deus superbis resistit, humilibus autem dat gra- 1. Petr. 5. 6.
 tiam. Exercitus namque regis Francorum et imperatoris Alemanniae^{o)} splendidior et maior
 fuerat quam ille qui prius Ierusalem conquisierat; et a paucissimis contriti sunt et quasi
 telae aranearum disternati sunt et demoliti. His autem pauperibus, de quibus praedixi-
 45 mus^{p)}, nulla multitudo resistere poterat, sed quando^{q)} plures iis^{r)} insurgabant, debiliores
 efficiebantur. Pars autem eorum maxima venerat ex Anglia.
 Rex [Stephanus] ... Doroberniam^{s)} petiit, cum comite^{t)} Flandrensi locutus. Cui 1154

a) obiit H. b) sidera sidus H; numina numen B. R, qui reliquos versus omittunt. c) in cod. H. epitaphum his ver-
 sibus terminatur: — potuere fugam.

Expediit esse virum, quociens ad bella ven[iret].
 Cui sat[is] in bello non fuit esse virum.

50 Flandria se tumulo iactat, Normannia cuius:
 Sideris occasus hic fuit, ortus ibi.
 d) etiam Hoveden. e) Lodoveus S. f) Flandrensis R. g) Eod. anno R. h) Domini R. i) ita namque
 f. prosternati prodicione R. k) Almannie R. l) Hispania R. m) Almado Hor. n) imp. et splend. R, ubi Al.
 deest. o) predixi B. p) quanto Hor. q) eis plures R. r) consulo R.

55 1) Edessa capta est m. Der. 1144; cf. Rob. Tor. h. a. 2) Almada in altera Tagi ripa. 3) Canter-
 bury.

Oct. 25. alloquens^a, infirmitate et tandem morte praereptus est octo diebus ante festivitatem Omnium Sanctorum. . . .

FINIS EPISTOLAE DE SERIE REGUM^b.

. . . Henricus, filius Henrici Longaevi, gener scilicet tuus, rex^c invictissime, cui^d haec scribuntur, regnavit annis 10^e. Hic cum filiam^e tuam cum pecunia incomparabili s. duxisset, Romam petiit et vi factus est imperator. Sed quomodo ceperit papam Paschalem, dicere non attinet.

Lotharius annis . . .^f Huius temporibus fuere Calixtus, Honorius, Innocentius, quem tu apud Carnotum^g optime^h suscepisti. Lotharius imperator Romam veniens, Anacleum, inimicum Innocentii, humiliavit et hunc exaltavit. Dissensio tamen inter duos papas duravit, donec Anacleum mors demolivit.

Conradusⁱ undecentesimus imperator vixit iam^k ann. 2; nondum tamen Romam venit.

EX ANNALIBUS BREVISSIMIS NORDHUMBRANIS².

741 . . . Karolus Martellus rex Francorum obiit; et pro eo filii eius Caroloman et Pipin regnum acceperunt³. . . .

754. Bonifacius, qui et Winfridus, Francorum episcopus, cum quinquaginta tribus martyrio coronatur; et pro eo Rehdgerus⁴ consecratur archiepiscopus a Stephano papa. . . .

EX VETUSTIS ANNALIBUS NORDHUMBRANIS,
HISTORIAE REGUM ANGLORUM ET DACORUM INSERTIS.

754. Bonifacius archiepiscopus, qui et Winfridus, Francorum martyrio coronatus est 20 cum quinquaginta tribus⁵.

767 . . . Eodem tempore⁶ Aluberht^m ad Ealdsexos ordinatus est episcopus⁶.

768 . . . Eodem anno Pipin rex Francorum mortuus est⁷.

771 . . . Eodem quoque anno Karlmon famosissimus rex Francorum subita praeventus infirmitate defunctus est. Sed et frater eius Karl⁸, cum dimidium prius obtinuit⁹ principatum, totius regni monarchiam et Francorum fastigium populorum dehinc est indeptus invicta fortitudine.

772 . . . Carl⁹ quoque Francorum rex, collecta manu valida et bellicosus suae maiestatis viris coniunctis, Saxonum gentem est ingressus. Multisque ex principibus ac nobilibus viris suis amissis, in sua se recepit⁹.

a) colloquens R. b) sequimur cod. B, quem contulimus cum A et R. c) cum A. d) sic codd. e) familiam A. f) numerus deest B; 11 R, manu autem posteriore; 12 A. g) Karnotum R. h) oportune A. R. i) Conradus A. R. k) deest A. R. l) Eodem anno Hoved. m) Albert Hov. n) obiit Hov. o) Karolus Hov. p) obtinisset Hov. q) Karolus Hov.

1) Henricum I. alloquitur. 2) Hi annales, qui annos 731—766. comprehendunt, extant ad calcem Baedae Hist. Eccles. Gentis Anglorum in Ms. Philipps 1089. saec. XII. et editi sunt in Mon. Hist. Brit. I, p. 288. 289. 3) Cf. Ann. Lindisf., SS. XIX, p. 505, et quae notavi Forsch. z. D. G. XII, p. 157. 4) Qui et Lullus; cf. Forsch. l. c. 5) Rogerus de Wendover una cum Matth. Parisiensi in Chron. Maior. I, p. 34. ed. Luard: 753. Sanctus Bonifacius Maguntinae urbis episcopus cum aliis quinquaginta tribus in Frieslandia martyrio coronatur. 754. Sanctus Bonifacius, [qui] et Winfridus dicitur, Francorum archiepiscopus per martyrium decessit. Chron. de Mailros p. 5. a. 754: Bonifacius, qui et Winfridus, archiepiscopus Francorum martyrio coronatus est cum 53. 35 De anno vide quod monuit Oelsner, Jahrb. d. D. R. unter König Pippin' p. 489. 6) De Aluberht Angligena, quem episcopum ordinavit Aethelberht archiepiscopus Eboracensis (766—780), vide Vit. S. Liudgeri, SS. II, p. 407. 7) Chron. de 40 Mailros a. 768: . . . Ipso anno Stephanus papa et rex Francorum Pipinus obierunt; Henr. Hunt. a. 768: obierunt Pipinus rex Francorum et Stephanus papa Romanorum. 8) Wendover et Matth. Paris. 770: Karolus rex Francorum, collecta manu valida, Saxonum gentem bello aggressus est multisque ex principibus suis ibidem interfectis, cum victoria tamen reversus est.

774 . . . Eadem tempestate Karl^a Francorum rex invictissimus nobilissimam Longobardorum urbem Ticinam longa obsidione vexatam simul cum ipso rege Desiderio ac totius Italiae imperio cepit¹.

775 . . . Karl denique^b rex, ut praefati sumus, bellicosissimus Francorum cum omni exercitus sui virtute vallatus, confortatus, glorificatus gentem Saxonum est ingressus, centuriatibus^c et legionibus stipatus, quam^d magnis et inedicibilibus regionem praeliis gravissimis^e vastavit, igne ferroque debacchans, quia erat consternatus^f animo. Urbes denique duas Sigeburht et Aresburht^g atque provinciam Bohveri, olim a Francis oppressam, suo potenter adiecit summo imperio^h.

792 . . . Karolus rex Francorum misit synodalemⁱ librum ad Britanniam sibi a Constantinopoli directum. In quo libro, heu pro dolor! multa inconvenientia et verae fidei contraria reperientes^j, maxime quod pene omnium orientalium doctorum non minus quam trecentorum vel eo amplius episcoporum unanima assertione confirmatum, imagines adorare debere, quod omnino ecclesia Dei execratur. Contra quod scripsit Albinus epistolam^k ex auctoritate divinarum scripturarum mirabiliter affirmatam illamque cum eodem libro et persona episcoporum ac principum nostrorum regi Francorum attulit^l.

794 . . . Adrianus papa venerandus eodem anno sublevatus^m est ad Dei visionem 7. Kal. Ianuarii, qui sedit annos 26, menses 10, dies 12. Est quoque in ecclesia sancti principis apostolorum Petri sepultus, et super sepulcrum platomaⁿ parieti infixae gesta honorum eius aureis literis et versibus scripta. Hoc^o marmor ibi Karolus rex ob amorem et memoriam praedicti patris facere iussit regali fretus diademate^p.

795. Idem rex fortissimus Karolus cum manu valida Hunorum gentem armis vastando subegerat, eorum^q principe fugato et ipsius exercitu superato vel perempto, sublatis inde 15 plaustris auro argentoque pallisque olosericis pretiosis repletis, quorum quodque quatuor trahebant boves^r. Quae omnia idem rex propter victoriam a Domino sibi concessam Christi ecclesiis atque pauperibus dividere praecepit, grates Deo referens cum omnibus secum pugnantibus^s.

799 . . . Quid^t gestum sit eodem anno, referre libet. Romani quoque inter se discabantur et magnam dissentionem habebant: in qua Leonem papam sanctissimum apprehenderunt ligaveruntque, cuius lingua inter maxillas duriter protracta et in gutture crudeliter extensa, praecisa est ab ipsis. Eruerunt et oculos praedicti pontificis radicitus, quae res cunctis cernentibus crudele spectaculum est factum. Dehinc absque ulla humanitate semivivum eum relinquentes, inconsulte domum reversi sunt. Sed magnus Conditor orbis ex alto cuncta intuens, quem, quia respicit omnia solus, verum possumus dicere solem^u, non sic suum contempsit famulum. Omnipotens igitur Dominus post pauci temporis interstitium sic eum salutifero sanavit antidoto, ut postmodum videre clare et loqui posset, prorsus ab

a) Karolus rex Francorum *Hor.* b) vel quoque *inter lineas codicis*. c) centuriatus in *edd. Treysden vol. 107. Mon. Hist. Brit. 664. et Hor. I. 10*. d) quam regionem gravissimis praeliis vastavit igne ferroque debacchando *Hor. I. c.* e) gravissimis *inter lineas codicis*. f) vel efferatus *c. et ita Hor.* g) et Aresburht *inter lineas codicis*. Sigeburht et Aresburht *Hor.* h) synodalem *Hor. I. 12*. i) reperiebantur in *ed. Her. Angl. SS. 1601. p. 406*. k) migravit ad Dominum *Hor. I. 15*. l) vel marmor *inter lineas codicis*; id est marmor *Hor. I. c.*, sed rectius platoma in *duobus codicibus*. m) scripta iubente rege Karolo, *desunt reliqua Hor. I. c.* n) et eodem *Hor. I. c.* o) boves trahebant *Hor. I. c.*

1) Wendover et Matth. Paris. a. 774: *Karolus rex Francorum potentissimus nobilissimam Longobardorum urbem Ticinam obsidione vallavit, quam cum rege Desiderio cepit et Italiam totam suo imperio adiecit.* 2) *Karolus rex Francorum famosissimus Saxones debellavit et provinciam Bohveri olim a Francis oppressam suo subiecit imperio*; Chron. de Mailros p. 8; cf. 'Forschungen' XII, p. 160. 3) *lisdem fere verbis usus est Roger. de Wendover nunc in ed. Matth. Paris. I. 354.* 4) *V. Ann. Lauresh. 795, SS. I, p. 36: et ebitaffum aureis literis in marmore conscriptum iussit in Francia fieri etc. et quae adnotavi 'Forschungen' p. 162.* 5) *Rex Francorum Karolus Hunorum sibi gentem subiciens, fugato eorum principe et exercitu superato, spolia pauperibus et ecclesiis dicit, id est de auro et argento quera plaustrorum 15, quorum singula his bini trahebant boves*; Chron. de Mailros p. 12. 6) *Desunt reliqua in chronico Rogeri de Hoveden. Sed Chron. de Mailros a. 797. p. 12: Romani amputaverant linguam Leoni pape et oculos eruerunt et eum a sede apostolica fugaverunt. Sed ipse per virtutem Dei iterum et loqui potuit et in sede apostolica restitutus est.* Congruit fere Henr. Hunt. a. 797, qui prius quam Melrosenses eosdem annales vetustos, traditione Normannica paululum intermixtos, exscripsisse videtur; cf. Liebermann, 'Forschungen' XVIII, 282. 7) Boethius, *Be. consol. philos. V, 6.*

eo expellens caligines oculorum et concedens ei pristinae sanitatis linguam, ut penitissima^a edere verba praedicationis valisset et omnia officia honorifice implere¹. 'Cesset² inscitiae^b nubilus error'; cessent profecto mira videri universa opera Domini. Hoc miraculum repente diffusum est per cardines quadrati orbis ad gloriam et laudem Christi nominis, ut ab omnibus^c ubique praedicetur et laudetur, quia mirabilis est Deus in sanctis suis.

800³. . . Karolus quoque eximiae virtutis rex Francorum paulo ante ipso anno cum magna exercitus sui multitudine Romuleae urbis moenia ingreditur, ibique per aliquot menses demoratus est, locaque sancta frequenti visitatione adorat, ditat, exornat munere regali. Praecipue vero ecclesiam beati Petri apostoli necnon et sancti Pauli donis exornavit regalibus, auro scilicet et argento gemmisque pretiosis. Leonem quoque venerabilem papam⁴ 10 magnifice muneravit⁵ eiusque adversarios dispersit, quosdam extinxit vel exilio dampnavit, nonnullos interfecit, qui contra eum impie coniurationem promoverunt⁴. His atque aliis quam plurimis rebus adornatis, ipse armipotens imperator, quae⁶ ad honorem et correptionem ecclesiarum Christi christianorumque populorum pertinebant, in die natalis Domini 15 nostri Iesu Christi ingreditur cum ducibus et magistratibus et militibus in ecclesiam sanctissimi principis apostolorum Petri, in qua a domino Leone papa purpura regaliter induitur, cui corona aurea capiti imponitur et regale sceptrum in manibus datur. Hanc dignitatem ipso die meruit ab omni populo percipere, ut imperator totius orbis appellaretur et esset. Eo quoque tempore legati Graecorum, cum magnis muneribus a Constantinopoli directi, ad eum veniebant, rogantes, ut illorum susciperet regnum et imperium. Similiter 20 legati ab Hierosolimis a christianis populis ibi manentibus missi, Romamque venientes, vexillum argenteum⁵ inter alia munera regi ferentes, clavesque locorum sanctorum dominicae resurrectionis aliorumque ei optulerunt, obnix flagitantes, ipsorum esse susceptorem et defensorem. Rogabant eum, ut christianae religioni subdita sancta coenobia conservaret, regeat ac defenderet et contra insurgentes gentes exurgeret bellica virtute et regali maie- 25 state. Annuit benignissimus rex beatis precibus⁴, qui ad se confluerant, et non solum se paratum esse ad devincendos inimicos in terra, verum etiam in mari, si necessitas compulset. Intellexit, beatas fore res publicas, si eas vel studiosi sapientiae regerent, vel si earum rectores studere sapientiae contigisset. Is ad urbem Ravennam perveniens, ad Aquas deinde perrexit, de his omnibus cum suis optimatibus tractaturus.

^a vel profundissima e. ^b vel ignorantia e. ^c romange: adornatis, quae ad honorem et correptionem ecclesiarum Christi christianorumque populorum pertinebant, ipse armipotens imperator etc. ^d supple: eorum.

¹ Romani inter se dissecantes. Leonem papam, eorum sanctum et omni laude dignissimum, apprehendentes ligaverunt, linguam amputaverunt, oculos eruerunt atque demum a sede Romana expulerunt eumque semivivum relinquentes inter lictorum blasphemias, turpe facinus commiserunt. Sed miserator et misericors Dominus, qui sperantes in se non relinquit, linguam ei et oculos mirabiliter restituens, ad pristinam dignitatem melius quam prius fecerat videntem ac verbum fidei praedicantem revocavit; Wendover in ed. Matth. Paris. I, p. 366, qui quidem praeter Simeonem Danelmensem verba Henrici Huntingd. IV, p. 732 D ed. Mon. Hist. Brit. adduxisse videtur. ² Boeth. De consol. philos. IV, 11, 12: Cedat inscitiae nubilus error. ³ Scire difficile est, an forte Einhardi Vita Karoli auctori praesto fuerit. ⁴ Eodem anno rex Francorum Carolus, vir eximiae virtutis, cum innumera armorum copia Romuleam ingressus urbem, loca sancta frequenti visitatione percurrit, ibique per menses aliquot demoratus, ecclesiam beati Petri et Pauli apostolorum Christi donis regalibus 35 exornavit, in auro videlicet et argento et lapidibus pretiosis. Leonem quoque papam venerabilem variis munificentius honoravit, eiusque adversarios dispersit, quosdam interfecit et quosdam in exilium relegavit, nonnullos et patibulo suspendi praecipit; Wendover 40 apud Matth. Paris. I, p. 367. Rex Karolus, imperatoria fretus maiestate, Romanos, qui Leonem papam dehonesterant, morti addixit, sed precibus eiusdem papae mortem indulisit eosque in exilium traxit; Chron. de Mailros p. 13, cum Henr. Hunt. fore congruens. 45 ⁵ Cf. Annal. Lauriss. mai. SS. I, p. 188: 'qui benedictionis causa claves sepulcri dominici ac loci calvariae, claves etiam civitatis et montis cum vexillo detulerunt, quos rex benigne suscipiens etc.

EX SIMEONIS DUNELMENSIS HISTORIA REGUM.

802. . . Venetica illa nequissima [*Kadburg uxor Brithrici regis*] timore perterrita¹ . . . SS. X, p. 457. Ascer.
- 1068². Duo papae in Roma facti sunt, id est episcopus Parmensis, qui expulsus est, et episcopus de Luca, qui Flor.
papa permansit.
- 5 1074. Hildebrandus, qui et Gregorius, Romanus archidiaconus, papa est electus et factus. Iste papa, synodo celebrata, et decreto sancti Petri apostoli et sancti Clementis aforunque sanctorum patrum et banno interdixit clericis, maxime divino ministerio consecratis, uxores habere vel cum mulieribus habitare, nisi quas Nicena synodus vel alii canones exceperunt. Decrevit quoque sub sententia sancti Petri, ut cum Simone Mago dampnaretur non solum emptor et venditor cuiuscumque officii, ut puta episcopatus, abbatiae, praepositurae, decaniae vel decimationis ecclesiae, sed et quicunque consentiret eis. Dominus enim dixit: *Gratis accepistis, gratis date.*
1075. Dum³ clerici magis eligerent anathemati subiacere quam uxoribus carere, Hildebrandus⁴ papa, ut per alios, si posset, eos castigaret, praecipit, ut nullus audiret missam coniugati presbyteri, sic⁵:
- Gregorius papa, qui et Hildebrandus, servorum Dei servus, per totum Italicum regnum et Teutoniam debitam sancto Petro obedientiam exhibentibus apostolicam benedictionem. Si qui sunt presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui iacent in crimine fornicationis, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei et auctoritate sancti Petri introitum ecclesiae usque dum emendant et poenitent. Si qui autem in peccato suo perseverare maluerint, nullus vestrum officium eorum auscultare praesumat, quia benedictio illorum vertitur in maledictionem et oratio in peccatum, testante Domino per prophetam: "Maledicam, inquit, benedictionibus vestris".*
1080. Dunholmensis episcopus Walcherus, genere Lotaringus⁶, in loco qui dicitur ad Caput Caprae 2. Idus Maii, 20 feria 5, a Northymbrensis est occisus. . . Henricus imperator Hildebrandum in pentecosten Mogontiae decernit deponendum et Wibertum Ravennae urbis episcopum in natali sancti Iohannis baptistae pro eo fecit papam.
1081. Henricus rex⁷ hostiliter Romam adversus Hildebrandum papam adiit, oppugnans eam⁸, non tamen intravit.
1082. Multis homicidiis et praedationibus inter Henricum regem⁹ et Hildebrandum papam actis, in morte palmarum multi occisi sunt.
- 25 1083. Henricus rex¹⁰ hostiliter urbem Romae infregit et cepit. Wibertum in sede apostolica constituit. Hildebrandus vero Beneventum adiit, ubi usque ad obitum suum degit. Henricus autem in Teutoniam patriam rediit.
1084. Hildebrandus, qui et Gregorius, papa obiit.
1106. Facta est nimis execrabilis contentio inter Henricum imperatorem Romanorum¹¹ et filium eius Henricum¹². Et eodem anno mortuus est idem imperator, cum 50 annis regnasset; cui successit filius eius Henricus¹³.
- 30 1110. Rex Anglorum Henricus filiam suam Henrico imperatori in coniugem dedit, et misit eam a **Dovere** usque ad **Witsand** in initio quadragesimae¹⁴, quod fuit 4. Idus Aprilis.
1118. Praefatus papa Gelasius . . . toti Galliae innotuit. Cuius in Gallias missa haec est epistola:
Gelasius . . . Quia res Romanae . . . Data Caluae 16. Kal. Februarii.
- His discurrentibus per provincias literis, excitati potentes quique cum mediocribus occurrere apostolico et certatim Eadem
35 parabant interesse concilio, quod ipse disposuit se media quadragesima Remis celebraturum.
1119. Gelasius apud Cluniacum obiit, ibidemque sepelitur. In cuius locum cardinales alique Romani, qui eum illic secuti fuerant, Guidonem Viennensem archiepiscopum substituunt eumque Calixtum nominant. Dumque in Burgundia haec geruntur, apostolatus Romanae ecclesiae a suprascripto Gregorio administratur. Super his duobus ita in papatum sullimatis orbis concussus, in studia parium dividitur atque, aliis hunc, aliis istum favore prosequentibus, gravi ecclesia
40 scandalo percellitur¹⁵. Calixtus papa 13. Kal. Novembris generale concilium instituit¹⁶ Remis. Ad hoc concilium multiplex factus est archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et principum diversarum provinciarum concursus cum clericorum Flor.
et¹⁷ laicorum plebium numerosa multitudo¹⁸. . . . Postera die¹⁹ residentibus ordine in concilio eccle-

a) mysterio *Hov.* b) Ea tempestate dum *Hov.* c) Hildebrandus *Flor.* d) his verbis *Hov.* e) poenitent et emendant *Flor.* f) Lotharingus moribus insignis in loco qui dicitur Galesheved id est caprae caput *Hov.* g) imperator *Hov.*
45 h) urbem *Hov.* i) imperatorem *Hov.* k) urbem *Hov.* l) imperatorem de Alemannia Henricum *Hov.* m) ita quod in bello congressi sunt, et pater a filio peremptus est *addit. Hov.* n) constituit *Hov.* o) ac plebium multitudine numerosa *Hov.*

1) Congruunt penitus cum verbis Asserii a. 856, versibus nonnullis Boethii De consol. philos. additis. Brevius narrat haec Chron. de Mailros p. 13.
50 2) Omnia, quae de expeditionibus Danorum in terram Karolorum leguntur, inde ab a. 880. usque ad a. 887. et ad a. 890. ex Asserio vel Ann. Anglosax. desumpta sunt. Reperies fere eadem in Chron. de Mailros et apud Rog. de Hoved. 3) Chron. de Mailros a. 1106, p. 63: *Henricus imperator moritur; cui successit filius eius Henricus.* 4) Cf. Ann. Anglosax. h. a.: *toforan laengene.* 5) Cf. Wilhelm. Malmesb. SS. X, p. 481. Chron. de Mailros a. 1118: *Paschalis papa obiit; cui successit papa Gelasius.*
60 *Henricus imperator Romam tendit et Burdinum Braccarensem episcopum iam anno preterito a papa Gelasio Beneventi excommunicatum antipapam instituit . . . Gelasius papa Galliam venit, susceptus honorifice a rege Francorum et ab universis per-*
sonis regni. Dominus Norbertus papam Gelasium adiens, officium ab eo predicationis accepit. Rog. de Hoveden I, p. 172: Qui 17. Kal. Febr. missa per Galliam epistola archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis et principibus conquestus est, se ab imperatore de Roma violenter expulsus et Braccarensem episcopum excommunicatum, in apostolicam sedem intrusum; simul exhortans, ut ad matris ecclesiae ultionem communibus auxiliis sese praepararent. 6) Cf. Hoved. et Chron. de Mailros. 7) Hucusque Simeon chronico Flor. Wigorn. usus est. Chron. de Mailros: *Calixtus papa 13. Kal. Novembris generale concilium Remis constituit . . . Dominus Norbertus auctoritate pape Calixti ordinem Premonstratensem instituit.* 8) Potius synodi die quinto; v. Jaffé, Reg. pontif. p. 530. Verbis iisdem utitur Rog. de Hoveden I, p. 174.

siasticorum graduum personis, assidente quoque rege Francorum Ludowico multisque aliis principalibus viris, ex consensu cunctorum renovantur patrum statuta de statuendis et recisa de recidendis, quorum hic sunt quinque capitula:

*Quae sanctorum patrum communione careant christiana*¹.

Haec concilii decreta Henrico imperatori, cum non longe abesset ex concilio, primum 5 per honestas personas, ad ultimum per ipsum apostolicum mandantur, ut ante separationem concilii notum esset, utrum ecclesiis per regnum et singulas quasque sibi subiectas provincias consentiat canonicas electiones, videlicet ut episcopi et abbates eligantur ab ecclesia, et liberas consecrationes, ut ubi et a quibus oporteat electi consecrentur, et investituram ecclesiarum, ut per investituram pastoralis virgae et anuli per ostium Christum ingre- 10 dantur, et investituram rerum ecclesiasticarum, ut de rebus ad ecclesias pertinentibus nihil omnino sibi laicalis exigat persona. Ad haec ille respondit, nihil in his se praetermissurum, quod sui iuris esse suorum sibi contulit antiqua consuetudo progenitorum. Quandoque tamen, flexus auctoritate generalis concilii, tria illa priora concessit, ultimum vero, scilicet investituram rerum ecclesiasticarum, concedere noluit. Quapropter, reverso ad concilium 15 papa, excommunicandus decernitur. Quod cum quidam in concilio aegre ferrent, sententiam protulit apostolicus, ut, qui in hoc scandalizentur², exeuntes a fratrum consortio separarentur, proposito de illis septuaginta exemplo, qui cum de carne Domini manducanda et sanguine bibendo scandalizarentur, retro abierunt et iam cum illo non ambulabant. Et quoniam, inquit, qui non colligit cum Domino, spargit, et qui non est cum eo, adversus illum 20 est, illam inconsutilem tunicam desuper contextam, scilicet sanctam ecclesiam, qui nobiscum sentiendo indiscissam servare nolunt, dissentiendo a nobis discindere contendunt. Talia sermone apostolico, illico omnes in eundem cum caeteris consensum reducti, in imperatorem Henricum excommunicationis sententiam iaculantur. . . .

Febr. 2. 1121. Concilio totius Angliae ante purificationem sanctae^b Mariae apud Winderesoram^b 25 adunato, Henricus rex filiam Godefridi ducis Luvaniae Adelinam^c matrimonio sibi iunxit². . .

Hoc anno^d peracto paschali festo, Calixtus papa cum multa manu ab Urbe digressus, tam diu Sutrinam civitatem obsedit, donec et Burdinum et locum ipsum cepisset, sicut^e epistola subdita planius edocet³:

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilectis fratribus et filiis: . . . Data Sutrii^f 5. Kal. 30 Maii⁴. . . .

1122 . . . Calixtus papa et Henricus imperator, discurrentibus inter illos maturis et fidelibus viris, post longas dissensiones et rerum detrimenta, in pacem et concordiam redierunt⁵, sicut literae per regna et provincias directae contestantur, quarum exemplaria hic in praesenti subduntur: 35

Ego Calixtus episcopus, servus servorum Dei, tibi dilecto filio Henrico, Dei gratia Romanorum imperatori augusto, concedo electiones episcoporum et abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in praesentia tua fieri absque symonia et omni violentia, ut, si qua inter partes discordia emergerit, metropolitani et provincialium iudicio vel consilio saniori parti assensum et auxilium praebens. Electus autem regalia a te accipiat et quae ex his iure tibi 40 debet faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum a te recipiat et quae ex his iure tibi debet faciat, exceptis omnibus quae ad ecclesiam Romanam pertinere noscuntur. De quibus vero mihi querimoniam feceris et auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum auxilium praestabo.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Henricus, Dei gratia Romanorum impe- 45 rator augustus, pro amore Dei et sanctae Romanae ecclesiae et domni Calixti papae et pro remedio animae meae dimitto Deo et sanctis Dei apostolis Petro et Paulo sanctaeque catholicae ecclesiae omnem investituram per anulum et baculum, et concedo, in omnibus ecclesiis,

a) scandalizarentur Hor. b) beatae Mariae apud Windleshoram Hor. c) Aaliz, Godefridi ducis Luvaniae filiam, Chron. de Mailros. d) Eodem Hor. e) ita Hor.; sic ed. f) Sutrii Hor. 50

1) Capitula quinque v. apud Order. Vital. XII, c. 21. 4) V. Will. Malmesh., SS. X, p. 482; cf. Jaffé, Reg. SS. XX, p. 74. 2) Cf. Ann. Anglosax. 1121. pont. nr. 5041. 5) Chron. de Mailros: *Calixtus papa et Henricus imperator reconciliati sunt. Inde ab hoc anno Rog. de Hoveden historiam Henrici Huntingdon. 55 adoptat.*

quae in regno vel imperio mea sunt, canonicam fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri, quae a principio huius discordiae usque hodiernum diem sive tempore patris mei sive etiam meo ablata sunt, quae habeo, eidem sanctae ecclesiae Romanae restituo, quae autem non habeo, ut restituantur fideliter iurabo. Possessiones etiam omnium aliarum ecclesiarum et principum et aliorum tam clericorum quam laicorum, quae in terra ista amissae sunt, consilio principum vel iustitia, quae habeo, reddam, quae non habeo, ut reddantur fideliter iurabo. Et de veram pacem domino papae Calixto et sanctae Romanae ecclesiae et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt; et in quibus sancta Romana ecclesia auxilium postulaverit fideliter iurabo, et de quibus mihi fecerit quaerimoniam, debitam sibi iusticiam faciam. Haec omnia acta sunt consensu et consilio principum, quorum nomina subscripta sunt: Alberti Maguntiensis archiepiscopi, Frederici Coloniensis archiepiscopi, Brunonis Treverensis archiepiscopi, Ardvini Ratisbonensis episcopi, Ottonis Bavenburgensis episcopi, Brunonis Spirensis episcopi, et aliae multae personae ecclesiasticae et seculares¹.

Haec concordia per gentes et populos ubique divulgata, mittuntur etiam litterae ab apostolico omnibus archiepiscopis et² episcopis per regiones et provincias, ut, omni executione postposita, festinent occurrere ad concilium, quod dominus apostolicus Romae celebraturus erat 15. Kal. Aprilis. . . .

Celebratum est Romae concilium 300 episcoporum 15. Kal. Aprilis, praesidente papa Calixto II.² Renovata sunt ibi statuta maiorum, quorum capitula scire volentibus subscripta inveniuntur:

Sanctorum patrum exempla sequentes . . . donec satisfecerit, communionem careat christiana³.

His synodalibus decretis subscriptis et confirmatis, imperatorem Henricum per legatos suos et scripta secundum praemissum scriptorum tenorem promittentem, se sanctae Romanae ecclesiae iusta servaturum, generalis concilii sententia ab excommunicationis absolvit vinculo, quo in Remensi concilio fuerat ligatus. . . .

c. 9, SS. VII, p. 505; Vers. Gall. c. 18, p. 516;

ANNALES LOBIENSES.

Folia huius tomi quae praecedunt iam prelo subiectis, ordinem antea dispositum relinquamus et ad Annales supra editos revertamur oportet.

Cum Annalium veterum Karolingicorum reliquias in Annalibus Mettensibus vel in codicum fragmentis servatas colligerem, fugit me, quod nuper commentione a sollertissimo fontium huius temporis scrutatore V. Cl. B. Simson scripta¹ edoctus sum, illos etiam in Annalibus Lobiensibus saec. X. esse excerptos; quos G. H. Pertz qui integri ederentur indignos iudicavit (SS. II, p. 193). Et sane codice destitutus editionem Würdtweini (Nova subsid. dipl.-XIII, p. 151 sqq.) mendis refertam repetere vix suum habere potuit. Sed codex in bibliotheca Bambergensi² servatus, ab ipso iam a. 1839 (SS. III, p. 118 n.) indicatus³, nunc me flagitante humanissime Berolinum transmissus, novam et plenorem editionem ut pararem et ita quae supra collecta sunt supplerem, facile mihi persuasit.

E. III. 18 signatus, est membranaceus in 4. maiore, 186 foliis constans, in duabus columnis saec. XI. satis nitide scriptus. Hieronymi chronicon (fol. 1—109) cum continuatione Prosperi excipiunt f. 110. annorum tabula ab a. 457—535, paucis adiectis notis historicis et chronologicis⁴; f. 111. Isidori chronicon brevius; f. 114. Aabbreviatio chronice (finit: qui est annus regni eius 42, imperii autem 8. Sunt autem totius summae ab origine mundi anni us[que] 20 in presentem annum 4761⁴; cf. SS. II, p. 256); f. 117. Incipit de ortu et obitu

^{*)} *Hae sunt:*

	Martianus et Valentinianus ann. 7.	
	457. 1.	
	463. 7.	
	Leo ann. 17.	25
	466. 3. Hildricus gentilis in Frantia regnat.	
	Zenon ann. 17.	
	488. 8. 23.	
	Glodoveus regnat in Frantia.	
	Anastasius ann. 28.	30
	517. 21. 30.	
	Lotharius regnat in Frantia.	
	521. 25. 4. Iustinus senior imperat secundum quosdam.	
Marius.	524. 28. 7. Boetius patritius vel consul in territorio Mediolanensi interficitur.	35
	Sed ⁵ hic secundum alios melius.	
ib.	526. 2. 9. Theodericus rex Gothorum Ravennae moritur. Atalaricus, nepos eius, fit rex.	
	Iustinianus imperat secundum eos qui dicunt, 6. eius anno ordiri circulum Dionisii.	
	532. 8. 15. Hic inchoat cyclus Dionisii.	
	533. 9. 16. Hic Iustinianus melius secundum quosdam imperasse putatur.	40

1) 'Forschungen z. D. G.' Vol. XX. inserenda. 2) Codicem iam s. XII. Bambergae fuisse, docet charta f. 186. manu s. XII. inserta de traditione 'Sancto Georio de Babenbere' facta. 3) Cf. etiam Giesebrecht, 'G. d. D. Kaiserzeit' II. ed. 2, p. 592 (ed. 4. p. 601). 4) Ita etiam cod. Vatic. Christ. nr. 775; Paris. nr. 5009; Celest. nr. 23 (Arch. XI, p. 287. 288); Confluent. (ib. p. 291); com. Ashburnham, Libri nr. 90. 5) Quae ad Iustinum spectant.

patrum; f. 121. *Bedae chronicon de 6 aetatibus mundi, cuius ultimae parti inserta est brevis regum Francorum series et notae ad episcopium Leodiense et monasterium Laubiense pertinentes.*

Bedae vero libro expleto, codex transit ad annales, primum annum ab incarnatione 741. indicantes. Hi sunt quos Würdtwein edidit, eosque, praemissis eis quae Bedae chronico adiecta sunt, ex codice diligenter descriptos hic repetendos duxi. Librarius antiquius exemplar expressisse videtur, in quo describendo a mendis etiam gravioribus non satis cavuit, nonnulla ipse emendans, alia intacta relinquens.

Qui primus hos annales composuit eos praesertim adhibuit, quos in Annalibus Mettensibus repetitos agnoscere licet, ipsos vero valde abbreviavit, nihilominus nonnulla servavit, quae alibi frustra quaeras et quae, quamvis iam a Pertzio selecta sint, nunc litteris latius positae indicari iussi; iis autem annis, quibus in Mettensibus Reginonem exscriptum videmus et aliis fragmentis destituti sumus, solus annalium illorum perditorum, qui Laurissensibus maioribus nituntur, excerpta praebet. Liber num in a. 805. desierit, certo certius indicari nequit, cum ad a. usque 810. cum Annalibus Laurissensibus maioribus nostris ita conveniant, ut tam hos quam librum eis superstructum exprimere possint. Attamen uno praesertim loco tam presso pede auctor Laurissenses illos sequitur, ut vix dubitem, quin et ipsos ad manus habuerit. Praeterea compluribus locis Annales Laureshamenses adhibuit. Postea vero annalibus, ut videtur, destitutus, Theganum excerpsit; inde ab a. 840. proprio Marte res graviores annotavit; denique inde ab a. 874. Annalium Vedastinorum exemplar idque optinae notae nactus, hos integros operi suo inseruit. Sequuntur breves notae usque ad a. 982, quae fortasse ab alio auctore vel a compluribus¹ additae in hoc codice una manu exaratae sunt.

Quae de Lobiensis coenobii fundatoribus et abbatibus referuntur, partim cum Annalibus Laubacensibus (SS. I) conveniunt; nonnulla ad Stabulenses supra (p. 41) editos prope accedunt, in quorum codice etiam maiores locos (l. l. n. 2 sqq.)³⁰ procul dubio ex hoc libro sumptos videmus. Qui eum condidit, Marii chronicon, Historiam quandam Francorum, vitam quandam Sancti Laniberti, Genealogiam Karolingicae familiae ad manus habuisse videtur. Sunt quae suadere possint, ut ipsum Leodii degisse et notas Lobenses post additas esse² statuamus. Certe Leodienses circa a. 1000. scripti, sed non nisi in aliis recentioris temporis³⁵ libris (Ann. S. Jacobi Leod., SS. XVI, p. 635 sqq., Foss. et Leod., SS. IV, p. 9 sqq.) servati³ et Annales quos dicunt S. Bonifacii (SS. III, p. 110) ex his manarunt; praeterea Sigebertus Gemblacensis iis usus est⁴.

Cum Annalibus Mettensibus etiam Chronicon Vedastinum, quod ex codice Duacensi infra edemus, arta necessitudine coniunctum est; idemque ex simili⁴⁰ vel eodem Annalium Vedastinorum codice excerpta deprompsit. Iisdem igitur fontibus, fortasse codicibus auctor quibus Lobiensis usus est, huius compilationem vero minime adhibuit.

G. Waitz.

1) Cf. Giesebrecht I, p. 778; Wattenbach GQ. 'Gött. Nachrichten' 1870, p. 308. 4) V. Hirsch, p. 308. 2) Nam continuam fere episcoporum De vita et scriptis Sigiberti p. 83; Bethmann, SS. VI, 45 Leodiensium exhibet seriem, abbates Lobenses singuli tantum nominantur. 3) V. quae disserui p. 275.

- Theodosius minor
- Tunc sanctus Servatius floruit.**
- Martianus
- Clodio rex Francorum Romanos in Gallia proterit, Cameracum invadit, usque Sannam fluvium omnia preoccupat; de cuius stirpe Merovechus exstitit, pater Hildrici regis. 5
- Leo
- Huius Leonis secundo imperii anno Hildricus rex Francorum paganus in Frantia regnat 23^a annis.
- Zenon
- Zenonis primo imperii anno Clodoveus rex, quem sanctus Remigius baptizavit, regnat in Frantia 30 annis; qui Siagrium, filium Egidii, superavit et codicillos pro consulatu ab Anastasio imperatore et coronam suscepit, habuitque 10 filios quatuor, Clodomeré, non multo post interfecto, cuiusque filios patri interfecerunt, Hildebertum, qui sine filijs mortuus est, Theodericum, cuius filius fuit Theodebertus eiusque filius Teodobaldus; maximus vero 4 fratrum exstitit Lotharius.
- Anastasius
- Anastasio 22^b anno Lotharius, filius Clodovei, de quatuor fratribus unus, regnat in Frantia annis 51. Qui 4 filios 15 reliquit; regnaque Austriae et Neustriae et Burgundiae inter se dividentes, Charibertus sedem habuit Parisius, Guntramnus Aureliani, Hilpericus Suesionis, Sigibertus Remis.
- Iustinus senior
- Iustinianus
- Marius. Iustiniani 37. imperii anno Hilpericus Francorum adeptus regnum, rexit annis 24. Theodebertus rex Francorum 20 Italiam ingressus, Liguriam Emiliamque devastavit. Sub Iustiniano Buccilleus dux Francorum a Narsete interficitur.
- Iustinus minor
- Interfecto Sigiberto, filio Lotharii, de quatuor fratribus uno, qui Remis sedem, habebat, filius eius Hildebertus regnat.
- Tyberius 25
- Hildebertus rex Francorum Italiam ingressus, multa munera a Langobardis accepit sibi que fidelitate promittere compulsi.
- Mauritius
- Mauritii quarto anno Lotharius, filius Hilperici, de 4 fratribus unus, qui sede Suesionis habuerat, regnat in Frantia.
- Focas 30
- Lotharius rex, filius Hilperici, qui sedem Suesionis habuerat, iam mortuo Guntramno rege Burgundionum, patruo suo, qui sedem habuerat Aureliani, mortuo quoque Chariberto, patruo itidem suo, qui sedem habuerat Parisius, defuncto etiam Sigiberto, patruo itidem suo, qui sedem habuerat Remis, filioque eius Hildeberto, cuius mater fuerat Brunhildis, itemque filijs Hildeberti Theoderico et Teodeberto defunctis, ipse Lotharius monarchiam trium regnorum optinuit solus, Burgundiae, Austriae et Neustriae. 35
- Heraclius
- Heraclii 13. anno Lotharius rex Francorum filium suum Dagobertum in Austro regnare direxit Pippino, filio Carlomanni, et sancto Arnulfo anno 39. regni sui.
- Heraclodonas
- Constantinus 40
- Constantinus, filius Constantini
- Constantini anno 4. Dagobertus rex filium suum Sigibertum in Austro regnare misit, Pippino, Ansigisilo et sancto Chuniberto anno 11. regni sui. Hic sancto Remaclo episcopium Traiectense dedit, et Pippino defuncto, Grimoaldus, filius eius, maior domus fit sub Sigiberto adiutorio sancti Chuniberti Coloniensis archiepiscopi, interfecto
- cf. Ann. Stab.
- cf. lb. quodam Ottone, qui ei supplantaverat a duce Alamannorum. Tunc sancta Gertrudis obiit, et monasteria 45 Stabulaus et Malmundus^d constructa sunt.
- Constantinus
- Sub hoc imperatore, defuncto Sigiberto, filius Grimoaldi eidem Sigiberto adoptivus regnat in Austro nomine Hildebertus. Sed Clodoveus rex, frater Sigiberti, qui Dagoberto successerat, Hildebertum abiciens, Hildricum, filium suum minorem, Austrasiis prefecit. Quo tempore sanctus Lambertus extitit et cathedram Traiectensem 50 regendam post sanctum Theodardum suscepit. Tunc et Lotharius patri Clodoveo in regno Neustriae succedit. Quo post 4 annos defuncto, Theodericum Ebroicus in regno sublimat. Quo etiam propter hodium Ebroini expulso, Hildricum de Austro evocatum, favente sancto Leodegario, in regno toto statuunt. Sed interfecto Hildrico, etiam sanctus Lambertus factione Coloniensis episcopi² propter invidiam ex episcopatu eicitur, et Theodericus in regno revocatur. 55
- Iustinianus minor
- Iustiniani 3. anno Pipinus, filius Ansigisi, filii sancti Arnulfi — et Arnulfus quippe fuerat filius Arnaldi, Arnoldus filius Ansberti, qui Blithildem^e, filiam Lotharii, duxit uxorem, — is, inquam^f, Pippinus, filius Begge, quae fuit filia Pippini principis, soror sanctae Gertrudis, fit maior domus totius Frantiae, subiugato Theoderico, qui et Drogonem filium facit ducem Campaniae, minorom^g Grimoaldum ducem sub Clodoveo et Hildeberto, filijs Theoderici. Iustiniano quoque 60 anno 8, quantum conicere potuimus, qui est Clodovei filii Theoderici annus 3, obiit sanctus Remaculus episcopus.
- Leo
- Leonis secundo anno dedicatur ecclesia prima Laobiensis.

a) 33 corr. 23 c. b) 21. corr. 22. c. c) locus c. d) *his c.* e) Blithildam corr. Blithildem c. f) in qua c. 65 g) aior c.

1) Eadem supra p. 41 n. ex cod. Stab. edita sunt. 2) Ita inter Vilaë Lamberti scriptores primus Sigebertus, ut videtur; cf. Acta SS. Sept. V, p. 529; Hirsch, De vita et scriptis Sigiberti p. 294.

Tyberius

Tyberii imperatoris tempore et Hildeberti regis Francorum sub principatu Pippini, filii Ansigisi, constat martirizatum^b se fuisse beatum Lantbertum. Qui quia divino zelo accensus domini^c ipsius Pippini arguebat^d, eo quod Plectrudi legitima uxori, de qua Drogonem et Grimoaldum susceperat, Alpaidam, sororem Dodonis domestici sui, de qua Karolum principem genuit, superduxisset, postquam eum, inquam, publice obiurgavit, eo quod osculum eiusdem meretricis detestatus sit^e, a Iopila villa Leodium villam publicam hospitandi gratia divertens, eadem nocte intra domum ecclesiae coartatus, a Dodone sororis iniuriam vindicante et Pippino consentiente interfectus est. Cuius corpus mane Treiecto deportatum et sepultum, anno post haec duodecimo a sancto Huberto, eius successore, Leodio est reportatum.

Iustinianus secundo

Iustiniano 4. anno Dagobertus regnat. Hildulfus dux obiit anno Domini 707, requiescit in Lobia^{cf. A. Lob.} mon.

15 Phylippicus

Sanctus Ursmarus episcopus et abbas Laubiensis obiit³.

Sub hoc imperatore, regnante Dagoberto iunior, Grimoaldus interficitur ante altare sancti Lantberti mane ad orationem a Rangario Leodi villa publica, et anno sequente moritur Pippinus, relicto Carolo filio superstite, qui et Lotharium puerum regem sibi statuit et Hilpericum, qui Dagoberto in regno successerat, cum Reginfrido fugavit et regna perdit⁴ Francorum ditioni reparavit.

Aqstasius

Hoc tempore constat sanctum Hubertum Leodicensem obiisse et Florebertum, filium eius, successisse⁴. Siquidem laicus fuerat antea beatus Hubertus. Cuius [soror⁴] sancta Oda⁵, uxor Boggis ducis Aquitanorum, multum non solum Leodicense, sed et alia episcopia praediis suis vidua ditavit, ad ultimum in Leodicensi parochia requievit.

Theodosius

Leo

Huius Leonis anno 21. obiit sanctus Florebertus Leodicensis episcopus; cui succedit Fulcaricus.

30 Eodem anno obiit sanctus Erminus episcopus et abba Lobensium⁶. Huius Leonis anno 4.

Teodericus post Helericum regnat in Frantia, et anno 20. eiusdem Leonis Teodericus obiit, et anno 25. eiusdem Leonis Karolus princeps obiit, quinque annis interlapsis post Teodericum sine rege. Sexto demum anno Pippinus et Karlomannus, filii Karoli, Hildricum statuunt regem. Eo anno Constantinus, filius Leonis, in imperio succedit, id est primo anno Hildrici regis Francorum et primo principatus anno Pippini et Karlomanni, filiorum Karoli principis, et ab incarnatione Domini anno 741, indictione 9. Mortuo Karolo, primogenitus filius eius Karlomannus Austriam, Alamanniam, Turingiam; Pippinus vero Neustriam, Burgundiam, Provintiam optinuerunt. Et eodem anno Aquitaniam vastaverunt.

742. Karlomannus et Pippinus Odilonem ducem Baiuvariorum et Tietbaldum ducem Alemannorum, qui in adiutorium eius venerat, Saxones quoque et Slavos commisso praelio super fluvium Lech superant.

743. Hunoldus dux Aquitaniae Ligerim transiens, Carnutis civitatem instinctu Odilonis diruit. Eodem anno Karlomannus Saxoniam vastavit et Theodericum ducem eorum sibi subiugavit.

744. Pippinus et Karlomannus Aquitaniam subiugant, acceptis obsidibus a Hunoldo, qui ipso anno monachus factus est, relicto Waifario filio in principatu. Eodem anno iterum rebellantes Saxones subiciuntur, capto eorum duce Theoderico.

745. Saxones iterum subiugantur, et plurimi eorum baptizantur. Eodem anno Tietbaldus, filius Godefridi, fugatur, et tota Alamannia ducatu Pippini revocatur⁶.

746. Karlomannus Alamanniam hostiliter ingreditur, fuitque ibi magnum miraculum, quod exercitus Francorum exercitum Alamannorum comprehendit atque ligavit absque ullo discrimine belli. Eodem anno confessus est Karlomannus fratri suo, quod vellet monachus fieri.

747. Karlomannus adiit limina beati Petri apostoli, ibique Zacharia papa attentus in clericum, consilio eiusdem pontificis ad cenobium sancti Benedicti in Cassino monte transmigravit ibique monachus factus est. Eodem anno natus est Karlomannus⁷ imperator.

cf. A. Lob.

a) regis add. sed del. c. b) mat. c. c) domini c. d) deest spatio vacante. e) est add. sed del. c.

55 1) Haec prioribus Vitae S. Lamberti scriptoribus haud tradita primum s. X. in vita metrica memorantur, accuratius a Sigeberto et Nicolao s. XII. exponuntur; v. Acta SS. l. l. p. 40; Hirsch p. 297 sqq. 2) Sigebert. l. l. p. 598: *ne abeat insalutata sua coniuge*; Nicolaus p. 614: *eamque debito salutationis officio honoraret.* 3) Cf. Folcuini G. abb. Lob. c. 5, SS. IV, p. 58. 4) Ita V. S. Huberti. 5) De qua cf. Acta SS. Oct. X, p. 139; ubi Vita eius in saec. X. collocatur; sed eam posterioris temporis esse putarim. 6) Haec rectius quam in Ann. Mett. ad fontem recedant. 7) l. e. Karolus Magnus.

748. Pippinus cum exercitu totam paene Saxoniam per dies 40 devastavit et castella eorum destruxit multosque ad fidem convertit. Eodem anno placitum de restauratione ecclesiarum et querimonia pauperum in villa Duria habuit.
749. Pippinus Baiuvariam ingressus, Grifonem, fratrem suum, sibi rebellem, et Lanfridum captos inde abduxit^a et Thassilonem, filium Odilonis, in ducatu Baiuvariae restituit.
750. Burchardus¹ Wirziburgensis^b episcopus et Folloradus capellanus missi ad Zachariam papam renuntiaverunt, melius esse eum regem et dici, qui ius regum teneret. Quapropter Hildricus rex depositus, in monasterio Sancti Medardi est attensus. Pippinus vero sollempniter a sancto Bonifatius archiepiscopo ordinatur in regem apud Suesionis civitatem.
751. Grifo volens facere confugium ad Haistulfum regem Langobardorum, in Alpibus interfectus est. 10
752. Pippinus rex ivit in Goliath et tunc obsidione Narbonam coepit. Sarracenos de tota Golia expulit. Solimam quoque ducem Barcinonae et Gerundiae subiugavit.
753. Pippinus iterum subiugavit Saxoniam, acceptis obsidibus, quod fidem Christi suscipere et 300 equos singulis annis persolverent. Eodem quoque anno Stephanus papa venit in Frantiam, petens auxilium adversus Haistulfum regem Langobardorum, et in monasterio Sancti Dyonisii Pippinum et 15 filios eius Karolum et Karlomannum unxit in reges Francorum.
754. Pippinus rex profectus est Italiam, et Haistulfo acceptis 40 obsidibus, iustitias Stephani papae adimplevit. Karlomannus quoque monachus, frater eius, qui instinctu Haistulfi ad disturbandas iustitias sancti Petri ab abbate suo missus fuerat, apud Viennam urbem obiit. Eodem anno sanctus Bonifatius martyrizatur. 20
755. Pippinus rex iterum ivit Italiam, recepta tertia parte thesaurorum qui erant Papiae a Haistulfo rege; de cetero Langobardos tributarios facit.
756. Haistulfus rex Langobardorum mortuus est, et ex consilio domni Pippini Desiderius elevatur in regem. Constantinus imperator inter cetera^c donaria misit Pippino organum. Thassilo quoque dux 25 Baiuvariorum iuravit fidelitatem domino Pippino in Compendio palatio.
757. Pippinus iterum^d Saxones proterit et ad debitum tributum recompellit.
758. Natus est Pippino filius, cui nomen suum imposuit, sed post duos annos defunctus est.
759. Pippinus propter domesticas regni sui causas corrigendas nullum iter exercuit.
760. Pippinus in Aquitaniam super Waifarum profectus est et iustitias ecclesiarum Franciae 30 quae in partibus illis erant adimplens^e, reversus est.
761. Pippinus Aquitaniam ingressus, Bituricas adquisivit totamque Aquitaniam usque ad Clarum-montem subiugavit.
762. Pippinus tertia vice Aquitaniam ingressus, multa spolia inde asportavit.
763. Pippinus quarto Aquitaniam ingressus, totam vastavit.
764. Pippinus placitum habuit apud Wormatiam et utilitates regni sui tractans, nullum iter exer- 35
- A. Lauresh. cuit. Eo anno dedit Cancor comes Rotgango Mettensi archiepiscopo et suis monachis monasterium quod vocatur Lau-
risca.
765. Pippinus rex pro iustitiis ecclesiarum decernendis nullum iter exercuit, sed apud 40
A. Laur. Attinacum conventum Francorum habuit. Hoc anno allata sunt corpora sanctorum Gorgoni, Naboris, Nazari, et posita singula a Rodegango archiepiscopo^f locis suis. Hoc anno celebravit Pippinus rex natale 40 Domini et pascha Aquisgrani palatii.
766. Waifarum dux omnes civitates Aquitaniae destruxit, quas Pippinus reaedificavit presidiumque 45
A. Laur. Francorum in eis posuit. Eo anno Rotgangu archiepiscopus obiit.
767. Pippinus rex habuit synodum in Salmontiac^g, altercantibus Romanis et Grecis de sancta Tri-
nitate et sanctorum imaginibus, bisque eo anno iter in Aquitaniam habuit et usque Garumnam fluvium 45 cuncta suae ditioni subiecit. Eo anno mors Pauli papae ei nuntiata est.
768. Pippinus Waifarum interfecit; ipse deinceps cum triumpho revertens, in monasterio Sancti 50
A. Laur. Dyonisii defunctus est, ibique a filiis Karolo et Karlomanno sepultus est. Deinceps Karolus Novihomo civitate, Karlomannus Suesiones elevavit in reges Francorum.
769. Karolus rex Aquitaniam profectus, Hunoldum, qui Waifarum succedere voluerat in principatu 55
A. Laur. quique ob moetu Karoli ad Lupum Wasconum ducem confugium fecerat, captum adduxit in Frantiam, et celebravit natale Domini in villa quae dicitur Duria et pascha in Leodio vico publico, ubi³ beatus Lambertus corpore quiescit. Eo anno defunctus est Fulcaricus Leodicensis episcopus; cui successit Agilfridus.
770. Karolus rex habuit synodum in Wormatia, et Berta regina, mater eius, perrexit Italiam, 55
A. Laur. Cum Desiderio rege colloquium habuit, civitates plurimas sancto Petro reddi fecit, filiam Desiderii filio suo desponsandam adduxit.
771. Karolus rex synodum^h habuit Valentianis. Karlomannus, frater eius, defunctus est Salmontiac; 60
uxor eius cum duobus filiis et Otgaro marchione⁴ ad Desiderium regem, patrem suum, confugit.

a) adduxit c. b) Wirzib. corr. Witzib. c. c) cetera delata, ut videtur, littera o c. d) terum c. e) archi epdem 60 manu superscr. c. f) Salmontiac c. g) synodum c.

1) Haec in Ann. Mett. desunt. 2) Ita etiam Cont. Fred. c. 126. 3) Ita etiam Ann. Mett. et fragm. Basil. 4) Ita soli hi annales; sed v. locum in Chron. Moiss. servatum supra p. 29.

772. Karolus rex synodum habuit in Wormatia et inde primum ingressus est Saxoniam et Erisburgum castrum coepit et ad Ermensur^a idolum usque peruenit, ubi divina pietas tale miraculum ostendit, ut in supra dicto, ubi idolum steterat, cum aqua exercitui deficeret, ex arido torrente fons largissimus sine pluvia medio die profueret.
773. Legati¹ Adriani papae venerunt a Karolo rege contra Desiderium regem auxilium petentes. Karolus profectus Italiam, Papiam obsidione circumdedit; ipse Romam peraccessit, ubi et pascha celebravit. Interim² Saxones confinia Francorum irruerunt et multa incendia exercuerunt sed ecclesias in Fridelare, quam sanctus Bonifatius condiderat et quam nunquam cremandam esse predixerat, adhibito igne exurere non potuerunt. Videbatur quippe a duobus iuuenibus albis vestibus indutis defendi.
774. Karolus Roma rediens, Papiam coepit et Desiderium captum cum uxore et filiis exulandum direxit in Frantiam ad locum qui dicitur Pausatio sancti Lanthberti martyris³. Eo anno reversus in Engelheim, ex quatuor partibus aggressus est Saxoniam. Tres quidem partes pugnam inierunt et victoriam adepti sunt, quarta sine proelio cum multis spoliis rediit.
775. Karolus rex iterum Saxoniam ingressus, Sigiburgum castrum cepit, et pars una Saxonum 15 qui dicitur Hosfali, altera Agrari^b, tertia Wesfali sacramenta et obsides dantes, eius se dominio subdiderunt.
776. Karolus Italiam ingreditur, Forum - Iulii recipit, Rotgaudum sibi rebellem interficit, et omnibus prospere dispositis, reversus, Saxoniam aggreditur. Nam rebellaverant et Eresburgum castrum destruxerant, et cum Sigiburgum similiter facere vellent, apparuit manifesta gloria Dei; nam quaecumque iacula adversus castrum intentassent, in ipsis retorquebantur. Ad ultimum apparuerunt supra ipsam basilicam duo scuta ingentia ignei coloris in aere, ipsam ecclesiam defensantes, Karolus, acceptis^c ab eis multis obsidibus, plurimisque ex eis baptizatis^d, victor reversus est.
777. Karolus rex habuit conventum ad Paresbronniam; in qua omnes Saxones eius ditioni se subdiderunt et baptisimi gratiam susceperunt. Solus Widichin^e cum paucis fugit ad Danos.
778. Karolus exercitum in Hispaniam duxit, cuius multitudine tota Hispania contremuit^f, et captis civitatibus multis, Sarracenis fugatis, Hispania tota subacta, Wasconibus et Navarris subiugatis, victor reversus est.
779. Karolus conventum habuit in villa Duria. Hildebrandus dux Spoletinus cum muneribus advenit. Karolus iterum Saxones instinctu Widichin rebellantes aggreditur, multis obsidibus ab eis 30 acceptis, revertitur.
780. Karolus iterum ingreditur Saxoniam, usque Alviam peraccessit, divisitque ipsam patriam inter episcopos A. Laresh. et presbiteros seu et abbates, ut in ea baptizarent et predicarent, necnon et Winidorum^g et Frisonum^h et Nordlendorum multitudo credit. Eodem anno Karolus rex profectus est Romamⁱ, ubi et pascha celebravit, ibique filius b. 781. eius Pippinus ab Adriano papa baptizatus et de sacro fonte est susceptus; postea vero in regem Italiae est unctus, 35 Lodovicus, frater eius, in regem Aquitaniae ab eodem pontifice.
781. Karolus rex Roma rediit, et filia eius Gisla a Thoma Mediolanensi archiepiscopo baptizata, ab eodem de sacro fonte suscepta est.
782. Karolus conventum habuit iuxta Lippiae fontem. Saxones supplices ad eum convenerunt, 4 milia 500 viros, qui eodem anno missos eius interfecerant, regi puniendos tradiderunt.
783. Hildigardis regina obiit, Fastradam^k sibi rex in coniugium^l solavit. Saxones rebelles bis eo anno pro- A. Laur. triti sunt, et multa milia interfecta. Berta regina, mater regis, defuncta est et^m sepulta in monasterio beati Dyonisii iuxta Pippinum coniugem suum.
784. More solito iterum Saxones rebelles extiterunt, et de eis bis eo triumphatum est.
785. Witticus cum multis Saxonibus ad Adiniam villam venit in presentia regis, ibique baptizati sunt; A. Laur. 45 sicque tota Saxoniam in ditione Francorum redacta est.
786. Brittones vectigales fiunt, et tota Britannia Francorum ditioni subicitur, et Karolus rex Romam proficiscitur.
787. Beneventum subiugatur, et Karolus rex Roma reversus, conduxit exercitum in Bavariam, per tres partes ingressus, et superatis omnibus et obsidibus acceptis, reversus est. Eo anno defunctus 50 est Agilfridus Leodicensium episcopus; cui successit Gerboldus.
788. Thassilo dux Bavavorum convictus et confessus regiae potestatis reus in Hengelheim capi- et A. Laur. tali sententia dignus iudicatur, sed clementia regis vita ei conceditur, et cum filio Theodonoⁿ in clericum tonsoratur. Quater eo anno triumphatum est de gente Avarorum, id est Hunorum.
789. Karolus rex duxit exercitum in partibus Sclavorum, ubi multas gentes Sclavorum subiugavit.
790. Karolus rex a Sclavis reversus, utilitates^o regni sui disponens, nusquam eo anno 55 duxit exercitum.
791. Karolus venit ad Regnesburg, deinde cum magno exercitu Avaros aggressus^p, victoriam consecutus est.

a) Ita c., ubi idolum eodem manu superacr. c. b) Ita pro Angarii c. c) acceptus c. d) baptizatus corr. baptizatis c.
60 e) Widechia corr. Widichin c. f) et corr. ut c. g) Frisonum corr. Frisonum c. h) Fuatr. corr. Fastr. c. i) sibi
ferum add. c. k) Theodono ut videtur corr. Theodono c. l) utilitatis corr. utilitates c. m) egr. corr. agr. c.

1) Cf. Chron. Moiss. supra p. 28. 2) Ita etiam Mett. et fragm. Bern. supra p. 30. 6) Ita cum
Ann. Mett. supra p. 29. 3) Ita soli hi annales, Ann. Laur. mai. et Mett.
4) Ita etiam Ann. Mett. l. i. 5) Ita etiam Ann.

792. Karolus rex pascha in Regnesburg celebravit, ubi et Felitiana hereses primo condempnata est. Qui Felitianus per Hengelbertum abbatem Adriano papae Romae praesentatus, iterum condempnatus est.

793. Legati Adriani papae cum magnis muneribus regi presentati sunt. Tunc nuntiatum est regi, Saxones a fide defecisse, apud Sanctum Chilianum in Wirzenburg natale Domini celebranti^b.

794. Karolus rex synodum magnam habuit in Franconovort, scilicet episcoporum Galliae et Germaniae et Italiae, ubi tertio condempnata est heresis Felitiana; ubi et afferunt legati Adriani papae, id est Theophilactus et Stephanus episcopi.

795. Karolus rex Saxones ex magna parte afflixit, terras devastavit, et obsidibus acceptis, reversus est.

796. Adrianns papa obiit; cui Leo successit, qui cum multis muneribus claves etiam Confessionis sancti Petri et vexillum Romanae urbis Karolo direxit. Eodem anno Heiricus dux Foriuliensis Pannonias spoliavit et thesaurum priscorum regum multa saeculorum prolixitate collectum ad Aquis palatium Karolo regi misit, qui partem eius per Angelbertum^c Romae sanctorum locis direxit, partem per reliquas ecclesias regnorum suorum, partem quoque pauperibus, partem reliquam fidelibus suis distribuit. Eo anno Thudon, qui partem maximam Hunorum regerat, regi se cum populo suo subdidit, et baptizati sunt. Rex vero Pippinum, filium suum, in Pannonias direxit; qui omnibus depopulatis, cum reliquo thesauro reversus est.

797. Adella rex Saracennorum se regi subdidit. Legati quoque imperatoris Constantinopolitani^d ad regem venerunt pro concordia inter Greecos et Francos stabilienda. Rex Adellam Saracennum cum filio suo Loduwico^e ad Ispanias reverti fecit, Pippinum ad disponendam Italiam misit, ipse in Saxopia hiemavit.

798. Venerunt legati Hadefonsi regis Galitiae et Asturiae papilionem mirae pulchritudinis presentantes. Qui, Elisipona ultima civitate Ispaniae depredata, insignia victoriae, id est loricas multas et Mauros captivos et mulos Karolo regi misit. Michael patritius Frigiae et Theophilus presbiter epistolam^f Herenae imperatricis detulerunt pro pace inter Greecos et Francos confirmanda.

799. Romani Leonem pontificem excecaverunt, qui fuga lapsus, in loco qui dicitur Paresbronna ad regem venit. Eodem anno legatus Michabelis imperatoris venit et cum honore dimissus est. Gens Avarorum a fide defecit. Et Heiricus dux Foriuliensis et Geroldus prefectus Alamanniae et Bawariae ab eis interfecti sunt. Britannia per Widonem comitem iterum in deditionem accepta. Baleares insulae a nostris defensae et receptae, et Mauri inde fugati sunt. Patriarcha Hierosolimitanus monachum quendam cum reliquis de sepulchro Domini ad regem direxit.

800. Rex Hierosolimitanum monachum remisit, cum quo et Zachariam presbiterum cum multis donariis direxit. Rex Italiam ingressus, Romam peraccessit, Leonem papam sedi suae restituit; ubi et Zacharias presbiter cum duobus monachis a Hierosolimis reversus, claves dominici sepulchri ab Calvariae loci, claves etiam civitatis et montis Syon^g cum vexillo detulit.

801. Karolus rex ante Confessionem beati Petri ipso die natalis Domini ad missam a Leone papa coronam imperialem suscepit et a cuncto Romano populo imperator et augustus appellatus est. Et depositis pro quibus venerat tam Romaniae quam totius Italiae publicis et ecclesiasticis, reversus est. Eodem anno terremotus magnus exitit, quo tectum basilicae beati Pauli apostoli corruit. In Germania quoque et Gallia quaedam loca propter Rhenum tremuerunt, et pestilentia magna hominum et peccorum propter molliem hiemis exitit.

802. Hirene imperatrix misit legatum de confirmanda pace. Remisit vicissim Karolus imperator Iesse Ambianensem^h episcopum et Hilgandum comitem, ut idem inter Greecos et Francos statuerent. Eodem anno Isaac Iudaeus reversus est a rege Persarum cum magnis muneribus et elefante cui nomen erat Abulabaz.

803. Venerunt legati Nicophori imperatoris, qui eodem anno factus fuerat imperator, deposita Hirene. Venitⁱ quoque Fortunatus patriarcha de Gretia, afferens inter cetera donaria duas portas eburneas, mirifico ordine sculptas. Eo^j anno Pannonia cum finitimis regnis sub ditione imperatoris redacta est.

804. Imperator^k Saxoniam ingressus, et Sclavorum causas discussit et regem illis^l prefecit, et Saxonum quosque, et maxime eos qui in Wigmoti^m commorabantⁿ et frequentibus maleficiis populum Saxonum a via veritatis avertabant, per diversas Galliae partes ad habitandum dispersit. Eodem anno Leo papa a Roma venit; cui imperator Rhemis cum laetitia occurrit.

805. Imperator^o expeditionem in Beheim per tres turmas direxit, cui Karolum filium suum praefecit. Qui, vastata^p omni regione et omnibus subactis, interfecto rege eorum, cum gaudio reversus

a) ad corr. a c. b) celebrantem corr. celebranti c. c) Hangelb. corr. Angelb. c. d) Constantinopolitani corr. Constantinopolitani c. e) Lodow. corr. Loduw. c. f) ita c.; t. e. prope. g) Ambianensem c. h) littera q ante w deleta c. i) commonebant c. k) vasta l c.

1) Haec ad verbum cum Ann. Laur. mai. conveniunt. 2) Cf. Chron. Moiss. cod. Anian., SS. I, p. 305. 60
3) Ita quoque Ann. Mett. I. I. p. 32. 4) Cf. ibid.

- est. Eodem anno Gaganus princeps Hunorum, quia propter infestationem Sclavorum in pristinis aedibus esse non poterat, petiit ab imperatore, ut sibi cum populo suo locus ad habitandum inter Sabariam et Carnuntum daretur; quod et impetravit. et A. Laur
mi.
806. Facta est a domno Karolo imperatore ordinatio de ducibus tam Venetiae quam Dalmatiae. Deinde conventu omnium fidelium suorum habito, divisit omnia regna sibi a Deo tradita inter tres filios suos Karolum, Pippinam et Lodovicum, quod et scripto mandavit et roborandum omnibus fidelibus suis tradidit, sed et papae Leoni confirmandum Romam direxit.
807. Natus est imperatori filius nomine Theodericus. Legatus regis Persarum nomine Abdella cum monachis, qui de Hierusalem legatione Thomae patriarchae fungebantur, quorum nomina fuere Georgius et Felix — hic Georgius est abba in monte Oliveti, et cui patria Germanis est, qui etiam proprio vocatur nomine Egibaldus — ad imperatorem pervenerunt, munera deferentes, quae praedictus imperatori miserat, id est papilionem et tentoria vario colore facta mire magnitudinis et pulchritudinis. Erant enim byssina tam tentoria quam et funes eorum, diversis tincta coloribus. Fuerunt praeterea munera praefati regis pallia serice multa et pretiosa et odores atque unguenta et balsamum necnon et orologium ex auricalco arte mechanica mirifice compositum, in quo duodecim horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem aereis pilulis, quae ad completionem horarum decidebant et eam suo-subiectum sibi cymbalum tinire faciebant, additis in eodem eiusdem numeri equitibus, qui per duodecim horarum fenestras, qui prius erant apertae, clauderant, necnon et alia multa erant in ipso horologio, quae nunc enumerare longum est. Fuerunt praeterea inter praedicta munera candelabra duo ex auricalco mire magnitudinis et proceritatis; quae omnia Aquis palatio ad imperatorem delata sunt.
808. Hiems mollissima atque pestilens fuit, et domnus imperator filium suum Karolum cum exercitu in partes Sclavorum direxit, qui Godefridi regis Danorum conatibus resisteret. Eodem anno Hardulfus rex Nordanenbrorum, pulsus regno et patria, per legatos Romani pontificis, id est Leonis, et per auxilium domni imperatoris regno suo restituit.
809. Imperator concilium habuit de processione sancti Spiritus, quam questionem Iohannes quidam monachus Hierosolimis primo commovit; cuius definiendae causa Bernharius episcopus Wormacensis et Adalhardus abbas monasterii Corbeiae Romam ad Leonem papam missi sunt.
810. Pippinus rex Italiae, perfidia ducum Veneticorum incitatus, Vinetiam bello terra marique iussit appetere. Subiectaque Vinetia a ducibus eius in deditionem acceptis, eandem classem ad littora Dalmatiae vastanda direxit; qui et eodem anno defunctus est. Godefridus quoque Danorum rex a quodam satellite suo interfectus est. Duas legationes eo anno imperator pro pace confirmanda suscepit, unam de Corduba regis Hispaniae, alteram Nicolfori imperatoris. Gerbaldus Leodicensium episcopus obiit; cui Walcaudus successit.
811. Domnus imperator consensu filiorum suorum Karoli et Lodowici Bernardum, filium Pippini, regem Italiae pro patre suo restituit.
812. Karolus, primogenitus domni imperatoris, dolore capitis ab oculis affectus est. Deinde ipso anno cum luctu omnium defunctus est.
813. Karolus imperator voto et electione omnium fidelium suorum filium suum Lodovicum regem Aquitaniae consortem imperii fecit et post se sceptrum imperii regenda mandavit statimque eum in Aquitaniam remisit, ut deinceps, quod reliquum vitae superesset, orationi et elemosinis librisque corrigendis sollicitus impenderet.
814. Karolus imperator Aquisgrani palatii post assuetum balneum valida febre correptus decubuit, septimo die, saera communione percepta, decessit, anno aetatis suae 72, regni 47, 5. Kalend. Februarii, hora diei tertia, sepultus in ecclesia Aquensi.
815. Lodovicus imperator rediens ab Aquitania, imperium patris integre possedit et thesauros omnes et suppellectilem ipsius, ut in descriptione testamenti, quod ante triennium pater eius fecerat, invenit, sine cunctatione distribuit.
816. Legati regnorum et provinciarum, quae pater eius tenebat, ad eum Aquisgrani palatii venerunt, eius se ditioni et dominio subdentes.
817. Iussit Lodovicus imperator renovari omnia precepta et concessionem patrum suorum, et ipse manu propria resignavit. Venerunt etiam legati Beneventorum eius se dominio subdentes, multa milia aureorum per annos singulos se promittentes persolvere.
818. Venit Bernardus, filius fratris eius Pippini, et fidelitatem cum tota Italia partibus imperatoris iuravit.
819. Misit Lodovicus imperator diligenter investigare per omnia regna sua, ne aut inbecillior a potentiore aut pauperior a divite tam in publicis quam in ecclesiasticis obprimeretur, mittens unicuique provinciae archiepiscopum unum, comites plures.
820. Habuit Lodovicus imperator generale placitum in partibus Saxoniae, ubi Dani pacem postulaverunt; et exeditio in Sclavos directa est.
821. Leo papa defunctus est; cui Stephanus successit. Qui et eodem anno Frantiam venit et in Remensi urbe exceptus honorifice, domnum Lodovicum in imperatorem denuo consecravit.
822. Stephanus papa obiit et quibusdam miraculis post obitum claruit. Cui Paschalis papa successit.
823. Lodovicus imperator Lotharium, primogenitum filium suum, consortem imperii fecit, indignis ceteris filius eius. Eodem anno rebellavit Bernardus rex Italiae.
824. Lodovicus imperator venit in Burgundiam Cavillonis ibique Bernardum custodiam mancipavit; domestici vero domni imperatoris absque scientia ipsius eum exceperunt. Episcopi depositi, laici condemnati, qui pariter conspiraverant.
- 83 a) Eigib. vel Eigib. corr. Egib. c. b) c. fuerunt. Praeterea c. c) praefatigati c. d) veteb. c. e) feneras c., ubi verba: completis horis exiebant et impulsu ogressionis suae totidem fenestras desunt. f) candelabra c. g) Bernhanus superscr. littera r c. h) a c. i) dedictionem c. k) eadem c. l) concensu c. m) eff. c. n) Lodow. corr. Loduw. c. o) imperatore c.

- Theg. c. 24. 825. Lodowicus imperator, fratres suos de concubinis Drogonem et Hugonem in clericos totondit. Quibus liberalibus disciplinis imbutis^a, Drogoni dedit episcopium Mettensem, Hugoni coenobium sancti Quintini et Laubiense et plura alia.
- c. 25. 826. Imperator abiit in Britanniam, ducem eorum Marcomatum interfecit, gentem illam suo imperio^b subiugavit.
- c. 26. 827. Irmengardis imperatrix defuncta est, quae genuerat imperatori Lotharium, Pippinum et 5
Lodowicum. Post haec [acceptit] Iudith de gente Baiuvariorum, quae ei genuit Karolum Calvum.
- c. 27. 828. Expeditione facta contra orientales Saxones et Sclavos, omnis terra eorum vastata est et subiugata.
- c. 28. 829. Lotharius imperator accepit in coniugium filiam Hugonis superbissimi comitis; de qua genuit Lotharium, postea excommunicatum, et Ludowicum, postea imperatorem, et Karolum.
- c. 29. 830. Lodowicus imperator habuit generale placitum Atinisco ibique Lothario dedit regnum Italiae. 10
- c. 30. 831. Misit imperator legatos Roma Adelongum et Hunfridum ducem, in quorum presentia de obiectis purificavit
- c. 31. se Pascalis papa; qui eodem anno obiit. Cui Eugenius successit. Imperator iterum Britanniam vastavit. Eodem anno obiit Walandus episcopus Leodicensis; cui successit Erardus.
- c. 32. 832. Legati Vulgarorum cum muneribus venerunt, et Heroldus rex Danorum cum uxore baptizatus est ab imperatore et imperatrice. Eodem anno pugnatum est cum Saracenis et triumphatum. 15
- c. 33. 833. Lodowicus imperator dedit Karolo ex Iudith nato Alamanniam, Rhetiam et partem Burgundiae, indignantibus Lothario, Lodowico et Pippino.
- c. 36. 834. Pippinus venit Compendio palatio ad patrem dolose voluitque eum a regno expellere. Eodem anno Lodowicus imperator a filio suo Lothario sacramentum fidelitatis exegit.
- c. 37. 835. Lodowicus imperator abiit obviam filiis suis dolose ad se venientibus in campo magno, qui est inter Argentinam et Basileam, sed nihil horum quae petebant concessit. Affuit illic Gregorius papa munerans imperatorem, remunerandus ab ipso.
- c. 42. 836. Iudith imperatrix vi velata a privignis custodienda dirigitur ad Dertonam^d Italiae civitatem. Lodowicus imperator comprehenditur, et Pippino discedente in Aquitania, Lodowico in Baiuvaria, a Lothario in Aquas usque deducitur ibique recluditur. 25
- c. 48. 837. Lotharius timore fratris Lodowici ad Compendium cum patre devertit. Quem insecutus Lodowicus cum Drogone Mettensi episcopo et ceteris fidelibus, fugam inire compulsi et per Aquis reductum in sede sua resituit, Ebonem, degradatorem eius, Remensem episcopum, custodiam mancipavit.
- c. 51. 838. Lodowicus imperator coniugem suam recepit. Lothario filio induisit, sacramento ab eo accepto, ut Italiam 30
iret nec inde superstitit se ulterius rediret. Pippinus obiit.
- c. 53. 839. Lodowicus imperator quod reliquum vitae sibi supersedit divinis cultibus mancipavit, utilitati ecclesiarum, iustitiis pauperum, commodis regnorum suorum curam indulgens.
840. Lodowicus imperator pius et pacificus obiit 12. Kal. Jul., sepultus in ecclesia Mettis.
841. Defuncto Lodowico imperatore, reversus Lotharius ab Italia, Pippinus, filius 35
Pipini, ab Aquitania, filii Hildegardis, voluerunt Karolum, filium Iudith, privare ex ea parte, quam sibi concesserat pater, et secundum id testamentum, [quo] Karolus, avus eorum, fecerat patri et patruis^e eorum per tres portiones inter se regna dividere. Quapropter apud Autisiodorenses^f pagum in loco qui dicitur Fontanith grave praelium commissum est inter eos, quod in toto orbe terrarum pertonuit, et magna strage pugnatum et a neutra 40
parte triumphatum, tandem pacificati per quatuor tetharchias^g regna dividunt.
842. Erardus Leodicensium episcopus obiit; cui Harcharius succedit.
849. Bellum fuit inter Pippinum, filium Pippini, et Karolum.
850. Canda^h oppidum vastatum est a Normannis.
852. Harcharius episcopus Leodicensis obiit; cui Franco successit. 45
855. Lotharius imperator, qui mutato habitu Prumiae monachus factus fuerat, obiit 3. Kal. Octob.; cui aequivocus filius suus Lotharius successerat, qui eo anno Tiethbergam, sororem Hucherti abbatis, duxit uxorem.
858. Lotharius rex contra Huchertum, cognatum suum; duxit exercitum in Burgundiam, et Lodowicus adversus Karolum, fratrem suum. 50
864. Hic depositi sunt Tiethgaudus Treverorum et Gontharius Coloniensium archiepiscopi a Nicolao papa, eo quod communicaverant Lothario pro relicta uxore Tietberga excommunicato.
870. Lotharius, sicut iam supra dictum est, relicta uxore legitima nomine Tietberga, sorore Hucherti abbatis, Waldradam superduxerat. Pro qua re Franco episcopus Romano 55
papae legatos suos direxerat, id est Bericonem clericum Leodicensem et Tietherum monachum Laubiensem, quos et ordinari episcopos ad vices suas supplendas petiit, ut, quia ipse

a) imbutus c. b) imperio sibi iterum add. sed del. c. c) deest c. d) ertonam post superster. di c. e) locus vacat. f) patruus c. g) Autisio oltorenses c. h) ita c.

1) Gent; cf. Ann. Bert. a. 851.

multa bella contra Nortmannos egerat, vices eius supplerent^a. Lotharius vero Romam vocatus et excommunicatus, in Placentia reversus, diem clausit extremam.

874—900. *Annales Vedastini*^b.

896. Arnulfus rex Romae imperator efficitur.

899^c. Arnulfus imperator obiit; cui Luduicus filius puer successit.

901^d. Obiit Franco Leodicensium episcopus; cui successit Stephanus. Eodem anno propter insolentiam morum interfectus est Zuendibohch rex a Lothariensibus. Quicumque tamen in ea conspiratione et bello hostium eius vulneratus est, aut mortem in praesenti non evasit, aut numquam sanari meruit.

906. Cuonradus cum Adalberto pugnans occiditur.

910. Gens Ungrorum primo Germaniam vastant.

911. Loduwicus rex, filius^e Arnulfi, obiit; cui Cuonradus succedit. Et Ungri orientale Frantiam devastant.

912. Karolus, iam tandem occidentalium rex, regnum etiam Lothariense recepit.

918. Conradus rex obiit.

919. Henricus fit rex.

920. Stephanus episcopus Leodicensium obiit, et disensio inter Hilduinum et Richarium de episcopo fit; et quia Hilduinus factione tantum Gisleberti ducis, qui a fidelitate domini sui Karoli refragaverat, illud adeptus erat, Richarius autem a Karolo consecutus erat, auctoritate papae Hilduinus abicitur.

922. Richarius voto et electione cunctorum Leodicensium episcopus instituitur. Eodem anno Rothbertus, frater Huodonis regis^f, regnum occidentale contra dominum suum Karolum invasit.

923. Karolus adiutorio Lothariensium apud Suessionis civitatem bellum cum Rothberto iniiit, in quo Dei iudicio Rothbertus occubuit. Eodem anno Karolus cum Henrico rege Germanorum foedus iniiit, et ob^g amorem Henrici Lothariensi regno cessit. Iuratum est utrimque ab episcopis et comitibus in medio Rhemi fluminis apud Bonnam¹.

924. Karolus rex ab Heriberto² comite comprehenditur et Theoderici castello², deinde Peronae custodiae mancipatur; ubi post biennium exul et martyr vita decessit³.

*) *Praecipuas lectiones etiam a Duacensi confirmatas³ offeram:*

a. 877 (SS. II, p. 196) l. 35: subito eis nuntiat; l. 39: munera quae sancto deportabat Petro dedit; l. 43:posito 2. Non. Oct. — autem 2. vitam finivit presentem. Corpus vero eius in eodem regno in.

a. 879 (p. 197) l. 18: *desunt* cognomento Bonus; l. 20: aetatis suae circiter 20.

a. 881 (p. 198) l. 49: monasterium nostrum⁴; (p. 199) l. 27: perpauci Dani qui evasere interitum. l. 34: Karolus — indeptus est ad a. pertinent 882.

a. 882 (p. 199) l. 40: eosque Haslao obsedit.

a. 886 (p. 202) l. 41—44. in codice leguntur.

a. 888 (p. 204) l. 33: nimis afflicti.

a. 892 (p. 206) l. 18: re autem vera Flandris petiturus; l. 19: antecessit regem venitque in Bruociam atque; l. 31: quae mala,

a. 893 (p. 206) l. 50: Francia. Odo vero remansit in Aquitania.

a. 895 (p. 207) l. 26. et post *semper*: Zuendebolchum; l. 48: coramque eius sepulchro.

a. 896 (p. 208) l. 11: volens partem regni, quam eius fideles tenerant, Karolo concedere.

a. 897 (p. 208) l. 28: Duinio (*Duac.*: Duninio); l. 32: partem aliquam ei ex paterno regno concederet; l. 39: in multitudine fidentes omnes reliquos (*D.*: reliquos).

a. 898 (p. 209) l. 4: insuper et Willelmus *desunt*; l. 6: iuxta quandam insecutus a. s. i. predonisque vulneratis N. l. m. s. loca inopportuna tenente rediere ad naves. Castrum quod dicitur Mostorio vel Inguer obsederunt. Nortmanni Britanniam petierunt, ut ibi hiberno tempore nemorarent. Sed Britanni adunati contra eos in praelium, terga verterunt Nortmanni, cecideruntque ibi ex eis fore 14 milia, atque ita rediere ad naves in Sequana.

a. 900 (p. 209) l. 38: unusquisque in sua *desunt*.

a) appl. c. b) 899. corr. 900. c. c) corr. 902, et ita deinceps unum addit annum manus recentior. d) bis scr. c. e) ab c. f) anerib. corr. ab herib. c. g) discessit corr. decessit c.

1) a. 921; cf. LL. II, p. 16. Sed minime tunc a. 1871. adnotatas. 4) i. e. S. Vedasti; quod prae-Karolus regno Lotharii cessit. 2) Chateau-Thierry. ferendum esse, Dehaisne p. 555. probavit.

3) Et partim a Dehaisne in editione quam paravit

SS. T. XIII.

925. Rodulfus regnat in Frantia.
 icus, filius Karoli, mare transiit; postea regressus, licet erumnose, adiutorio tamen quorundam suorum, regnum recepit occidentale.
929. Edit regina venit Saxoniam.
937. Heinricus rex pacificus obiit; dominus noster Otto succedit.
938. Heinricus rex pacificus obiit; dominus noster Otto succedit.
941. Otto de insidiis conspiratorum apud Quinteleburg liberatur, aliis interfectis, aliis exulatis.
942. Gislebertus habens in matrimonio sororem domini sui nomine Gerbergam, sed ei rebellis existens, cum Everardo^a periit¹. Eodem anno² Loduwicus rex uxorem eius sibi in matrimonio copulavit.
943. Stella cometes apparuit, et fames subsecuta est.
945. Obiit Richarius Leodicensium episcopus. Cui successit Uhogo.
946. Edith regina obiit.
947. Obiit Uhogo episcopus; cui successit Farebertus.
951. Liutdulfus rex cum Cuonrado duce insurrexit adversus patrem.
952. Bellum fuit inter Cuonradum et Kainerum supra Mosam.
953. Obiit Farabertus Leodicensium episcopus; cui successit Ratherius.
954. Ungri partem Galliarum vastant. Eodem anno Loduwicus rex obiit; cui Lotharius, filius suus, succedit.
955. Ratherio eiecto, Baldricus Leodicensium episcopium subripit.
956. Liutdulfus rex³ in Italia diem clausit extremam. Eodem etiam anno Bruno, frater eius parvulus, obiit, et dominus Otto victoriam de Ungris obtinuit, ubi et Cuonradus dux occubuit.
959. Obiit Baldricus Leodicensium episcopus; cui succedit Everacrus.
961. Dominus noster Otto, aequivocus patris, consors paterni regni asciscitur et septiformi gratia Spiritus sancti donatur in palatio Aquensi, septem ebdomadibus a pascha transactis, die pentecosten et hora qua Spiritus sanctus super discipulos venit, 7. Kalend. Iun., luna 7, anno aetatis suae 7.
962. Dominus Otto senior Italiam iit, cuncta subigit, Romam peraccedit; ubi et imperator fit.
965. Bonae memoriae et sancte recordationis dominus noster Bruno archiepiscopus hominem^b exivit.
968. Dominus noster Otto rex Italiam a patre evocatur atque ab eo Romae consors imperii sollempniter asciscitur. Eodem anno Mathildis regina, mater imperatoris, obiit.
969. Hoc anno imperator natale Domini in Apulia, pascha in Calabria celebravit.
970. Hoc anno natale Domini Papiae, pascha Ravennae celebravit.
971. Obiit dominus Everacrus Leodicensium episcopus mense Octobr., 6. Kalend. Nov. Hoc anno natale Domini Romae, pascha Ravennae celebravit.
972. Dominus noster Notkerus mense Aprili octavis paschae et 9. Kalend. Mai apud Bonnam a domno Gerone archiepiscopo instituitur Leodicensium episcopus. Hoc anno imperator natale Domini Ravennae, pascha Romae celebravit, ubi tunc equivoco^c atque imperatori suo Theophani nomine, ab apostolico Iohanne coronata, in legitimo^d matrimonio est sotiata.
973. Dominus noster Otto imperator augustus, pius et pacificus, qui in omni gloria sua non vidit confusionem, postquam natale Domini in Franconovort et pascha in Quitelingeburg celebravit, Non. Mai. hac vita decessit, relinquens nomine et opere, sapientia et potestate aequivocum suum sui imperii superstitem.
974. Hoc anno imperator natale Domini publica villa Traiecto celebravit, pascha in Quitelingeburc.

a) Eduardo c. b) hominem c. c) equoco c. d) legitime c.

1) a. 939; cf. Ann. S. Iacobi Leod., SS. XVI, p. 637. qui haec a. 938. exscribunt. 2) Ann. S. Iacobi l. l. recte a. 939. 3) Ita etiam Ann. S. Bonif., SS. III, p. 118.

975. Hoc anno natale Domini in villa Polida, pascha Grani palatio celebravit.
976. Hoc anno natale Domini in Herestein, pascha in Altstede celebravit.
977. Hoc anno natale Domini Coloniae, pascha in Engeleim celebravit.
978. Hoc anno natale Domini Torenburc, pascha in Quitelinge bure celebravit.
979. Hoc anno natale Domini in Franconofort, pascha in Trutmonnia celebravit.
980. Hoc anno natale Domini in Polida, pascha in Engeleheim celebravit.
981. Hoc anno natale Domini Ravennae, pascha Romae celebravit.
982. Hoc anno natale Domini in Salerna, pascha in Tarente celebravit.

ANNALIUM SALISBURGENSIUM ADDITAMENTUM.

ED. W. WATTENBACH.

Monaci degentibus nobis nuper a bibliothecae publicae praefectis oblatus est codex Lat. 24571 (olim ZZ 1571), chart. in quarto, saec. XV. mendose scriptus, humiditate passim maculatus et pessumdatus. Primo loco ibi scripti sunt annales, qui pretio non carere videbantur. Quos cum Berolinum benigne transmissos accuratius inspexissem, priorem quidem et maiorem eorum partem usque ad a. 1187. ad verbum fere convenire intellexi cum codice monasterii Voroviensis nr. 111, quem olim in edendis Annalibus Austriae adhibueram, extrema autem nova esse et incognita; neque vero in priori parte deerant quaedam, quae huic libro propria essent, et ad communem illum fontem referenda, qui etiam in Ann. Salisburgensibus fuit excerptus¹. Itaque initium faciunt Annales Mellicenses cum continuatione illa a. 1075—1139 (SS. IX, p. 608—613), quam primam Claustro-neoburgensem dixi, quales leguntur in codice illo Voroviensi, aucti additamentis, quae Auctarium Garstense inscripsi (ib. p. 562—569). Nonnulla autem, quae singula monasteria, Mellicense, Garstense, Admuntense attingunt, ommissa sunt, et illa tantum quae de sede Salisburgensi agunt retenta.

Accedunt per prima aerae nostrae saecula quaedam de pontificum Romanorum successione et patriarcharum serie et de martyribus nonnullis, quorum vestigia etiam in Annalibus S. Rudberti Salisburgensibus manserunt. Sed haec nullius sunt pretii.

Sequitur continuatio quam Admuntensem dixi (p. 580—586) usque ad finem anni 1187, qualis in codicibus A 1 et A 2, id est in Garstensi et in Voroviensi legitur, quae propius quidem ad Voroviensem accedit, aliquoties vero ea quae continet, quae in solo Garstensi leguntur. Ea autem quae res in monasteriis illis gestas attingunt et hic ommissa sunt.

Porro inde ab a. 1187. usque ad a. 1322. sequitur continuatio parvi pretii, sed quae de Richardi regis Anglici expeditione relationem continet non spernendam, etsi fabulis plurimis sit repleta. Hanc igitur hic proponimus, praemissis paucis illis additamentis, quae codici nostro propria sunt.

Monendum est autem, codicem et mendis scatere quam plurimis et annorum numeris esse destitutum. Rubricator enim postquam usque ad a. 254.

1) Ad a. 530. in cod. nostro recte scriptum est *Grece*, turbata sunt, in nostro recte legitur: *Reginoldus non Greci*; a. 717. legitur: *fili*; a. 728, et 739. *Hugibertus*; a. 767: in episcopum Iucaensis ecclesiae *Kal.* et ecclesiam ibidem magnam; a. 874. *Petare*; a. 898. *Wentsestus*; a. 930. episcopus; a. 935. *Udalricus*; a. 938. *clarus habetur*; a. 972. *sanctus Wolfgangus* (sed a. 994. *sanctus deest*); a. 988, ubi illic verba *musicus, qui hystoriam cantus de sancto Nicolao edit, Eychstetensis episcopus, obiit, cui Mengos succedit*; a. 1002. *Nuenburch*; a. 1048. *seu Chuono desunt*; a. 1052. legitur: *in nova cripta positus est*; a. 1102: *primo est dedicatum*; a. 1132. recte *Brizennensis, non Briziensis.*

numeros adscripsit, cum marginem non sufficere videret, et cuinam sententiae singuli numeri adscribendi essent nesciret, a coepto opere destitit. Praeterea plurima quidem, quae aquae damno evanuerunt, legi poterant, pauca vero quaedam, quae desperata videbantur, chymico liquore adhibito apparuerunt.

W. Wattenbach.

AUCTARIUM CODICIS MONACENSIS.

- [508.] Hoc tempore gens Noricorum seu Bavarorum primitus a suis sedibus per Gothos expulsa revertitur etc.
- [588.] Hic¹ Rudbertum tulit in Wavariam.
- [792.] Alquinus doctor abbas, alias Albinus, magister Rabani.
- 10 [793.] Horribile² portentum in Francia visum est. Inmensi aggeres de omni genere granorum atque frumentum inventi sunt cumulati. Unde si aliquod iumentum gustasset, moriebatur. Farina inde facta sub manibus disparuit. Eodem anno ingens opus iussu Karoli inutititer fiebat a Wavarorum et Francorum et Swevorum multitudine, volentes flumen Katensa et Alchmona^a dirivare per fossata in Danubium, ut navigio hac et illac posset transiri. Set nec prudencia nec consilium est contra Dominum. Postmodum circa easdem fossas per singulas noctes audite sunt voces mugientium, set et ludencium et garriencium confusi strepitus.
- [797.] Varia³ prodigia in Wavaria acciderunt. Cruces in vestimentis apparuerunt. Item quadam die in magna aeris serenitate diversa genera lignorum cadebant ex aere in campum iuxta ficum Funsinga^b. Tassilo dux tonsuratur⁴.
- 20 [824.] Lotharius Romam venit, ubi Adilrammus archiepiscopus Saltzburge pallium sumpsit ab Eugenio papa⁵.
- [836.] Adilrammo Iuvavensi archiepiscopo mortuo 2. Non. Ianuar.⁶ Liuprammus^c substituitur.
- [861.] Ludowicus rex festum sancti Martini fuit ad Iuvavum⁷.
- [887.] Karolus imperator corpore et anima eger⁸ regno privatur.
- 25 [912.] Ungari a Wavaris et Alamannis iuxta flumen Enam ab Arnolde duce occiduntur.
- [948.] Perchtoldus Waioriorum dux obiit nono⁹ Kal. Decembris¹⁰.
- [954.] Liutolfus^e dux Ottoni patri suo rebellat et Heinricum ducem Wavarie expulit ad horam.
- [995.] Hainricus dux Wavarie, qui et Hezilo, obiit.
- [1010.] Et¹⁰ ibi Ungari et Polani facti sunt christiani.
- 30 [1041.] Dietmarus archiepiscopus Saltzburgensis obiit 5. Kal. Aug.; cui Beldingus succedit¹¹.
- [1048.] Swidegero papa mortuo Poppe Brixensis episcopus subrogatur¹².
- [1100.] Isti versus scripti erant circa sanctum sepulchrum, cum civitas capitur a Gothefrido:
- 35 Christum milenos natum centumque sub annos
Illi credebant, qui Ierusalem capiebant.
- [1107.] Heinricus probissimus regnavit etc.
- [1122.] Hoc anno iniciata est vita communis Saltzburch¹³.
- [1128.] Exusta est basilica Saltzburg 4. Non. Mai. et eodem anno 8. Kal. Oct.¹⁴ a Conrado archiepiscopo dedicatur.
- 40 [1131.] Dedicatur monasterium a Conrado archiepiscopo, Romano episcopo Gurtzensi, Kyempse canonicorum¹⁵.
- a) Alchmona c. b) ita codex ut videtur. c) Imprammas c. d) novembr. decemb. c. e) Nutolfus c.
- 1) scil. Hildebertus II. Haec autem si in antiquo codice iam scripta fuissent, in ceteris exemplaribus non essent omisa. 2) Sequuntur haec post notam de synodo Ratisponae congregata, quae a. 792. facta est, sed in Auct. Garst. anno 793. adscripta est. 3) Inseruntur haec inter ea quae in Auct. Garst. ad a. 797. de Leone papa narrantur et Annalium Mell. ad a. 798. de Geroldi morte verba. 4) Hoc iam a. 788. factum est. 5) In Auct. Garst. est *Ydus Novembris*, et quod ibi praemittitur: *Eugenius papa ordinatur*, hic inepte sequitur. 6) Consentit Necrol. Salisburgense. 7) Hoc recepi, quia in Auct. Garst. scriptum est *fecit et correctum fuit*; alter locus a. 863. hic omisus est. 8) Eadem verba, e Regi-
- none petita, etiam in Ann. Sal. leguntur. 9) In Auct. Garst. est *octavo*; cf. Dümmler, 'Kaiser Otto der Grosse' p. 160. 10) Post Herimanni verba de Wolferadi comitis morte, cum iam ad a. 1009. Stephani regis nuptiae et conversio Ungarorum commemoratae essent. Antiquis annalibus haec inscripta fuisse nequeunt. 11) Desunt haec in Auct. Garstensi; leguntur in Ann. Salisb. excepto die emortuali. 12) In Auct. Garst. patriarcha Aquileg. dicitur. 13) Desunt haec in Auct. Garstensi; in Ann. Salisb. accuratius referuntur. 14) Dies qui in Auct. Garst. docet indicatur in Necr. Salisb.; v. 88. IX, p. 774 n. 67. 15) Positum inter res annorum 1130. et 1131. Sed Romanus a. 1131. Hildeboldo successit.

- [1133.] Dedicatur monasterium Awensis¹ cis Enum a Romano episcopo Gurtzensi.
 [1139.] Conradus rex duxit filiam Iohannis imperatoris Grecorum² et ambo regna simul regebant.
 [1143.] Secovense^a cenobium fundatum est³.
 [1147.] Synodus Remis celebratur sub Eugenio papa. 5
 [1148.] Raytenhaslach construitur.
 [1152.] Conradus rex moritur 15. Kal. Mar., pro quo Fridericus dux Swevorum, filius Friderici, in regem eligitur. Terre motus factus est 5. Idus^b Nov. circa vesperam. Conradus dux de Zaringen^c obiit.
 [1159.] Eberhardus archiepiscopus synodum Ratispone celebravit 15. Kal. Novembris.
 [1161.] Engilbertus^d Halensis comes occiditur^e. 10
 [1164.] Pie memorie Eberhardus — inronizatur. Udalricus patriarcha cum suis a Venetis captivatus est^f. Hartwicus — Eberhardus sancte memorie. Hartmannus episcopus Brixensis plenus virtutibus migravit ad Dominum 10. Kal. Decembris.
 [1166.] Curia in pentecosten Birtzburch habita, ubi Widoni scismatico iuratum est a principibus.
 [1167.] Fridericus dux de Rotenburg et 7 episcopi [scil. moriuntur]. Welfo minor^g obiit. 15
 [1172.] Hainricus sponte resignavit episcopatum Patavie^h. Pro quo Diepoldus.
 [1173.] Fridericusⁱ imperator regem Boemie circumventum deposuit fratruemque ipsius substituit Zobozlaum.
 [1174.] Hemma^b fundatrix Gurensis ecclesie translata est et in nova cripta reposita ab Hainrico episcopo et Romano preposito.
 [1176.] Dux Woemie cum exercitu Austriam ingressus — vastavit. 20
 [1179.] Hainricus dux Wavarie tres episcopatus in Saxonia combussit. Romanus Gurensis episcopus obiit. Grando magna facta est.
 [1180.] Philippi regis Gallie soror Grecorum imperatori copulatur Andronico.
 [1183.] Inundacio aquarum nimia^l.

CONTINUATIO CODICIS MONACENSIS.

- [1187.] Eclipsis solis facta est pridie^m Non. Sept. die Veneris horarum quatuor spacio. 25
 [1188.] Philippusⁿ rex Gallie et Fridericus imperator, Richardus rex Anglie, cum maioribus locius occidentis, cruces assumpserunt ob devocionem christiani nominis et sancti sepulchri.
 [1189.] Imperator Fridericus in expeditione Ierosolimitana Parthos vincens soldanum^o et Yconium obtinuit. Inde progrediens, in partibus Armenie mersus occubuit 4. Idus Iunii. Post cuius obitum totus ille christianorum exercitus Antyochie defecit.
 [1190.] Gotfridus Herbigolensis, vir clarus, obiit; cui Hainricus successit. Diepoldus Pataviensis episcopus obiit; cui successit Wolfkerus.
 [1191.] Clemens papa obiit; Celestinus succedit, qui et Iaccintus^p cardinalis de Scola^q Greca, natione Romanus. Hainricus^r imperator Romanus una cum uxore ab eo coronatur sine dissensione, voto cleri et populi. Inde imperator in Apuliam progrediens in^s multo exercitu, multas civitates, urbes et castella in dedicionem accepit, Neapolim obsedit; tandem pestilencia et morbo correptus, uxore capta, ad propria rediit.
 Eodem anno 4. Idus Iulii Accaron recuperata est a Philippo rege Francie et Richardo^t rege Anglie. Fridericus dux Swevie, imperatoris Friderici filius, obiit. Eclipsis solis facta est 7. Kal. Iulii circa meridiem, et totus aer factus est purpureus.
 [1192.] Imperatrix reddita est. Odacer dux Stirensis obiit, cuius terra Liutpoldo Austrie cessit. Maxima facta est in Wavarie dissensio. Richardus rex Anglie cum Saladino confligens ter vicit. Tandem mediante patriarcha Ierosolimitano treuga inter christianos et Sarracenos ad tres annos facta est. Inimico^u crucis Christi Saladino in terra repromissionis obpressiones et dolos tota die meditante^v, rex Anglie semper contra eum ex^w adverso
- a) Seluense c. b) Kal. Cont. Adm. c) dux Zarenis ib. d) Egilbertus c. e) obiit Cont. Adm. f) iunior Adm. g) Hainricus c. h) Heuma c. i) maxima Adm. k) v c. l) imperator add. c. m) Iaccintus c. n) imperator H. i. c. o) ita c. p) Richardus rex c. q) mediante c. r) deest c. 50
- 1) Ita codex! Nescio an de monasterio Au prope a. 1162, accidit. 5) a. 1171. Cf. Chron. Magni Gars cogitare liceat. 2) Immo Iohannis filio Manueli Reichersp. ad a. 1171. et 1172, SS. XVII, p. 497. desponsata est Bertha, Gertrudis reginae soror. 6) Hic incipit relatio versuum fragmentis ornata, 3) Idem in Ann. Salisb. refertur. 4) Hoc iam fabulis plena, de Richardi regis gestis.

ascendens, murum se pro domo Israel fideliter opponebat. Machinantibus igitur impiis Philisteis et suo perfidissimo monstro suadentibus: 'Ecce christiani securitate torpent, nos vero^a ferro manique longe prestamus, coeamus et deglucciamus eos, tamquam infernus vivum, auferamus memoriam eorum de terra!^b beluinus Saladinus^c infinitum contraxit exercitum^d et sumptus copiosos, sed et 5 camelorum turmas thesauris onustas, quas vulgo gravanas appellant, et infelicia castra movit. Premisit itaque duas gravanas cum duobus electis milibus equitum preter sagittarios et pedites; ipse vero eminencius cum harenosa^e sequebatur multitudine. Hiis acceptis, rex Anglie non segnior duabus gravanis flumine iam transmissis cum mille doctissimis occurrit militibus; et obvius percillens Sarracenos impetu tempestuoso^f per omnia rura dissipatos, plurimos captivavit et mille robustissimos effulminavit^g. Collec-
 10 tis igitur deinde victoribus, duas gravanas quas ceperat Tyrum servandas transmisit, et cum ingenti gaudio tripudioque veniens^h Accaron, spolia militibus divisit. Templarios autem, qui ad bellum rogati venire renuerant, tocus prede copiosissime reliquit extorres. Quod amarius illi absinthio cum felle potati perfidis animis acceperunt. Nec mora, Saladinusⁱ sub-
 15 sequens, strage suorum et capcione gravanarum accepta, absinthium auribus infusum corde bibens, dolorem furoris voce evomuit, et ore rabido^k ad civitatem cum omni bellico apparatu properari imperans, regem cum suis in Accaron obsidere disposuit et accessit. Rex autem suos pariter cum Templariis et Hospitalibus ad bellandum hortatur; sed omnibus ceteris paratis, Hospitalis et Templarii dimicare, quia partem prede non acceperant, dissi-
 20 milabant^l. Ad hec Angliena: 'Saladinus', inquit, 'numquam hactenus pugnaturus campum expetere presumpsit, et nunc ad bellum me provocans, nobis irrisit^m unquam discedet ullum malum inpunitumⁿ? me Christo committo. Numquam hoc effugiet, veniam quocun- que vocavit^o'. Dixit et exilivit^p portis Saladinaque nubila ferro peronuit et longo fulmine latos derivavit^q agros et multa milia tyranni. Implicuitque monstroque se super
 25 montis^r caput, ipso afflicto, quod erat cum paucis debile membris. Conplacitis^s sociis, spoliis remeavit onustus. Et^t victor gemini celebravit ura triumphi. Quo bifario successu Tem- plarii et Hospitalis duplici frontis et cordis rubore percussi atque perfusi, Perfida^u sollicitis vexabant pectora curis. Et ricto canino tabescente Saladinus exestuans animum, quid age- ret, quo se verteret anxians, et geminam tristiciam introrsus agitans, copiosiori quam
 30 prius manu collecta repetivit, dampnum reparaturus, ex improviso regionem percurrens, insciis ceteris christianis Ioppen, que vulgo Iafa dicitur, irrupit. Et capta civitatula, duo milia christianorum in ea victimavit, sed arcem eius obtinere nequivit. Porro viri qui in arce obsidebantur celeriter ad regem Anglie et Templarios et Hospitalis et omnes christi-
 35 tamquam homo non audiens et quasi mutus non aperiens os suum. Quam ob rem Templarii et Hospitalis, quibus in finibus Ioppen amplissime possessiones erant, permoti et nichil suis sine Angliena viribus confidentes, et irrecuperabile sibi dampnum imminere pertractantes, et quia omnino votis regis et omnium christianorum viliter^v se subtraxerant, regi supplicare minime presumentes, matrem ipsius prostratis humilibus militibus imploraverunt, similiter
 40 illa filium, quatenus perituris^w succurrere dignaretur obsessis. Placatus vix tandem super Templariorum et Hospitalium excessibus, et ad pietatem matris et Templariorum et Hospi- talium, qui se ei obediendi de cetero seu pugnandi sacramento constrinxerant, lacrimosis inflexus precibus, voluntarium perduxit exercitum. Verum quia^x scopulorum et collium an- gustias, ut facile poterat, Saladinus oportunis custodiis obcluserat^y, ne christianis ab Acca-
 45 ron iter ad eum pateret per terram, navalem rex Anglie per mare instituit expeditionem. Saladinus interim litus omne, per quod accessus erat, armatis et sagittariis stipat, ut adve- nientes a littore pilorum numero^z procul arcerent. Angliena nichilominus quadringentis admotis balistis^{aa}, que sicut acus tela, es, scuta virosque vorabant et forabant, litus accessi-
 50 que^{ab} purpureis maculavit rura fluentis. Usque Ierosolimam numerum predamque cadentium

a) t. miro f. c. b) Salidinus c. c) harenosa c. d) an effeminavit? e) vineus c. f) Sald. c. hic et infra.
 g) rapido c. h) ita c. i) mayus c. k) his scr. c. sed prima vice deletum. l) utiliter c. m) perturris c.
 n) que c. o) obcluserat c. p) dubium. q) ammotis basilicis c.

1) Primum versuum vestigium. 2) Nota verus.

aut abacus reffert aut Numa Pompilius^a. Tum vero cerneretis cruentatum aprum tociens et exagitatam rabidiores exacuere somnas et recidivus suffervere pugis^b. Quid moror^c? exercitus omnis confluit eorum. Obruit aurifico solem gens ferrea cultu.

Talibus igitur copiis Saladinus cum suis insperatus^d Ioppen supervenit, in qua rex Angliena cum paucis quiescebat, et repente civitatem, quam Angliena dirutam reedificaverat, 5 obsedit. Quod ubi patriarcha Symo^e comperit^f, mediator accessit et^g treugam, vulgo quod firmam pacem sonat, ab imminente pasca usque^h post triennium inter reges hoc tenore compaginat, utⁱ usque ad prefixum terminum nichil invicem noceant, et christiani sepulchrum Domini Ierosolimis libere visitent. Noverit deinceps fraternitas vestra, quod rex Mussarum^b id est antique Ninive civitatis magne, et rex Alapie, id est filius Noradinus domini actenus 10 Saladini, et galiffus, id est tamquam tocius paganismi papa, bellum circa Saladinum instruxerunt, unde ipse in arto positus treugam quasi nolens libenter dicitur fecisse. Rex tamen Anglie cum omnibus principibus, qui tempore huius treuge affuerunt, iuramento obligatur, quod exeunte treuga post triennium in propriis personis et in omni fortuna sua redibunt, terram Domino volente recuperaturi.

Hoc exemplare est epistole. Acta sunt hec anno Domini 1192.

Dec. 21. Eodem anno Richardus rex Anglie sub habitu peregrini repatriare volens, a Liutpoldo¹ duce Austrie capitur in festo sancti Thome^h pro eo quod regem Cipri ceperat, qui materteram eiusdem Liutpoldi habebat uxorem, scilicet filiam fratris Manuelis imperatoris Constantinopolitani. Quem mater eius et uxor inexpugnabili nave subsecuta et in Styria ap- 20 plicuit. Cuius regine copias indigene illius terre expugnare volentes cum 50 navibus, ex maiori parte submersi sunt, eo quod regina in navi sua quam plures habuit balistas, quarum tam validi ictus perforabant supervenientes hostium naves eciam in mari positas. Inde contrario vento impellente, acceptis et contrariis rumoribus super capcione filii, Venecias venit. Verum Veneti audientes fortitudinem ipsius navis, miserunt plus quam ducentas galeas¹ ad 25 eam expugnandam, sed cum plus quam quatuordecim diebus ad expugnationem illius navis laborassent et multas galeas perdidissent, regina per mare Adriaticum reversa Romam venit, et deposita querimonia super capcione filii totam commovit urbem. Post hoc salutato Romano pontifice Celestino, per mare ad propria rediit.

Interea dux Austrie regem Anglie vinculum imperatori tradidit, quem imperator toto 30 illo anno vinctum tenuit.

[1193.] Regina Anglie cum Rothomagensi archiepiscopo, cum multis proceribus, baronibus et terre sue nobilibus ad imperatorem venit, liberare cupiens filium, quem unice diligebat. Verum post^m multa consilia cum imperatore habita, dedit imperatori 100 milia et 10 milia marcarum et meruit absolvi. Et quia, cum captus teneretur, rex Francie 35 terram eius invaserat et Gysorcium et decem alia regalia castella eius occupaverat, rogavit imperatorem, ne regi Frantie faceret auxilium, et ut super hoc cercior redderetur, terram propriam, quam paternis viribus expugnatam in proprietate tenebat, imperatori tradidit et a manu imperatoris sceptro investitus suscepit. Iuravitque fidelitatem Romano imperatori et Romano imperio, et privilegio exinde facto propria manu subscripsit. Tantam itaque 40 devocionem regis intuens imperator, sceptrum regium, quod in manu sua tenebat, regi contulit, ut hoc insigni dono in posterum uteretur. Mandavitque principibus, ut favorem et amorem in posterum ei exhiberent et eum in suis necessitatibus adjuvarent.

Acta sunt hec aput Maguntiam. Sic letus per Coloniam cum maximo tripudio rever- 45 titur in Angliam.

[1194.] Dietricus Gurcensis episcopus paralisi correptus episcopatum resignavit. We- 50 renherus de Nuenburgⁿ prepositus eligitur. Hainricus imperator proficiscitur magnifice Italiam, premissa uxore cum quibusdam principibus in Apuliam. Iam enim mortuo Tancredo, quidam barones et quedam civitates reddiderant se imperatori. Imperator vero per Longabardiam magnifice progrediens, lanuenses et Pisanos ad expeditionem faciendam contra Apu- 50 los studiose invitat. Eodem anno Hainricus comes Campanie, qui post recessum regis Anglie

a) nimia pompilio c. Numam divino numine plenum indicare videtur. b) sic! c) Quod moror e. d) insperatus c. e) syō c. f) bis scr. c. g) et c. h) dubium. i) Liutpoldo c. k) supplicatur c.; fort. scilicet. l) galenas c. m) cum c. n) Nuereburg c. Est Klosterneuburg.

1) Patriarchae, qui pacis mediator fuit, nomen erat Radulfus. 2) Abhine, ubi mutato stilo oratio pro- 55 cedit, epistolam exscriptam esse arbitror. Deinde iterum fabulae sequuntur prioribus peiores.

Ierosolimis rex creatus fuerat, a Pisanis occiditur¹. Quod quia in proximo pascha discrimen christianis cum Sarracenis finita treuga imminerebat, misit imperator in festo sancti Michaelis Bonifatium marchionem de Monte-ferrato, fratrem Conradi, qui rex creatus fuerat et occisus, cum quibusdam Longobardis, Ianuensibus et Pisanis ultra mare ad succurrendum populo christiano, promisitque imperator, quod, si Deus plenam sibi victoriam conferret de Apulis, in propria persona mare transiret Terram Sanctam recuperandam.

[1198.] Celestinus papa obiit; pro quo Innocencius III, qui et Lotharius.

[1200.] Adelbertus Saltzburgensis archiepiscopus obiit. Ekkehardus^a Gurcensis episcopus obiit. Conradus Maguntinus archiepiscopus obiit. Eberhardus Saltzburgensis archiepiscopus, prius^b Brixennensis episcopus, a papa Innocencio pallium recepit.

[1201.] Terre motus factus est 4. Non. Maii. Conradus Brixennensis, prius^b Gurcensis prepositus, et Waltherus Gurcensis, prius abbas², episcopi eliguntur et consecrantur.

[1204.] Landshüeta construitur³.

[1208.] Philippus rex occiditur.

15 [1212.] Episcopus Meingoldus⁴ et Rapoto dux⁵ inter se preliabantur.

[1213.] Regina⁶ Gertrudis occiditur.

[1215.] Innocencius papa Rome habuit concilium.

[1253.] Ludwicus et Hainricus duces apud Otingen gladiis accinguntur, et dux Otto obiit.

20 [1257.] Rex Boemie vincitur apud Muldorff.

[1261.] Flagellatores incedunt, et rex Wohemie vicit Ungaros.

[1312.] Mortuo Ottone, illustri rege Ungarie et duce Bavarie, in die sancti Gorgonii, Sept. 9 suborta est discordia inter ducem Fridericum Austrie et ducem Ludwicum Wavarie.

[1316.] Facte sunt inundaciones aquarum in vigilia Petri et Pauli, de qua mundus totus tunc 28. turbabatur.

[1317.] Facta est penuria maxima, ut metreta Purchkuse vendebatur pro 5^o solidis den.

[1322.] In die Wentzeslai Fridericus dux Austrie prope Müldorff succubuit in bello et Sept. 28. captus est a duce Ludwico Wavarie et in imperatorem electus, tandem potenter rexit.

35 a) Eekkehardus c. b) primus c. c) ante v deletum videtur VII c.

1) Hoc aperte falsum est. Heiricus, qui iam a. 1192. rex creatus fuerat, a. 1197. casu obiit. Noster autem Heiricum cum Conrado marchione, qui a. 1192. ab assassinis occisus est, confudisse videtur. Neque vero Bonifatius tunc profectus est, sed anno demum
1201. classi praefectus. quod est Disentis, vocatur in Ann. Sal. a. 1200. 3) Ann. Seldental. et Herm. Altah. a. 1204. 4) Pataviensis. 5) Comes palatinus de Ortenberch. 6) Ungariae.

GENEALOGIAE KAROLORUM.

Cum Scriptorum tomo II. genealogiae Karolorum ederentur, neque codicum superstium neque editionum iam antea paratarum plena cognitio praesto erat. Quare supplementa quam plura addenda habemus, partim a V. Cl. W. Arndt ante aliquot annos vel collecta vel indicata.

Anno 1648. liber Parisiis prodit: 'Ansberti familia rediviva, auctore M. A. Dominicy'; cui 'adiecta varia antiquitatis monumenta' paginis 1—30. separatim indicata; quo compluria edita sunt regum Francorum stemmata, alia etiamnum in codicibus servata, alia frustra iam quaesita.

I. Inter quae primum obtinet locum 'genealogia sancti Arnulfi, quam ex veteri codice communicavit clarissimus vir pater Vignierus congregationis oratorii apud S. Maglorum Parisiis praefectus' (Dominicy p. 5). Haec, si ultimis verbis fidem habemus, iam Pippini regis tempore scripta sit et omnium quae exstant antiquissima habeatur oportet. At ea continet quae in aliis exemplaribus vetustis et genuinis minime exstant quaeque post in Fontanellensi monasterio interpolata esse unanimi fere consensu recentiores statuerunt¹. Accedit, quod Paulus, qui Karolo rege Gesta episcoporum Mettensium eius iussu scripsit, de patre Arnulfi, ex quo ille originem duxit, nihil memoriae tradidit², hic vero idem Arnoaldi filius ex genere Ansberti viri senatoriae dignitatis laudatur. Quod quamvis iam Karoli tempore factum esse sequenti probetur exemplari, ad Pippini annos referre non ausim. Ceterum quod satis ingeniose observatum est³, hanc genealogiam excogitatam esse, ut Francorum regibus stirpis Arnulfingiae ius quasi hereditarium in Aquitania vindicaretur, etiam ad Pippini tempora spectare potest, et ultima verba, quae vix falsario s. XVII. tribueres: qui hodie feliciter regnat in Gallia et Aquitania, optime cum hac sententia conveniunt⁴. Certe alia quae Dominicy publici iuris fecit monumenta etiamnum codicibus genuina probantur. Quare nec hoc, cuius originem apertis verbis indicat, ab ipso fictum vel adulteratum putandum est, sed iam medio aevo ita compositum⁴. Id quod etiam genealogia sub nr. IV. ex codice Petropolitano edita confirmatur. Notandum quoque est, hic etiam, et primo quidem loco, caput legi, quod de episcopis Mettensibus ex hac stirpe oriundis praecipue agens, loco mutato genealogiae usque ad Ludovici Pii tempora con-

1) Cf. Pertz I. I. p. 305: 'Ultimam demum fabulae laciniam monachi Fontanellenses assuerunt'; Bonnell, 'Anfänge des Karol. Hauses' p. 7 n. 2. 41.
2) Quod antecessores Arnulfi, Agilulfum eiusque nepotem Arnoaldum ex nobili senatorum familia ortos, illum ex Chlodovei regis filia procreatum dicit. SS. II, p. 264, genealogiae fingendae ansam prae-buisse videtur. 3) Ita Bonnell p. 35 sqq., qui hoc

eo tempore factum esse putat, quo Ludovicus, Karoli Magni filius, rex Aquitaniae est institutus. Sed iam antea idem fieri potuisse, negari vix potest. 4) Quae de Begga, sorore sanctae Gerdrudis, memorantur ad eius aetatem definiendam nihil faciunt; non enim saec. XI, ut Bonnell p. 151. statuit, sed iam s. VIII. vita S. Gerdrudis, quae eadem continet, confecta erat; v. Wattenbach GQ. I, p. 108 n. 3.

tinuatae subiicitur (SS. II, p. 310). Id Metti scriptum esse, ut antiqua ecclesiae iura in Arisido Aquitaniae episcopatu probarentur, verisimile est¹. Quae cum ita sint, hoc quamvis dubiae fidei monumentum hic repetere fas duxi.

II. Sequitur genealogia omnium quae exstant brevissima, usque ad Karolum Magnum deducta, quae quin huius tempore composita sit, non est quod dubitemus. Ita vero non ex maiore opere post confecto excerptum, sed huius fundamentum haberi debet. Bis in genuina forma servatum (A), semel continuatione usque ad Ludovicum Pium (C 1), bis continuatione usque ad a. 867. auctum (C 2. 3) codicibus continetur. Alius (B) sine mutato Ludovicum imperatorem, alii etiam

Lotharium I. addiderunt (D). Sunt vero hi:

A 1) Guelferbytanus, inter Weissenburgenses nr. 47, membr. saec. XI, de quo cf. 'Z. f. Deutsch. Alterth.' XV, p. 534 sqq., ubi tamen minus recte eius finis spatio deficiente omissus esse censetur. Genealogia legitur fol. 7. Exscripserunt VV. Cl. O. de Heinemann et A. Holder.

A 2) Parisiensis nr. 11749 (S. Germani 496) saec. XI, f. 78'. Ex hoc editionem paravit Dominicy p. 7, quam cum codice accuratissime contulit V. Cl. A. Schoene.

B) Parisiensis nr. 10865 (Suppl. Lat. 1002), olim S. Maximini Treverensis, ubi manu saec. X. haec scripta est genealogia, a me edita 'Arch.' XI, p. 264.

Eodem, ut videtur, codice usus est Papebroch, Act. SS. II, Ianuar. I, p. 1069.

C 1) Monacensis nr. 18628 (Tegerns. 628), membr. saec. X, sed pars (C 1*) saec. XV. ex veteri exemplari transcripta. Cum editis contulit V. Cl. W. Meyer.

C 2) Sangallensis nr. 799, membr. saec. IX, p. 75 sqq. Exscripsit V. Cl. H. Wartmann.

C 3) Turicensis C 129 (olim Sangallensis) saec. IX, ex C 2, ut videtur, descriptus. Ex hoc edidit Canisius V, p. 688 (ed. Basnäge II, p. 37), quem sequitur Bouchet, 'La véritable origine' etc. 1646, p. 37; finem vero Pertz, SS. II, p. 309, in annotationes reiecit; postea vero ex codice descripsit ('Arch.' XI, p. 291). Eundem ipse evolvi.

D) Codices maioris operis genealogici: 1) Vindobonensis nr. 473 (Hist. eccl. 90) et 2) Parisiensis nr. 5294, a Pertzio adhibiti, ad quos accedit 3) Parisiensis nr. 6184, cuius lectiones V. Cl. Schoene enotavit. Ex quibus praecipuam tantum lectionis varietatem recepi, quae ad recensionem B accedit. Codicem 2 typis dedit Dominicy p. 8.

III. Breve a praecedentibus plane diversum Arnulfi eiusque posterorum stemma², ad Lotharii imperatoris usque tempora deductum, ex codice Thuaneo 775, ubi Vitae Karoli Magni subiectum est, edidit Dominicy p. 11. Idem liber, nunc 1) Parisiensis nr. 4955 (Colb. 2578; regius 5264), ubi fol. 63. legitur, a V. Cl. Schoene exscriptus est. Alter 2) inter libros manuscriptos musei Britannici, Egerton nr. 810, saec. XII. ex. vel XIII. in. exstat; v. 'N. Arch.' p. 376. Exemplar eius fecit V. Cl. Liebermann.

1) Cf. quae apud Bonnell p. 11 n. 3. afferuntur. Anchises exiens de Troia genuit Franconem, a quo

2) Stemma arbitrarie confectum praebet alter 2) cod. Franci nomen sumpserunt. Ipse Franco princeps

Parisensis nr. 8501 A, saec. XII, f. 1', quod edidi generis sui genuit Griphonem^b; Gripho genuit Baldsigum; Baldsig. genuit Lodupigum; Lodupig. genuit Alpgisum; Alpgils. genuit Aodulfum; Aodulfus genuit Ansgisium^d; Ansgis. genuit Pippinum^e; Pippinus genuit Karolum.

45 'Arch.' XI, p. 289. Idem legitur in 1) cod. Vaticano reg. Christin. nr. 1964, saec. XI, f. 58, ex quo descripsit V. Cl. Mau. Ne quid huic desit collectioni, id repetendum duximus: [Unde accepit initium genealogia Francorum add. 2].

50 a) deest 1. b) Griphonem. Grifo 2. c) Alpgil 2. d) Ansgisium 2. e) Pipin. 2.

IV. Hanc genealogiam invenit V. Cl. W. Arndt a. 1864. in codice Petropolitano, ex quo Annales breves SS. XX, p. 8. editi sunt, in ultima pagina manu s. IX. exarata. Transit in genealogiam comitum Buloniensium, SS. IX, p. 300. a Bethmanno editam, cuius apographon ex aliis libris auctum eidem codici paginis vacuis relictis manu s. XII. insertum est; de quo v. infra. Karolorum vero genealogiam cum ea quam nr. 1. edidimus arta necessitudine coniunctam esse, primò patet aspectu, et huic quamvis non plenam fidem, antiquitatis tamen auctoritatem conciliat. Ceterum cum ea forma convenit, quam in monasterio Fontanellensi interpolatam habent, compluribus codicibus¹ usque ad a. 885. continuatam. Sed nostram vetustiorē putarim.

V. Fabulis saeculo IX. inventis plane caret genealogia usque ad ultima domus Karolingicae tempora deducta, sub Lothario rege (954—986), ut videtur, scripta, quam Pertz minus recte tamquam caput 4. alii operi genealogico maiori subiecit. Neque codex quo usus est Parisiensis nr. 5294. mendis caret. Quae aliorum librorum ope tolli posse, vidit Mone, qui variam codicum duorum lectionem edidit ('Anzeiger f. Kunde der D. Vorzeit' 1834, p. 132). Sunt vero:

1) Carlsruhanus inter Augienses nr. 146, saec. X. ex. vel XI. in., ubi fol. 2. legitur;

2) Carlsruhanus inter Augienses nr. 83, saec. XI, ex 1, ut videtur, exscriptus. Eorum exemplar accuratissime factum benevole transmisit V. Cl. A. Holder. — Huc accedit

3) Parisiensis nr. 6184, in quo, verbis item aliter praemissis, haec aequae 4) in nr. 5294. genealogiae alii subiicitur.

Ex hac Sigebertus (a. 625) et monachus Egmondanus, qui annalium Xantensium lacunam saec. XII. explendam suscepit (SS. II, p. 219), quaedam de Pippino seniore sumpsisse videntur².

VI. Tabula Vitae S. Gerdrudis praemissa, quam ex cod. Bruxellensi nr. 14932 (olim Lobiensi) saec. XI. exscripsit et edidit ('N. Arch.' II, p. 261) V. Cl. W. Arndt, nihil continet quod cum vera historia pugnat³. Codicem ipse anno praeterito inspezi.

VII. Tabulam⁴ in monasterio Sangallensi confectam, in fine plane a vero aberrantem, qua reges recensentur, qui illi privilegia contulerunt, exhibet Codex Vaticanus regin. Christinae nr. 339, antea 'bibliothecae Schobingiae', fol. 32. manu saec. X. ex.; de quo v. 'Arch.' XII, p. 275. Exscripserunt tam Bethmann quam Pabst, b. m. socii nostri.

G. W.

1) Praeter eos quos Pertz secutus est Londiniensem et Murensem (SS. II, p. 306. 315) afferuntur Parisiensis nr. 5296^b ('Arch.' XI, p. 268) et 6184; Rothomagensis (ib. VIII, p. 373), St. Audomari (ib. p. 417), Duacensis (ib. p. 426), fortasse etiam Bruxellensis saec. XIV (ib. p. 491). Codicem S. Victoris Parisiensem (Pertz p. 315), qui continuationis priorem tantum partem continet, exprimi iussit Dominicy p. 12. Idem p. 11. initium stemmatis SS. IX, p. 302. editi ex cod. S. Bertini (lin. 28. post concubina addit: Iste Hieronymus fuit pater sancti Fol-

cuini, et lin. 31: Iste Hugo abbas fuit Sancti Bertini et Sancti Quintini Veromanduensis). 2) Haec non, ut Bonnell statuit p. 150, ex Vita Pippini ducis exscripta esse possunt, si haec, ut idem vult p. 65, saec. XIII. demum confecta est. 3) Cf. quae supra p. 242 n. 4. monui. 4) Ex genealogiis supra editis confecta est tabula usque ad Ludovicum Ultramarinum deducta, cuius primam partem ex 'perantiquo cod. S. Victoris QQ. 20.' edidit Dominicy p. 15; haud digna quae hic repetatur.

I.

Anshertus, qui fuit ex genere senatorum, vir nobilis et multis divitiis pollens, habuit fratres Deotarium, Firminum, Gamardum, Aigulfum episcopum et Ragnifridum. Deotarius construxit vicum Arisidium¹, ubi confessor Christi effectus requiescit; Firminus pontificatum tenuit in Uecia civitate, ubi et ipse confessor Christi requiescit; Aigulfus Metis civitate episcopus ordinatus est. Gamardus, qui cognominatus est Babo, genuit Godinum, et Godinus genuit Goerricum, qui cognominatus est Abbo, et Ratbertum et filias tres, Dodanem, Dodalinanem et Segolenam. Ragnifridus genuit Hammolum patricium et senatorem. Habuerunt autem et sorores duas, Godam et Mariam, quae in virginitate perseverantes, migraverunt ad Dominum. Tempore vero bonae memoriae domni Aigulfi episcopi Teudebertus² rex praefatum vicum Arisidium¹ per suum praeceptum partibus beati Stephani protomartyris Metensis ecclesiae delegavit, et domnus Arnoaldus, nepos ipsius, postea et isdem pontifex, accepit exinde confirmationem tempore domni Lotarii regis ad partes nihilominus beati Stephani. Similiter Dagobertus, Sigebertus quoque eundem vicum beato Stephano sua praeceptione confirmaverunt. Praedictus vero praesul Aigulfus prius germanum suum Deotarium in eodem vico Arisidio episcopum constituit, et post domnum Deotarium nepos ipsius domnus Modericus est ordinatus episcopus per ordinationem Metensis episcopi.

Ut vero ad superiora redeamus, Anshertus, de quo praelibavimus, vir senatoriae dignitatis et spectandae nobilitatis, accepit filiam Hlotarii regis Francorum nomine Blithildem genuitque ex ea filios tres et unam filiam. Primogenitus eius Arnoaldus, secundus Ferreolus, tertius Modericus, quarta puella Tharsitia; e quibus Ferreolus episcopus in Uecia ordinatus, ibique martyrio coronatus, requiescit in pace, ubi etiam multa per eum sunt miracula; Modericus, frater eius, similiter in Arisidio constitutus episcopus, ibique confessor Christi factus, requiescit in pace; Tharsitia virgo Christi in virginitate perseverans, Rodonis requiescit, quae etiam fertur mortua mortuum suscitasse. Porro Arnoaldus genuit beatum Arnulfum episcopum. Beatus Arnulfus genuit Flodulfum, Waltchisum et Anchisum. Flodulfus genuit Martinum, quem interfecit Ebroinus Ercriaco palatio³; postea vero divina favente gratia electus episcopus et ordinatus est. Waltchisus quoque genuit Wandregisilum confessorem Christi.

Anchisus dux genuit de Begga, sorore sanctae Gertrudis, Pipinum seniore et ducem. Pipinus senior et dux genuit Carolum seniore et ducem. Idem Carolus senior et dux genuit Pipinum, quem Stephanus Romanus pontifex consecravit et unxit in regem, qui hodie feliciter regnat in Gallia et Aquitania.

II.

30 Commemoratio^b genealogiae domni Karoli^c gloriosissimi imperatoris.

Anspertus^a, qui fuit ex genere senatorum, praeclarus vir^e atque nobilis, in multis divitiis pollens, accepit filiam Hlotharii^f regis Francorum ad^g coniugem nomine Blithill^h et habuit ex ea filios tres et filiamⁱ unam. Primogenitus ipsius Arnoldus^b nominatus est, secundus Feriolus^l, tertius Modericus, et filia ipsius Tarsicia^m. Feriolus^l quidem episcopus effectus in Ueciaⁿ civitate, martyrio^o coronatus est ibique requiescit^p in pace. Modericus^q vero^r in Harisido^s episcopus est ordinatus, ibique^t confessor Christi requiescit in pace, ubi Deus pro^u eius meritis multa miracula operatur. Tarsicia^m virgo Christi in virginitate sua perseverans, in Rodinis^v civitate requiescit, pro^w cuius meritis ibidem Christi virtus cottidie ostenditur. Quae^x etiam fertur mortua^y mortuos^z suscitasse. Arnoldus^b, primogenitus ipsius^b, genuit domnum Arnulfum^c [episcopum^d]. Domnus^e Arnulfus^f genuit Flodolfum^g et Anschisum^h. Flodolfus^g divina annuente^h gratia episcopus ordinatus est. Anschisus^h genuit Pipinum. Pipinus genuit Karolumⁱ. Karolusⁱ vero^m genuit domnum regem^m Pipinum. Domnus Pipinus genuit

45 ^a) Ansgisus autem Pippinum Grossum genuit, Pippinus genuit Karolum. Karolus vero genuit gnam Pippinum regem. Pippinus vero rex genuit gloriosissimum nobilissimum cesarem Karolum. C 1, quem saec. XV. interpolatum puto.

a) in margine ed.: Lege Sigebertus. b) Incipit c. C. In Dei nomine c. D; titulus deest B. c) Arnulfi episcopi et confessoris Christi A 2. D. d) Anspertus C 1, ubi q. l. desunt; Anshertus B. D. e) pr. ac n. v. B. D. f) Flotharii D 1; Clotarii D 2; Clotharii D 3; Lotharii C 1. g) in A 2. h) Blithild A 2; Blithild B; Blithild(m) sive Blithild(m) D. i) u. f. B. D. l) habuit nomen Arn. B. D; Arnoaldus D 2, 3; Arnolfus C 1, ubi n. e. desunt. m) Tharsicia C 1. n) Uecia A 2. C 1; Utra B. o) c. e. m. B. p) quiescit B. q) reliqua in C 1 in folio post adiecto (f. 118) manu s. XV. exarata sunt, sed ita ut ex veteri exemplari, cuius reliquiae exstant, fideliter transcripta putari possint. r) quidem B. D. s) Harisio superscr. b A 1; Arisido B. D. t) deest C 1. u) per episcopum m. C 1. v) Rodonis B; Rodanis D 2, 3. w) per c. merita C 1. x) qui B. y) deest B. C. z) mortuum A 2. B; mortuorum D 1. a) Arnoaldus D; Arnolfus C 1. b) eius 1. c) Arnolfum C 1. d) deest A 2. B. C. D. e) deest C 1. f) Arnolfus vero C 1. g) Flodulf. A 2. B. C 2, 3. D. Flodolfum C 1. h) Ansgis. B; Anschisus D 2. i) Fl. vero C 1. k) gr. a. B; gr. iubente D; d. largiente et clementia C 1. l) Car. A 2. D. m) deest B.

1) Arsat. 2) Cf. G. Franc. c. 46.

A. C.	B.	D.
caesarem gloriosum ac principem nobilissimum Karolum ^a .	domnum regem Karolum. Karolus Magnus imperator genuit Ludovicum Pium augustum; qui genuit inclitos reges Hlotharium, Karolum et Hludovicum.	domnum regem Carolum imperatorem. Carolus genuit domnum Ludovicum imperatorem. Ludovicus genuit domnum Lotharium imperatorem.

CONTINUATIO

codd. C.

[815^b]. Anno incarnationis^c domini nostri Ihesu Christi 815. Karolus omnium auctorum optimus ad^d Aquasgrani 5. Kal. Febr. hora diei^e tertia de hoc seculo migravit. Qui regnavit annos 47. Decessit autem^d anno aetatis suae 72.

[840^b]. Et^f suscepit Hludovicus^g, filius eius, eodem anno imperium. Qui regnavit annos^h 26 [mundum].

codd. C. 2. 3.

id est usque ad annum incarnationis domini nostri Ihesu Christi 840. Decessit autem 12. Kal. Jul. in insula Rheni iuxta palatium Ingilnheim.

Post quem Hludovicus, filius et aequivocus eius, in orientali Frantia suscepit imperium. Qui modoⁱ, id est incarnationis domini nostri Ihesu Christi 867, 27 annos regnare videtur.

III.

Prosapia regum, qualiter^k a beato Arnulfo usque in^l haec tempora geniti constant, vel quot tempora regnum Francorum ampliaverint^m vel gubernaverint, a ctaque illorum breviter hic adnotata habentur.

Buotgisusⁿ inluster^o vir genuit Arnulfum sanctissimum virum episcopum urbis Metensium.

Beatus quoque Arnulfus genuit Ansgisum.

Ansgisus genuit Pippinum^p maiorem^q domus.

Pippinus genuit Karolum ducem.

Carolus dux genuit Pippinum regem.

Pipinus quoque^r rex genuit Karolum regem famosissimum et^s primum regem Francorum imperatorem.

Karolus^t imperator genuit Hludovicum imperatorem.

Hludovicus^u imperator genuit Hlotarium^v imperatorem. Qui nomine^w quidem imperatoris obtinuit, sed monarchiam regni cum fratribus suis sortitus est.

IV.

Genealogia regum Francorum.

Hildricus rex genuit Ludovicum, quem baptizavit sanctus Remigius.

Lodovicus genuit Lotharium et fratres eius.

Lotharius genuit Chilpericum et fratres eius.

Chilpericus genuit Lotharium magnum ex Fredegunde.

a) Car. A 2. D. b) ita in marg. C 2. c) ab incarnatione C 1'. d) ad Aquas des. nova pagina (118') incipiente C 1'. e) deest C 1'. f) Tunc C 1'. g) Lud. C 1'. h) annorum 26 mundum. Explicunt etates mundi et series imperatorum usque ad tempora Ludovici, Magni Karoli filii desinit C 1'. i) anno praesente 3. Can. k) deest i. l) ad 2. m) ampliaverunt 1. n) illustris 2. o) Pippinum 1 semper. p) m. d. — Pippinum des. 2. q) q. 1. r) et p. r. Fr. des. 2. s) K. genuit Pippinus regem. Pippinus quoque rex genuit Lud. imp. 2. t) Lud. 2. u) Lothar- 45 rium 2. v) nomen 2.

1) De quo cf. Bonnell p. 29 sqq. Eundem Vita altera Arnoaldus. Apographon codicis Mettensis exstat in bibl. Vindobonensi nr. 7436 (Hist. eccl. 160), de cuius fragmentum edidit Meurisse, 'Hist. de Metz' quo v. 'Arch.' III, p. 667. p. 85, dicitur Burtgisus, qui a multis cognominatur

- Lotharius genuit Dagobertum et Blithildem.
 Blithildis^a genuit Arnaldum ex Anberto illustri viro.
 Arnaldus genuit Arnulfum, post Mettensem episcopum.
 Arnulfus genuit Flodulfum, Walchisum, Ansigisum.
 5 Ansigisus genuit Pippinum seniorem ex Begga, filia Pippini maioris domus^b.
 Pippinus senior et dux genuit Karolum seniorem et ducem.
 Karolus senior et dux genuit Pippinum regem et Karlomannum, post monachum.
 Pippinus rex genuit Karlomannum et Carlum imperatorem.
 Karolus imperator genuit Pippinum, Karolum et Ludovicum piissimum augustum.
 10 Luduwicus genuit Lotharium, Pippinum, Luduwicum ex Ermengarda et Karolum Cal-
 vum ex Iudith.

V.

Genealogia regum Francorum.


- Karlomannus sub Theodeberto, fratre Theoderici, maior domus in Austrifrantia extitit.
 15 Hic genuit Pippinum, quem Lotharius rex, cum regnorum trium monarchiam solus obtinisset,
 id est Burgundiae, cui prefuera Theodericus, et Austrifrantiae, cui prefuera Theodebertus^c,
 et Neustriae, cui prefuera ipse, cum filio suo Dageberto^d Austrifrantiam gubernare direxit.
 Qui Pippinus genuit Grimoaldum, qui sub Sigiberto^e, filio Dageberti^f, maior domus in
 Austrifrantia extitit; cuius sorores fuerunt sancta Gertrudis et Begga.
 20 Beggam^g igitur Ansigisus, filius sancti Arnulfi^h, uxorem duxit; de qua genuit Pippinum^b
 seniorem et ducem, qui Theodericum regem, filium Clodovei fratris Sigiberti^e, in Testricio
 pugnans obtinuit, et sub eo maior domus trium regnorum extitit, anno ab incarnatione Do-
 mini 688.
 Hic cum haberet uxorem Piletrudemⁱ, de^h qua genuit Grimoaldum, aliam superduxit
 25 uxorem, de qua genuit Karolum seniorem et ducem, et obtinuit principatum annis 27.
 Karolus filius, superato Helperico^l et Rainfredo^m, genuit Pippinumⁿ regem et Karlo-
 mannum, postea monachum.
 Pippinusⁿ rex genuit^o Karlomannum et Karolum regem, post imperatorem.
 Karolus imperator genuit Karolum et Pippinum regem Italiae et Luduwicum^p regem
 30 Aquitaniae^q, post se^r imperatorem.
 Luduwicus^p imperator genuit Lotharium imperatorem, post Prumiae monachum fac-
 tum, et Pippinum regem Aquitaniae^q et Ludovicum regem Noricorum ex Erminde^t, ex
 Iudith vero Karolum Calvum, post imperatorem. Quorum^u tres, Lotharius^v, Luduwicus et
 Karolus, et nepos eorum Pippinus, filius Pippini fratris eorum, bellum habuerunt in Fonta-
 35 nide in pago Autisiodorensi^w.
 Lotharius^v igitur imperator, ex quatuor fratribus primus, genuit Luduwicum^x impera-
 torem et Lotharium^y, qui excommunicatus pro Waldrada^z finem fecit illi successioni.
 Pippinus rex Aquitaniae ex quatuor fratribus alter^z genuit Pippinum, quem Karolus,
 patruus suus, totondit in monasterio Sancti Medardi, et sic finem fecit illa successio.
 40 Luduwicus^z rex Noricorum, ex quatuor fratribus tertius, genuit Karolum, Lodovicum^b et
 Karlomannum. Qui Karlomannus genuit Arnolfum^c; Arnolfus^c Cendebaldum et Lodovicum^d.
 Sic et illa successio deperit.
 Karolus^e, ex quatuor fratribus quartus, omnibus supervixit et imperium^f obtinuit^g,
 ordinatus a^h Iohanne bonoⁱ papa. Qui genuit Lodovicum, qui Compendio quiescit. Lodo-
 45 wicus genuit Luduwicum^k et Karlomannum et Karolum^l, quem postea^m Heribertus vinxit.
 Karolus genuit Lodovicumⁿ, qui mare transiit. Lodovicus genuit Lotharium regem et
 Karolum fratrem eius^o.

a) haec linea, cum litterarum ductus evanissent, recentiore manu partim est restaurata. b) recentior supra memorata
 manus addidit quaedam verba, quae postea erasa sunt. c) Theodepertus 2, ubi Theodericus et A. c. p. Th. et N. c. p.
 50 in marg. suppleta; Theoder. et A. c. p. Th. des. 4. d) Dagobert. 2. 3. 4. e) Sigeb. 2. f) Beggam 4. g) Arnolfi 2.
 f) Pippinum 2. 4. i) Piletrudem 2; Plectrudem 3. 4. k) g. ex ea 3. 4. l) Hilp. 3. 4. m) Rainfredo 2; Rain-
 frido 4. n) Pippin. 4. o) Karolum g. et 2. p) Ludow. 2. 3. 4. q) Equit. 2. r) deest 2. 4. s) Equit. 2.
 t) ita 1. 2. 3. 4 pro Ermengarde. u) Qui quatuor fratres bellum 3. 4. v) Luth. 2. w) Autisiod. 4. x) L. i.
 et des. 3. 4. y) Waldrada 2. z) male post corr. alterum 1; et ita 2. a) Ludow. 2. 4; Lodow. 3. — r. N. post
 35 tertius ponit 4. b) Ludow. 2. 3. 4, et ita moz. c) Arnulf. 3. 4. d) et Karolum male add. 3. 4. e) Ludovicus 4.
 f) solus add. 3. 4. g) opt. 2. h) ab 4. i) nono con. P. k) L. et K. et des. 3. 4. l) Karolo corr. Karo-
 lum 2. m) deest 3. 4. n) Ludow. 2. 4. o) Explicet add. 4.

GENEALOGIAE KAROLORUM.


VI.

Sub Lothario, Dagoberto, Sigisberto regibus rexit regnum maior domus et gloriosus princeps Pippinus.



VII.

Post depositionem istius Hildirici regis Francorum successit ei Pippinus, qui ex praefecto palatii rex effectus est. Et quia regnum suum per praefectos regebatur, maior domus dicebatur tam ipse Hildiricus quam Pippinus.



a) successit corr. m. l. c. b) desti...it c. c) Hildowicus c. d) Carolus in rasura m. l. c. e) Pippin in rasura m. l. f) quaedam deesse videntur.

1) De Karolo, nepote Ludowici Pii, sermo esse videtur. 2) Singularem errorem iam Pippinus nescio qui intruditur.

GENEALOGIAE BREVES REGUM FRANCORUM.

I. *Hanc primus* 1) *ex codice S. Victoris tunc BBB. nr. 13, post 580. signato* ('Arch.' XI, p. 291), *nunc Parisiensi nr. 15047, saec. XIII, Dominicy, Ansberti familia rediviva p. 16. edidit. Eandem brevi continuatione auctam descripsit V. Cl. W. Arndt* 2) *ex codice Bruzelliensi nr. 6440, saec. XI/XII, de quo v. SS. II, p. 192; particulas edidit b. m. Pertz* 3) *ex codice Vaticano nr. 2953, ubi margini f. 130. addita est* ('Arch.' V, p. 164); *finem vero transcripsit V. Cl. Mau. Exstat praeterea in codicibus Montispessulano nr. 158* ('Arch.' VII, p. 201); *Abrincatensi nr. 121* ('Arch.' VIII, p. 382); *Parisiensibus nr. 5009* ('Arch.' XI, p. 288), *et usque ad a. 1223. continuata nr. 6186 (ib. p. 293).*

II. 1) *Codici Petropolitano, ut supra p. 244. monuimus, manus s. XII. genealogiam intulit regum Francorum et comitum Buloniensium, Vol. IX, p. 300. editam. Cum recensione B convenit, sed in fine quaedam addit, a V. Cl. Arndt exscripta. Eadem* 2) *ex cod. Remensi K. 765. 782. idem enotavit 'N. Arch.' II, p. 309. Haec genealogia etiam longius producta exstat in codice Parisiensi bibliothecae 'Arsenal' dictae nr. 16* ('Arch.' XI, p. 295). G. W.

I.

Genealogia regum Francorum.

20 Ex genere Priami fuit Moroveus^a, qui genuit Childericum. Childericus genuit Chlodoveum. Chlodoveus genuit Chlotharium^b. Chlotharius^c genuit Chilpericum. Chilpericus genuit Chlotarium^d. Chlotarius^e genuit Dagobertum. Dagobertus genuit Chlodoveum. Chlodoveus genuit Theodericum. Theodericus genuit Childebertum. Childebertus genuit item^f Dagobertum. Dagobertus genuit Theodericum. Theodericus genuit Chlotharium^g.
25 Et^h post transmigrationem generationis exⁱ filia Chlotharii^k regis^l Ansbertus genuit Arnoldum. Arnoldus genuit Arnulfum^m. Arnulfus genuit Anchisemⁿ. Anchises genuit Pipinum seniore, qui regnavit annis 27. Pipinus genuit Carolum Martellum, qui regnavit annis 27. Karolus^o genuit Pipinum, qui regnavit annis 17. Karolomagnus^p, frater eius, regnavit^q annis 10. Pipinus genuit Karolum^r Magnum, qui regnavit annis 47. Karolus^s genuit Ludovicum, qui regnavit annis 27. Ludovicus genuit Karolum^t Calvum, qui regnavit annis 39. Karolus^u Calvus^v genuit Ludovicum Qui-nihil-fecit, qui regnavit annis 6. Hludovicus^w genuit Karolum^x Simplicem, qui regnavit annis 7. Karolus^y de Baioaria regnavit annis 4. Otto rex regnavit^z annis 10. Karolus^{aa} post Ottonem regnavit^{ab} annis 22. Karolus^{ac} genuit Hludovicum^{ad}, qui regnavit annis 23^{ae}. Hludovicus^{af} genuit
35 Hlotharium^{ag}, de quo natus est Ludovicus, qui fuit huius prosapiae^{ah} regalis rex ultimus [qui^{ai} regnavit annis 2]. Hludovico^{aj} quoque defuncto, Francorum procures super se regem elevaverunt^{ak} Hugonem, qui^{al} fuit filius Hugonis Magni ducis [qui^{am} regnavit annis 5]. Hugo vero rex genuit Rothbertum^{an} regem [qui^{ao} regnavit annis 35]. Rothbertus^{ap} rex^{aq} genuit Hugonem. Hugone^{ar} defuncto, patre superstite, elevatus est Henricus, frater^{as}
40 eius, pro eo. Qui in regno confirmatus^{at}, accepit uxorem^{au} neptem imperatoris^{av} Hen-

a) Moroveus 1. b) Chlotharium 1. c) Chlotharius 1. d) Choth. 2. e) Chlotar. 1; Choth. 2. f) deest 1. g) Chlotharium 1. h) deest 3. i) in filiiis 3. k) Clotarii 3; Chlotarii f. l) Aroulgum. Aroulgus 2. m) Anscium 3. n) Car. 1. o) Carlomannus 1. p) deest 1. q) Lud. 2. 3. r) 18. 1. s) Loth. 2. t) r. p. u. rex 3. u) haec des. 1. 3. v) extulerunt 3. w) H. filium H. 2. 3. x) Rothb. 2. y) Rob. 1. 3; Rothb. 2. z) deest 1. aa) deest 2, spatium vacuo relictum. ab) Galnero cod. Par. nr. 5009, qui verbis Henricus f. e. pro eo genealogiae finem dedit. ac) affirm. 2. ad) deest 1. ae) H. i. 2.

rici, ex qua filiam unam procreavit^a, quae ante^b lustrum defuncta est, subsequente matre. Deinde post^c aliquot annos intercurrentibus nunciis duxit Annam, filiam regis^d Ruthenorum, ex qua suscepit^e tres filios, Philippum scilicet^f et^g Rotbertum^h atqueⁱ Hugonem. Philippum igitur pro se fecit ungere in regem anno dominice incarnationis 1059.

1.

2. 3.

Ipse vero sequenti anno obiit.

Philippus vero rex accepit uxorem Bertradam, filiastram Rodberti comitis Flandriae, filiam videlicet Florentii comitis ex Houtland, sororem Rodberti comitis iunioris incliti militis, quem in expeditione sancta Hierosolimis filium sancti Georgii appellaverunt. Ex qua genuit Ludovicum. 10
Qui regnavit annis Ludovicus autem.

II.

Haec est prosapia, unde ortus est rex Karolus qui vocatus est Magnus.

Priamus genuit Pharamundum — in ipso anno Robertus regum piissimus, filius eius, rex ordinatus est. Sic defecit progenies Karoli Magni a regno Francorum. Robertus rex, qui non fuit de stirpe illa, genuit 15 Henricum regem. Henricus rex genuit Philippum regem. Philippus rex genuit Ludovicum, qui ordinatus est rex anno ab incarnatione Domini 1108, residente papa in sede apostolica Paschasio II. Ludovicus rex genuit Phylippum¹, Ludovicum, Henricum clericum, Robertum, Petrum clericum, itemque Phylippum et Constanciam, quam Eustacius, Stephani regis Anglorum filius, accepit uxorem. Phylippus maior natu patre adhuc superstite Remis 20 unctus in regem, non multo post, dum Parisius equitando in platea curreret, offensus in 1131. porcum, equo² decidit moxque vitam et regnum amisit. Cui frater, patre adhuc similiter 1134. vivente, succedens Ludovicus, accepit uxorem nomine Alienorem³, comitis Pictavorum Guil- 1136. lelmi⁴ filiam, et per eam Pictavos omnemque⁵ possedit Aquitaniam.

Qua⁶ ob incontinentiam⁷ dimissa⁸, duxit alteram de Hispania Constantiam nomine. 25 Sed hac de medio facta, accepit aliam, filiam⁹ Tebaldi comitis Blesensis; de qua in senectute sua natus est ei¹⁰ filius, quem vocari¹¹ Philippum fecit; qui puer cum 14¹² esset annorum, 1179. iussu patris Remis unctus¹³ est in regem. Qui¹⁴ puer eodem¹⁵ anno sacrationis suae duxit uxorem filiam¹⁶ comitis Hainoensis¹⁷, consilio Philippi comitis Flandrensis, cuius neptis erat.

a) genuit 2. b) post 1. c) per 1. d) Ruten. r. 1. e) genuit 1. f) deest 1. g) Rob. 1; Rodb. 2. 30 h) et 1. i) in loco raso 1. k) off. in porc. equo in loco raso 1. l) Alienordem 2. m) Willelmi 2. n) omne- que 2. o) ab hoc loco alia manus abundue atramentum 1. p) inconstanciam? 2. q) alia manus expuncta hac voce scripsit supra lineam repugnata 1. r) filia Theobaldi 2. s) deest 2. t) nominari 2. u) c. e. a. 14. 2. v) inunctus 2. w) ab hac voce aliud atramentum et nigrus quidem adhibitum est 1. x) deest 2. y) filia 2. z) Haino- nensis 2.

35

HISTORIA REGUM FRANCORUM.

Ex codice Parisiensi nr. 820, membr. fol. saec. XI, ubi in paenultima pagina legitur, descripsit L. Bethmann². Nonnulla continet peculiaria, partim quidem e rumore populi accepta. Edidit Duchesne III, p. 356 (ex codice tunc bibliothecae Tilianae) inde a Pippino, praemisso sine chronicae brevissimae de 6 aetatibus mundi (SS. II, p. 256); ultimam partem Bouquet VIII, p. 253. G. W.

1) Elizabeth, filiam Baldaini V. 2) Idem quae- eius, ann. 49. Hic Floriaco villo in ecclesia beati dam e codd. reg. Christin. Vaticanis enotavit, qui Benedicti abbatis ante sacratissimum corpus eius genealogias regum Francorum continet. Nr. 616 honorifice tumulatus est. Ludovicus ann. Nr. 633. duas; prior: Clodio genuit Meroveum — Ludovicus V. manu s. XI. exhibet 5 paginis scripta: Incipit 45 genuit Philipum et Ludovicum (superscr. pueros) genealogia regum Francorum. Ex generatione reges unctos; altera: Genealogia regum Fran- Priami fuit Meroveus, pater Chilperici, qui genuit corum. Primi reges Francorum de genere Priami Clodoveum, quem sanctus Remigius baptizavit etc. Clodio, Meroveus et Childericus — — Philippus, filius

Ex genere Priami fuit Meroveus, qui genuit Childericum. Childericus genuit Clodoveum. Clodoveus genuit Clotharium. Clotharius genuit Chilpericum. Chilpericus genuit Clotharium. Clotharius genuit Dagobertum. Dagobertus genuit Clodoveum. Clodoveus genuit Theodericum. Theodericus genuit Childebertum. Childebertus genuit Dagobertum. 5 Dagobertus genuit Theodericum. Theodericus genuit Clotharium. Pipinus Parvus genuit Karolum Magnum. Karolus Magnus genuit Ludovicum Pium. Ludovicus Pius genuit Karolum Calvum. Karolus Calvus genuit Clodovicum. Clodovicus genuit Karolum Simplicem. Mortuo Clodovico, remansit triennis Karolus infans. Deinde inito consilio Francorum electus est Odo in regnum ad tempus. Deinceps Karolus etate factus sceptrum regni recepit 10 cum assensu Odonis regis. Tunc divisum est regnum in duas partes: a Reno usque ad Sequanam fuit regnum Karoli, et a Sequana usque ad Hispaniam fuit regnum Odonis, tamen in subiectione predicti Karoli regis. Mortuo Odone, Robertus, frater eius, sine voluntate sepe dicti Karoli invasit sceptrum regni sui fratris. Inde creverunt multa mala et perturbationes in regno, et inde convenerunt ad proelium apud Suessionem civitatem Karolus 15 rex cum Hainrico Saxonum^a rege¹ et Rotbertus cum filio suo Hugone. In eodem proelio occisus est Rotbertus rex et Hugo adhuc iuenculus, filius predicti Rotberti, victor remansit in proelio, fugavitque Karolum et Hainricum predictos reges. Post modicum vero tempus Herbertus, omnium principum Francorum pessimus, in compedibus alligavit suum dominum, scilicet regem Karolum, et usque ad mortem in vinculis tenuit eum apud Parronam castrum. 20 Deinde predictus Hugo cum Herberto predicto et aliis principibus Francorum elegit sibi in regem Rodulfum Burgundionum^b duce, virum fortem et sapientem. Post mortem Rodulfi regis miserunt principes Francorum ultra mare ad Aluardum regem Anglorum, ut redderet eis Clodovicum, scilicet Karoli regis filium^c suumque nepotem, ut sublimaretur illis in regem. Auctoritate vero avunculi sui reversus est Clodovicus puer in Francia cum legatis 25 Francorum, qui devotissime receperunt eum et ordinaverunt illum super se regem et dominum. Clodovicus fuit pater Clotharii, Clotharius pater Clodovici. Post mortem Clodovici Hugo dux rex factus est; fuit enim pater Rotberti regis. Rotbertus vero genuit Hugonem et Henricum; quem predictum Hugonem propter seditionem principum Francorum adhuc eo vivente sublimavit in regem, videlicet sapientem iuvenem, iustum et fortem bellatorem. 30 Quod nequeo dicere nisi cum magno dolore, pebetenus^d erat, quando mortuus est. Deinde pre timore Francorum germanum eius prefatum Henricum ordinavit in regnum. Mortuo Rotberto rege, Henricus, filius eius, adhuc iuenculus multas insidias et calamitates per-

35 a) Xaxonum c. b) Burgundionem c. c) suum c. d) ita c.; sed quid sit, nescio; pebetenus Duch.

GENEALOGIAE SCRIPTORIS FUSNIACENSIS.

Codex olim Fusniacensis, duodecim foliis membranaceis scripturae perlegantis et saec. XII, in 4. min., nunc volumini in bibliotheca Parisiensi nr. 9376. 40 signato insertus, opus continet genealogicum paulo post a. 1160. fortassis a Roberto abbate monasterii Fusniacensis (Foigny, dioecesis Laudunensis) confectum, quod cum originem et propaginem regum Francorum tertiae, ut dicunt, stirpis illustrare studeat, multa quoque continet quae ad familias Lotharingicas spectant. Quare huic volumini inserendum erat. Editionem, quam paravit Brial, 45 Script. rer. Gall. et Franc. XIV, p. 2 sqq., cum codice contulit socius noster I. Heller. Capitulum distinctionem institui. G. W.

1) Quod minus recte dictum esse, constat; v. Jahrb. Heinrich I. p. 73.

1. Anno^a ab incarnatione Domini octingentesimo octogesimo sexto¹ Karolus Calvus Francorum rex, Romanorum postmodum imperator, ad coercendos excursus improbos adhuc gentilium Normannorum, qui Galliam qua in parte Britanniam respicit eo tempore piratico more pervaserant, Robertum, illustrem genere virum et animi virtute prestantem, constituit Andegavensium^b comitem et adiacentis patrie defensorem. Hic ergo Robertus, post 5 egregios de Normannis multiplicesque triumphos, cum eos die quadam in prelio victos infra quamdam ecclesiam fugere compulisset et variis armorum machinarumque tormentis
- * 1. 1. viriliter expugnare niteretur inclusos, exarmato capite pro mitigando^c fervore solis^d lenioris aure blandimento, propius ut suos animaret^e accedens, et sagitta vulneratus, vitam et victoriam simul amisit et dimisit christiani nominis inimicos non minus exultantes quam 10 insultantes, quod salvati forent inde pagani, ab ecclesia videlicet, unde confusi fuerant christiani. Fuerunt huius Roberti comitis Andegavensis filii duo; quorum Odo natu maior cum decore pariter et probitate regni precelleret obtinuitque universis, factus est tutor et procurator regis Francorum Karoli qui dictus est Simplex adhuc infra puericiam existentis; sed iam sublatis e medio Francorum regibus, tercio de eodem genere Ludovico et Carlo 15 magno, qui fratres eiusdem Karoli fuerant, sed non uterini, ad retinendam autem quorumdam inobedientiam superborum de regni totius assensu consensus ad regie corone gestamen ad tempus est^f eidem Odoni concessus, et alter illius frater Robertus dux ab eodem Senonensis et Turonensis provincie constitutus. Hic eundem Karolum, fratris alumpnum, cum post eiusdem sui fratris excessum idem Karolus annos iam aliquot transcurrisset in 20 sceptris, sed propter nimiam simplicitatem subiectorum sibi nobilium odium incurrisset, generorum suorum^g, scilicet Radulfi tunc Burgundie ducis et Veromandensium simul et Campanie comitis Heriberti, fultus auxilio regnique totius fere consilio deturbavit avito solio, quod ipse postea rex factus ascendit. Sed auxilio Lothariensium recuperante regnum et
922. irruente Karolo super ipsum in planicie preiacente civitati Suessionensium et castro Sancti 25 Medardi, non sicut imbellis, sed belli victor, in bello cecidit. Nam Franci victores cum Hugone^h, eius filio, reppulerunt et compulerunt agmine lacerato trans Mosam fugere Karolum, prefatum vero Radulfum ducem Burgundie regem Francie creaverunt, quousque post ipsum Ludovico, memorati Karoli filio, regni moderamina reddiderunt. [Atⁱ Roberto regi non in regnum, sed in ducatum successit^j filius eius Hugo, qui Magnus^k est et Cappatus a 30 cappa^l Domini, quam de Terra Promissionis transvexisse^m fertur in Franciam, appellatus. Idem etiam Hugo dux ex Hadwide, filia primi Henriciⁿ Germanorum regis et Romanorum^o imperatoris Othonis^p primi sorore [et^q] Gerberge, que regum Francorum Ludovici^r fuit uxor mater Lotharii^s, procreavit filium Hugonem similiter appellatum^t, qui de duce meruit fieri rex Francorum post predicti Lotharii filium^u quintum et ultimum de progenie Magni Karoli 35 Ludovicum].
- * 1. 2. 2. Hugo Pius rex genuit Robertum regem et filiam Hadevidem nomine comitissam Hainonensium. Robertus rex genuit Henricum regem et Robertum ducem Burgundie et Alam^v comitissam Flandrensem. Henricus rex genuit Philippum regem et Hugonem cognomento Magnum. Philippus rex genuit Ludovicum regem. Ludovicus rex Philippum regem; 40 cui successit in regnum frater eius Ludovicus rex, quorum frater fuit domnus Henricus Remensis archiepiscopus^w et Robertus comes de Barro et Petrus^x et Philippus clericus, et soror ea^y quam duxit Eustachius comes Bolonie; quo mortuo, nupsit comiti de Sancto Egidio^z, cui peperit filios.
- * 1. 3. 3. Hadevidis^{aa} comitissa Hainonensium, soror Roberti regis, peperit Beatricem; quam 45 duxit Ebalus de Roccio, cuius frater fuit Lebalus de Malla et soror Iveta comitissa de Roitest^{ab}.
4. Supradicta Ala comitissa Flandrensis, soror Henrici regis, peperit Balduinum comitem Flandrie et Philippum, patrem Guilelmi de Ipra, et filias. Filius Balduini comitis fuit
- a) littera initialis deest, spatio vacuo relicto c. b) Andegavensium corr. Andegavensium c. c) manu scribae superscr. c. 50 d) e. H. corr. H. e. c. e) At — Karoli Ludovicum in marg. f. 2. manu scribae. f) primum a. g. prius p. alterum i. alt. o. s. do, tho, alt. a, um abs. g) Invenisse c. h) deest c. i) ea corr. manus saec. XVI. Ita c.
- 1) In anno indicando auctor valde erravit; cf. Kalckstein, 'Robert der Tapfere', 1871, p. 17 sqq. 2) Corrigere generis, id est Radulfi, nam Heribertus socer eius erat. BR. 3) Adalam. 4) Inde ab a. 1161. 5) De Curtenaco postea dictus. 6) Constantia omnibus aliis scriptoribus dicta. BR. 7) Raimundo V. comiti Tolosano. BR. 8) Rethel. 55

Robertus comes Flandrensis¹, qui procreavit filium nomine Balduinum, eiusdem provincie comitem.

5. Prima filiarum predictae Ale Ala dicta², nupta Guilelmo Bastardo comiti Normannie, qui conquisivit Angliam, peperit [Guilelmum³] Ruffum, regem Anglie; cui successit frater eius Henricus rex, quorum frater fuit Robertus comes Normannie et soror³ uxor Stephani comitis de Blois. Robertus comes Normannie procreavit Guilelmum, qui post necem Karoli Flandrensis comitis, de quo postea loquemur, fuit comes eiusdem loci. Henricus rex Anglie genuit filiam⁴, quam duxit Henricus Romanorum imperator. Post cuius obitum nupsit duci Andegavensi; cui peperit Henricum, qui post Stephanum regem Anglie, quem in subsequentibus invenies, regnum tenuit eiusdem patrie. Soror supradictorum regum Ruffi et Henrici comitissa de Blois genuit comitem Theobaldum et episcopum de Wincestre⁵ et Stephanum comitem de Bolonia, qui Henrico regi Anglorum successit in regnum. Cuius Stephani filii extiterunt Eustachius⁶, gener Ludovici regis Francorum, comes Bolonie, et Guilelmus⁷ qui cognominatus est Longus-ensis. Theobaldus comes genuit Henricum comitem Treocarum et Theobaldum comitem de Blois et Stephanum comitem de Sanzuerre et Guilelmum clericum⁸ et filias; quarum una nupsit duci Burgundie, altera comiti Rainaldo de Monzons.

6. Altera filia prime Ale⁹, soror comitis Balduini, de rege Danorum genuit Karolum, qui fuit comes Flandrie post Balduinum, filium comitis Roberti. Mortuo patre Karoli, mater eius de Rogero duce Apulie genuit alterum Rogerum ducem eiusdem patrie. Tercia filia¹⁰ predictae Ale⁹ peperit de comite Alsatie Theodericum, qui post mortem Guilelmi, successoris Karoli, factus est comes in Flandria¹¹.

7. Nunc ad Hugonem Magnum revertamur. Hugo cognomento Magnus, frater Philippi regis Francorum, de Adelaide comitissa Veromandensium genuit Radulfum comitem Veromandie et Henricum de Chauni et Simonem episcopum Noviomensem et filias. De quarum una Bonifacius marchio genuit Bonifacium archidiaconum Noviomensem et filios et filias; quarum una nupsit Guilelmo de Monte-pessulano. Secunda filia Hugonis Magni ex Radulfo de Baugenci¹² peperit Simonem eiusdem loci principem. Tercia filia¹³ ex Ioifrido de Firmitate-Galceri genuit uxorem Simonis de Oisiaco. Quarta filia nupsit comiti de Meslent, cui peperit filios, quorum unus¹² successit patri in comitatu, alter vero¹³ comitatum tenuit de Cirecestre.

8. Nunc ad narrationem eorum quos superius obmisimus, liberorum scilicet Hadevidis comitisse Hainonensium, Letaldi de Marla¹⁴ et Ioette de Retest et Ebali de Roccoio veniamus. Letaldus de Marla habuit filiam nomine Adam. Ada filium nomine Thomam de Marla; qui duxit sororem¹⁵ Balduini comitis Hainoensis, que peperit ei duas filias. Quarum una iuncta Alardo de Cymaco peperit Gilonem; post mortem vero Alardi nupsit Bernardo de Urbais¹⁶, cui peperit filium Engelranum nomine. Alteram filiam duxit Evrardus de Bre-tullie, de qua genuit Evrardum et Gualerannum cum aliis. Predictus Thomas de Marla¹⁷, dimissa sorore comitis Balduini, iunxit sibi uxorem cuiusdam militis de terra Ambianensi nomine Milesendem, que peperit ei Ingelrannum de Marla et Robertum Bovensem et filiam nomine matris appellatam, que maritum habuit Hugonem de Gornai dominum eiusdem loci.

9. Iuetta, soror supradicti Letaldi de Marla, genuit Hugonem comitem de Retest; qui Hugo genuit castellanam de Victereio, matrem comitis Witeri de Retest. Qui Witerus genuit Hugonem et Manassem cum aliis filiis et filiabus; quarum unam¹⁷ duxit Rogerus rex Sicilie et aliam¹⁸ Hugo de Petraponte¹⁹.

a) in marg. manu scribæ c. b) Baugenci c. c) ante l. quattuor fere litterae erasae c. d) Malla c.

1) Philippus et hic Robertus filii erant Roberti senioris, secundi filii Balduini et Adelaë, quem perperam prætermittit auctor; cf. Gen. com. Flandr., SS. IX, p. 308. 2) Potius Mathildis. 3) Ada vel Adela. 4) Mathildem. 5) Henricum a. 1129—1171. 6) Obiit a. 1153. 7) Obiit a. 1159. 8) Electus fuit Carnotensis episcopus a. 1165. et a. 1168. archiepiscopus Senonensis. Proinde ante hæc tempora scripta fuit hæc genealogia. BR. 9) Adela, filia Roberti Frisii Flandriae comitis, quem auctor silentio pressit, ex quo errore iste dimanat. BR. 10) Gertrudis, filia itidem Roberti Frisonis. BR. 11) Obiit a. 1168. 12) Walrammus. BR. 13) Robertus. BR. 14) Cf. Albric. 1119, SS. XXIII, p. 823. 15) Idam; cf. Gisleb., SS. XXI, p. 505. 506. 16) Orbaiz; Gisleb. l. l. 17) Beatricem. 18) Clementiam vel Agatham; cf. Albric. 1168, p. 852. 19) Pierre-Pont.

10. Ebalus de Roceo, frater supradicti Letaldi de Marla et Iuette comitisse de Retest, duxit uxorem Beatricem nomine, videlicet filiam Hadevidis comitisse Hainonensium, sororis Roberti regis Francorum, de qua duas filias genuit, Adelidem scilicet et Hadevidem¹. Hadevidis iuncta Condefrido de Ruminiaco peperit ei filium nomine Nicholaum et filias; quarum una peperit ex Radulfo comite de Veteri-villa² Ebalum de Flurines³ et Ermentrudem, matrem Guilelmi⁴ de Birbais; secunda filia Hadevidis de Ruminiaco ex Godefrido de Ransst peperit filios Iohannem et Nicholaum, qui Nicholaus Arnulfum et Godefridum procreavit; tertia filia iam dicte Hadevidis copulata domino de Granci peperit ei Ebalum eiusdem loci dominum. Nicholaus, prefate Hadevidis de Ruminiaco [filius⁵], genuit alterum Nicholaum, cui filia Alardi de Cimaco peperit Godefridum; qua defuncta, duxit sororem comitis Hainonensium Adelidem nomine⁶, que genuit ei Balduinum Laudunensem archidiaconum et Nicholaum pluresque filias. Quarum prima Radulfo de Raulcort peperit liberos. Secundam duxit Isaac de Barbenzun, que filias habuit. Tercia copulata Gervasio de Basochis⁷ genuit filios et filias. Quarta iuncta Guidoni de Cyris genuit liberos. Quinta⁸ nupsit Goszvino de Montibus, fratri Kameracensis episcopi⁹, que et genuit liberos. Sextam¹⁰ duxit Galterus de Cons.

11. Secunda filia predicti Ebali de Roceo, soror prefate Hadevidis de Ruminiaco, nupsit Helduino comiti de Ramerut¹¹, cuius fratres extiterunt comes Suessionis et comes de Donmartin et comes de Ronaco et Manasses cui agnomen Calva-asina¹². Defuncto Ebalo de Roceo, prefatus comes Helduinus predicti Ebali uxorem dictam Beatricem, socrum videlicet suam, dedit Manasse fratri suo uxorem. De qua idem Manasses¹³ genuit domnum Manassem Remensem archiepiscopum et Guidonem de Novo-castello et Adelidem abbatissam pie memorie de Sancto Iohanne in abbacia¹⁴.

12. Supradictus comes Suessionis Guilermus nomine, frater iam dicti Helduini, genuit Rainaldum comitem Suessionis et Iohannem, qui fratri successit in comitatum, et Manassem Suessionensem episcopum et filias. Una¹⁵ nupta Ivoni de Neella¹⁶ peperit Radulfum eiusdem castri dominum. Radulfus genuit Yvonem comitem Suessionis et Radulfum castellanum de Bruges et Theodericum Cameracensem archidiaconum.

13. Memoratus comes Helduinus de Adelaide coniuge sua, filia scilicet Ebali de Roceo¹⁷, genuit Ebalum comitem eiusdem loci et Andream comitem de Ramerut et filias¹⁸. De Ebalo comite de Roceo ortus est Wiscardus et Thomas et Hugo cognomento Cholez et filie. Altera Hugoni de Puisat peperit Hugonem de Gata. Aliam duxit Godefridus de Ribodio. Quo mortuo, nupsit domino de Basengi, de quo peperit Wiscardum eiusdem loci dominum. De Hugone agnomine Cholez natus est Wiscardus et ceteri filii et filie; quarum una nupsit Galchero de Moniai, cui peperit [Guidonem¹⁹ et] Galcherum. Alteram duxit Guermundus de Chastelun, de qua habuit Guermundum. Andreas comes de Rameruth, frater iam dicti Ebali comitis de Roceo, genuit Ebalum Cathalaunensem episcopum et Hugonem comitem de Hispania et Oliverum et filias. Quarum una nupta Aerardo comiti Briennensi genuit Galterum comitem eiusdem loci et sororem eius nomine Felicitatem. Galterus comes genuit Aerardum comitem et Andream atque Mariam castellanam de Sancto Otmario cum aliis liberis. Felicitas vero, soror iam dicti Galteri, peperit Simoni de Brois Hugonem et Simonem. Quo defuncto, genuit loifrido domino de Iunvilla liberos. Alteram filiam prefati Andree comitis duxit Iohannes vicecomes de Maruel, cui peperit Manassem de Plaierra et sororem eius, quam duxit Helyas de Monte-Mirail, de qua nati sunt Galcherus et Andreas et Hugo Prorulliensis²⁰ abbas; defuncto vero Helia, nupsit domino de Monte-regali, cui peperit liberos.

14. Prefati comitis Hilduini de Rameruth maior natu filia dicta Beatrix copulata Rotaldo comiti de Pertica peperit Rotaldum eiusdem loci comitem et Iulianam de Aquila,

a) Guilelm c. b) deest c. c) Bazochis corr. Basochis manu scribae c. d) Manases c. e) G. et suppl. scriba in marg. c.

1) Cf. Albric. 1031, p. 783. 2) Viesville. 3) Florenore abbatissa scripsit man. saec. XVI. in marg. 50 rennes. 4) Cf. Gislebert. p. 505. 5) Beatrix; cod. 11) Ramentrudis. BR. 12) Nigella (Neale); cf. Gisleb. l. I. 6) Nicolai, qui a. 1167. obiit; v. Cont. Albric. 1070, p. 796. 13) c. 10. 14) Eadem Gest. Camer. Andr., SS. VII, p. 525. 7) Richeldis . . . domino de Cuis nupsit; Gisleb. p. 506. c. 2. Migue CLVI, p. 965 sqq. (Bouquet XII, p. 267). 8) De quo et genere eius cf. Albr. 1062, p. 794. 15) Fortasse Prulliacus, Prully, dioec. Senonensis. 55 9) Cf. Albr. 1070, p. 796. 10) S. Iohannis in

* matrem regine Navarrensis¹, et Margaretam, uxorem Gisleberti de Novo-burgo, de quo peperit Rotaldum Ebrodiensem episcopum cum aliis liberis utriusque sexus. Rotaldus comes, prefati comitis filius, duxit filiam² regis Anglie, de qua filiam procreavit. Qua dimissa, duxit alteram, de qua filios suscepit.

15. Secundam filiam prefati comitis Hilduini de Rameruth dictam Margaretam duxit Hugo comes de Claro-monte³; de qua nati sunt Guido dictus Qui-non-dormit et Hugo Pauper et comes Rainaldus et sorores eorum. Rainaldus duxit Adelidem comitissam Viromandensium, defuncto priore viro, scilicet Hugone Magno; que peperit ei filiam⁴, quam duxit comes Karolus Flandrie. Quo mortuo, tradita est comiti⁵ Hugoni qui dictus est Campus-avenae. Predictus Rainaldus, defuncta Adelide, duxit comitissam⁶ de Dammartin, filiam comitis Rainaldi de Monzuns, de qua genuit Guidonem et Rainaldum et Hugonem archidiaconum Metensem et Galterum cum aliis utriusque sexus. Una sororum comitis Rainaldi nupsit in Anglia comiti Hugoni de Cestre; alteram duxit Gillebertus, filius Richardi Anglici; tertiam copulavit sibi Matheus comes de Bello-monte, de qua genuit alterum Matheum comitem et fratrem eius et filias.

16. Tertiam iam dicti Hilduini comitis filiam Ermentrudem nomine duxit Theobaldus comes de Kinnel⁷; de qua orta est Eldiardis⁸, mater Ebali de Buxi et Bertranni comitis⁹, qui de filia imperatoris Hispanie¹⁰ habuit liberos utriusque sexus. Ebalus¹¹ vero habuit filiam nomine, que Guidoni de Iunvilla, fratri comitis Tullensis¹², peperit liberos utriusque sexus. Robertus de Conflens, Wilhelmus quoque agnomine Rofroidus fuerunt fratres Ebali et Bertranni; sorores etiam habuerunt Beatricem et alias. Robertus de Conflens habuit filios, Ebalum videlicet eiusdem loci dominum et Bartholomeum clericum; Wilhelmus quoque habuit filios et filias. Beatrix ex Hugone de Monte-cornet genuit Bartholomeum Belvacensem¹³ episcopum et Nicholaum militem de Templo. Defuncto prefato Hugone, predicta Beatrix duxit alium maritum, videlicet Clarembaldum de Foro, cui peperit Adelidem Laudunensem vicedominam et Ebalum et Galterum et Elizabeth. Adheluidis habuit filiam, quam duxit Radulfus de Ecri.

17. Quartam sepe fati Hilduini comitis filiam Adam dictam duxit Godefridus de Guisia; cui peperit Guidonem, qui habuit sororem; que de Arnulfo, fratre Balduini comitis Hainonensis, genuit Eustachium de Ruz¹⁴. Guido vero genuit Burgardum et Godefridum et sorores eorum. Quarum una de Simone de Inci¹⁵ peperit Hugonem et Galterum. Altera de Anselmo, filio Hulardi de Sancto Quintino, peperit duas filias; quarum una nupsit Guidoni de Moi. Tertiam sororem Burgardi [duxit] Duido¹⁶ de Wispais, de qua genuit Matheum et Guidonem et sorores eorum. Quarta de Rainero agnomine Muto genuit Renerum et filias. Mortuo Godefrido de Guisia, Ada duxit secundum maritum Galterum de Aat et genuit filias; quarum una tradita est Gerardo de Audenarde, que peperit Arnulfum et Godefridum atque Henricum et ceteros. Defuncto Galtero de Aat, nupsit Ada Theoderico de Avesnis¹⁷.

18. Quintam sepe dicti Hilduini filiam duxit Arnulfus comes de Cinni¹⁸; de qua genuit Ottonem comitem et sorores eius. De Ottone natus est Hugo et comes Albertus¹⁹ et Fredericus Remensis ecclesie prepositus. Soror Ottonis peperit Arnulfum Treverensem archidiaconum et Cononem. Reliqua soror Ottonis nupsit Dodoni de Cons²⁰.

19. Sexta filia Hilduini comitis Adelidis appellata, multis sed occultis virtutibus clarens, peperit²¹ filium columbine simplicitatis nomine Bartholomeum, qui prius fuit thesaurarius Remensis ecclesie et Sancti Quintini et Lausannensis, postea vero Laudunensis antistes, novissime²² devotus in Fusniaco monachus. Post quem mater eius genuit²³ Ebalum cum

a) spatium octo fere litterarum vacat c. b) deest c. c) f. Guido. BR.

1) *Margaretæ* addit Herimannus l. l. 2) *Mathildam*, filiam Heinrici l. 3) *Albric*. l. l. p. 794. 4) *Margaretam*, coniugem illius præclari Caroli Flandrensium comitis Herim. l. l. 5) *Sancti Pauli*. BR. 6) *Clementiam*, quæ primis nuptiis sociata fuisse videtur comiti Domni-Martini. BR. 7) *Resnel*. 8) *Heldeardis* Herimanno, Hildegardis Albrico. 9) *qui in Hispania defunctus est*. Herim. 10) *Sanctii regis*; cf. *Albr*. l. l. 11) *de Baxi*. 12) *Qua ratione frater esset comitis Tullensis*, dicere non valemus. BR. 13) *Laudunensem archidiaconum et thesaurarium*. Herim. A. 1162. episcopus electus. 14) *Roelx*. 15) *Inciacum*. 16) *et cum eo exstruxit coenabium quod dicitur de Lescis*. Herim.; cf. infra eius librum *De restaur. S. Martini Tornac*. 17) *Chiny*. — *de Waren* Herim., qui filium Othonem dicit comitem de Cinni. 18) *Aubertus*, ut scribitur, genuit *Aubertum comitem et Ernulfum episcopum de Verduno*. Herim. 19) *De quo v. Chron. S. Huberti* c. 66 sqq., SS. VIII, p. 601. 20) *Ex Falcone de Ior vel de Serrata*, ut Herimannus susius narrat. 21) a. 1150. 22) Cf. Herim. *Laud*.

aliis liberis utriusque sexus. Ebalus de sorore comitis Ulardi genuit Ebalum et Bartholomeum. Unam sororum¹ domni Bartholomei duxit Henricus de Grandi-prato, que peperit ei¹² Henricum et Adelidem. Qui Henricus de filia² Rogeri de Ionvilla genuit Henricum agnominem Waffart, Ioifridum et Bartholomeum cum aliis liberis utriusque sexus. Henricus Waffart comes Grandis-prati duxit comitissam³ de Luceleburgh. Veneranda Adelidis, germana⁵ dicti Henrici, nupsit comiti Godefrido de Durbuil, fratri comitis de Namuco et comitis de Rupe. De quo peperit Richardum Laudunensem atque Viridunensem archidiaconum⁴, fratrem quoque eius Henricum et sororem eius Adelidem sanctimoniam. Defuncto autem Godefrido de Durbuil, predicta Adelidis nupta Godefrido de Aissa peperit Robertum Fusniacensem abbatem et Henricum, Fredericum atque Bartholomeum necnon Ermengardem.¹⁰

Alteram Bartholomei episcopi¹² sororem duxit Erchenbaldus vicecomes de Mascuns, de qua genuit Hugonem thesaurarium Remensis ecclesie et Stephanum monachum, Ertaldum, Erchembaldum et sorores eorum. Ertaldus genuit equivocum sibi Ertaldum. Quedam soror Ertaldi Amedeo de Alta-ripa peperit Amedeum Lausanensem episcopum⁹. Terciam sororem domni Bartholomei duxit Trombertus de Alta-villa, de qua genuit Wibertum et¹⁵ fratrem eius. Quartam duxit Paganus de Sancci, que filias habuit. Quintam duxit Berlo de Mureno.

20. Septima filia⁶ supradicti Hilduini nupsit Sanctio regi Hispanie⁷ peperitque Hildefonsum⁸ regem potentissimum et fratrem eius, qui ei successit in regnum. Cuius filiam⁸ cum regni gubernaculis comes inclitus Barcinonensis⁹⁻⁹, qui paganos impugnare non desi-²⁰ nit¹⁰, duxit in uxorem.

a) Held. corr. Hild. c. b) Baiolanensis corr. Barcinonensis man. scribae c. c) desinit corr. desit c.

DE GENERE COMITUM FLANDRENSIUM NOTAE PARISENSIS.

25

In chartulario Philippi Augusti regis, bibliothecae Parisiensi inlato, olim nr. 9852³ 11, nunc nr. 9778. signato, fol. 1'. genealogias legi 'incongrue consarcinatas', quas edidit Brial, Script. rer. Gall. et Franc. XIII, p. 415, Bethmann in schedis suis annotavit. Sed neque a. 1849. V. Cl. de Heinemann, neque praeterito anno socius noster I. Heller ibi eas invenit. Ille vero ex 1) codice Parisiensi³⁰ nr. 172, qui chartas Philippi regis continet, notas eas descripsit quae ad comites Flandrenses spectant, eo procul dubio tempore factas, quo Ingeburgis uxoris e Dania oriundae Philippus rex repudium fecit. Hic easdem in 2) codice Parisiensi nr. 10916. et 10917 (olim 9832. a. a.), chartularii apographo saec. XVIII. confecto, reperit et cum editione contulit, quae etiam codicem in³⁵ chartophylacio publico nr. 34 bis. adhibuit. Quae Brial annotavit retinui, neque accuratius in has genealogias inquisivi.

G. W.

1) Ermentrudis dicta teste Herimanno. 2) Beatrix. p. 800 sqq. 6) Felicia. 7) Aragoniae. 8) Petro-trice. BR. 3) Filiam comitis Willelmi. BR. 4) Itanillam. BR. 9) Raimundus Berengarius IV. BR. etiam Herimannus. Electus episcopus Viridunensis 10) Obiit a. 1162. BR. 11) 9852 A, SS. Ber. Gall. 40 a. 1163. BR. 5) De quo cf. G. episc. Laus., SS. XXIV, l. 1. p. 415 n.

Balduinus^a Flandriae comes quatuor generavit filias.

Ph[ilippus], pater Grossi⁴ regis, duxit in uxorem Bertam, filiam Balduini comitis Hollandiae, sororem Roberti Ierosolimitani comitis Flandriae, de qua genuit Ludovicum regem et Constantiam, Antiochie principis uxorem Boemundi^b. Idem Ph[ilippus] postea repudiavit eandem Bertam, et abstulit Fulconi Richin Andegavensi^c comiti uxorem suam nomine Bertradam, de qua genuit Philippum et Florum et comitissam Tripolitanam². Ludovicus, filius eius, coronatus fuit apud Aurelianum^d a Domberto^e Senonensi archiepiscopo et eius suffraganeis. Carolus comes Flandriae, de amita regis Ludovici Danorum regis filius, iure sanguinitatis successit comiti Balduino Flandriae, Ierosolimitani Roberti filio. Idem Carolus occisus fuit apud Bruges.

Comes Herbertus³ genuit Odonem et Adela[m] sororem. Odo fuit fatuus et indiscretus. Barones Viromandenses rogaverunt regem, ut Adela[m] daret Hugoni le Magne, fratri eiusdem regis; quod factum est. Predictus vero Hugo dedit in uxorem filiam cuiusdam militis Viro[mandensis] predicto Odoni Fatuo. De Odone Fatuo et eius uxore exivit Odo Ferrarius, qui fuit pater Iohannis de Sancto Simone, qui adhuc vivit. De predicto comite Hugone et predicta Adela uxore sua exivit comes Radulfus, Simon Noviomensis episcopus, dominus Henricus de Chaumont et quatuor filie; de quibus quidam marchio Lombardie⁴ unam habuit, secundam⁵ dominus Baugenciaco⁶, tertiam⁷ comes Mellenti⁸, quartam comes Garentie⁹. Hugone autem comite mortuo, comes de Claro-monte¹⁰ duxit Adela[m] comitissam in uxorem et ex ea unam filiam¹¹ habuit. Comes siquidem Carolus Flandriae cum illa filia matrimonium contraxit. Defuncto autem Carolo, Hugo Champdaveine relictam ipsius Caroli in uxorem accepit, qui fuit comes Sancti Pauli, et ex eis exierunt Radulfus Champdaveine et Guido Champdaveine; et post decessum Hugonis comitis Sancti Pauli dominus Balduinus de Encra relictam ipsius Hugonis accepit in uxorem, et ex eis exivit mater domini Galteri de Helli. Comes Hugo li Maines habuit duos filios, comitem Radulfum Viromandensem primogenitum et comitem Henricum, et quatuor filias; primogenitam habuit dominus de Baugenciaco, secundam habuit Bonifacius marquisus Italiae, tertiam comes de Warennes, quartam comes de Mellento. De domina de Baugenciaco primogenita exivit domina Agnes, uxor domini Ingelramni de Cociaco, mater domini Radulphi de Cociaco; et de eodem Radulfo Ingelrannus de Cociaco, nunc vivens. Item de comite Hugone le Maines exivit vetus comes Radulfus, pater Elisabeth comitisse Flandriae et Lyenordis comitisse Viromandensis, sororis eiusdem Elisabeth.

Item comitissa Ada¹² fuit uxor Iohannis¹ le Maines comitis et mater supradicti Radulphi. Eadem comitissa Ada habuit quendam fratrem Odonem cognomine Fatuus; ab eodem Odone exivit alius Odo Ferrarius, et de Odone filio exivit Iohannes de Sancto Simone. Item a comitissa Ada, uxore predicti Hugonis³, et de eodem Hugone exivit comes Radulfus Viromandensis, et de ipso comite Radulfo exierunt Elisabeth comitissa Flandriae, uxor Philippi comitis, et Lyenordis comitissa Viromandensis et comes Radulfus Leprosus.

Comes Radulfus senes — fratres — Mathildis domina Baugenciaco.

40 Lyenordis — consanguinei germani — Lancelinus, Iohannes de Baugenciaco.
Ada comitissa — fratres¹³ — Odo Fatuus.

Balduinus Pius comes Flandriae duxit Adela[m], filiam Roberti regis Francie, ex qua suscepit Balduinum Montensem et Robertum Frisonem et Mantildam¹⁴ filiam, que nupsit Wilhelmo comiti¹ Normannie, qui Angliam acquisivit; ex qua genuit Wilhelmum regem Anglie et Robertum comitem Normannie. Balduinus Montensis primogenitus duxit in uxorem Richeldem comitissam Hainonie, ut per illam posset habere comitatum. Idem Balduinus ex ea genuit Arnulfum et Balduinum. Item Robertus Friso, frater Balduini Montensis, duxit in uxorem Geltrudem⁵, uxorem quondam Florentii¹ relictam comitis Frisie, ex quo

a) Balduinus — filias des. 2. b) Bohemundi 2. c) Andegavensis comitis 2. d) Aurelium 1. e) Domberto 2; Doinberto ed. f) Hugonis ed., et ita corrigendum est. g) le Maine add. ed. h) Mauthildam 1; Mathildem ed. i) comitem 2. k) Gebrude 2; Gertrudem ed. l) Florentis 1.

1) Ludovici. 2) Ceciliam. BR., qui haec et alia nomina hic repetita indicavit. 3) Viromandensis. 4) Bonifacius. 5) Mathildem. 6) Radulfus. 7) Elisabeth. 8) Robertus. 9) Guillelmus II. 10) Rainaldus. 11) Margaretam. 12) Quae supra Adela dicitur. 13) i. e. frater et soror, et ita etiam praecedentia intelligo.

susceperat filiam¹, quam habuit rex Francie. Robertus vero Friso ex ea genuit Robertum et Philippum et tres filias, quarum quedam² nupsit Canuto regi Dacorum; de qua idem 1127. Canutus genuit Karolum, qui fuit comes Flandrie et occisus apud Bruges. Alteram³ duxit Theodoricus comes Esselatensis⁴, ex qua genuit Theodoricum, patrem Philippi comitis Flandrie, et Margarite⁵ comitissam Hainonie⁶. Robertus itaque Friso post mortem Balduini fratris sui, confecto⁷ rege Francie Philippo subter⁸ Casletum⁹, et comite Arnulfo, nepote 1071. suo, in eodem bello occiso, totius Flandrie monarcha¹⁰ est effectus. Quo, scilicet Roberto Frisone, mortuo atque sepulto apud Casletum, successit ei Robertus iunior, filius eius; qui genuit Balduinum cognomento Inclitus¹¹. Eodemque Balduino sine herede defuncto, successit ei iure propinquitatis Karolus, filius predicti Canuti¹² regis Dacie ex filia primogenita 10 Roberti Frisonis et Geltrudis. Quo occiso apud Bruges, sicut dictum est, successit ei Wilhelmus¹³ comes Normannie, per violentiam sexti Ludovici regis Francie substitutus. Quo a Flandris deiecto, advocaverunt Theodoricum, filium Theoderici comitis de Auxois¹⁴ ex altera filia Roberti Frisonis et Geltrudis, et fecerunt eum comitem. Theodoricus iste duxit Sibillam, filiam regis Ierosolimitani¹⁵; ex qua genuit Balduinum, qui in annis puerilibus 15 obiit, et Philippum et Matheum et Petrum et¹⁶ filias Geltrudem et Margaretam. Mortuo Theodrico, successit ei Philippus, filius eius, qui duxit Elizabeth¹⁷, filiam comitis Viromandensis. 1174. Matheus vero duxit filiam Stephani regis Anglie¹⁸. Margareta vero nupsit Balduino comiti¹⁹ Hainonie. Petrus vero, qui fuit episcopus Cameracensis, a clericatu amotus, duxit comitissam Nivernensem²⁰, ex qua genuit filiam.

Daci dicunt, quod Kanutus ille rex Dacie, qui habuit filiam Balduini¹⁰ comitis Flandrie, mortuus fuit sine herede; et successit ei in regnum Ericus, frater eius; qui quidem¹ Ericus genuit Canutum. Idem Canutus genuit Aldemarum¹¹, patrem istius Isemborc¹².

Philippus rex Francie¹⁹ accepit in uxorem Bertam, sororem Roberti Iherosolimitani¹⁵ ex parte matris comitis Flandrie, filii Roberti Frisonis¹⁶; ex qua genuit Ludovicum regem 25 Grossum. Idem vero Ludovicus accepit in uxorem filiam Hunberti¹⁷ comitis Morienne¹²; ex qua genuit septem filios, Philippum, Ludovicum, Robertum, Henricum, Philippum, Petrum, et filiam unam nomine Constantiam, quam habuit Raimondus¹⁸ comes¹ Sancti Egidii; ex qua suscepit comitem Raimondum¹.

Philippus rex Francie duxit in uxorem Bertam, filiastram Roberti Frisonis, qui ideo 30 cognominatus est Frisio, quia comitatus Frisie remansit ei, qui proveniebat¹⁹ ei ex uxore sua. Nam idem Robertus dedit filiastram suam Philippo regi Francie, ut ei remaneret comitatus. Balduinus Cum-barba¹³ vel Pius cognomine comes Flandrie fuit pater Balduini et Roberti Frisonis. Iste Balduinus¹⁴ duxit in uxorem comitissam Hainonie¹⁵, ex qua Arnulfum genuit et Balduinum¹⁷.

Decessit autem ante mortem patris sui Balduini¹⁰ Balduinus¹⁶ comes Hainonie, et successit ei Arnulfus, filius eius primogenitus. Obeunte autem Balduino Cum-barba comite Flandrie, cum Arnulfus comes Hainonie¹⁷, nepos predicti Balduini Cum-barba ex primo-

a) Margār 2; Margaretam ed. b) ita 1; consō 2. c) subter ed. d) monarchus 1. e) Inclitum ed. f) r. C. ed. g) W. 2. h) et — Philippus, filius des. 2. i) Elis. 2. k) comitem 2. l) idem 2. m) Isemberti 2. 40 n) Franē 2; Francorum ed. o) Ierhos. 1. p) Frisonis superscr. i 2; Frisonis ed. q) Humberti 2. ed. r) Raimondus corr. Raimundus 2, et ita ed. s) deest ed. t) Raimondum 2; Raimundum ed. u) pertinebat 2. ed. v) 1 add. sed del.: Obeunte Balduino comite Flandrie et Arnulfo. w) deest 2.

1) Bertam. 2) Adela. 3) Gertrudem. 4) Alsatie. 11) Waldemarum, patrem Ingeborg reginae Francie. 5) Nulla inter filias Roberti Frisonis occurrit Margareta, e comitibus Hannoniensibus alicui nupta, sed nec inter neptes ex Gertrude. Quae vero facta est Hannoniensis comitissa nomine Margareta, ea pro-neptis erat Roberti Frisonis, nata Theoderico Flandriae comite et Sibyllae Andegavensi, uti paulo infra legitur. BR. 6) Cassel in Flandria. 7) Fulconis. 8) Mariam. 9) Mathildem. 10) Roberti potius. 11) Adelaidem. 12) Balduinum Barbatum perperam 45 confundit genealogiae huius auctor cum Balduino Pio, Balduini Boni seu Montensis et Roberti Frisonis patre. BR. 14) Sextus Hannoniensis. 15) Richildem. 16) Obiit Balduinus Pius anno 1067, die 3. Septembris, filius vero eius Balduinus de Montibus anno 1070, die 17. Iulii. BR. 17) Arnulfus comes Hannoniae non fuit. BR.

genito filio suo Balduino, deberet ei succedere in comitatum Flandrie, Robertus Frisio, adiuncto exercitu Romanorum et Alamannorum^a, fugato rege Francie Philippo, qui impendebat auxilium eidem Arnulfo, illo Arnulfo occiso in prelio, comitatum Flandrie tenuit usque 1071. ad obitum suum. Idem Robertus Frisio^b genuit duos filios^c, Robertum et Philippum; qui Robertus dictus fuit Ierosolimitanus, quia interfuit cum Ierusalem^d caperetur. Iste Robertus Ierosolimitanus genuit Balduinum, qui mortuus fuit de vulnere quod habuit in quadam expeditione apud Aucum^e castrum Normannie. Cui successit Karolus, cognatus 1119. eius, filius regis Dacie. Quo per tradicionem occiso apud Bruges, successit ei Wilhelmus^f, filius Roberti ducis Normannie; sed parvo tempore supervixit, quia letaliter vulneratus fuit in assultu cuiusdam oppidi^g, et sepultus fuit apud Sanctum Bertinum. Cui successit Theodorius^h de Auxois, cognatus precedentium comitum.** 1128.

*) *1 in margine addit: ex Geltrude comitissa Frisie, cuius filiam, quam ipsa^f susceperat de Florentio, duxerat in uxorem Philippus rex Francorum. Iste Robertus Frisio genuit Robertum et Philippum et tres filias, quarum unam habuit Kanutus rex Dacorum, alteram comes Theodoricus Esselaten- 15 sis, qui genuit Theodoricum, patrem Philippi comitis Flandrie; et ita Ludovicus rex Francorum Grossus et Karolus comes Flandrie, occisus apud Bruges, qui venit de Dacia, et Theodoricus, filius comitis Esselaten- 20 sis, videlicet pater Philippi comitis Flandrie, fuerunt ex tribus sororibus.*

**) *Quas sequuntur in codice 1 scripta sed post deleta sunt: Balduinus comes Flandrie quatuor generavit filias, quarum Philippus rex Francie unam habuit uxorem. Et hic pater fuit Grossi regis. Aliam autem Kenus³ rex Dacie sponsam habuit. Tertiam vero Theodoricus comes de Ausais, quae soror germana fuit Keni regis Dacie. De qua dictus Theodoricus comes generavit Theodoricum, qui post obitum Karoli comitis comes fuit Flandrie. Et iste Theodoricus generavit Philippum comitem Flandrie et sororem ipsius Margaretam comitissam Hainonie, matrem Elisabeth regine, quondam sponse Philippi regis nunc viventis. Et ista Elisabeth mater fuit primogeniti eius Ludovici. Ad hec Kenus rex Dacie de uxore sua, sorore germana uxoris Theodorici comitis de Ausais, generavit Karolum et Audomerum⁴. Hic Audomerus generavit Isemborc, quae data est uxor Philippo regi Francie nunc regnanti. Tandem^g istam affinitatem iuraverant tres mortui sunt, videlicet Balduinus de Havecherque^b, Iohannes castellanus Insulae, Gamelo de Longovado. Et tres adhucⁱ vivunt, quorum, si placet vel quando placuit domino regi, vocale potuit super hoc habere testimonium.* 25 30

a) Alem. 2. b) Friso 1. c) Ierusalem 2. d) W. 2; cognatus ante W. add. sed del. 1. e) Terricus 2. f) ipsam c. g) *plura erasa sunt; supple: ex iis qui.* h) *haucep'a c.* i) adhuc c.

1) Eu. 2) Alost. 3) Kanutus. 4) Waldemarum. Sed haec prorsus falsa sunt. Pater Karoli rex fuit Kanutus IV. sanctus, pater Waldemari dux Kanutus, nepos illius; ut supra dicitur.

CHRONICON BREVE ALAMANNICUM.

In tribus exstat codicibus: 1) Sangallensi nr. 570. s. IX. fol. 6 sqq., 2) Sangallensi nr. 251. s. IX. f. 30 sqq. et 3) Vindobonensi nr. 557 (Hist. prof. 686) s. XII. Ex hoc descripsit G. H. Pertz, finem edidit V. Cl. Wattenbach (Arch. VIII, p. 477); reliquis duobus ipse usus sum. Bedae chronico minori s de sex aetatibus mundi quaedam sunt inserta, alia addita, quae scriptorem in Alamannia degentem indicare videntur. Haec cum Annalibus conveniunt, quorum exemplaria in Laureshamensibus, Mosellanis aliisque habemus. G. W.

De sex aetatibus mundi.

- Beda
4405. Marcianus annis 6. Calcedonense^a concilium. Venerunt Anglorum gens in Britanniam, et Alamann. in alta man.^{b-1} venerunt. 10
4422. Leo maior annis 17. Aegyptus errore Dioscori lastrat.
4423. Leo minor ann. 1. Theotricus^c rex Romam obtinuit.
4439. Zenon annis 16. Corpus Barnabae apostoli repperit. 15
4465. Anastasius annis 26. Fulgentius episcopus praedicatur.
4473. Iustinus annis 8. Acephalorum heresis abdicatur. Benedictus abbas claruit.
4512. Iustianus annis 39. Huius 10. anno primus Dionisi^d circulus incipit.
4523. Iustinus minor annis 11. Armenii fidem Christi suscipiunt.
4532. Tiberius annis 9. Hermingildus dux Gothorum martyrio coronatur^e.
4553. Mauritius annis 21. Gregorius Rome episcopus floruit. 20
4561. Focas annis 8. Saxones in Britannia fidem Christi suscipiunt.
4581. Heraclius annis 30. Iudei in Hispania christiani efficiuntur.
4584. Heraclonus cum matre sua Martina annis 3.
4585. Constantinus, filius Eracli, ann. 1. 25
4613. Constantinus, filius Constantini, an. 28. Eclipsin solis facta est indictione 7, 5. Non. Mai.
4630. Constantinus, filius Constantini^f superioris, annis 17^g. Hic sextam synodum composuit.
4632. Iustinianus, filius Constantini, ann. 2.
4659. Pippinus senior annis 27. Huius 22. anno Cotafredus dux mortuus est¹.
4686. Karlus annis 27. Huius anno 17^h. Betaⁱ presbiter Anglorum obiit². 30
4696. Pippinus^k et Karlomannus^l annis 10 simul.
4713. Pippinus qui supra rex annis^m 17. Huius ann. 2. Bonifatius martyr effectus est³, et 13ⁿ. hibernus grandis et durus⁴.
4717. Karlus et Carlomannus simul ann. 4.
4762. Karlus qui supra annis 45, qui 30. anno ad imperatorem a papa Leone conse- 35
cratur.

[4768.° Hludowigus^p annis 6^o.]

a) Caesid. 2. b) Alamannō in alta mēn 1; Alamann. in alta mēn 2; fortasse: Alamanni in Alamanniam. c) Theotricus corr. Theodorichus 1; Theodoricus 2. d) corr. Dionisii 2. e) coronatus 1. f) Constantini corr. Constantini 1. g) 18 2. h) 12 2. i) Beda corr. Beta 1. k) Pippinus corr. Pippinus 1. l) Carl. 2. m) annorum 3. 40
n) 14 corr. 13 1. o) haec des. 3. p) corr. Hludowicus 2. q) vi eras. 1.

1) Ann. Lauresh. 2) Ibid. 731. 3) Ibid. 754. 4) Ibid. 764.

CHRONICON ISIDORI CONTINUATUM.

Haec chronici Isidoriani continuatio¹ a. 1017. in Gallia meridiana confecta vix continet quae ad ipsam historiam illustrandam faciant. Sed compositionis ratio ea est, ut quae publicae luci detur digna esse videatur. Nam Marii appendicem, de cuius aetate nuper varie est disputatum², aequae ac alia Isidori continuatio³ descripsit, praeterea ex Beda et chronici Moissiacensis, quod dicitur, recensione Anianensi est conflata. Quibus subsidiis destitutus auctor nisi Francorum regum nomina et annos addenda nihil habuit. Exstat in codice Musei Britannici, Addit. nr. 12024 (olim 'F. L. de Maire ord. praed.'), membr. 10 saec. XI, ex quo eam exscripsi.

G. W.

- Eraclius ann. 17. Iste vero imperii sui dum fungitur anno, Sisebutus Gotorum rex in Hispania plurimas Romane Marii app. urbis provincias quarto regni sui anno bellando subiecit et Iudeos regni sui subditos, praeter eos qui fuga lapsi lenter migraverunt ad Francos, ad Christi fidem convertit. Huius imperatoris temporibus ad 14. usque imperii sui annum multa rei publicae partibus ubique pene a diversis gentibus dispendia inlata fuerunt. Huius tempore Persi Calci-
 15 donem usque pervenerunt. Uni muri locum irumpentes et ad menia Constantinopolis accedentes, cum predicto imperatore mutuo in muro stante collocuntur, qui, acceptum precium ab eo pacis, ad tempus discedunt. Per idem tempus divisi in tribus regnis holim Frantia in uno a prephato⁴ rege Francorum⁵ coniungitur, atque persequente Teodorico rege germano suo Austrasiarum regem Teodobertum, vincentes Franci in Burgundia manentes Austrasio, ad extremum ipsum occiderunt. Nec mora, victor Teodoricus Metis cum obisset, Sigoberto filio parvulo cum avia sua Brunihildib⁶ regnum male
 20 usurpatum reliquit. Qui, vivente adhuc germano suo, nepotem proprium ad petram in albis elidi iussit. Per idem tempus iuncti filii sui a rege prephato⁴ Chlotario⁷ capiuntur; haec prephata regina⁸, predictorum avis, ab eo capta diversaque penarum genera afflicta, deinde camelo imposita, multis suis spectaculum prebuit. Postremo conligata tergum ferocissimi equi pedibus, extremum spiritum exalavit. Cuius deinceps corpusculum incendentes, sepulcrum ygnis fuit. Hoc denique iudicium paternum sine misericordia in germano et nepote quondam datum⁹ in filiis redundavit, eosque a quibusdam,
 25 ut aiunt, interfecit, monarchiam prenuncupatus rex in tribus regnis optinuit. Quam feliciter religioseque ac pacien-ter gubernando, quadragesimo nunc cum prioribus regni sui anno vitam duxit. Fuit ann. 5823.
 Item Eraclius cum matre sua Martins ann. 2. Circa Alexandriam cum sotiis suis acephalorum heresim in- Beda. stauravit, unam operationem et unam voluntatem in Christo dogmatizantes. Fuit ann. 5825.
 Constantinus mensibus 6.
 30 Item Constantinus annos 28. Hic deceptus a Paulo in haeresim acephalorum convertitur. Sed Martinus papa in concilio 105 episcoporum regem cum prefatam heresim anathematizant. Fuit ann. 5853.
 Item Constantinus ann. 17. Hic concilium apud Constantinopolim adgregans 150 episcoporum, cf. Beda. predictam heresim pariter et omnes hereses uno hore condemnant, qui duas voluntates et duas operationes in Christo adfirmabant. Fuit ann. 5870.
 35 Iustinianus ann. 10. Iste dicta sanctorum patrum dissipare conatus, ob culpam perfidiae regni gloria privatus, exul in Ponto secedit. Fuit ann. 5880.
 Tiberius ann. 7. Sinodus apud Aquileiam celebratur huius tempore. Fuit ann. 5887.
 Iustinianus ann. 6. Hic Iustinianus a Philippo rege victus occiditur. Fuit ann. 5893.
 Philipicus¹ ann. 1 et menses 6. Anastasius per insidias eum capit et oculos eius eruit et in loco eius
 40 regnavit. Fuit ann. 5894.
 Anastasius ann. 3. Huius temporibus Sarraceni Hispaniam ingrediuntur fraudulentem et cum Roderico rege^{cf. Chr. Gotorum bellum comittunt et totum regnum Spanie occupant. Fuit ann. 5897. Moiss. p. 289.}
 Teodosius ann. 1. Hic Anastasium imperatorem victum clericum et presbiterum fecit ordinari. Fuit ann. 5898. Beda. Leo ann. 9. His temporibus Leubrandus rex Langobardorum ossa sancti Augustini de Sardiniam trans-
 45 tulit et in Ticinio civitate Papia cum magno honore condidit. Fuit ann. ab exordio mundi usque in anno 9. Leonis 5908g.
Post hunc Raganfridum archiepiscopum fuit successor eius Alexander archiepiscopus Viennensis; cui contemporaneus fuit Ysaac iam dictus Gratianopolitanus episcopus anno dominicae incarnationis 912⁷, 20 indictione 15, sicut invenimus in cartis Valentinae ecclesiae.

Post hunc Alexandrum Viennensem archiepiscopum fuit successor eius Sobo archiepiscopus; cui contemporaneus fuit Alcherius Gratianopolitanus episcopus, sicut in electione episcopi Alcherii iam dicti invenimus, tempore Gondradi regis.

Post hunc Sobonem Viennensem archiepiscopum, cum^e nondum esset alius archiepiscopus⁸ in loco 25 eius electus et aeclesia Gratianopolitana careret^h pastore, invenimus in cartis Valentinae ecclesiae, Odilbertum Valentinensem episcopum cum caeteris coepiscopis suffraganeis Viennensis aeclesiae una cum consensu clericorumⁱ Viennensium ordinasse Isarnum episcopum Gratianopolitanae aeclesiae⁸, successorem Alcherii Gratianopolitani episcopi; qui^h Isarnus iam dictus episcopus fuit contemporaneus sancti Theudbaldi, tempore¹ Gondradi regis. 30

Post hunc Isarnum Gratianopolitanum episcopum fuit successor eius Humbertus episcopus, qui fuit contemporaneus sancti Theudbaldi, tempore Gondradi regis iam dicti.

Post sanctum Theudbaldum archiepiscopum fuit successor eius Brocardus archiepiscopus⁹; cui fuit contemporaneus iam dictus Humbertus anno ab incarnatione Domini millesimo 12, sicut in carta sancti Laurentii in monasterio Gratianopolitano invenitur. 35

a) una et dimidia linea erasae c. b) filii corr. filio c. c) in loco raso c. d) dimidia linea erasa, et consecraverunt eum ut videtur. e) bonis c. f) d. d. c. in loco raso. g) post add. c. h) ret in loco raso. i) vocabulum erasum c. k) sic emend. Mab.; quem c. l) T. G. r. P. b. l. in loco raso c.

SERIES EPISCOPORUM GRATIANOPOLITANORUM.

In eodem codice Parisiensi nr. 13879, ex quo modo Viennensium et coaevorum Gratiano- 40 politanorum catalogi prodierunt, exstant fol. 70^v. mera nomina episcoporum huius ecclesiae saec. XII. exarata, quae V. Cl. Waitz exscripsit, iam pridem Mabillon, Anal. ed. 2, p. 220 sq., publici iuris fecit. — Ut de fide huius indiculi iudices, lege Galliae christ. t. XVI, p. 215 sqq., ubi V. Cl. Hauréau eo tantum nisus ordinem priorum episcoporum Gratianopolitanorum stabilire potuit.

In codice Parisiensi Lat. nr. 5215. servatur recens apographum alterius chartularii 45 Gratianopolitani¹⁰, in cuius folio 39^v. eadem series usque in saec. XIII. med. deducta post inserta et aliis manibus continuata erat. Nomina inde a fine prioris indiculi enotavit ex Parisiensi exemplari fol. 24^v. V. Cl. Waitz, quae infra subnectimus.

1) Regis Provinciae a. 855—863. 2) Calvo tunc iam imperatore. 3) Hic iam a. 886. archiepiscopus occurrit, et iam tunc Ysaac sedisse potest, quamvis demum a. 892. occurrat, cum Bernerii praedecessoris eius postremo a. 882 (Laffé, Reg. nr. 2606) mentio fiat. 4) Ian. 16. 5) Dies dominica fuit Ian. 29 (non 28). 6) Legit subscriptionem episcopi; v. chartam mox laudatam. 7) Alexander iam a. 907. ordinatus est, neque hic locus repugnat, 50 cum auctor tantum dicat, se vidisse chartam a. 912, quae certe fuit illa impressa in Gallia christ. XVI, Instr. col. 101, nr. 1. 8) a. 949. vel 950, ut statuit Hauréau. Gallia christ. XVI, col. 61. 9) Hic sedit circa a. 999—1025, Humbertus Gratianopolitanus 55 a. 990—1030. 10) V. 'Arch.' XI, p. 485.

Nomina episcoporum sanctae Gratianopolitanae ecclesiae.

	Domnus episcopus.	Corbus episcopus.
	Diogenius episcopus.	Leopertus episcopus.
	Amicus episcopus.	Ardincus episcopus.
5	Sebastianus episcopus.	Odoldardus episcopus.
	Vitalianus episcopus.	Radoldus episcopus.
	Ciratus episcopus.	Suipertus episcopus.
	Viventius episcopus.	Ebroardus episcopus.
	Victor episcopus.	Adalulfus episcopus.
10	Ursolus episcopus.	Ebbo episcopus.
	Siagrius episcopus.	Bernerius episcopus.
	Isicius episcopus.	Ysaac episcopus.
	Clarus episcopus.	Aleherius episcopus.
	Ferreolus episcopus.	Isarnus episcopus.
15	Boso episcopus.	Umbertus episcopus.
	Item Isicius episcopus.	Mallenus episcopus.
	Austrobertus episcopus.	Artaldus episcopus.
	Rainoldus episcopus.	Pontius episcopus.
	Ragnomarus episcopus.	Item Pontius ¹ episcopus.*
20	Austoricus episcopus.	Hugo ² episcopus ³ .

*) Series cod. Parisiensis nr. 5215. pergit sic: Dompnus Hugo episcopus. Item Ugo episcopus. Othmarnus episcopus. Gaufredus episcopus. Iohannes episcopus. W[illelmus] episcopus. Petrus episcopus. Petrus Equa electus. Sofredus episcopus. Petrus episcopus. Falco episcopus⁴. Guillelmus episcopus⁵. Iohannes episcopus. Radulphus episcopus. Francus episcopus. Aymo episcopus. Aymo episcopus. Sy[boldus] episcopus⁴.

a) hunc alia manus add. c. b) quae in reliquo spatio paginae scripta erant erasa sunt. c) hic prima manus desit in cod. archetypo.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM ARELATENSIIUM.

I) Repetimus priore loco seriem, quam Mabillon, *Analecta* ed. 2, p. 220, edidit ex codice, de quo haec adnotavit: 'In pervetusto libro sacramentali Gregorii papae, qui liber ad usum quondam fuit ecclesiae Arelatensis, adscripta sunt haec pontificum Arelatensium nomina ad finem canonis missae, ubi crucis signo sancti designantur'. Cum prima manus, teste Mabillonio, seriem usque Iterium tantum deduxerit, sub hoc, id est post medium saec. X. series iam exarata videtur. Multa est eius diversitas, ut Mabillonii verbis utar, ab ea quae in Galliae christ. ed. 2, t. I, p. 517 sqq. statuta est, ubi num haec nimis neglecta sit, quaeri possit. Cum hac in omnibus fere congruit

II) altera post medium saec. XII. exarata, quam V. Cl. Waitz ex codice Parisiensi nr. 5295, fol. 101', id est ultimo, exscripsit. Insunt codici Vitae sanctorum praesulum Arelatensium, cuius in folio 101. legitur inscriptio: 'Iste liber est de cappella domini archiepiscopi Arelatensis'.

I.	II.	I.	II.
	Ista sunt nomina		
	Commemoratio Dionysii Arelatensium archie-	† Concordi episcopi.	Concordius.
	episcopi.	Grati episcopi.	Gratius.
	episcoporum.	Ambrosi episcopi.	Ambrosius.
45	† Trofini episcopi.	Martini episcopi.	Martinus.
	Trophimus.	Ingeni episcopi.	Ingenius.
	Regulus.	Augustini episcopi.	Augustinus.
	† Reguli episcopi.	[Geronymi* episcopi].	Iheronimus.
	† Marini episcopi.	Savini episcopi.	Savinus.
	Marinus.	Erotis episcopi.	Erotius.
	Martinus.		
	Nicasius.		
50	† Crescenti episcopi.		
	Crescentius.		

a) 'additux alia manu' Mab.

1) Sedit c. a. 1076—1080. 2) Sedit a. 1251—1266. 3) Omissus est Guillelmus III. (a. 1301—1337).
4) Sedit a. 1450—1477.

I.		II.		I.		II.	
+ Patrali episcopi.	Patrus.	+ Rotlandi episcopi.	Rotlandus.	+ Rotlandi episcopi.	Rotlandus.		
Euladi episcopi.	Euladius.	Rostagni episcopi.	Rostagnus.	Rostagni episcopi.	Rostagnus.		
+ Honorati episcopi.	Honoratus.	[Manassei ^a episcopi].	Manasses.	[Manassei ^a episcopi].	Manasses.		
+ Hilari episcopi.	Hylarius.	Hyerii ¹ .	Hyerius.	Hyerii ¹ .	Hyerius.		5
+ Ravenni episcopi.	Ravennus.	Annoni ^c episcopi.	Annonus.	Annoni ^c episcopi.	Annonus.		
+ Leontii episcopi.	Leontius.	Ponti episcopi.	Pontius.	Ponti episcopi.	Pontius.		
+ Eonti episcopi.	Iohannes.	Raimbaldi episcopi.	Raimbaldus.	Raimbaldi episcopi.	Raimbaldus.		
Iohannis episcopi.	Eonius.	Aicardi ^d archiepiscopi.	Aicardus.	Aicardi ^d archiepiscopi.	Aicardus.		
+ Caesari episcopi.	Cesarius.	Gibilini archiepiscopi.	Gibilinus.	Gibilini archiepiscopi.	Gibilinus.		10
[Feliciani ^a episcopi].		Attoni archiepiscopi.	Ato.	Attoni archiepiscopi.	Ato.		
[Saturini ^b episcopi].		Bernardi archiepiscopi.	Bernardus.	Bernardi archiepiscopi.	Bernardus.		
Presai episcopi.	Presaius.	Willelmi archiepiscopi.	Willelmus.	Willelmi archiepiscopi.	Willelmus.		
Osani episcopi.	Osanius.	R[aimundi] ^e bonae me-	Raimundus.	R[aimundi] ^e bonae me-	Raimundus.		
+ Aureliani episcopi.	Aurelianus.	moriae archiepiscopi.		moriae archiepiscopi.			15
+ Sapaudi episcopi.	Sapaudus.	Item R[aimundus].		Item R[aimundus].			
Liceri episcopi.	Licerius. ^f	 ^f			
Paschasii episcopi.	Paschasius.						
+ Virgili episcopi.	Virgilius.						
Floriani episcopi.	Florianus.						
Teodosii episcopi.	Theodosius.						
Iohannes.	Iohannes.	Hugo.	Hugo.	Hugo.	Hugo.		20
Item Iohannis episcopi.	Item Iohannes.	Hugo.	Item Hugo.	Hugo.	Item Hugo.		
Anastasi episcopi.	Anastasius.	Iohannes.	Iohannes.	Iohannes.	Iohannes.		
Austroberti episcopi.	Austrobertus.	Bertrandus.	Bertrandus.	Bertrandus.	Bertrandus.		
Vulberti episcopi.	Vulbertus.	Florentius.	Florentius.	Florentius.	Florentius.		
+ Aureli episcopi.	Aurelius.	Raymundus ^g .		Bertrandus, qui postea fuit			25
Policarpi episcopi.	Policarpus.			episcopus Sabinensis			
Martini episcopi.	Martinus.			cardinalis.			
Protasi episcopi.	Prothasius.	Bernardus.		Bertrandus, qui postea fuit			
Imodi episcopi.	Imodius.			episcopus Portuensis			
Georgi episcopi.	Georgius.			cardinalis.			30
Ratherti episcopi.	Rathertus.	Bertrandus.		Bertrandus.			
Kautsari episcopi.	Kavisarius.	Rostagnus.		Rostagnus.			
Wilimaris episcopi.	Wilimaris.	Petrus.		Petrus.			
Wiliaris episcopi.	Wiliaris.	Arnaldus.		Arnaldus, qui postea fuit			
Arladis episcopi.	Arladis.			episcopus Sabinensis,			35
Alafanti episcopi.	Alafantus.	Galhardus.		Gualhardus frater ^h .			
Luponi episcopi.	Lupo.	Mithardus ⁱ .					
Iohannis episcopi.	Iohannes.	Gisbertus.					
Notoni episcopi.	Noto.	Iohannes ^j .					

a) 'additus alia manu' Mab. b) 'additus quoque manu recentiori' Mab. c) 'qui sequuntur alio stem caractere scripti 40 anni' Mab. d) 'ab alio scriptore qui sequuntur' Mab. e) 'alio item manu adduntur sequentes' Mab. f) 'abhinc altae manus saepe variatae pergunt.' g) 'catalogus a recentioribus manibus etiam longus continuatur, quae tamen sine liquoris chemici ope legi nequeunt.'

SERIES EPISCOPORUM MATISCONENSIIUM.

Archipraesulum Lugdunensium nullus saec. XIV. in.⁸ antiquior indiculus nobis innotuit, 45 sed habemus duas series suffraganeorum huius sedis, quas hic proponere liceat.

Series Matisonensis apographum exstat inter Clifletii schellas apud rev. patres Bollandistas Bruxellis servatas 'ex tabulario S. Vincentii Matisonensis' sumtum, quod V. Cl. Arndt transcribere licuit. Eandem edidit Mabillon, Anal. ed. 2, p. 221. 'ex codice ms. Boherii praesidis in senatu Divionensi', qui certe fuit ille S. Vincentii; repetita inde est in Galliae christ. 50 t. IV, col. 1039.

1) Sedit post a. 952. usque ad a. 978. vel 979. —1182; ante quem omissus est Silvius, quippe 2) Omissis tres qui in altera serie ponuntur. 3) Recte II: qui male intrusus fuerit, ut videtur. 7) scil. Arnoldi praecedentis; sedit a. 1311—1317. 8) Talis 4) Immo Galhardus II. 5) Sedit a. 1341—1347. vel 1348. 6) Sedit a. 1163 invenitur in cod. Lugdan. nr. 868. Cf. 'Arch.' VII, p. 214. 55

Nomina antistitum sanctae Matiscensis ecclesiae.

	Primus Nicetius confessor.	17. Tercelinus.
	2. Atmus.	18. Ado.
	3. Iustus ¹ sanctus Eusebius.	19. Iohannes.
5	4. Inclitus Decius.	20. Milo.
	5. Egregius Momulus.	21. Ledbaldus.
	6. Beatus Florentinus ² .	22. Gauslennus.
	7. Sanctus item Decius ³ .	23. Walterius.
	8. Gundulfus vocatus episcopus.	24. Drogo.
10	9. Adalrannus ^{a,4} .	25. Landricus.
	10. Braidemus.	26. Berardus.
	11. Bernardus.	27. Iocerannus.
	12. Lambertus.	28. Pontius.
	13. Gomtardus ^b .	29. Stephanus.
15	14. Sacratas Giraldu.	30. Renaudus.
	15. Berno.	31. Poncius.
	16. Mainbodus ^c .	32. Haymo ⁵ .

a) Adalramous Mab. b) Gunt. Mab. c) Maimb. Mab.

SERIES EPISCOPORUM LINGONENSIIUM.

20 *Sequentem seriem exscripsit V. Cl. Arndt ex chartulario S. Stephani Divionensis, quod in archivo Divionensi servatur, fol. 2. manu s. XII. ex. exaratum. Hac iam usi sunt fratres Sammarthani, Gallia christ. IV, col. 517, ubi etiam duae aliae series laudantur, altera codicis Parisiensis nr. 3969, quae in eodem Galterio ac nostra desinit, addita nota qui modo vivit, altera codicis Parisiensis nr. 765. recentioris aetatis esse videtur. Praebet verum ordinem praesulum, quantum cognosci potest, cum complures saec. VII. et VIII. in his solum indiculis occurrant.*

Hec sunt nomina episcoporum urbis Lingonicae.

- Senator episcopus.
Iustus episcopus.
- 30 Sanctus Desiderius episcopus. [Hic^{a,6} passus est a Wandalis anno ab incarnatione Domini 407, et a martirio eius usque ad primum annum Clodovei computantur anni 63⁷.]
Martinus episcopus.
Honoratus episcopus.
Sanctus Urbanus episcopus.
- 35 Paulinus episcopus.
Fraternus episcopus.
Item Fraternus episcopus.
Abrunculus episcopus. [Hic⁸ tempore Chilperici⁹, patris Clodovei, propter quod Francis concordabat, Lingonis expulsus, per Divionem fugiens, Arverno episcopus prefuit⁹.]
- 40 Ermentarius episcopus.
Venancius episcopus.
Paulus episcopus.
Pacientus episcopus.* [Huius¹ temporibus Hylarius et Quieta sancto Mammeti dederunt locum qui dicitur Reomaus¹⁰ ad abbaciam agendam pro filio suo sancto Iohanne].
- 45 *) *Manu quae reliqua addidit in marg. scripta:* Ab incarnatione Domini anno 485, Symmaco papa, Zenone imperatore, Clodoveo primo in Francia, Gundebaldo in Burgundia, sanctus Iohannes et sanctus Eustadius et sanctus Sequanus in Lingonensi episcopatu claruerunt.

a) *uncis inclusa alia manu s. XII. ex. minoribus characteribus addita sunt.*

1) Vox Iusti trahitur ad praecedentem et vocatur iste Iustus cognomento Atmus Gallia christ. IV, col. 1041. 2) Hic l. l. ex Venantii Fort. Vita S. Germani Paris. ante Decium collocatur; neque vero de Decii aetate quidquam certi constat. — Ante Momulum omisus est Deodatus. 3) Ibid. recensentur post hunc Donnolus, Leduardus, Wichardus. 4) Omisus post hunc Hildebaldus circa a. 815—850. 5) Sedit a. 1228—1242. 6) Cf. Vit. S. Antidii Besont., Acta SS. Iun. V, p. 41, et Sigeberti chron. ad a. 411. 7) Reclus 73 ab a. 407. 8) Childerici. 9) Haec ex Greg. Turon. hist. eccl. II, 23. 10) Moutier St. Jean; cf. Gall. christ. IV, p. 658.

Albison episcopus.	
Sanctus Gregorius episcopus. [Hic fuit avus Gregorii Turonensis, qui nepos ^a fuit sancti Nicetii Lug-	
dunensis ¹ ; et secundum hystorias temporibus Theoderici et Childeberti fuit. Nepos eius Gregorius Turo-	
nensis fuit tempore Chilperici et mansit usque ad tempora sancti Gregorii pape].	
Sanctus Tetricus episcopus. [Hic fuit filius sancti Gregorii ² , fuitque contemporaneus sancto Siagio s	
Eduensi episcopo tempore Chilperici, filii Clotarii].	
Papulus episcopus. [Hic octavo anno episcopatus a sancto Tetrico nocte percussus est ³].	Letericus vocatus episcopus.
Mumbolus episcopus.	Heyricus episcopus.
Mietius episcopus.	Achardus episcopus. 10
Dodoaldus episcopus.	Widricus episcopus.
Bertoaldus episcopus.	Bruno episcopus.
Sigoaldus episcopus.	Lambertus episcopus.
Vulfrannus episcopus.	Richardus episcopus.
Godinus episcopus.	Hugo episcopus. 15
Adonius episcopus.	Harduinus episcopus.
Girbaldus episcopus.	Raynardus episcopus.
Eronnis episcopus.	Robertus episcopus.
Astoricus episcopus.	Gocerannus episcopus.
Wandraerius episcopus.	Guilencus episcopus. 20
Erlulfus episcopus.	Guillermus de Sabran episcopus.
Waldricus episcopus.	Godefridus episcopus.
Betto episcopus.	Galterus episcopus ⁴ .
Albericus episcopus.	Manases ^c episcopus.
Teutbaldus episcopus.	Guarnerius episcopus. 25
Isaac pius episcopus.	
Geilo episcopus.	
Item Teutbaldus episcopus.	
Argrius episcopus.	Siduinus ^c episcopus.
Garnerius episcopus.	Robertus episcopus.
Gotcelinus ^b episcopus.	Villermus episcopus ^{d, 5} .

a) epus c. ? b) Gotcelmus c. c) hinc alia manu pergit c. d) ab hinc recens manus seriem usque in s. XVII. med. produxit.

SERIES ABBATUM S. BENIGNI DIVIONENSIS. 30

Series abbatum huius loci iam ante medium s. XII. exarata exstat in codice Divionensi nr. 379, olim S. Benigni, de quo v. 'Archiv' VII, p. 216. Cum vero huius apographum non nobis ad manus sit, damus aliam seriem, ex illa certe descriptam, codicis Trecentis nr. 210, s. XIV, cuius exemplar V. Cl. Arndt fecit. Discrepat omnino usque ad saec. X. ex. ab illa, quam Chronicon S. Benigni⁶ exhibet; nam Eustadium et Tranquillum omittit, qui ibidem p. 10. 35 primi abbates huius coenobii dicuntur⁷, alios plane diverso ordine collocat, sed et haec et illa dubiae fidei sunt, utraque valde mendosa⁸.

Hec sunt nomina abbatum, qui ab initio foundationis prime usque ad presens Divionense rexerunt monasterium.

Bobolenus.	Gozuinus.	Leutbaldus.	Gualo. 40
Agilbertus.	Thanothardus.	Bertilo.	Maurinus.
Richimarus.	Heldebrannus.	Saro.	Lanterius.
Vulfechrannus.	Waldricus ⁹ .	Euterius.	Gotefridus.
Appollinaris.	Herlegaudus.	Hydebrannus.	Widratus.
Godinus.	Herlebertus.	Lanterius.	Fulbertus. 45
Ingelrannus.	Wido.	Hugo.	Codradus.
Bobolenus.	Hugo.	Odeleus.	Panto.

1) Qui fuit avunculus matris Gregorii Turon.; v. eius Hist. eccl. II, 5. 2) V. Gregor. Turon. Vitas patrum VIII, 3. 3) Ex eiusdem Hist. eccl. II, 5. 4) Sedit a. 1163—1179. 5) Sedit a. 1209—1218. 6) Ed. E. Bougaud, 'Documents pour servir à l'histoire de Bourgogne'. Dijon 1875. 7) Auctor chronici nullum catalogum prae oculis habuisse videtur, cum p. 42. dicat, complurium abbatum nomina se non nisi ex martirum logiis (potius necrologiis) didicisse. 8) Cf. seriem Gall. christ. IV, col. 668 sqq. 9) Fac-tus episcopus Lingonensis.

Boso.	Ademarus.	Gelbertus ³ .	Otto ^b .
Albericus.	Henricus.	Raymundus.	Petrus.
Suavius.	Hugo.	Stephanus.	Petrus.
Aridius.	Petrus.	Petrus.	Iohannes.
5 Azo.	Petrus ² .	Richardus.	Guillelmus.
Fulcherius.	Philippus.	Aymo ⁴ .	Petrus.
Manasses.	Iohannes.	Hugo.	Alexander de Monte-
Willemus ¹ .	Aymo.	Girardus ⁵ .	acuto.
Hollinardus.	Petrus.		
10 Iohannes.	Nivardus.	Henricus ^b .	Iohannes ^b .
Adalbero.	Galterius.	Millo.	
Larento ⁴ .	Adam.		Stephanus ^{c,4} .

a) rectius Isrento. b) alia manu pergit c. c) quae recentiores manus addiderunt omisimus.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM REMENSIIUM.

15 *Metropolitanorum Remensium duos prodimus indices et inter se et cum ea serie quam Flodoardus in Historia ecclesiae Remensis constituit omnino convenientes, praeterquam quod illi Abel omittunt, quem hic pro vero archiepiscopo habet (II, 16) 'quamvis eum quidam corepiscopum tantum fuisse tradant'. Quare num ex hac historia excerpti sint, iure dubito. Exstant*

20 *I) in codice Parisiensi nr. 4280, f. 56. cum aliis catalogis saec. XII. exaratus, ab Ewald nostro exscriptus.*

II) in codice Treccensi, de quo vide infra praefationem ad Flodoardi historiam, post eandem manu s. XIII. scriptus, cuius apographo a V. Cl. Arndt facto usi sumus.

I.		II.	
25 Remenses episcopi.			
Syxtus.	Syxtus.	Landonius.	Lando.
Synicius.	Sivicius ^a .	Nivardus.	Aruardus ^a .
Amansius.	Amansius ^a .	Reolus.	Reolus.
Betausius.	Becausius.	Rigobertus ⁷ .	Rigobertus.
30 Aper.	Aper.	Tilpinus.	Tilpinus.
Maternianus.	Macernianus ^a .	Vulfarius.	Vulfarius.
Donatianus.	Donacianus.	Ebo.	Ebo.
Viventius.	Vivencius.	Igmarus.	Hincmarus.
Severus.	Severus.	Fulco.	Fulco.
35 Nycasius.	Nichasius.	Heriveus.	Heriveus.
Baruch.	Baruch.	Seulfus.	Seulfus.
Barutius.	Baracius.	Artoldus ⁸ .	Arcoldus ^a .
Barnabas.	Barnabas.	Odalricus.	Odalricus.
Bennadius.	Bennadius.	Adalbero.	Adalbero.
40 Remigius.	Remigius.	Arnulphus ⁹ .	Arnulfus.
Romanus.	Romanus.	Ebalus.	Ebalus ^b .
Flavius.	Flavius.	Wido.	Guido ^c .
Mafimus.	Maphinus.	Gervasius.	Gervasius ¹¹ .
Egidius.	Egidius.	Manasses.	
45 Romulfus.	Romulphus.	Reinoldus.	Rainaldus.
Synatius.	Sonnacius.	Manasses.	Manasses.
Loudegisus.	Leudegillus.	Rodulphus ¹⁰ .	Rodulfus.
Angelbertus.	Engelbertus.		Rainaldus II.
			Sanson.
			Henricus ¹² .

a) ita apogr. b) Ehabus c. c) Gindo c.

50 1) Ab hoc, sub quo abbatia reformata est, convenit Series cum Ann. S. Benigni, SS. V, p. 41, et Chronico S. Benigni. 2) In hoc, qui sedit a. 1142—1145 (vel a. 1141—1144) secundum Ann. S. Benigni, SS. V, p. 44, desinit prima manus seriei codicis Divionensis nr. 379. 3) Post hunc omissi Petrus IV, Gilbertus II, forte nonnisi errato oculi. 4) Cum hoc (a. 1265—1269) desinit ultima manus cod. Divion.

5) Sedit a. 1300—1310. 6) Sedit a. 1421—1434. 7) Post hunc in utraque serie omissus Abel (Flod. II, 16), qui sedit circa a. 745—747. 8) Omittitur Hugo ut in episcopatum iniuste intrusus; Flod. IV, 20 sqq. 9) Omittitur Gerbertus celeberrimus. 10) Sedit a. 1106—1124. 11) Post hunc omissus Manasses I. (a. 1069—1083). 12) Sedit a. 1162—1175.

**LAMBERTI AUDOMARENSIS
SERIES EPISCOPORUM CAMERACENSIIUM.**

Lambertus canonicus S. Audomari 'Libro florido' ab ipso a. 1120. composito praeter alias series¹ inseruit nomina Cameracensium praesulum, quae in eius codice autographo Gandavensi bibl. nr. 16, fol. 240. exstant. Quamvis haec series aliquo tempore post Gesta episcoporum Cameracensium composita sit, tamen ex eis non excerpta est, ut ex uno loco ab illis recedente apparet, sed notandum, Gestorum auctorem c. 16. provocare ad catalogum episcoporum², ex quo nostram fluxisse conieceris.

Seriem abbatum S. Bavonis Gandavensis in dioecesi Cameracensi siti Iohannes de Thilrode huius coenobii monachus chronico suo c. 11 (SS. XXV, p. 566 sqq.) inseruit, quae descripta et continuata est in codice Bruxellensi nr. 16531, fol. 100. Et ibidem fol. 8. exstat index abbatum S. Petri Blandiniensis, quem ut saec. XV. demum compositum, post continuatum, omisimus.

Nomina episcoporum Cameracensium.			
Vedastus.	Hunwaldus.	Iohannes.	Teddo.
Dominicus.	Sanctus Hadulfus.	Rotradus.	Rothardus.
Sanctus Vedulfus.	Gumbertus ³ .	Dodilo.	Erluinus.
Sanctus Gaugericus.	Trawardus.	Stephanus.	Girardus.
Bertoaldus.	Albricus.	Fulbertus.	Libertus.
Ablebertus.	Hildoardus.	Beringarius.	Girardus ⁴ .
Sanctus Audbertus.	Haltsarius.	Engrannus.	
Sanctus Vindicianus.	Teodericus.	Ansbertus.	
Hildebertus.	Hilduinus.	Wiboldus.	

SERIES ABBATUM S. VEDASTI ATREBATENSIS.

In codice Bernensi (Bongars.) nr. 83, (olim S. Remigii Remensis) fol. 86. inveniuntur manu s. IX. exarata nomina regum Francorum usque ad Hludovicum (Pium)⁵ et haec series⁶ abbatum, quae b. m. G. H. Pertz exscripsit. Quae hic de primis abbatibus Vedastinis traduntur longe recedunt ab iis quae hucusque nota erant, quamvis auctores Galliae christ. III, col. 375, antiquum catalogum se vidisse profiteantur, et permagni facienda sunt.

Anno ab incarnatione Domini 689. et anno 7. regni Theoderici regis Atta abba coepit regere monasterium Sancti Vedasti eumque sub suo regimine tenuit annos 20.

Inter Scupilionem et Ercinum⁷ annos 2.

Hadulfus annos 2 et dimid.

Madalbertus annum 1 et dimid.

Item Hadulfus annos 7.

Iterum Madalbertus ann. 14.

Inter Ragemfridum⁸ et Widonem et Gogisleum annos 2.

Romanus annos 3.

Adalricus annos 15.

Sigebertus annos 14.

Rothfridus annos 12 et dim.

Rado annos 19⁹.

Adalungus annos 30⁹.

Folcho⁹ annos 4.

a) post corr. Ragemfredam c. b) hanc alia manus add.; post corr. Folco c.

1) scilicet episcoporum Coloniaensium, Morinorum, abbatum S. Bertini; v. supra p. 282. et infra p. 389. 2) SS. VII, p. 408: Post Bertoaldum successit Ablebertus, qui ita in catalogo episcoporum nominatur, ab incolis vero et vicinis Emebertus dicebatur. Et Ablebertus audit apud nostrum. 3) Hadulfum, Trawardum, Gonfridum, hoc ordine ponunt Gesta ep. Camerac. I, 36-38, SS. VII, p. 415. 4) Sedit a. 1076-1092. 5) Numerus annorum regiminis Ludovici Pii, scilicet falso 40, iam alia manu additus est; series igitur

ante a. 840. composita videtur. 6) Hos fuisse abbates S. Vedasti, adhuc ignorabatur. Scupilio abbas S. Quatini illo tempore notus est. 7) Gall. christ. III, col. 375. laudatur antiquus catalogus, in quo huic anni 19, menses 11, dies 20 tribuuntur. 8) Ann. Elo. mai. notant ad a. 838 (SS. V, p. 11): Adalungus abbas obiit, ubi hic certe intelligitur, praesertim cum ibidem ad a. 892. obitus Rodulfi, abbatis S. Vedasti indicatus sit.

**SERIES
EPISCOPORUM NOVIOMENSIIUM ET TORNACENSIIUM.**

I) Codicis Valencienensis nr. 168, olim S. Amandi, s. IX, foliis 167^r. 168. vacuis relictis inscripsit manus s. XII. seriem, quam ex apographo V. Cl. W. Arndt damus. Haec vetustiore serie niti videtur, cum Patres e congr. S. Mauri Gall. christ. IX, col. 979. ex indice episcoporum saeculi IX. citent quae hic de translatione episcopatus Viromandensis in civitatem Noviomagensis leguntur.

II) Codex Bruxellensis nr. 16531. s. XVI. in coenobio S. Petri Gandavensis exaratus praebet eandem fere seriem ex vetustiore codice, ut videtur saec. XIII, descriptam¹⁾, omissis vero episcopis Viromandensibus et addito Bertwindo (vel Bertmundo?), quem et Galliae christ. auctores in Catalogis ipsis visis invenerunt. Huius apographum b. m. Heller noster ministravit.

Cum his convenit series in Hist. Tornacensi saec. XII. (Herimanni Torn. cont. c. 93). Alium catalogum Iohannes de Thilrode chronico suo c. 17 (SS. XXV, p. 572 sqq.) inseruit.

I.

SERIES S. AMANDI.

- 15 Nomina episcoporum Virmandensium.
Hilarius. Martinus. Germanus. Maximinus.
Eosonius. Aeternus. Item Hilarius. Divitianus.
Remedius. Mercurinus. Promotus. Suffronius²⁾.
20 Alomerus.
Sanctus Medardus. Hic propter Virmandi substitutionem Noviomum sedem constituit episcopalem³⁾. Qui etiam post sancti Eleutherii episcopi Tornacensis obitum regendam suscepit aecclesiam Tornacensium.
25 Nomina episcoporum Noviomagensium.
Augustinus.
Gundulfus.
Ebrulfus.
30 Sanctus Aicharius.
Sanctus Eligius.⁴⁾
Sanctus Mommelenus.
Gunduinus.
Guarulfus.
35 Grasmarus⁵⁾.
Framengerus.
Hunianus.
Guido cum⁶⁾ sancto Eunucio⁷⁾.
Helisens.
40 Adelfrecus⁸⁾.
Dido.
Gislebertus.
Pleon.
Guandelmarus.
45 Ronegarius.
Fikardus⁹⁾.
Emmo martir¹⁰⁾.
Rainelinus¹¹⁾.
Heidilo.
50 Raubertus.
Airardus.

II.

SERIES S. PETRI BLANDINIENSIS.

- Sequuntur nomina pontificum Noviomensium seu Tornacensium.
Sanctus Medardus.
Sanctus Augustinus.
Gondulfus.
Ebrulfus.
Bertwindus.
Aycharius.
Sanctus Eligius.
Sanctus Mommelinus.
Gonduinus¹²⁾.
Guarurus¹³⁾.
Crasmarus.
Framengerus.
Hunuanus.
Wido cum Euticio.
Helysens.
Adelfredus.
Dydo.
Gislebertus.
Pleon.
Waudamarus.
Raogarius¹⁴⁾.
Eichardus¹⁵⁾.
Reynelinus¹⁶⁾.
Heydolo.
Raubertus.
Eyrardus.

*) ordinatus est ann. 649, ob. ann. 65. in marg. inferiore, signis appositis, eadem manu add.

a) e. s. e corr. c. b) sic c. c) vel Rainelmus c.? d) Goud. c. e) Raug. c. f) Reynesinus c.

1) Cf. Arch. VIII, p. 542. 2) Hic interfuit synodo Aurelianensi a. 511; Sirmond, Conc. Gall. I, p. 184. 3) Quod circa a. 531. factum esse, opinantur. Cf. V. S. Medardi, Acta SS. Iun. II, p. 79 sqq. 4) Hic in indicibus in Gallia christ. IX, col. 981. laudatis iam ante Ebrulfum positus fuisse dicitur. Nihil de eo constat. 5) Haec nota multis controversiis ansam dedit; v. Gall. christ. I. I. 6) A. 859. a Danis necatus est; v. Ann. Bert., SS. I, p. 453.

I.	II.	
Gualbertus.	Walbertus.	
Transmarus.	Trasmarus ^c .	
Rodulfus.	Rodulfus.	
Fulcherus.	Fulkerus ^a .	5
Hadulfus.		
Tendulfus ^a .	Leudulfus.	
Ratbodus.	Rabbodo.	
Harduinus.	Harduinus.	
Hugo.	Hugo.	10
Balduinus.	Balduinus.	
Item Ratbodus.	Rabodo.	
Baldricus.	Lambertus ^a .	
Lambertus.	Baldricus.	
Simon ^a .	Symon.	15
Nomina Tornacensium episcoporum.		
Anselmus.	Anselmus.	
Geraldus.	Geraldus.	
Gualterus ^a .	Gualterus.	
Ewardus ^b .	Everardus.	20
	Stephanus.	
	Gosvinus.	
	Gualbertus ^a .	

a) sic c. b) hunc alia manus add. c. c) Trasinarius c.

VERSUS DE ABBATIBUS S. MARTINI TORNACENSIS.

Versus de abbatibus S. Martini et monachis qui aliorum coenobiorum abbates electi sunt aut aliqua singulari praestantia claruerunt, inter a. 1160—1184. compositos, cum continuatione saec. XIII. medio addita V. I. Waitz exscripsit ex cod. Tornacensi nr. 169, saec. XII, ubi f. 178. post breuem narrationem de antiquitate urbis Tornacensis, alibi edendam, leguntur.

Hinc de nostris abbatibus fiet sermo cum plausibus ^a ,	30
Qui cultores Trinitatis nunc exultant cum beatis.	
[I] ^b . Fundamenta iecit Odo, qui cum Christo regnat modo,	
Abbas primum, presul ⁶ tandem. curam fratrum gerens grandem.	
[II]. Hinc secundus est Segardus, dans odorem sicut nardus;	
Quem non sternit hostis fonda ^c neque capit mors secunda.	35
[III]. Soles pauci Herimanni, sed aeterni eius anni,	
Cuius gressus erant pulchri ^d in via Sancti Sepulcri ^e .	
[III]. Sublimatur post Galterus, cleri decus, noster erus ^f ,	
Discens, que sit vite norma, vel quid signet crucis forma.	
[V]. Christi donis cluens Ivo ^g , splendet mente plus olivo,	40
Cuius plagis compatiens cedit ^h quintus ut sapiens.	
His succedant ⁱ et alii provisosores eximii,	
Quorum actus discipuli queant laudare singuli.	

a) *superscr. eadem manu*; vel laudibus *Manu s. XIII. XIV. add.*; Hic abbatum memoria fit qui in hac ecclesia Christi iugum sub regula portarunt mente sedula. *Et ita iterum f. 177 (ubr. sedula), ubi idem versus cum continuatione leguntur (2).* 45
b) *numeri post add. c.* c) *funda 2.* d) *pulchri 2.* e) *herus e corr. 2.* f) *i. e. sedit?* g) *edant et e corr. c.*

1) Simone a. 1146. in Terram Sanctam profecto, auctore Eugenio III. papae (laffé nr. 6225—6226) ecclesia Tornacensis a Noviomensi separata est et Anselmus in illa constitutus. 2) Sedit a. 1166—1171. 3) Omisus Hadulfus a. 955—977. 4) Sedit post Baldricum a. 1114—1122. 5) Sedit a. 1219—1251. 6) Carnacensis a. 1105—1113. 7) Circa a. 1147. in Terram Sanctam profectus est. 8) Sedit circa a. 1160—1184. 50

De quatuor abbatibus, nostris professis fratribus.
 Cedunt cuncta mox Amando, Martianas¹ reformando.
 Post hunc structor preest² Hugo, assuetus Christi iugo.
 Scandit gradum et Walbertus, timet casum vir disertus.
 Datur pastor et Gunterus, gregi lenis, non austerus.
 Hinc monachi tam iocundi quam in Deo letabundi.
 Nam Gerbertus cum Alulfo et Gunhardus cum Radulfo,
 Petrus, Iacob cum ceteris optant esse cum superis.
 Ex Egypto sunt educti, a Iosue introducti,
 Terram illam habituri, quam sunt mites possessuri.
 Hos coronat paradysus, lapis de monte abscisus,
 Sine manu est excisus et in terris post hec visus,
 Sumpta carne^a de virgine, quam replevit spiramine.
 Hic in montem magnum crevit terramque totam implevit,
 Ut secundus solvat homo que rapuit primus pomo.
 Christe, qui es in ethere, fac nos illuc ascendere,
 Ut vivamus feliciter^b, ubi regnas perhenniter! Amen.

CONTINUATIO.

- VI. Post Iohannes sublimatur, qui fuisse predicatur^{*}
 Homo dulcis et benignus, hospitali laude dignus.
 VII. Post hunc nobis datur Milo, omni laudis dignus stilo;
 Marchianos primos rex³, hinc electus nos protexit;
 Sed Remorum Remigius nos gaudere diutius
 Non est passus tali viro; mox Medardus modo miro
 Suessorum quem nutrit⁴ in abbatem accersivit^d.
 Hic et ibi perhibetur, quod et^e ei concedetur
 Pro labore pars in celis vite tute a querelis.
 VIII. Post Iohannes, vir probatus, ex Flandrensi pago natus,
 Nobis datur pro pastore, pietatis florens rore.
 Per hunc anniversaria in hac vigent ecclesia.
 Fecit satis et alia digna dulci memoria.
 IX. Post Amandus nobis nonus Deo dante fit patronus,
 Sub quo claustrum reformatur, et ubique nobis datur
 Nomen bonum, quod amare studeamus et servare.
 Iam Radulfus^f regnat denus^g; ut speratur, fiat plenus
 Dulci fructu pietatis, ut post regnet cum beatis^h.
 Istos debes imitari et de istis semper fari;
 In hiis tanquam in speculo se cernat hoc in seculo.
 Quid quis sciat vel quid possit subditorum^b, iam cognoscit.
 Bona novit ecclesie, que sunt pars magna gratie,
 Ut tenetur, nos regendi et a Christo promerendi
 Quod pastori bono datur, cum hec vita terminaturⁱ.

^{*}) praeuit annis 18 *superscr. c.*

a) de carne *add. sed del. c.* b) feliciter *c.* c) litteris *minutiorebus in marg. f. 177 (1), post cum primis versibus iterum*
 45 f. 177^r (2) *scripta.* d) accersivit *l.* e) deest *l.* f) Radulphus *2.* g) *In 2 sequuntur versus: Hiis succedant alii*
 — singuli. h) *d post add. 2.* i) terminetur *l.*

1) Praefuit Marchianensi monasterio a. 1116—1133. ad S. Medardum Suessionensem translatus est; cf.
 2) Eidem monasterio a. 1148—1158. 3) A. 1203 Gall. christ. III, p. 276. 4) Fuit enim primo
 —1205 (Ann. March., SS. XVI, p. 615 sq.). Monasterio S. Martini brevi tempore praefuit, nam iam
 50 sterio S. Martini brevi tempore praefuit, nam iam —1264.
 a. 1205. ad S. Remigium Remensem, a. 1206. inde

SERIES ABBATUM S. AMANDI ELNONENSIS.

Ex codice Valencienensi nr. 330 bis¹, fol. 66. exscripsit hanc seriem saec. XII. exar-
ratam et post longius deductam V. Cl. Arndt. Plurimorum abbatum annos emortuales notant
Annales Elnonenses maiores² (SS. V, p. 11 sqq.), ex quibus et ex Gallia christ. III, col. 255 sqq.³
subsimis pauca quae annotavimus. Aliam seriem usque ad saec. XV. deductam edidit ex apo-
grapho codicis Rubeae-vallis de Reiffenberg, 'Chronique de Philippe Mouskes' I, Append. p. 521.

Nomina abbatum Elnonensis monasterii.

Sanctus Amandus episcopus.	Gislebertus.	Absalon ¹³ .
Ursus.	Hildericus.	
Ionatus.	Adalhardus ⁷ .	Gualterus ^b .
Andreas.	Alfridus episcopus ⁸ .	Hugo.
Iohannes.	Carlomannus.	Iohannes.
Wenegisus.	Gozlinus episcopus ⁹ .	Enstacius.
Wenevertus.	Rotbertus ¹⁰ .	Arnulphus.
Firminus ^a .	Rotgerus¹¹ .	Galterus ¹⁴ .
Guntbertus.	Leudricus.	
Gherdus.	Genulfus.	Iohannes ^c .
Sarwardus.	Wericus.	
Ostringus.	Ratbodus.	Guillelmus ^e .
Ermentus.	Richardus.	Galterus ^d .
Gislebertus episcopus ⁴ .	Malbodus.	Herbergis ^d .
Agelfredus episcopus ⁵ .	Lambertus ¹² .	Iohannes.
Arno archiepiscopus ⁶ .	Bovo:	Galterus.
Adalricus.	Hugo.	
Rotfridus.	Bovo.	Egidius ^{c, 15} .
Adalleodus.	Gualterus.	

a) sequentia nomina -- Arno archiep. recentiore manu s. XII. scripta, sed ut videtur atramento tantum, quod paluerat, reno-
vato. b) sequentia -- Galterus alia manu in loco raso c. c) alia manu pergit c. d) haec duo nomina superscr.,
alterum in rasura e) alia manu add. c.; dehinc recens manus seriem continuavit.

CATALOGUS ABBATUM S. AMANDI ELNONENSIS UBERIOR. 30

Hoc potissimum loco addendam esse censui catalogi vel, ut inscribitur, 'Chronicae brevis
de fundatione et abbatibus Elnonensibus' partem posteriorem, quam nuper exscripsi ex cod.
Ambianensi nr. 499, saec. XVII, ubi f. 115 sqq. a librario imperito foedissimis mendis macu-
lata exstat. Prior pars ex vitis et translationibus S. Amandi praesertim hausta et epitaphiis
alibi servatis (v. Bethmann, SS. XI, p. 413; Dümmler, 'N. Arch.' IV, p. 526) ornata, vix digna 35
est quae repetatur¹⁶. Haec quoque pars ex Annalibus Elnonensibus maioribus et minoribus,
Folcuini, Sigeberti aliorumque libris conflata, pauca tantum continet incognita. Auctor certe
non ante saec. XIII. scripsit¹⁷. Eius libro antea Galliae christianae auctores (T. III, p. 262 sqq.)
usi sunt; initium usque ad Venegisehum abbatem ex codice Tornacensi s. XVII. manu N. Dufief

1) Cf. Mangeart, 'Catal. des mss. de la bibl. de Valenciennes' p. 339. 2) Cf. etiam Ann. S. Amandi breves, SS. II, p. 184. 3) Cf. etiam V. de Courmaceul, 'Hist. de la ville et de l'abbaye de St. Amand' p. 83 sqq. 4) Noviomensis seu Tornacensis. 5) Leo-
diensis. 6) Iuvavensis. 7) Qui et abbas S. Ber-
tini. 8) Traiectensis. 9) Parisiensis. 10) comes
Parisensis, Cat. mox edendus. 11) et ipse
Elnonensis circiter annis 20 abbate caruit usque ad
annum 952. 12) Qui et Fulcardus dictus; v. Ann.
Eln. mai. a. 1062. 1063, p. 13. 13) Sedit a. 1123
—1145, Sept. 19. 14) A. 1192—1199? 15) A. 1262 40
—c. 1264. 16) Haec attulisse sufficiat; De Gisle-
berto: Qui inter cetera quae gessit commutavit cum
episcopo Atrebatensi ius diocesanum quod habebat in
villa ac monasterio de Marcianis ad parochiam beati
Martini de Sancto Amando. Cetera operum eius 45
in chronica Noviomensibus reperiri credimus. 17) De
Andrea abbate legitur: Repperit etiam idem corpus
Ioannes abbas anno 1281. et iterum honorifice repo-
suit. Sed tunc nullus Iohannes abbatiae praefuit;
quare procul dubio 1181. legendum est, quo anno 50
sedit Iohannes II; Gall. christ. III, p. 264.

exarato, edidit de Reiffenberg, 'Bulletin de l'Acad. de Bruxelles' 1835, p. 217—223. et 'Chronique de Philippe Mouskes' 1, Append. p. 518; ibidem vero p. 522 sqq. excerpta in codice saec. XVI. obvia leguntur, ex quibus quaedam annotavi (R). G. W.

Post discessum Nortmannorum ac devastationem abbacie Sancti Amandi anno dominice incarnationis 952 ad restau- A. Eln. mo.
 5 randam ipsam abbatiam convocatis episcopis Fulberto Cameracensi, Radulpho Noviomensi et abbatibus Gerardo, Hildebrando
 et Bernero, Arnulphus comes ordinari fecit in abbatem Elnonensem Leudricum, eiusdem cenobii monachum ecclesieque
 prepositum, et omnes possessiones ipsius cenobii ipsi restituit et de suo multa superaddidit. Qui cum esset
 vir bonus, postquam annis aliquot prefuisset, anno 956. plenus dierum migravit a seculo.

Cui successit Genulphus, qui pro servitio quod debebat regi aut comiti plusquam 20 vil- cf. A. Eln.
 10 las aliaque multa male distraxit. Obit tandem anno 969. mai

Cui successit Guericus. Nam Ratherius, bis episcopatu Veronensi depulsus, Leodiensis
 per beatum Brunonem Coloniensem archiepiscopum ordinatus, defuncto Genulpho . . .
 abbatia nostri Elnonis vix una nocte enim potitus¹, in crastino a monachis est eiectus.

De quo hoc est monosticon:

Verone presul, sed ter Ratherius exul.

15 Apud Lobias moritur. Guericus igitur Genulpho successit; qui diligenter ea que predecessor
 distraxerat recuperare studuit feretrumque quoque beati Cirici martyris ope Susanne regine,
 filie Berengarii regis Italie, quam Arnulphus marchio Flandrinensis uxorem habuit, cum
 aliis multis ad decorem domus Dei fieri fecit². Obit tandem regiminis anno 28, incarna-
 20 tionis anno 996³, quo anno Gerbertus Romane prefuit ecclesie.

Successit ei Rathodus; cuius administrationis anno 9.⁴ obiit in aula regum Francie,
 ante ecclesiam beati Amandi, devota regina Susanna, in Blandinio Gandavi sepulta. Hic Rat-
 bodus dictus domum regiam integre construxit et ab Harduino Noviomensi consecrari fecit
 in honorem sancte Trinitatis anno Domini 1009⁵. Obit regiminis sui anno circiter 18,
 25 incarnationis 1013.

Cui successit Richardus, multarum abbatiarum reformator devotus; qui, abbatia anno
 1018. dimissa,

venerabilem Malbodem subrogavit, qui criptam condidit ac dedicari fecit in honorem
 Dei genetricis Marie sanctique Michaelis, Hasnoniense monasterium reparavit; quod cum
 30 aliquot annis rexisset, tandem infirmitate detentus, beato Rolando tradidit, dans ei socium
 virum venerabilem Tomellum, qui iussu beati Rolandi sui abbatis scripsit de fundatione
 sui coenobii, reparatione et dedicatione ac de moribus Balduini comitis, eiusdem loci
 reparatoris. Malbodo infirmante anno 1062, consilio fratrum elegit sibi successorem
 Fulcardum, qui et Lambertus vocabatur, 6. Idus Aprilis. Supervixit tamen usque ad 7. Kal. Mai.

35 anni 1063, quo primo finitus fuit magnus ciclus annorum 532, continens ciclos novenales 28, qui ad omnem Sig
 rationem paschalis computi omnino utilis, ab evo in evum sine errore in semet revolvitur. Sub dicti (?) igitur
 abbatis tempore ecclesia combusta fuit anno 1066. negligentia cuiusdam. Elnone accense sunt b
 domus in foro hora fere tertia anno ab incarnatione 1066, a transitu beati Amandi 406, sabbatho ante dominicam
 40 septuagesimam⁶, 3. Id. Febr. De cuius⁷ incendio et miraculis beati Amandi extat libellus Gil-
 berti decani Elnonensis 4⁴ libellis subdivisus. Tandem hic venerabilis Fulcardus, qui et
 Lambertus⁸, senio gravatus, diem clausit extremum Id. Decembr. anno 1076. Cuius hoc epita-
 phium:

Marmoris¹ hac tumba Fulcardus clauditur abba,

Qui sibi non vile commissum rexit ovile.

45 Prefuit huic claustro, qui tali clauditur antro;

Vivat ut in celis, cui² poscat quisque fidelis.

Successit Bovo senior. Cuius tempore plurima pars thesauri destruitur. Unde etiam
 inter monachos gravis discordia oritur. Cuius anno 3, qui erat 1079, inceptum est cenobium Sancti
 50 Salvatoris Aquin., cuius ecclesia confirmata fuit ac dedicata anno 1086. a Gerardo episcopo Cameracensi.

50 a) racat c. b) sed c. c) quo R. d) in c. e) Imbertus c. f) Memorie c. g) deest c.

1) Ita Folcinius, G. abb. Lob. c. 28, SS. IV, p. 69, p. 35: *demandans fieri opere anaglypho feretrum
 qui Ratherium abbatiam S. Amandi a Lothario rego
 mercatum esse narrans, perguit: qua vix una nocte
 3) 994. Ann. Eln. mai. 4) Anno
 5) Turrin a. 1010. dedi-
 55 2) Cf. Philippi Transl. S. Cirici, Acta SS. Iun. III, catam referunt iidem. 6) Ita recte a. 1066.*

Mortuo tandem Bovone iam (?) laudato abbate, successit Hugo, vir vite venerabilis. Hic fuit nepos Fulcardi abbatis. Hic prepositus ceperat reedificare^a ecclesiam et abbas consummavit. Sue nempe ordinationis anno 3, incense ecclesie^b parietibus a turri usque ad criptam funditus eversis, aliam^c ecclesiam per 22 annos sub abbatibus Fulcardo et Bovone, altiozem et ampliozem prima, a se reedificatam, convocatis episcopis Rathodo Torna-⁵ censi et Gerardo Cameracensi eo die quo a beato Eligio antiquior ecclesia consecrata fuerat fecit dedicari. Huius Hugonis tempore anno 1095,^d obiit venerabilis Gislebertus, primo ecclesie sancti Andree Elnonensis decanus, post etiam monachus, qui de incendio et miraculis beati Amandi scripsit 4 libellos^e, in medio ecclesie Apostolorum primum locatus ab eodem venerabili Hugone abbate; nunc vero eius sepulchrum cum epitaphio in cripta ante¹⁰ martyrum sacellum visitur^f. Qui contra vitiorum tumultus et diaboli versutias dum viveret dimicans, tam clero^g quam populo doctor egregius et predicator enituit^h eximius. Obiit tandem venerabilis Hugo 6. Id. Septemb.^b die dominico anno 1107.

A. Elno. msi. Cui concorditer electus successit dominus Bovo huius nominis secundus, primi Bovonis nepos, qui dicitur fuisse vir religiosus. Obiit anno 1121. 15
Gualterus successit.

Quo anno 1125, cedente, ordinatur in concilio Belvacensi Absalon anno 1124, forma et speculum totiusⁱ religionis et a pueris ibidem monachus. Hic disciplinam, que pro magna parte deperierat, reformavit. Obiit tandem Absalon, vir in Christi ecclesia magne reverentie, anno 1146, 12. Kal. Octob.

Cui vir bene religiosus successit Walterus, qui scientia, vita ac fama preclarus, cum²⁰ ipsum cenobium [cui] preerat annis 5 rexisset, anno^j dominice incarnationis 1150. abbatiam dimisit, et sequens beatum Bernardum ad Claram-vallem transiens, ibidem monachus efficitur.

Transiit etenim eo vir ille religiosissimus, cenobii etiam Elnonensis monachus, cui personaliter christifera virgo Maria monachorum Clärevallensium detergens sudores in agone visibiliter apparuit. Cuius nomen et visio in libro virorum illustrium ordinis Cister-²⁵ censis describitur.

Hugo, qui prius prior Sancti Iohannis Laudunensis^k, post abbas Humolariensis, demum abbas noster Elnonensis. Qui ipsam ecclesiam strenuiter rexit annis 18, intus et foris destructa^l reparavit, utpote vir discretus, eloquens et religiosus et totius Flandrie consilium^m. Qui tandem obiit anno 1169; qui apud Deum per retributionem vivit et apud nos per memoriamⁿ 30 et laudem^o.

Successit eidem Iohannes II, quem multa laude prosequitur [in^p prologo vite sancti Amandi] venerabilis Philippus abbas de Eleemosyna, quam² ad eundem scripsit ornatis-³⁵ sime. Qui cum 14 annis laudabiliter prefuisset, apud Atrebatum in presentia^q domini Guillelmi Remensis et Flandrie comitis abbatiam resignavit anno 1182.

Et ibidem dominus Eustachius thesaurarius Beati Petri Gandensis est electus. Hic dormitorium et capellam sancti Andree renovari fecit et alia bona fecit monasterio. Obiit anno 1191.

Successit Arnulphus Persona. Quo anno 1193, degradato, successit Gualterus 3. abbas Sancti Nica-⁴⁰ sii Remensis. Cuius tempore anno 1196, quidam monachus a tribus perfidis gladiis detrunctur in palude Aquicinctensi monasterio vicina pridie Kal. Apr. Obiit idem abbas Gualterus anno 1204.

Successit Iohannes tertius, quondam prior, pessime memorie, anno 1206. Cui per compromissionem factam in Philippum marchionem Namurcensem, Flandrie et Hannonie procuratorem^r, qui nominavit Guillelmum Aquicinctensem abbatem.

Qui et successit anno 1207; qui cum laudabiliter aliquot annis prefuisset, obiit anno 1218. 45

a) reedituque c. b) ea add. c. e) antedictam R. d) 1096. R. e) obiit iterum add. c. f) cleri q. populi R. g) ita R.; deest c. h) Decemb. c. i) ita R.; totum c. k) ita R.; Landeriensis c. l) depravata R. m) consiliarius R. n) laudes R. o) ita R.; desunt c. p) patientia c. q) ita c.

1) Editum SS. XI, p. 413, ubi de ipso Gilleberto eiusque operibus agitur. 2) Quae edita est Acta SS. Febr. I, p. 857, et inter opera Duaci a. 1621. impressa. 50

LAMBERTI AUDOMARENSIS SERIES EPISCOPORUM MORINENSIIUM.

Cum Sancti Audomari civitas in dioecesi Taruanensi sita esset, huius ecclesiae praesulum nomina Lambertus canonicus S. Audomari cum aliis¹ in 'Libro florido' a. 1120. composito enumeravit, quorum successionem et in Annalibus eidem libro insertis (SS. V, p. 65) ad eodem ac hic statutos annos notavit. Seriem ex codice autographo Gandavensi nr. 16, fol. 230', b. m. L. Bethmann exscripsit.

Morinorum episcopi.	
	Andmundus.
10	Athalbertus.
	Sanctus Audomarus fit episcopus anno Domini
658 ²	
	Draucius anno 688 ³ .
	Sanctus Bainus.
15	Ravangerus.
	Sanctus Erkenbodo presul anno 720.
	Adalgerus.
	Gumbertus.
	Etharius.
20	Rodwaldus.
	Athalolfus.
	Wicfridus.
	Tedwinus.
	Sanctus Folquinus presul anno 817.
	Grimbaldus ⁴ .
	Sanctus Hunfridus presul 855.
	Aclardus ⁵ presul 868.
	Athalbertus presul 871.
	Herlandus 884.
	Stephanus.
	Wicfridus 935.
	David 959 ⁶ .
	Framericus 974.
	Baldoinus 989.
	Drogo 1030. fit episcopus.
	Hubertus 1078. fit episcopus.
	Gerardus 1081. fit episcopus.
	Iohannes anno 1096. ⁶ fit episcopus.

LAMBERTI AUDOMARENSIS SERIES ABBATUM S. BERTINI ET PRAEPOSITORUM S. AUDOMARI SITHIENSIIUM.

Idem Lambertus 'Libro florido' tres catalogos praelatorum ecclesiarum Sithiensium inseruit, quos ex codice autographo Gandavensi nr. 16. b. m. L. Bethmann exscripsit.

I) In eiusdem codicis fol. 13. depictae sunt turres castris superscriptis verbis: Sithiu id est Sancti Audomari castrum, sub quo Lambertus ipse, supernotata littera L, scribens effectus. Ab utroque latere huius imaginis exarata est series abbatum S. Bertini usque ad divisionem ecclesiae S. Audomari ab illo coenobio saec. IX. factam; sequuntur dehinc praepositi qui hanc ecclesiam rezerunt usque ad auctoris tempus enumerati.

II) Ibidem fol. 271'. repetitur series abbatum et praepositorum, compluribus notis praesertim de tempore singulorum additis, quae a praecedente multis, maxime vero annis praepositis attributis differt, forte quod auctor, dum librum componeret, certiora documenta nactus sit.

III) In eodem folio sequitur series nominum solum abbatum S. Bertini usque ad scriptoris aetatem deducta, quae omnino congruit cum ea, quae Folcwini Gestis abbatum S. Bertini in codice Bolontensi praescripta est (apud Guérard p. 13, repetita ab Arndt, 'N. Arch.' II, p. 283), infra huic volumini inserenda.

1) Cf. supra p. 282. 2) Hic annus certe falsus. 3) Hic ante Folquinum sedit, interfuit enim synodo Noviomensi a. 814; v. Flodoardi Hist. Rem. II, 18. 4) Hic non fuit episcopus Morinensis, sed a sede sua Namnetensi expulsus curam ecclesiae Morinensis gessit a. 870. 871, deinde Turonensem ecclesiam regendam suscepit; Gallia christ. X, col. 1535. 5) Post hunc omisus Liudulfus, qui a. 972, m. Maio occurrit; Gallia christ. X, Instr. nr. 13, col. 18. 6) Aut a. 1097, aut post hunc annum; obiit a. 1120.

I.

Nomina prelatorum in Sithiu qui rexerunt
utrasque aeclesias.

Bertinus.

Rigobertus. Erlefridus. Erkembodus. Wai-
marus. Nantharius. Dadbertus^a. Hardradus. Otlan-
dus. Nantharius.

Fredegisus. Anno Domini 830.¹ Fredegisus
Sithiu preluit annis 14.

Hugo abbas Sancti Quintini ann. 20².

Adelardus ann. 22³.

Hugo ann. 23⁴.

Odo⁵ ann. 24.

Hildewinus ann. 27⁶.

Normannis dederunt. Deinde Normanni Gandavum et Attrebatum^b et Cortracum
et Menapos adeuntes, Sithiu opidum ingressi, ipsum cum aeclesiis igne cremave-
runt; et interfectis omnibus, Sancti Audomari aeclesia mansit pastore destituta annis 80,
usque ad tempora Ludoici regis Francorum, qui fuit regalis prosapiae ultimus, et
Arnulfi adventum, qui restauravit Gandavum anno Verbi incarnati 949. Eo tempore 30
L[udoicus] rex Francorum abbaciam Sancti Audomari comiti Arnulfo tradidit; quam
Adelardus prepositorum primus ab ipso Flandrensi comite Arnulfo suscepit.

Alwinus⁷ ann. 9.

Lotmarus 22.

Helecinus 31.

Ebroinus 14.

Balduinus 14.

Frumoldus 8.

Folcardus 9.

Rogerus 2.

II.

Nomina abbatum et prepositorum in Sithiu
presidentium.

Anno Domini 698. sanctus Bertinus Sithiu pre-
fuit ann. 3. 5

Anno Domini 700, ind. 13, sanctus Bertinus
obit.

Post sancti Bertini obitum decem abbates per
annos 132 rexerunt aeclesias duas, videlicet Rigo-
bertus, Erlefridus, Erkenbodo, Waimarus, Nanthar-
ius, Dadbertus, Hardradus, Otlanus, Nantharius,
Fredegisus. Iste Fredegisus a consorcio monacho-
rum Sancti Audomari segregavit aeclesiam anno Do-
mini 830⁸.

Post divisionem aeclesiarum sanctus Folquinus 15
a sancto Audomaro duodecimus Morinensem rexit
aeclesiam.

Anno Domini 831.⁹ Hugo Sancti Quintini comes
abba Sithiu aeclesiae Sancti Audomari preluit an-
nis 12³. 20

Anno Domini 843. sanctus Folquinus sanctum
Audomarum a Hugone ablatum Sithiu reduxit¹⁰.

Anno Domini 844. Odo prepositus Sithiu aec-
lesiae Sancti Audomari preluit ann. 26. Eo tempore
Franci¹¹ tributum in quatuor milium libris argenti 25

Anno Domini 950. Adelardus Sithiu aeclesiae
Sancti Audomari preluit annis 17.

Anno Domini 967. Alwinus Sithiu aeclesiae 35
Sancti Audomari preluit annis 9.

Anno Domini 975. Alwinus fit abbas apud
Gandavum¹², et aeclesia Sancti Audomari sine pre-
posito annis 2.

Anno Domini 977. Lotmarus Sithiu aeclesiae 40
Sancti Audomari preluit annis 18.

Post Lotmari obitum fuit aeclesia Sancti
Audomari sine preposito ann. 7.

Anno Domini 1002. Helecinus aeclesiae Sancti
Audomari preluit ann. 23. 45

Anno Domini 1025. Ebroinus aeclesiae Sancti
Audomari preluit annis 13.

Anno Domini 1038. Balduinus aeclesiae Sancti
Audomari preluit annis 15.

Anno Domini 1053. Frumoldus aeclesiae Sancti 50
Audomari preluit annis 9.

Anno Domini 1062. Folcardus aeclesiae Sancti
Audomari preluit annis 8.

Anno Domini 1070. Rotgerus aeclesiae Sancti
Audomari preluit annis 3. 55

a) Dadbertus c. ? b) Attrebā c.

1) Ordinatus a. 820, obiit a. 834. 2) A. 10, necatus a. 844; Ann. Bert., SS. I, p. 440; Folc. c. 57. 3) 20 tantum annis 844—864; Folc. c. 66. 4) A. 858—861, eiecto Adalardo, praefuit monasterio; ibid. c. 64. 5) Praepositus S. Audomari. 6) Hic abbas S. Bertini sedit a. 866—877; ibid. c. 69. 85. 7) Ab- hinc omnes praepositi S. Audomari. 8) Cf. Folc. c. 47. 9) A. 834. secundum Folc. c. 53. 10) Cf. Folc. c. 57. 11) Haec ex Chron. Normann., quod Lambertus ipse Libro florido inseruit, a. 869. 879 60—881; SS. I, p. 534, sumta sunt. 12) S. Petri, sed demum a. 986; cf. Ann. Bland., SS. V, p. 25.

Baldwinus Ariensis ann. 3.

Anno Domini 1073. Baldwinus Ariensis ecclesiae Sancti Audomari prefuit ann. 3.

Arnulfus ann. 44.

Anno Domini 1075^b. Ernulfus ecclesiae Sancti Audomari prefuit ann. 43.

Otgerus annis

Anno Domini 1117. Otgerus ecclesiae Sancti Audomari prefuit ann. 3.

Nomina abbatum ecclesiae Sancti Bertini Sithiu.

Bertinus.	Hugo.	Bernoldus.
Rigobertus.	Hunfridus sanctus episcopus ¹ .	Baldwinus Pulcher comes et abba.
10 Erlefridus.	Hildewinus.	Ernulfus comes abba.
Erkenbodo sanctus.	Fulco, post Remorum archiepiscopus, interfectus.	Walterus.
Waimarus.	Hildewinus ² .	Trudgaudus.
Nantarius.	Rodulfus.	Otbertus.
Dadbertus.	Baldwinus Fortis ³ comes et abba.	Henfridus.
15 Hardradus.	Adalolfus comes et abba.	Rodericus.
Otlendus.	Ernulfus comes et abba.	Bovo.
Nantarius.	Girardus comes ⁴ et abba.	Herbertus.
Fredegisus pacificus.	Wido comes ⁴ abba.	Iohannes.
Hugo Sancti Quintini abba comes.	Hildebrandus.	Lantbertus ⁵ .
20 Adelardus.		

a) vacat c. b) M.LXXXIII. c.; sic emendavi, ut annus cum praecedenti a. 3. et huius a. 43. conveniat.

SERIES ABBATUM PRAEMONSTRATIENSIS.

Ex codice Bruxellensi nr. 6718, olim Horti S. Mariae ordinis Praemonstratensis, s. XV, post Vitam S. Norberti f. 28. exstat haec series, quam V. Cl. Arndt descripsit.

Catalogus abbatum Praemonstratensis ecclesiae.

25 Anno Domini	1120. Norbertus prefuit annis 6.
	—1129. Hugo prefuit annis 35 ^a .
	1170. ^a Philippus annis 11 ¹ .
30	1170. Iohannes paucis mensibus.
	1171. Dodo paucis diebus.
	1171. Hugo annis 18, mense uno, diebus duobus.
	1189. Obertus.
	1191. Galterus.
35	1195. Petrus annis 6, mensibus 3, diebus 14.
	1201. Baldwinus annis 2, diebus 3.
	1203. Wermundus anno uno.
	1204. Gwillelmus anno 1, mensibus 6, die 1.
	1206. Robertus annis 3, mensibus 8, diebus 21.
40	1209. Gervasius.
	1220. Conradus.
	Wilhelmus [Anglicus ^b].
	Hugo ^a .

a) sic c.; lege 1161. b) alia rec. man. add. c.

45 1) Morinensis. 2) Hic etiam in serie Folcwinii fuere comites. 5) Sedit a. 1095—1123. 6) 32 tantum — a. 1161. 7) Annis 9 tantum — a. 1170. inseritur, post erasus, de quo nihil in eius narratione nec alibi quid invenitur. 3) H. alias Calvus dictus comes Flandriae. Nam a. 892. coenobium comitibus Flandriae subditum est; Folc. c. 98. 4) Hi non 8) Sedit c. a. 1235—1242, iam antea a. 1234. Hugone cessante electus, sed illo revertente ab abbacia remotus.

**SERIES MAGISTRORUM GENERALIUM
ORDINIS FRATRUM MINORUM.**

Ultimo loco exhibemus brevem catalogum magistrorum generalium ordinis Franciscani, saec. XIII. ut videtur confectum. Exstat in cod. Monacensi, nr. 13029 (Ratisb. civ. nr. 29) f. 318, manu coeva post insertus.

G. W. 5

Beatus Franciscus anno Domini 1201. mutato habitu seculari, cepit pedes calciatus, corrigia cinctus, baculo fultus incedere et semitam ad ambulandum in via Dei, in qua sic, alius sic ibat, investigare. Et anno 1206, audito in euangelio, quod Dominus discipulis suis precepit, ut sine baculo et pera et calciis incederent, statim proiectis baculo et calciis et corrigia, funiculo succinctus cepit incedere, regulam evangelicam et apostolicam imitatus, et ita post annum 6. conversionis sue regulam et vitam fratrum Minorum incepit et ei ut pius pater annis 20 prefuit, et anno Domini 1226, consummato cursu cum multiplici fructu evolavit, et ei frater Iohannes Parens successit.

Frater Iohannes Parens cepit anno Domini 1227, primus generalis minister per capitulum generale electus, et prefuit annis 5, et absolutus est anno Domini 1232^a, et ei successit frater Helyas.

Frater Helyas cepit anno Domini 1232, et prefuit 7, et absolutus est anno Domini 1239, et ei successit frater Albertus de Pisa.

Frater Albertus de Pisa cepit anno Domini 1240, et prefuit menses 8 et dies aliquod, et mortuus est, et ei successit frater Haymo Anglicus.

Frater Haymo cepit anno Domini 1240, et prefuit annis 3 et dimidium, et obiit anno Domini 1244^b, et ei successit frater Crescencius.

Frater Crescencius cepit anno Domini 1244, et prefuit annis 3 et dimidium, et absolutus est anno Domini 1248, et ei successit frater Iohannes de Parma.

Frater Iohannes de Parma cepit anno Domini 1248, et prefuit annis 10, et absolutus est anno Domini 1258, et ei successit Bonaventura.

Frater Bonaventura cepit anno Domini 1258. Hic est septimus minister generalis per generale 25 capitulum electus in festo purificationis.*

* Sequuntur in cod. notae hae:

Anno Domini 250.^c cepit Antonius abbas.

Item 527. Benedictus.

Item 1100. preter duos annos cepit Cyst. ordo sub Ruperto.

Item 1120. ordo Premonstratensis.

Item 1206. ordo Minorum. Et post 10 Predicatorum.

Item 1153. obiit beatus Bernhardus.

Item 1226. obiit beatus Franciscus.

A tempore sancti Petri usque ad tempus Urbani VIII. pape fuerunt 188 pape in ecclesia Romana 35 et imperatores 76.

a) 1235. c. b) III e corr. c. c) 1250. c.

1) A. 1261—1264.

EX GESTIS EPISCOPORUM AUTISIODORENSIUM.

Iam saeculo IX. exeunte duo luminaria collegii nostri, ut legitur, Rainagola et Alagus, conlaborante Heirico teosopho simul et monacho — i. e. celeberrimo illo huius aevi scriptore, cuius annales supra p. 80. edidimus — gesta presulum istius sedis compendiose atque commatice elugubratissimis paginis indiderunt. Quae quamquam non nisi in codice saec. XII. ex variis continuationibus aucta servata sunt, satis accurate exscripta videntur esse¹. Certe qui primus opus continuavit et saeculo X. se scripsisse compluribus locis apertis verbis indicat², prorsus alio sermone utitur³. Utraque pars nonnulla continet, quae historiam aevi Karolingici illustrant, non quidem omnia ex certa rerum cognitione sumta, sed nonnumquam ex populi ore, ut videtur, accepta, nihilominus vero quae ad res longinquas et tenebris obrutas investigandas adhibeantur digna⁴. Quare ex his Gestorum capitibus quaedam seligenda duximus, editionem secutus, quam ex codice illo⁵ magna sollertia paravit Duru ('Bibliothèque historique de l'Yonne' I, p. 309 sqq.). Antea ediderunt Labbe (Bibl. bibl. I, p. 429), fragmenta quaedam Bouquet (SS. Gall. et Franc. III, p. 639. V, p. 434. IX, p. 132). In annotationibus adiciendis praesertim Lebeuf ('Mémoires concernant l'histoire ecclésiastique et civile d'Auxerre', nov. edit. a Challe et Quantin paratam T. I, 1848), etiamnum praecipuum harum rerum auctorem, secutus sum.

In appendice excerpta adieci ex Miraculis S. Germani ab Heirico illo scriptis, quae res ipsius tempore gestas illustrant. Egit etiam de episcopis prioris temporis prope reliquias S. Germani in cryptis novae ecclesiae sepultis, quae ad verbum fere cum Gestis conveniunt, sive ea Gestorum auctor descripserit, sive ipse Heiricus hanc eorum partem confecerit. Sed haec incerta et ab historia nostra prorsus fere aliena recipere nolui. Codicem optimae notae Parisiensem nr. 13757 (olim S. Germain 1064), membr. s. IX, de quo cf. 'N. Arch.' IV, p. 529, cum editis contulit V. Cl. Schoene. Integrum librum ediderunt Labbe (I, p. 531), Acta SS. (Iul. VII, p. 255) et Duru (II, p. 114), qui capitulum ab his institutorum numeros retinuit, quare eos in margine adnotavi.

G. W.

1) Hoc etiam ea re probatur, quod in Heirici libro de miraculis S. Germani magna eorum pars iisdem fere verbis legitur. 2) V. infra de Wibaldo episcopo (a. 879—887) et de Herefrido (a. 887—909), de quo, afferunt, ait, enim hi, qui illius temporis scolaribus studiis insistebant. 3) Hunc usque ad Waldricum († 933) opus continuasse, putarim; in Gestis Gaidonis (a. 933—961) alium auctorem deprehendere mihi videor. De sequentibus multo brevius

agitur. 4) Cf. quae hac de re disputavit Roth, 'Beneficialwesen' p. 444, ubi virorum doctorum, qui episcoporum ordinem et tempora accuratius definire studuerunt, sententias recensuit. Quas neque approbare neque refellere nostrum est. 5) Etiam scribendi rationem quam codex praebet, quamvis a saec. IX. more recedentem, neque satis sibi constantem, retinui.

EX GESTORUM PARTE I.

26.^a Savaricus sedit annos 5, menses 4. Hic, ut fama confirmat, eo quod esset genere nobilissimus, cepit à status sui ordine paululum declinare et secularibus curis plus quam oportet pontificem inhianter insistere, in tantum ut tam pagum Aurelianensem quam Nivernensem, Tornodorensem quoque atque Avalensem, necnon et Tricassinum militari manu invaderet 5 suisque dicionibus subiugaret. Nam eo tempore Franci inter se dissidentes cum plurima 715 civilia bella commoverent, in silva Cotia in invicem irruentes, maxima sese cede mactaverunt. Tunc idem episcopus, postponens pontificalem dignitatem, undecumque collecta plurima multitudine, cum Lugdunum pergeret, ut eam sibi ferro subiugaret, divino fulmine percussus, cita morte interit, sicque ad civitatem propriam reportatus atque in basilica 10 sancti Germani iuxta predecessores suos est sepultus. Fuit enim temporibus Dagoberti iunioris regis atque Danielis, qui mutato nomine vocatus est Elpericus atque ex clerico rex est effectus, Pipino cum Plectrude maiore domus principatum regente¹.

27. Ainmarus vocatus episcopus tenuit principatum annos 15. Fuit enim vir valde strenuus atque nobilitate generis non mediocriter decoratus, simul quoque fundorum dignitate 15 ditissimus. Nam in tantum eius potestas seculariter excrevit, ut usque ad ducatum pene totius Burgundie perveniret. Contigit autem eo tempore, Pipinum, filium prioris Karoli, Aquitaniam ex evocatione Eudonis Aquitanorum ducis adversus Aimonem Cesarauguste regem perrexisse, qui Lampagiam, ipsius Eudonis filiam, in coniugium sumpserat et federa coniugii ruperat. Convenientes autem in locum qui Iberra dicitur, dum inter se pugnare cepis- 20 sent², hic Ainmarus cum suis in Saracenenorum multitudinem irruens, maxima eos cede prostravit, devicit atque simul cum rege suo, Christo propiciante, victor exiit. Sicque Pipinus cum triumpho Francie partes repetiit; sed non multum post predictus Eudo pactum, quod pepigerat cum Pipino, fallaci mutatione deseruit. Unde factum est, ut isdem Ainmarus, precipiente iam dicto Pipino, iterum Aquitanie partes, collecta suorum multitudine, 25 repeteret atque Eudonem ad bellum provocaret; quibus in unum congressis, tanta subito cede Aquitanici corruerunt, ut vix ipse dux eorum Eudo per fugam dilapsus evaderet³. Sed quorundam insidiante invidia, quae prosperis rebus semper adesse solet, suggestum est regi, quod ipse Eudo non aliter nisi ex consensu Ainmari evasisset. Qua de causa evocatus ab eodem rege apud Bastoniam villam, quae est sita in saltu Arduenne, custodie carcerali est 30 mancipatus. Interiectis itaque paucis diebus, cuiusdam nepotis sui ingenio extractus, arrepto equo, fugam inivit; cuius post tergum cum summa velocitate adversarii insequentes, in loco qui Lufaus dicitur⁴ in pago Tullensi cum consecuti sunt. Qui videns se eorum insidias evadere non posse, totum se ad divinum contulit auxilium; nam dum, extensis brachiis in modum crucis, oculis ad celum elevatis, supernam gratiam exoraret, lanceis persequentium 35 confossus, simul cum predicto nepote suo occubuit. Ibi dicitur fuisse sepultus. Servatur hactenus Autissiodori in altare matris ecclesiae crux aurea ligni dominici, ostentans in se signa martyrii eius. Sed et quasdam res proprietatis sue aecclesiis Dei fideliter distribuit, consilium et ordinationem nactus domni Teodranni, iam tunc ex sua voluntate ordinati pontificis. Dedit itaque basilicae sancti Stephani ad stipendium clericorum ibidem Deo 40 deservientium villam quae dicitur Matriacus⁵, sitam in pago Senonico, cum edificiis, mancipiis, vineis, silvis et universis appendiciis suis. Item in pago Autissiodorensi ad xenodochium predictae matris aecclesiae villam quae dicitur Miliciacus⁶ et alteram que vocatur Viriliacus, cum universis appendiciis eorum. Ceterum basilice sancti Germani ad stipendium monachorum villam Abundiacum nomine⁷, sitam in pago Autissiodorensi, cum edi- 45 ficis, mancipiis, silvis et omnibus appendiciis suis. Item in pago Vastinensi villam que dicitur Pons-Maxentii⁸, similiter cum appendiciis suis. Dedit idem ad xenodochium eius-

a) De Savarico *add. ed.*, et ita constanter, quae num in *cod. legantur, dubio*.

1) Qui obiit a. 714; cf. G. reg. Franc. c. 52, ex quibus auctor haec sumsisse videtur. 2) Haec valde turbata sunt, ad Birram fluvium a. 737. a Karolo, filio Pippini, pugnatum est, Eudo iam a. 735. mortuus; eius filia Othmano Arabi iam c. a. 730. nupsit; non hic, sed Omar contra Karolum pugnavit; cf. Roth p. 448; Breysig, 'Karl Martell' p. 63 sqq. 3) Haec dubiae fidei esse, vix est quod moneam; 50 certe de tempore non constat. 4) Lifold, LEBEUF, quem vel eius editores etiam in sequentibus secutus sum. 5) Merry. 6) Milly, Verilly. 7) Annay. 8) Pontessant.

dem basilice domni Germani villas sitas in pago Autissiodorensi, hoc est Nigrontum¹ cum appendiciis suis, Limerolas² quoque similiter cum appendiciis suis, simulque Lagunas. Nam Boniacus³ atque Vitriacus tempore interfectionis sue in fiscum cesserunt dominicum.

28. Teodranus adhuc superstiti domno Ainmaro ex eius consensu est ordinatus episcopus. Obiit autem 4. Nonarum Decembris et sepultus est in basilica sancti Eusebii.

29. Quintilianus⁴ episcopus fuit nobilis genere; cuius pater Quintilianus monasterium Meleretense⁵ construxit ac rebus propriis ditavit xenodochiumque Brittonum Romam pergentium ibidem esse constituit⁶. Hic beatus episcopus ante episcopatum abbas fuit monasterii Sancti Germani; sed ob vite meritum ac generis nobilitatem a monasterio populi electione vocatus, pastor est aeclesiae subrogatus. Sepultus est itaque iuxta predecessores suos in basilica sancti Germani.

30. Cillianus⁴ episcopus sedit annos 6, menses 2. Obiit autem pridie Nonas Augustas et sepultus est in basilica sancti Germani.

31. Clemens episcopus sedit annos 5, mensem 1, dies 10. Hic cecitatem corpoream passus, iuxta basilicam apostolorum Petri et Iacobi⁷ diversorium habuit. Obiit 13. Kalendarum Aprilis et sepultus est in basilica sancti Amatoris.

32. Aithulfus, ex cantore episcopus, sedit annos 15. Fuit temporibus Karoli maioris et perduravit usque ad Pipinum, in divinis officiis strenuus et episcopali largitate famosus. Eius tempore res ecclesiasticae ab episcoporum potestate per eundem principem⁷ abstracte in dominatum secularium cesserunt; siquidem centum tantummodo mansit episcopo derelictis, quicquid villarum superfuit, in sex principes Baioarios distributum est, abbatie vero singulis abbatibus dilargite. Quam ecclesiae humiliationem idem religiosus pontifex pene exitialiter doluit, adeo ut paralisis morbo correptus universis sui corporis offitiis privaretur. Eodem itaque diversorio cum predicto Clemente adhuc superstiti clausus, stipe aeclesiastica usque ad diem sui obitus aiebatur, Maurino ex voluntate eiusdem pontificis ministrante publicas functiones. Hic contulit basilice sancti Stephani res proprietatis sue in pago Tornoderensi in villa que Montiniacus⁸ vocatur, ea ratione ut stipendiis pauperum perpetuo deservirent. Obiit autem Idus Novembris et sepultus est in basilica sancti Germani.

33. Maurinus episcopus sedit annos 28. Fuit circa exordium regni Karoli Magni, vir strenuus et facunda urbanitate eloquentissimus atque sanctitatis titulis admodum decoratus. Fertur nanque prophético spiritu nonnulla predixisse, que mox rei probavit eventus, et quam potestate seculari impar, multis tamen etiam potentissimis dignitate se parem exhibuit. De hoc certissime constat, quod ingenio et prudentia singulari res, ut dudum prediximus, ecclesiae sue subtractas, annuente Magno Karolo, tunc rege, postea imperatore, recuperavit. Acceptum nanque aurum, ut fertur, in eadem civitate in turre Brunichildis inventum atque, ut dicitur, libratim distributum, orarii quo utebatur nodis hinc inde cohercuit atque collo suspensum ante prenominati regis presentiam novo ordine detulit, pariterque commisse sibi ecclesiae paupertatem ac sue tenorem petitionis regis auribus intimavit, id se precogitasse asserens, ut singulos palatii principes singulis auri libris in sui adiutorium conciliaret, sed postea mutasse sententiam atque, ut ipse solus cuncta acciperet, rectius iudicasse. Annuit benignitas principis et ut, decedentibus singulis, qui tunc res aeclesiasticas obtinebant, paulatim cuncta reciperet, precepto regie auctoritatis edixit⁹. Sicque, annuente Deo res prospere cessit, ut fere intra biennium nullus pene eorum restiterit, quibus predia aeclesiastica contra licitum deserviebant. Ea tempestate abbatia sanctorum martyrum Gervasii et Protasii necnon et sancti Martini, sancti quoque Eusebii in usus Sancti Stephani redierunt; maxima quoque villarum pars, que fuerant eatenus abdicatae.

Hoc presule primus comes pagi Autissiodorensis Ermenoldis nomine in suo ipsius predio monasterium in Salvatoris honore construxit, quod idem episcopus sollempniter dedi-

a) Pauli L.

50 1) Néron. 2) Lignouelles. 3) Bonny, Bitry. *Id coenobium genti Britonum Romam infatigabiliter expetenti et pervium et familiare est.* 7) Karolum intelligere videtur. Neque Roth l. l. p. 450, qui de Pippino cogitavit, hanc satis probavit sententiam; cf. Hahn, Jahrb. Pippins' p. 185. 8) Montigny-la-Condie. 9) Quod inter diplomata depêrdita referendum est.

cavit atque ex rebus Sancti Stephani villam cui Cocciacus nomen est¹ in augmentum dedit; nihilominus prefatus comes obtentu episcopi idem monasterium Sancto Stephano postea delegavit. Super altare quoque matris ecclesiae hic ipse pontifex pallium preciosissimum auro et margaritis obtulit decentissime exornatum. Crucem etiam ex auro purissimo et gemmis preciosis composuit, nomine inscribens suo. Sed et imitator existens bone memorie predecessoris sui, contulit res proprietatis sue Sancto Stephano, ut pauperum indigentis subministrarent. Sunt autem eedem res posite in pago Tornodorensi in villa que dicitur Fontanetus². Nichilominus et stipendiis canonicorum agellum proprietatis sue contulit cuius vocabulum est Villare³, non longe a Varciaaco, quod ipse a quadam matrona optinuerat nomine Rocla. Decessit 8. Idus Augusti atque in ecclesia sancti Gervasii tumulatus est, quam et ipse quoque renovaverat.

34. Aaron episcopus sedit annos 13. De hoc constat, quod, proficiscente Romam Karolo Magno sub Leone papa ad decus imperii roborandum, cum ipso pariter profectus est atque in ipsa expeditione abbatiam Sancti Mariani a prefato imperatore optinuit⁴. Hic idem pontifex ciborium super altare Sancti Stephani auro argenteoque mirifice composuit. Obiit Idus Februarii sepultusque est in basilica sancti Gervasii.

35. Angelelmus episcopus, natione Baioarius, ex patre Obtelmo et matre Teogarde, sedit annos 17. Hic cum esset vir summe simplicitatis et caritatis, presbyter ordinatus et basilice sanctorum Gervasii et Prothasii abbas prestitutus est. Sane, decedente Aaron pontifice, Ieremias⁵ Senonensis archiepiscopus iussu Karoli imperatoris Autissiodorum veniens, in ecclesia sancti Germani cleri et populi collegit cetum; ibi, generali consensu accedente, hic idem Angelelmus ab omnibus electus est et episcopus ordinatus. Suscepto igitur pontificali ministerio, totum se in divinum transfudit servitium, in orationibus assiduus, in lacrimis frequens, in elemosinis precipuus ac pene suo tempore singularis; fertur enim interdum amore largitatis egritudinem simulasse, ut absque ullius contradictione quae habere poterat in usus pauperum erogaret. Ecclesiam sancti Stephani non simplici largitate ditavit, altare senioris ecclesiae tabulis argenteis undique compegit, altare quoque sancte Marie nihilominus tabula argentea decoravit, sancti quoque baptiste Iohannis altare simili ornameto decoravit, ante altare sancti Stephani tres coronas argenteas precipui ponderis preparavit, in circuitu altaris decem candelabra maxima argentea constituit, calicem argenteum optimum cum patena condonavit ac suo nomine presignavit; sed et crucem permaximam mihi collocavit, quam auro argenteoque vultu Salvatoris decentissime decoravit, altare argentea tabula ornatum ante eam statuens. Eandem ecclesiam quatuor signis maximis et sonoris decoravit. Fecit et capsam praecipui operis auro argenteoque elegantissime compactam, ubi cappam beatissimi Amatoris cum multis sanctorum pignoribus condidit. Tapetia etiam optima ad sedilia basilice exornanda plurima contulit.

Huius tempore Ludovicus imperator, facto generali conventu, canonicis regularem vitam imposuit atque ob tutelam religionis claustrum custodiam instituit ac diversas competentesque officinas eorum usibus ordinavit; qua auctoritate idem pontifex delectatus, villam cui Pulverenus nomen est fratrum canonicorum scilicet stipendiis deputavit⁶. Et quia quaedam beneficiata erant, que protinus auferri non poterant, decretum est, ut, illis decedentibus, continuo canonici in suos reflecterent usus. Res etiam, que ex iure proprio ei cesserant, tam in Biliaco⁷ quam in Annau, eorundem usibus delegavit. Qui etiam vasa argentea plurima et precipua in thesauris eiusdem ecclesiae collocavit, Sancto Germano calicem argenteum cum patena dedit eiusdem scematis cuius et superiorem fecerat, huiusmodi largitatem sui nominis inscriptione designans. Sancto quoque Amatori calicem argenteum cum patena tribuit eiusdem operis, quamquam ponderis minoris. Sancto Petro similiter. Altare Sancti Eusebii tabula argentea exornavit, calicem argenteum cum patena dedit, evangelium quoque argenteum cum candelabris argenteis ac turibulo nichilominus argenteo preparavit, cortinas etiam in circuitu altaris ac nonnulla pallia condonavit. In cenobio Sancti Salvatoris tabulam argenteam cum signo sonorissimo dedit. Per totam denique sue potestatis diocesim ecclesiis quidem vicinis ad preparandum calicem et patenam tres libras

1) Saints-en-Puisaye. 2) Fontenet prope Chablies. 6) Cf. chartam Ludovici a. 819, Sickel nr. 146.

3) Villiers; Varzy. 4) Neque hoc diploma exstat. 7) Billy; Anus.

5) Qui non ante a. 818. archiepiscopus constitutus est.

argenti distribuit. Minoribus vero cappellis suis duntaxat ad opus simile solidos 15 destinavit; in vicis quoque prefatis congruam argenti quantitatem largitus est ad cruces in ecclesiis exornandas. His et huiusmodi bonorum operum frugibus plenus decessit sub die Nonarum Iuliarum atque in basilica sancti Germani honeste tumulatus est.

- 5 36. Heribaldus episcopus, ex patre Antelmo Baioario, matre Froilde Vastinensi, sedit annos 33¹. Hunc ab ineunte etate in palatio educatum post decessum avunculi sui Angelelmi clerus ac populus, sollempni electione facta, pontificatui suffecerunt, Aldrico Senonum archiepiscopo² cum coepiscopis ex precepto Ludovici imperatoris huius negotium procurante. Constat autem, eum in ecclesia beati Germani et electione designatum et ordinatione promotum. Fuit autem vir admodum nobilis, forma elegans, eloquio nitidus, singulari prudentia circumspectus. Quamobrem et apud reges plurimum valuit, ita ut in palatio archicapellanus³ effectus, seculari quoque dignitate potentissimus ea tempestate extiterit; atque, ut se habent humana, quamdiu quidem huiusmodi potestatis apice floruit, secularibus sese negotiis non mediocriter dedit. Divino autem respectu tandem inspiratus atque, quod a seculi appetitu plurimum solet compescere, infirmitatis corporee mole gravatus, et mores et studium in diversa transtulit seque totum divinis servitiis et ecclesiasticis utilitatibus ex animo mancipavit, in orationibus continuus, in lacrimis profusus, in servorum Dei subsidiis largus, in ecclesiarum reparatione ferventissimus, in pauperum recreatione singulariter mirabilis, mirabiliter singularis. Ecclesiam sancti Stephani et parietibus et laquearibus renovavit, vitreis quoque ac picturis optimis decoravit; coronas argenteas quatuor instituit; circa altare Sancti Stephani tabulas argenteas et sculptura et operis elegantia renovavit, capsam etiam auro argentoque mirifice decoravit, ubi vestimenta sacratissimi Germani reposuit; basilicam sancti Iohannis baptiste post defectum veteris ab imis extruens fundamentis, in sublime fastigium extulit ac 10. Kalendarum Ianuariarum sollempniter dedicavit. Postmodum vero sanctorum martyrum Alexandri et Crisantii pignora, que ab urbe Roma detulerat, in eadem ecclesia decenter condidit fredamque cum cancellis benigno studio exornavit atque ad luminaria eorundem sanctorum patrociniis iugiter observanda agellum quendam 5 mansorum vocabulo bunnorum ex agro Matriacensi et ex precepto apostolico benigno amore contulit; basilicam sancte Marie laquearibus, picturis et vitreis renovavit. Congregationem canonicorum tam litterarum eruditione quam ecclesiastice industrie studiis illustravit, adhibitis undecunque preceptoribus, qui rem divinam et studio proveherent et instantia amplificarent; sed et in stipendiis eorundem quam largus extiterit, non licet ambigere, quoniam, qui ex predictis eorundem rebus quippiam detinebant protinus ut discesserunt, absque ulla intercessionis reclamatione eorundem usibus reservavit; nam ipsorum vestiario villam cui Condida nomen est restituit cellamque Sancti Remigii cum suis appendiciis duasque vineas, corticanum et plantas⁴ eidem usui deputavit. Cumque regi Karolo post patris Ludovici excessum et carus esset et intimus, eius munificentia villas quasdam obtinuit, que olim iuri ecclesiastico fuerant abdicate, quarum hec sunt vocabula: Gaiaicus⁵ cum appendiciis suis, Garciliacus similiter, Camplemesii⁶ similiter, Maximiacus⁷ similiter, quam ex equo dividens, mediam partem luminaribus ecclesiae distribuit, reliquam medietatem canonicorum stipendiis servire precepit, regio precepto hoc corroborante, atque, ut in prefati regis memoria ex eadem villa bis per annum refectio prepararetur, una per prepositum, altera per eiusdem ecclesiae archiclavum, immutabiliter sanciente.
- 45 Hic idem pontifex secundo anno belli civilis, qui est annus Dei hominis facti octingentesimus 41, corpus beatissimi Germani precepto regum Karoli et Ludovici ex loco, in quo primum tumulatum fuerat, venerabiliter Kalendis Septembris transmavit; quod ita et soliditate integrum et vestibis repperit incorruptum, ut quondam fuerat a venerabili augusta Placidia decentissime compositum⁸.

50 a) Corticanum et Plantas L.

1) 28 corrigendum esse, putavit Lebeuf p. 194. II, 2, 96, p. 164, ubi 98, p. 165. haec leguntur:
 2) A. 828 (829) — 836. 3) Hoc nullis testimoniis confirmatur; cf. Simson, 'Jahrb. Ludwig d. Fr.' II, p. 233. 4) Cf. dipl. Carlomanni ap. Cangium allatum ed. Henschel II, p. 626. 5) Gy. 6) Champ-Lemi.
 7) Marsengy. 8) V. Heirici Mir. S. Germani Actum est hoc anno Dei hominis facti 841, regnante iam piissimo Carolo, caesaris Ludovici filio, postquam a civili praelio reversus victor, extra omnes fratres suos regiae apicem extulit potestatis.

Ita optimarum virtutum fruge fecundus, plenus etatis et probitatis, appositus est ad patres suos sub die 7. Kalendarum Maiarum, atque, ut ipse petierat, in basilica sancti Germani in cripta sancti Stephani nobilem sepulturam accepit, cuius etiam altare vivens adhuc tabula argentea decoraverat calicemque itidem argenteum cum patena condonavit.

37. Abbo, ex monacho episcopus, supradicti Heribaldi pontificis germanus, sedit annos 2, 5 menses 10, vir strenuus, omnimoda eloquentia preclarus atque tam in divinis scripturis quam in secularibus principaliter eruditus. Fuit autem abbas cenobii Sancti Germani, post fratris autem decessum iussu Karoli regis electus, pontificatui substitutus est. Quis sane vir fuerit quantumque optima peditus voluntate, temporis brevitatis atque mors immature proveniens ostendere non permisit. Is Sancto Stephano crucem auream cum gemmis preciosis contulit, pallium quoque peroptimum largitus est, cocleam a parte occidentali a fundamentis inchoavit, altare Sancti Stephani auro puro gemmisque exornare decreverat, sed morte intercedente prepeditus, non modicas tamen auri expensas ad id peragendum reliquit. Tali affectu bone voluntatis plenus morte preventus est sub die 3. Nonas Decembris atque in ecclesia sancti Germani honorifice tumulatus.

38. Cristianus episcopus, natione Alemannus ex patre Arcamberto et matre Emelinde, sedit annos 13. Fuit autem vir simplex et tanquam naturali quadam animi vultusque hilaritate perfusus, humilitate precipuus et familie aeclesiastice amator ardentissimus. Hic cocleam ab occidentali parte a predecessore suo inchoatam ad perfectum usque perduxit. Hic ipse pontifex beatissimi Amatoris corporis membra a prime sepulture loco una cum archiepiscopo Burdegalensi Frotario nomine¹ festive in criptam ipsius domus transvexit. Huius etiam studium fuit, ut, que canonicis ex rebus stipendio debitis deerant, celeri largitatis clementia restauraret. Dedit siquidem eisdem canonicis Albaris-villam², quatinus ex eius redditibus illius memoriale omnibus agatur annis. Decessit 10. Kalendarum Decembris atque iuxta predecessores suos sepultus est in ecclesia sancti Germani.

EX PARTE II.

39. Wala episcopus, genere Francus, patre Aodrado, matre Witelai, fratre optime recordationis Anseiso* Senonum archiepiscopo, sedit annos 7, dies 48. Hic primo tempore sue ordinationis ad lectionem sapientium mundi se contulit, dehinc onus vasallorum, quos secum adduxerat de comitatu Karlemanni, decenter atque prudenter, quia gravabant aeclesiam, a se movit. Huius siquidem patris, de quo loquimur, studium fuit magistrorum litterarum caritative amplecti eorumque alloquiis et consiliis uti suoque convivio participari. Quocirca duo luminaria collegii nostri Rainogala et Alagus, conlaborante Heirico teosopho simul et monacho, gesta presulum istius sedis compendiose atque commatice elugubris paginis indiderunt. Fuit vero huic viro sincera et convisceralis affectio, cum servis Dei, quos ita sibi unanimes bonis suis reddiderat, ut etiam in extremis pensum diei pro illo gratanter persolverent. Suo etiam tempore precipui patres, dominus Trutbertus scilicet atque Hictarius senior, decesserunt. Horum primus prophético spiritu plenus egritudinis sue tempore mansit, et a sacro Domini natalicio, quo cepit egrotare, quosdam, qui deerant a collegio fratrum, quasi presens agnoscebat; sequens vero, cuius esset meriti, dies sepulture invexit^b; ad quam cum adesset frequentia clericorum et populi, ut obsequium sepeliendi dependerent, ictu uno mallei cooperculum, quod vix labore unius diei parari poterat, sectum est. Talia dixisse me nemo floccipendat, sed quibus amicitiiis fruebatur, agnoscat. Nocturno non modo ipse minimè deerat officio et absentes nominatim requirebat fratres puerosque. Librorum copiam, si usquam nosset, ardentè huc desiderabat advehere, ecclesie thesaurum acsi sacrilegium vitabat contingere; donaria argentea vel aurea palliaque peroptima Sancto contulit Stephano. Ecclesiarum restauraciones instan-

a) *ita ed.* b) *inuit L.*

1) A. 860—876. 2) Racine vel Esbry Lebeuf p. 201. intelligit.

tissime peregit ac suo tempore pene feliciter consumavit, et cum nonnulli diocesianos suos expolient propinquosque ditent, iste a consanguineis maxima percipiens, ecclesiae suae filii inperciebatur; neque enim alienis, sed propriis transigebat donis. In omni convictu atque secreto presentia suorum usus clericorum, non paciens quicquam sinistrum de illis audire vel loqui, utens vulgari proverbio: 'nesciant laici quid faciunt clerici, et pares paribus sociantur'. Mors autem eum in matura subripuit, sed Christus super astra sustulit; cuius corporis membra Saxiaci¹ monasterii tegit urna; diem 7. Idus Martii clausit extremum, superstitem⁸⁷⁹ relinquens fratrem, qui sibi feliciter vixit et illi quoque pro eius memoria facienda largitus est in Rivo duos mansos cum regali et coepiscopali consensu canonicis Sancti Stephani et in administratione luminis divini altaris Sancti Stephani in Piscasiolo villa mansum unum.

40. Wibaldus, natione Francigena, Cameracensis civitatis indigena, a Ludovico gloriosissimo ac semper augusto² huic civitati futurus directus est episcopus, parentibus nobilissimis genitus, patre scilicet Leutfrido, genitrice Doda, legale invicem caste servantibus coniugium. Hic vir a primo etatis tyrocinio spiritualibus inbuitur disciplinis, liberalium arcium studiis adprime instructus, Iohannis Scotti, qui ea tempestate per Gallias sapientie diffundebat radios, factus pedissequus, cuius discipulatu longo inherens tempore, divina simul et humana prospicere, prospera eque et sinistra equali lance didicit ponderare. Dehinc iuventutis solidum robur adeptus, ad aulam introductus est regiam, ubi regio militans servitio, Christo sibi favente, huius sedis, Wala decedente episcopo, meruit suscipere thronum, prelibato rege Ludovico digne famulatum illius remunerante, huiusque ecclesiae cleri et plebis coniventia in unum, ut pontifex ordinaretur, applaudente, sicque opitulante Deo cum summa loci populi exultatione die Nonarum Aprilium ab Ansegiso venerabili archiepiscopo ordinatus est episcopus; ubi quam floride vixerit, quanto studio domum sibi creditam sublimare voluerit, quam mitis erga gregem dominicum largusque dispensator extiterit, multi adhuc supersunt qui oculis se vidisse testantur. Nullum solis estum, nullum denique hiemis horrebat algorem, quin beati prothomartiris Stephani ecclesiae decori pervigil insudaret; unde multa munerum regie munificentie xenia obtulit, ut beati Iuliani abbatis Sancti Stephani servitio applicaret; quod multa cum difficultate peregit, sed regale preceptum, quod ex eo adeptus fuerat, mors in matura possidere prohibuit: mors, inquam, que raro tristibus, sepiissime tamen letis sese immergit. Hic ab occidentali parte ecclesiae sancti Stephani duo construxit altaria, superius in honore sancte Crucis, per quam omni mundo salus effulsit, inferius vero beati Gregorii pro nostris calamitatibus intercessoris eximique Pauli apostoli, Amatoris etiam atque Germani ac Martini et Benedicti honore honestissime dedicavit, sue salutis non inmemor, qui per beatum Gregorium animam in imis erebi faucibus alligatam nondum baptismi lavacro renatam, cum salubre tamen ac generale baptismi sit preceptum, supernis sedibus noverat esse illatam, absque dubio confidens eius precibus, se posse etiam in morte salvari. Congregationi denique sibi commisse medietatem Chichirei ville, regio confirmans precepto, attribuit, ut die sue ordinationis sui que obitus atque senioris sui regis Ludovici et sacrorum altarum, hoc est criptarum, dedicationis die refectio congrua pararetur, quo saltem muneris collatione et per singulos annos venerationis eius posteros apud revivisceret memoria. Canonicis quoque Sancti Eusebii in Molendinis villa mansos contulit octo, per preceptum regium perpetualiter eorum destinans usui, ut eorum interventu fragilitatis illius fieret deletio. Postremo, dum talia aguntur, subitus vitae irrepsit occasus, omniumque quae videntur et transeunt oblitus, sola mortis cepit trepidatione urgeri, reum se clamitans, sceleratissimum confitens, veniam a cunctis, ut necesse fuerat, flebiliter deprecans; spes ad caelum erigitur, mens et consilium ad Christum non sero convertitur, atque post beati Stephani, cuius sedi pre fuerat, interventum, sancti Clementis se suffragis committit atque in limine domus extra aecclesiam corporis sui glebam sepeliri efflagitat, sicque totus conversus in melius, felici transitu migravit ad Christum; quem non extra, sed intra aecclesiam beati Clementis affectus cleri recondit, per quem vivens adhuc apud clementiam summi Iudicis obnixè se credit adiuvari. Rexit

1) Scissy; sed haec in dubium vocavit Lebeuf p. 207, cogitasse videtur, quem perperam semper auguram hoc monasterium tunc a Normannis devastatum stum praedicat.
2) Auctor de Ludovico, filio Karoli Calvi,

887. aecclesiam annis 7, mense 1 et diebus 8. Obiitque 4. Idus Maii. Mansit aecclesia absque pontifice menses 3, dies 17.

41. Herifridus, natione Carnotensis, vixit gloriose in episcopatu annos 22, mense 1, dies 16. Hic vir nobilissimus qualiter hanc suscepit dignitatem, qualis in pontificatu, qualis et ante fuerit, non allegare literis indecentissimum est. Eo siquidem tempore Karolus, nulli virtute secundus¹, totius orbis gubernabat imperium; quo sospite, felices extitere res mundi, quia et rex philosophabatur et philosophus regni moderabatur habenas; nam licet in diversa, utpote regum omnium potentissimus, extenderetur animus, liberalium artium ferulas a palatio nunquam videns desse, sed regie dignitatis aulam totius sapientie gymnasium mirareris existere. Ad hunc locum quique nobiles et regni optimates discendi gratia humani et ecclesiastici habitus soboles destinabant, certi utriusque discipline dogma oppido refulgere. Inter alios denique superbi sanguinis iuvenes inibi exultantibus animis confluentes aderat prefatus vir, ex nobilissima Armorici tractus prosapia derivatus, Herifridus nomine, morum sanctitate probatissimus, vultu et conversatione angelicus, ardens in humanis tenebris divine contemplationis radius. Huius pater Herifridus nominatus est, mater vero Hisemberga est nuncupata, nobiles genere, nobiliores sanctitate. Qui licet forent coniugati seculo, erat tamen in celestibus illorum conversatio. Qui prefatam prolem tenere diligentes, Omnipotentis et beate Marie servitio tradiderunt, in Carnotensi urbe, unde et ipsi oriundi erant, ingenti gratulatione eum tonsorantes. Ibi aliquantisper liberalibus institutus studiis, ut in eum literalis scientie summa concurreret, domno Gauterio sancte Aurelianus² ecclesiae episcopo id procurante, ex cuius processerat progenie, ad supradicti imperatoris famulatum serviturus dirigitur. Illic plene scripturarum perscrutans paginas, senioris hic inhesit servitio, ut nunquam ab eius vellet presentia discedere, nunquam ab ecclesiasticis negociis separari. Interea urbis Autissiodorensis in unum collata cleri et plebis congerie, de eligendo pastore consilium queritur, atque ad regie magnificentie aures nuntius percito dirigitur; nec mora, rex, audito antistitis obitu, omni cupiditatis ardore deposito, divina preordinante³ clementia, consilio aule regie procerum acclamantibus cunctis, domno Herifredo cum summa reverentia nominando pastorem confert baculum atque ad Senonensem urbem dirigit ordinandum. Quem divinissimus archipontifex Gauterius³ cum summo honore excipiens, consensu cleri et plebis illuc huius rei gratia confluentis, festi-
 Aug. 29. tate Sancti Iohannis, qua capite preciso celestibus est insinuatus sacrariis, in Nigello cenobio ordinavit et cum summa exultatione in hanc sedem intronizavit. Ubi qualiter vixerit et quam mitem^b se normamque virtutum omnibus prebuerit, plurimi supersunt qui haec luce clarius norunt; et quoniam hostis humani generis adversus iustos amplius fraudis suae pervigil tendit muscipulas, diversa huic viro apostolico ingressit temptamina, ut a veritatis tramite exorbitantem ad sua male suadens verteret consilia. Nam civitas improvise flammis exusta, penitus versa est in cineres tantum et rudera. His ita gestis, carus Domini Herifridus hoc animo induxit suo, nunquam sibi aliquod facturum in urbe habitaculum, donec edes Dei aecclesia, scilicet beate semper virginis Marie ac sancti Iohannis simulque primi martyris Stephani in pristinum redigerentur statum. Quas, parvo contentus tuguriolo, mox reedificare cepit, et funditus eas opere mirifico exornans, in huiusmodi studio usque ad vite terminum permansit, sicque ecclesiis nobiliter restructis, antecessorum suorum domos condere mors infelix prohibuit. Multa denique prefatae sedi subtracta erant beneficia, quae sollerti cura summaque vigilantia regalibus preceptis ac apostolicis privilegiis sancita suo loco restituit³.

a) perordin. ed. b) mitem ed.

1) Calvus dictus. 2) Sedit inde ab a. 887. 3) Reliqua omisimus, quippe quae a rebus nostris aliena.

EX HEIRICI MIRACULORUM S. GERMANI LIBRO II.

2. Commemoratio Chuonradi maioris, et de munificentia eius.

Chuonradus, princeps famosissimus, collega regum et inter primates aulicos ad-
 prime inclutus, per id temporis regia munificentia maximis et sua condignis nobilitate ful-
 gebat honoribus. Coniunx illi erat Adheleid^a nomine, primorum et ipsa natalium perinde
 titulis gloriosa, quippe quae avitia antiquorum procerum oriunda propagine, splendorem
 generis augustissimae aequiperabat stemmate dignitatis¹. Iunxerat hos cum coniugii caritas
 tum socialis gratia probitatis, fortunarum amplitudinem religionis^b in Deum, moderationis
 in seculum cultibus exaequantes: mira^c in personis saecularibus officiositas, ingens de-
 votio, inexplicabilis fidei magnitudo, ut difficile iudicare sufficeret, uter eorum in religio-
 nem pronior, in sanctos ferventior, in pauperum diligentiam^d copiosior appareret; ita se
 pietatis certabant officiis praevinire, cum fastigio dignitatis, tum etiam virtutis aemulandae
 studio omnibus potiores. Cumque plurimos saecularium hoc tempore videas ambitionis^e
 fovendae gratia ecclesiasticas praelationes inhiare, hos nostra tempestate vel primos vel
 solos exstitisse pace cunctorum dixerim, qui, sacrorum locorum^f potestate suscepta, non
 magis praeesse voluerint quam prodesse, nec aestuanti avaritiae servorum Dei oppressione
 satisfacere, verum obrepentes illis, indigentias propriis opibus aut penitus excludere aut
 tolerabiliter temperare. Hoc, me tacente, ubique terrarum diversae conclamant^g ecclesiae
 horum devotione incomparabili vel rerum copiis auctae vel ornamentorum competentium
 gloria notabiliter insignitae, locus id noster vel maxime contestatur, qui eorundem multipli-
 cibus auctus donariis, ordinabili divinitatis providentia huiusmodi coepit exordio insigniri.

3. De lumine principis reparato.

Memoratus princeps cum in dies magnificis honorum profectibus singularis attolle-
 ret^h apicem potestatis, contigit, secundas res illius extemporaliter irruentis incommodi
 molestia inturbari; ita namque illum unius oculorum clades immane confecerat, ut acce-
 dente tempore crassi superductu glaucomatis pupilla deficiens cum dampno luminis in-
 tolerandi cotidie coacervaret augmenta doloris. Turba medicorum e palatio cunctisque regni
 partibus coacta confluerat, multiformem artis industriam, collatis peritiae viribus, in prin-
 cipem expensura. Diu multumque absque operae pretio laboratum, quicquid humanae fuit
 experientiae frustra consumptum est; ita adulta pestis visque morbida sensim crudescens
 quamvis spectatissimorum et vota et manus eluserat medicorum. Itaque, quod artis est
 vel maximum velⁱ supremum, ferro cauterioque agendum quod supererat decreverunt.
 Princeps urgere factum, quandoquidem eo sanitas desperabatur infecto; temptando negotio
 dictus dies pie impias medicorum provocabat instantius officinas. Iamque aderat, cum ille^j
 inter spem metumque satis anxius, ut noctem fere totam insomnem exegerat, antelucanum^k
 credit caelestes prius quaesiturus precibus medicinas; ad sepulcrum Germani beatissimi
 votorum plenus accessit, fratribusque nocturnam stationem ex more peragentibus, diu
 totius strage corporis in oratione procubuit. Interea dolor sevirae acrius; ille tamen nichilominus
 coepto persistere. Locus herbis erat consitus; his ille injecta manu captandi gratia
 refrigerii oculum fovit aliquandiu. Horae paululo interjecto, manum fronti detrahit, herbis-
 que summotis, omnimodam cum dolore miratus est cessisse caliginem. Ita beati Germani
 meritis principi consultum devotissimo, ut unius usura diluculi et minaces medicorum ter-
 rores exueret et integra sospiti reparatione luminis de cetero frueretur. Laudes in Deum,
 grates in sanctum funduntur inexplebiles, collatumque beneficium duplici gratulatione susci-
 pitur, quod et repentinum accessit, et incapatae valetudinis inevitabilem necessitatem, ultra
 quam votis aspirari poterat, circumscripsit. Quodque tunc quidem prae maibus inventum
 est, armillas aureas sacro de sepulcro obtulit. Devotionis vero tantum et benivolentiae erga
 sanctum concepit locum, quantum postea rerum ingens probavit effectus. His ita explici-
 tis, in sui iuris recessit latifundia.

50 a) Adheleis L. b) et r. in D. et m. L. c) elucebat m. L. d) indigentiam L. e) 7 vel 8 III. erasue c.
 f) conclamabant L. g) attolereret c. h) v. s. des. L. i) antelucandum c.; a. se. cr. L.

1) Soror Irmengardis, uxoris Ludovici Pii; v. Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 422.

4. De prima orientalis fabricae conceptione.

(88) Exin viro cotidianis processibus intimus^a crescebat ardor novum perindeque decens aliquid moliri, quod et suae par devotioni et beati confessoris commodum^b existeret dignitati. Pius de Deo cogitatus felicem non deesse exitum, huius quoque proventu rei declaratum est. Excellentis memoriae coniugem advocat, communicatoque cum ea negotio, quid sibi sederet animo quidve faciendum decerneret, evidentius intimavit. Ea, quod esset ingenii singularis et cum summo loco nata tum ingenitae^c quoque prudentiae dote praecipua, rem ilico pervidit acutissime; ex ore principis verbum rapuit, quodque erat inspiratum divinitus, accelerandum quam posset maxime persuasit: se totius molem negotii subituram libentissime; si qua viderentur difficilia, iustis facile cessura desideris; futurum, ut res, 10 quamquam ardua, brevi cupitae perfectionis fastigium obtineret. Talibus animata, maturandum credidit, omnisque morae impatiens, ad beati Germani coenobium ex iussu principis profecta pervenit, ac primum loci positione perspecta diligentius, postquam suo cuncta vidit respondere proposito, dici non potest, quanto se fervore adixerit coeptis insistere, dummodo Divinitas religiosus flexa dispositionibus quod velle dederat posse donaret. 15

5. De oportunitate ac positione loci.

(89) Erat locus naturali quodam situ commodissimus atque, a parte orientali clivo montis paulatim lentescente, competenter adcline pendulus, ultra se cuiusdam ingentis fabricae conceptionibus ingerebat. Ad artifices talium experientissimos^d res confertur. Horum industria ad loci oportunitatem accedente, concepti operis exemplar conficitur, et quasi 20 quodam praeludio^e futurae moles magnitudinis caeris brevibus informatur ea pulchritudine, ea subtilitate, quae digna angelorum hominumque Rege, quae sanctorum collegio, quae ipsius etiam loci maiestate esset. Expensis competentibus praeparatis, exactores magistrique operum deliguntur, quorum inrequieto studio summaque instantia immensum opus incredibili celeritate peragitur, tanta facilitate rerum, tanta alacritate animorum, ut in promptu esset 25 omnibus, divinum negotio concurrisse favorem. De cuius qualitate fabricae multa forent, quae ad laudem operis iure litteris mandarentur; verum quia et oculis subiecta est et fere omnibus circumquaque notissima, parcendum intalibus paginae per magis necessaria posterius^f dilatandae. Robusta diligentia confectum opus; multisque, opitulante Deo, saeculis duraturum Chuonrado principi eiusque^g iugali benignissimae immortalis de cetero feret 30 memoriam meritorum. Quorum pronam et incomparabilem in nos locumque nostrum ex animo benevolentiam posteritatis quoque illorum hereditaria devotio comprobavit, filii scilicet aequissimorum parentum et probitati et pietati quam simillime respondentes, quibus ultra omne quod humanum est idem locus et animo sedit^h et indicibili amore carissimus evidenter apparuit. Quos, quia iam dudum incipientis felicitatis nostrae successibus torquebaris, acerbis 35 praeventos occasu, sors saeculorum proventui semper invida sustulisti. Ne tamen nos omnimoda praesidiarum spe interceptos, ut coeperas, usquequaque prosterneret, infrenes conatus tuos et dira molimina rerum prudentissimus moderator elusit, hunc, qui caelo propitio superstes adhuc vitales carpit auras, nostrae primum salutis, multorum dehinc usui, cunctorum 40 postremo profectui reservando. Is est Hugo, ut absque assentationis furo verum fatear, et nomine et officio abbas, de quo quicquid dixeris, longe infra meritum ipsius est, praestaturque de eo silere per omnia quam parum dicere; neque enim quicquam nuncⁱ de illo tractandum suscepi, nisi quod eximia proles, egregiis manans genitoribus, hos quam simillime tum dignitate tum moribus repraesentat. Eo factum est, ut paternis, annuente Deo, 45 suffectus honoribus, avitae^l memor gloriae, et potestatis et probitatis patriae robustissimus heres existat, beato protegente Germano, votis nostris cunctorumque fidelium ad sanctae decus ecclesiae et diutissime et feliciter floriturus. Sed memoriam illius viri omnes anni excipient consequentes. Rebus sane suavi lapsu decurrentibus iocundum fuerat immorari, nisi res ordine securituae pronos in voluptatem animos avocarent.

6. De fratrum protectione in provinciam marmorum causa.

(92) Operi magnifice elaborato si qua ornatui fore poterant, instantissime parabantur, et quoniam in nostra provincia marmorum copia minime suppetebat, in remotis haec querenda

a) intus corr. m. 2 intus c. b) comodo corr. m. 1 commodum c. c) ingenitate corr. ingenite c. d) experientissimos c. e) praeludio corr. m. 2 in proeludio c. f) deest l. g) et eius L. h) sed L. i) de i. tunc L.

1) Avus Wolf fuit; cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 146.

regionibus decreverunt. Hac de causa quidam fratrum periculosae expeditionis bis adgressi difficultatem, inter vastos Rhodani gurgites iter plenum discriminis subeuntes, Arelatum, ac deinde Massiliam, quae est Galliarum ultima, perrexerunt. Quibus ea fuit animi condicio, ut omnes acerbitates, cunctas rerum insolentias, extrema certe omnia ferrent, non solum fortiter, verum etiam libenter. Ibi ingentibus congressi periculis, multa astu, multa ausu, callide audaces, audacter callidi, superarunt; magna omnia magno constare audentesque fortuna iuvant, non inmemores. Eruderatis itaque aedificiorum veterum circumquaque ruinis, ingentem marmorum pretiosorum copiam obtentu partim, partim pretio congregarunt, oneratisque navibus praeda peroptabili, victorioso successu coeptorum audacium memorabilem bis duxere triumphum. Per iter horribile divinum eis non defuisse favorem, incunctanter dixerim, quod et minacis tumorem pelagi et infidae gentis ferociam infracti animis, infessi viribus, excesserunt, saepenumero beati Germani praesentissimum sensere patrocinium, cum, eius invocato nomine, fatalibus exempti casibus, emirati sunt se subito secundis adversa mutasse.

15 Miraculo proximum iudico, quod, perductis ad locum destinatum marmoribus, quicquid columnarum devectum est, tanta universis fabricae partibus habitudine convenerunt, acsi indiscrepanter et, ut dicunt, in unguem eisdem ipsis deformatae lineis proposito responderint exemplari. In quarum collocatione quid inter cetera mirum vel evidens claruerit, aestimo non tacendum. Harum unam non contempnendae magnitudinis basi impostam, aggregata robustorum manu, superne ducto fornicis collatis viribus inserebant, cunctisque summa ope nitentibus, cum iam erecta paene consisteret, vicit molis immanitas impellentes, iamque elapsa manibus, suo ipsius in ruinam pondere ferebatur. Metu periculi cesserant universi, frustatum mox conterendi, marmoris lapsum non absque doloris intimi scrupulo praestolantes. Praesente Deo res contra opinatum cessit, quodque humana manus exequi nequiverat, divinae virtutis occursum multo gratius multoque facilius confectum est, quantoque prius impetu deorsum ruisse, tanto mox visa est absque visibili praesidio mole sua superna repossere. Ita loco fixa inconvulsam perennis miraculi memoriam ingerit speciosam.

7. De transmutatione sacri corporis, et commemoratio primariae translationis.

30 Perfecto opere, cunctisque decorem praetendentibus consumatis, sanctissimum et toto orbe venerandum beati Germani corpus in criptam tanto condignam thesauro magna ambitione apparatus, ingenti obsequiorum genere translatum est. Iam dudum quidem apte annos aliquot iussu caesarum Karoli ac Hludowici ab Heribaldo venerabili pontifice fuerat 35 transmutatum, cum a tempore sui transitus, ex quo Ravenna relatam est, per annos circiter 400 in eadem ecclesia, quo loco primariae sepulturae traditum fuerat, quievisset. Adfuerunt tunc quoque meritorum eius argumenta praecipua, non absque miraculorum privilegiis sollempnius commendata. Praetiosi denique sepulchri intimis patefactis, ita demum corpus venerabile cum omni cultu vestium integrum, intemeratum atque omni in 40 corruptionis genere speciosum apparuit, ut cuilibet ignaro rerum facile persuaderi poterit, recens defunctum, recens tumulo additum, recentibus^a indumentorum apparatus circumseptum. Accessit huc publici splendor miraculi pro sui magnitudine non tacendi. Actum est hoc anno Dei hominis facti 841, regnante iam piissimo Karolo, caesaris Hludowici filio, postquam a civili praelio regressus victor extra omnes fratres suos regiae apicem 45 extulit potestatis. At anno eiusdem Verbi incarnati 859, qui est regis Karoli nonus et decimus, amplificata eadem basilica criptarumque, ut supra digestum est, pulcritudine decorata, sepe dicti sepiusque dicendi patris nostri sanctissimum mausoleum a loco primariae translationis denuo summotum est ad conditorium superscriptum, nova^b operosaque praeparatum diligentia, publicis cultibus transferendum. Ea res, ut cunctis paene notissimum est, 50 hoc ordine decurrit.

8. Commemoratio perduellii inter reges.

Hludowicus Germaniae rex a Transrhenanis partibus violentus emergens, fraternae⁽⁹⁹⁾ sortis regnum, sanctissimo iurisiurandi interventu olim Francorum iudicio confirmatum, 859.

a) recentibus corr. m. 1 recentibus c. b) nona c.

55 1) Vergil. Aen. X, 284.

absque ullo respectu icti foederis temerarius inhiavit. Egerant hoc infidae perduellium factiones, quibus mens quidem quietis inpatiens, ferina vero rabies et inquietudo bestialis audendi quilibet, quamvis immanissimum, vires et animum suggerebant; quod genus hominum ad cedem et amentiam ultro proficiscens, impiam dexteram ad necem civium transtulerunt; iamque universi paene regni proceres ab isto ad illum defecerant; aequitate nichil, 5 viribus universa constabant; caede, rapinis, incendiis cuncta ferebantur; non illos a coeptis inmanibus christianitatis titulus revocabat, non humani contemplatio foederis, non ubique locorum praesentialiter plenus et pleniter praesens ac per hoc omnia desuper inspectans Deus, non denique consideratio futuri, consumato orbe, iudicii inter bene meritos 10 et male conscios aequis lancibus expendendi. Inter haec mansuetissimus rex Karolus, belli pacisque artibus Daviticae semper modestiae comparandus, cum se fraternae saevitiae in dies pertinaciter crudescenti humanis copiis ex aequo non posse resistere pervidisset, vicibus omnia volvi non inscius ferendisque fortiter casibus ac Deo propitio superandis a puero assuetus, cedendum tempori arbitratus est, quam suo ac rei publicae dispendio caecis extraordinariae periculis incumbendum. Itaque salubriore et quod tantum decebat 15 principem consilio animatus, posthabita spe temporalis adiutorii, ad divinum se praesidium contulit, satis perniciosum sciens, ut divinis diffidere; ita quoque humanis viribus inconsultius nili. Atque inter spem metumque confinis, expeditione memorata beati Germani coenobium Deo tactus adit.

9. Qualiter praefatus rex idem corpus sacrum transtulerit. 20

Igitur loci ac temporis oportunitate captata, sacri translationem corporis absque dilatione periciendam decrevit, quod et suae reversionis incertus existeret et conceptae in sanctum devotionis officiis plurimum sibi roboris adquiri posse non dubitaret. Sancto igitur epiphaniarum die sollempniter omnibus praeparatis, ad gloriosi corporis reverenter accessit memoriam; pauci admodum circumstant episcopi, scilicet venerabiles et probatissimi sacerdotes, regem intra sanctorum sanctissima comitati; ceteros quidem ab intimis 25 arcuit, ymnos vero et psalmodiam infatigabiliter personantes data opera in officio perseverare mandavit. Hinc maturans negotium plenum reverentiae, sepulcrum aperuit. Membra pretiosissima perinde ut pridem integra supplicibus oculis conspicatus, congruo honore veneratus est. Quid votorum ibi conceperit, quid affectionis impenderit, quam pure se 30 super aram ipsam spiritali contritione maclaverit, Deo constitit et constat soli, quique, sibi id fuisse gratissimum, e vestigio declaravit. Post haec corpus venerabile solis pontificum passus manibus contrectari, operosis demum pallii decenter ambivit. Gratum praeterea suae odorem fidei, multa balsami, multa tiniamatis impensa, per beatum Germanum respicienti omnia porrigens Conditori, thesaurum incomparabilem adorandi corporis eius eo 35 loci, quo nunc veneratur et excolitur, larga ambitione, ingenti gloria, principali denique reverentia transpositum collocavit. Locum regia largitate et donis magnifice cumulavit, diemque illam, festivis exactam apparatus, succiduis saeculis perpetuo celebrem indixit.

10. Qualiter hostes, Deo se protegente, pepulerit.

Mox itaque, peractis suae devotionis salutaribus, fortissimo Deo, qui dat salutem 40 regibus, interventu Germani beatissimi voto supplicii se committens, fidens animi et tamquam de victoria iam obtenta securus, dilectu facto, absque cunctamine hosti obviam properat, fide quam armis rem bellicam peracturus. Sicque duce Christo usus, hostiles copias [sine^d] sanguine pepulit, duplici donatus beneficio, quod et de hoste tropeum cepit, et homicidii, vel potius parricidii, reatum, Deo se in omnibus protegente, declinavit, in reli- 45 quum, largitore Deo ac protegente beato Germano, rerum potiturus et feliciter regnaturus.¹

a) assuetos corr. assuetus c. b) caed. c. c) sollempniter c. d) deest c.

1) Adicitur c. 12. 13. relatio de reliquiis Roma ad monasterium a. 862. translatis, ibique legitur c. 13: *Emensis Alpibus, ad sanctos Aganenses martyres dicerentur. Ibi ab Hucberto famosissimo abbate (de quo cf. Dümmler I, p. 447 sqq.) excepti, quam familiariter tanti fatigationem itineris plena viri benivolentia, ingenti religiosorum affectu, larga denique totius liberalitatis indulgentia relevarunt. Dehinc oblatam sibi negotii oportunitatem intempta-* *tam relinquere non sibi integrum fore arbitantes, sanctorum Aganensium reliquias a praenominato principe poscendas decreverunt. Is volente Deo quod postulabatur excepit libentissime, quod et viris esset familiarissimus et, utpote saecularia meditans tantum, in sanctorum largiendis patrocinis non satis avarus. . . . Id quamquam omnes ferrent aegerrime, obtinuit tamen iussio principis, obtinuit indifferenter fieri quod volebat.* 50

FLODOARDI HISTORIA REMENSIS ECCLESIAE. EDIDERUNT IOH. HELLER ET G. WAITZ.

*Cum Flodoardi¹ Annalibus Scriptorum tomo III. editis alterum auctoris librum
5 historicum, suadente praecipue socio nostro E. Dümmler, addere placuerit,
hanc suscepit provinciam b. m. Iohannes Heller, qui mox ut in operis nostri
societatem intravit, Remos profectus, codicem in bibliotheca urbis asservatum
cum editis contulit, post aliquot annos, aliis subsidiis collectis, novae libri
recensioni manum admovit. Sed morbo praepeditus eam absolere nequivit, et
10 acerba morte praeter omnium expectationem in iuveni aetate nobis et litteris
ereptus opus imperfectum reliquit. Quare quae deerant me supplere et bre-
viter tam de libro quam de editionis consilio praefari oportuit.*

*Nam de ipso Flodoardo, eius vita et libris iam b. m. G. H. Pertz loco
laudato egit, quae hic repetere taedet. Monuisse igitur sufficiat, Flodoardum
15 ecclesiae S. Mariae Remensis canonicum turbis, quibus saeculo IX. archiepi-
scopatus hic erat vexatus, et ipsum fuisse implicatum ideoque res quas postrema
libri parte narrat bene habuisse compertas, antiquam vero ecclesiae histo-
riam e fontibus genuinis haurire potuisse, cum archivi cura ipsi esset deman-
data². Postea vero monasterium, fortasse S. Basoli, intravit³ ibique nonnullis
20 annis, ut ipsius verbo utar, praelaturam gessit, qua 'fractus aetate' anno 963,
vitae 70. abdicavit⁴ et tribus annis post obiit⁵. Libris editis non vulgarem
famam assecutus est.*

*Versibus heroicis tam sanctorum martyrum quam episcoporum Roma-
norum gesta narravit⁶, necnon alio, ut videtur, libro miracula Remis facta
25 celebravit⁷. Per multos annos res suo tempore gestas breviter annotavit et sic
Annalium volumen condidit, quod usque ad senilem aetatem, immo mortis fere
horam a. 966. deduxit eoque certissimum historiae huius temporis fundamen-
tum dedit.*

Praeterea vero, ab archiepiscopo Rotberto Treverensi, ut videtur⁸, cui

30 1) Ita nomen scribendum esse, recte Colvenerius,
Pertz alii monuerunt. 2) II, 19: *Archicum ecclesiae
tutissimis aedificiis cum cripta in honore sancti Petri...
dedicata, ubi Deo propitio deservire videmur, opere
decenti construxit* (Ebo); quae verba etiam alii ita
35 interpretati sunt, ut non solum in cripta presbyteri
officium, sed etiam archivi curam suscepisset.
3) Praeter Adaldagi epistolam p. 406 n. 4. afferendam
etiam versus Gallici a Colvenerio editi hoc tradunt
(SS. III, p. 366 n.). Colvenerius monasterium S. Re-
40 migii intelligit, alii Altimontense; de monasterio

S. Basoli cogitavit Marlot, *Hist. Rem.* ed. a. 1845.
II, p. 785; cf. infra p. 406 n. 3; rem in dubio
relinquit Rivet, *Hist. littér.* VI, p. 315; *Gall. christ.*
IX, p. 198. 4) *Ann. a. 963, SS. III, p. 406.* 5) *Cont.*
cod. 2, *ibid.* p. 407, ubi 'Remensis ecclesiae presbyter'
dicitur; in necrologio Remensi, si tamen idem est,
'Flodoardus presbyter et canonicus'. 6) Edita Migne,
Patrol. CXXXV, p. 494 sqq. 7) III, 6: *licet ea
versibus olim exaravimus.* 8) Nam in codicibus
nonnisi littera R. legitur.

etiam carmen illud transmisisse dicitur¹, 'instigatus', ecclesiae Remensis historiam scribendam suscepit et 4 libris opus grande confecit. Maximam eius partem eo tempore composuit, cum ecclesiae cathedralis canonicus in archivo serviret²; alia vero in monasterio S. Basoli conscripta possunt videri³; quod cum expulsis clericis anno demum 952. monachos reciperet, hoc vel sequenti anno Flodoardum id ingressum esse, fortasse conicere licet⁴. Quocum convenit, quod, quamvis non ultra a. 948, quo concilio Ingelheimensi cum archiepiscopo⁵ Artoldo interfuit et Treveris archiepiscopum Rotbertum visitavit, narrationis filum deduxerit, certe etiam a. 952. in libro scribendo fuit occupatus⁶.

Neque diversis historiae partibus prorsus eundem narrandi modum vel sermonem agnoscas. Modo enim orationi studet cultiori, non raro sententias simili verborum exitu claudit (quod nos dicimus 'reimprosa'), rebus etiam minoris momenti exponendis longius immoratur, modo vero ut in Annalibus etiam hic quam brevissime quae gesta sunt recenset vel nudos litterarum et chartarum indices exhibet. Priores libri maiore cura et diligentia, etsi ex fontibus alienis, sunt compositi. Hincmari vitam et studia historico ritu exponere haud ausus esse videtur⁷, sed longa et iciuma, quamvis valde utilia, epistolarum ab illo datarum regesta exhibet; similiter quarto libro de Folcone agit, postea vero res suo tempore gestas ex annalibus refert, paucis quae ad ipsius fata spectant additis et actis publicis quibusdam insertis.

Sane chartarum, regum diplomatum, epistolarum, actorum synodalium aliorumque monumentorum quam maxime curam egit, ea vel integra libro suo inseruit vel in archivo ea exstare monuit⁸, ita ut non paucorum et valde quidem pretiosorum notitia ipsi debeatur⁹. Etiam epitaphia aliasque inscriptiones collegit et memoriae tradidit¹⁰.

Priores vero libros magnam partem ex aliorum scriptis composuit eorumque parvum numerum ad manus habuit. Nam quae Livius et Caesar, Eutropius, Orosius, Ethicus de antiqua Remorum civitate tradiderunt exscrip-

1) Pro Rotgero (Brower, Ant. Trev. I, p. 451) legendum esse Rotbertum, statuerunt Rivet I. I. p. 322; Wattenbach, 'GQ.' I, p. 328; Dümmler, 'Otto I.' p. 543 n. In ipso carmine nihil de hac re legitur. 2) V. p. 405 n. 2. Cf. IV, 28: *domina mea beata Dei genitrice intercedente*, quae in ecclesia S. Mariae scripta putarim. 3) II, 4: *Acunculus matris meae Flawardus nomine duos filios in laicius sancti ciri Basoli cenobio Deo servientes habuit, quorum iuniorum nomine Tetbertum caritate supra ceteros etiam exuberantem vidimus, qui presbiter dudum apud nos obiit*; ubi verba 'apud nos' ad ipsum monasterium referri possunt. Fortasse tamen de Remensi urbe dicta sunt. 4) Adeldagi archiepiscopi Hamburgensis litterae ad Flodoardum datae, quas edidit Colvenerius, repetivit Lappenberg, 'Hamb. UB.' p. 45, minus recte scriptae dicuntur 'pridie Cal. Octobris' a. 951. Qui dudum, inquit, *deposuisti beneficium, ut tecum mundanae gloriae contemptorem animum in solitudinem et monasterii latebram deferres, ex roto non ante citae finem discessurus, quid iam doles tibi inde non licere egredi ad episcopium ascendendo, quod surripuit Fulcherus*. Hic enim a. demum 954. episcopus Noviomensis ordinatus est; Flodoardi Ann. h. a. — Exstant in cod. Paris., olim S. Germani nr. 823. 5) IV, 35, et iisdem verbis Ann. h. a. p. 397. 6) Id quod recte Dümmler, 'K. Otto' p. 189. 210 n. ex I, 4. 20. probavit. Nam Anno a. demum 950. epi-

scopus Wormatiensis electus est; Otto a. 952. bona a Conrado duce ecclesiae Remensi restituta confirmavit. Ideo Flodoardus non a. 947, ut Pertz III, p. 364. statuit, sed a. 951. paschatis tempore Aquas missus est; quod 'anno praeterito' factum esse, I, 20. tradit. Sed haec fortasse post addita esse credere possis. Mirandum sane, ultimo libro praeter miracula a se visa nihil eiusmodi legi. 7) Initia eius nimis esse exornata, monuit Heller (ann. ad III, 1; cf. 'Allg. D. Biographie' VII, p. 430, ubi Hincmari vitam luculenter exposuit). 8) II, 4: *Cuius adhuc testamenti pagina in archivo Remensis ecclesiae reservatur cum auctoritate Childberti regis*; ibid.: *regiae auctoritatis super his eruditionibus adhuc manentibus instrumentis*; 10: *Unde concepitae quoque scriptum digestum apud nos adhuc reservatur*; 11: *Quarum adhuc regalium monumenta preceptionum in archivo sanctae huius Remensis conservantur ecclesiae*; ibid.: *Quarum adhuc exemplaria traditionum apud nos condita reservantur*; IV, 35: *praeceptum communitatis quod adhuc apud nos habetur*. 9) Acta concilii Remensis II, 5; 50; Noviomensis II, 18; Ingelheimensis IV, 35; Karoli Calvi diplomata III, 4; Lotharii charta II, 20. Etiam Remigii testamentum, quamvis falsum, I, 19, magni faciendum est, ut de Hincmari epistolis taceam. 10) I, 21, 23; II, 2, 19; III, 5, 9, 28; IV, 2, 35

sit¹, Lucani² et Fortunati³ carmina, Hieronymi, Augustini et Sidonii Apollinaris epistolas adhibuit⁴; alia ex Gregorii Turonensis historia Francorum⁵ et miraculorum libris⁶, ex Thegani Vita Ludovici Pii⁷, pauca ex Annalibus qui dicuntur Bertiniani⁸, ab Hincmaro continuatis, recepit. Praesertim vero ea sibi vindicavit, quae de episcopis Remensibus vel de sanctis quorum reliquiae Remis colebantur scripta erant, Vitas dico Remigii a Fortunato et Hincmaro compositas⁹, Nicasii¹⁰, Nivardi¹¹, Rigoberti¹² episcoporum, Theodulfi abbatis¹³, sanctorum Theoderici¹⁴ et Basoli¹⁵, Acta Sixti et Sinicii, Timothei et Apollinaris¹⁶, Translationes S. Helenae¹⁷ et S. Sindulfi¹⁸. Libenter miraculis referendis immoratur, sive ea scripta reperit, sive ipse vidisse vel audisse sibi visus est¹⁹; et quam pluries, talia non satis fuisse scripta et oblivione obruta, dolet²⁰. Etiam visiones referre non spernit, modo Hincmari libellum secutus²¹, modo ex aliorum relatu²². Sed quamvis eiusmodi narrationibus valde se dederit, fidem tamen dubiam harum aliarumque rerum quas legerat vel audierat ubi-¹⁵ que fere verbis fertur, traditur, indicare solet²³. Chartas, epistolas, quantum indagare possumus, accurate exscripsisse dicendus est²⁴, auctorum vero quos sequitur narrationes ita sibi accomodavit, ut non raro verba mutaret eas abbreviando potius quam ampliando; id quod iis partibus quae a rebus nostris alienae sunt litteris latius positus indicare nolumus. Ubi vero fontem non certo certius indicare potuimus, alium typorum characterem elegimus. Quae libro IV. cum Annalibus conveniunt, quamvis ex his in Historiam Remensem relata putemus²⁵, tamquam ipsi propria et genuina lectorum oculis offerre placuit.

Historia Remensis per medium aevum magis etiam quam Annales divulgata fuisse videtur. Praeter Richerum Remensem, qui pauca tantum ex illa gata fuisse videtur²⁶, auctor Gestorum episcoporum Cameracensium²⁷, chronographus S. Vedasti²⁸, Sigebertus Gemblacensis²⁹, Udalricus Babenbergensis³⁰ ea usi sunt.

Versionem Gallicam a. 1580.³¹ Remis publici iuris fecit Nicolaus Chesneau, decanus et canonicus S. Symphoriani Remensis. Primam editionem paravit³² Jacobus Sirmondus, Parisiis 1611, praesertim apographum secutus, quod Iohannes Gualterus collegii Remensis sodalis confecerat ex codice, quem eundem quem infra 2 indicavimus vel artissima cum eo cognatione coniunctum putamus; sed etiam alios inspexit libros, quorum unum Igniacensem dixit³³. Eodem tempore Georgius Colvenerius Duacensis editionem praeparavit, sed non ante a. 1617. Duaci vulgavit, cui fundamentum posuit apographum a Nicolao Chesneau factum, qui codices S. Mariae et S. Remigii ad manus habuerat, praeterea vero

1) I, 1, 2. 2) I, 2. 3) II, 2. 4) I, 6, 12. tur scripta: 47: quae causa negligentiae non habentur
5) II, 2. 6) I, 4, 19, 20, 23; IV, 50. 7) II, 19. 8) II, 19; ascripta. 21) III, 3, 18. 22) III, 7. 23) I, 34 sqq.;
III, 17. Alia quae ad eos recedunt ex epistola quadam II, 7, 11, 15; IV, 18, 19, 38 sqq. 24) Hoc eo
40 sumsisse videtur; v. infra. 9) I, 10 sqq. 10) I, 6. potissimum loco docetur, quo II, 13, ex vita Rigo-
11) II, 7. 12) II, 11—13. 13) I, 25. 14) I, 24. bertii Adriani papae epistolam, ne verbo quidem
15) II, 3. 16) I, 3. 17) II, 8. 18) II, 9. mutato, exscripsit, dum vitae narrationem ante et
19) II, 22: Quem sospitate recepta pluribus vidimus post suo more reddidit. Ideo etiam II, 20, III, 11,
45 annis incolumem; III, 6: Nos tamen ea quae coram epistolas allatas non ab ipso interpolatas, sed aliud
positi vidimus vel personis quae viderant referen- ad manus ei fuisse exemplar putarim. 25) Cf.
tibus agnovimus silentio . . . preterire incongruum Monod, 'Revue critique' 1873, nr. 42, p. 263. Cui
rati sumus; 8: non ipse vidi, sed multorum relatu iam Wattenbach assentitur 'GQ.' I, p. 329. Sed non
patrum narrari frequenter auditi; IV, 46: Vidimus video, cur annum 948, primo in Historia scriptum
ceruum igne caelesti ter accensum. — Vidimus . . . fuisse statuunt. 26) SS, III, p. 563. 27) SS, VII,
50 puellam quandam sudasse sanguinem. 20) I, 22: p. 394. 28) V. infra. 29) SS, VI, p. 275.
quae nequaquam habentur litteris comprehensa; II, 3: 30) Jaffé, Bibl. V, p. 7. 31) Repetita a. 1591,
quae tamen per negligentiam non sunt litteris com- 1586; 'Hist. littér.' VI, p. 324. 32) Praefatio lec-
prehensa; IV, 43: quae prae multitudine non habenti.

et ipse illum (nostrum 2b) nec non exemplar a. 1596. factum adhibuit. Quae in Bibliotheca maxima patrum (XVII, p. 500. et Mignii Patrologia (Vol. CXXXV) repetita est; particulae breviores collectioni scriptorum rerum Gallicarum et Francicarum Vol. V. VII. VIII. insertae sunt. Novam editionem, sed vix meliorem, paravit academia Remensis cura V. D. Lejeune (Remis 1854. 5 2. Voll.), qui iterum codicem S. Mariae, nunc bibliothecae publicae Remensis, consuluit et versionem Gallicam addidit, ab illa diversam quam aliquot annis ante Guizot collectioni operum historicorum historiam Franciae illustrantium (Mémoires relatifs à l'histoire de France, t. V) inseruit.

Nostrae vero editionis haec fuere subsidia:

1^a) Codex Montispessulanus nr. 186, olim collegii Trecensis, membr. saec. XIII, in fol. min., 21 quaternionibus constans, satis diligenter exaratus, sed mendis plenus, quarum partem librarius iam in exemplari antiquiore invenisse videtur. Ex eodem catalogus archiepiscoporum Remensium usque ad Henricum (a. 1162—1175)¹ esse sumtus videtur. Librum IV. ipse iam a. 1837, 15 reliquos V. D. Baist cum editis contulimus.

1^b) Codex Remensis nr. 840. 842, inde a saec. XVI. ecclesiae S. Mariae Remensis, quem dedit cantor quidam eiusdem ecclesiae, ut aliis erasis nunc inscribitur, 17 quaternionibus et 3 foliis constans, saec. XII. ex. vel XIII. exaratus, et ex eodem fonte quo 1a. derivatus, sed etiam magis vitis maculatus. 20 In fine idem archiepiscoporum catalogus legitur, variis manibus ad saec. XVI. usque deductus. Hunc Heller noster cum editione Remensi diligenter contulit. Ex eo sumtus est:


1^b) Codex Romanus bibliothecae Vallicellianae C. 14: 'Hic transcriptus ex veteri exemplari (in pergamento manuscripto ex bibliotheca eiusdem 25 ecclesiae Remensis . . . ad instantiam h. v. Ioannis de Vienna, praedictae insignis ecclesiae canonici praebendarii', ut in fine legitur), per ven. virum magistrum Reginardum Beglot presbiterum eiusdem insignis ecclesiae canonicum praebendarium anno Domini 1601. Eius vero apographum habendus est

1^b) Codex Romanus Vaticanus nr. 5267, saec. XVII, iisdem verbis 30 inscriptus.

1^c) Codex Trecensis nr. 620, membr. saec. XII/XIII, 142 foliis constans, qui in omnibus cum 1b convenit, eodem tempore, ex eodem procul dubio exemplari sumtus. Archiepiscoporum catalogus non ultra Henricum progreditur. Libro benivole huc transmissio, quantum opus erat, Heller usus est. 35

1^d) Codex Parisiensis nr. 5209, saec. XV, p. 242. in fine l. III, c. 4. (quicumque vero contra hanc nostrae) desinens, ad eandem pertinet classem. Varias lectiones enotavit Carolus Kurz.

Hi codices quin ex eodem exemplari derivati sint, dubium esse nequit; quippe qui saepe iisdem maculis sint aspersi; 1b. c. d. vero etiam artius inter se coniuncti 40 esse videntur, ita ut hanc eorum genealogiam Heller noster recte constituisse videatur:



2) Codex Romanus Vaticanus regin. Christin. nr. 510, saec. XV, scriptus Remis per manum Iohannis Iosse clerici de Regileste anno Domini 1470. pro me G. Coquillart'. Fortasse ad S. Remigii codicem, quem Ches-

1) Supra p. 381. ex 1^c. editus.

neau adhibuisse dicitur¹, est referendus. Ab 1 non raro recedit, alium verborum ordinem, varias nominum formas, nonnumquam diversa verba praebet. Quae ubi cum fontibus conferre licet, ad eos 1 propius accedere patet; necnon quae Udalricus Babenbergensis saec. XII. inc. chartarum collectioni inseruit cum 1 conveniunt. Quare ubique eorum lectionem, mendis apertis sublati, praefendam duxi. Nam ipsum Flodoardum alteram libri recensionem instituisse in 2 servatam dicere nolim, ne nimis incertae coniecturae indulgere videar. Codicis partem maiorem V. Cl. P. Ewald cum editis contulit, cetera et Heller et ego ipse.

10 Ad 2 prope accedit, ut supra dixi,

3) Sirmondi editio ex Gualteri apographo parata. Cuius lectionem

3^b) Colvenerius saepius, praesertim ad codicis 2b fidem emendavit.

Fragmenta tantum librorum I. III (c. 1—30) et IV (c. 19—49) exhibet Codex Romanus Vallicellianus E. 43, chart., 'olim ex Gallis missus ad
15 cardinalem Baronium', sed ea ita mutata, ut non ipsa Flodoardi verba hic deprehendas². Quare eius rationem non habuimus. Neque integram lectionum varietatem, quam codices nec aetate nec librorum diligentia praestantes, praebent, enotavimus, in verborum formis antiquiores illos maxime secuti qui Flodoardi Annales continent.

20 Librum I. et II. et nonnulla libri III. capita I. Heller recensuit et annotationibus doctis illustravit. Reliqua mea sunt. G. W.

Domino venerabili et in Christi karitate admodum diligibili, preclaro presuli R.³ Flodoardus⁴, tantae benignitatis famulus, omne sanctorum virtutum in^b Christo gaudium. Creberrimis admonitionum vestrarum stimulis instigatus, discusso tandem desidiae pigritatis torpore^c abiectisque diversarum curarum occupationibus^d, relego ferventis studii vestri sollertiae quadrifidum nostri laboris opus undecumque collectum et capitulatum, prout iubere dignati estis, dispositum, nostrae, scilicet ecclesiae Remensis historiarum librum. Haud mirari velcumque petens sanctitatem culminis vestri super hac remotione obsequii nostri, utpote diversis occupationibus prepediti, hiemali quoque glacialis gelu
30 rigoris obstricti, caraxatorum insuper indigentia coartati^e. Neque mirum, me nimium^f in correctione meorum terere moras opusculorum, cum veterum^g nonnulli scriptorum magis in retractatione suorum quam meditatione^h demorati ferantur librorum. Sed nec adhuc omnes ad perfectum meⁱ puto eliminasse mendas; et si qua reperientur^h scriptoris forteⁱ vicia, industriae vestrae poterunt expurgari sagacia. Non enim me ita^m perfectum reor
35 ad unguem fore perscrutatore, ut ferre nolim, si quem diligentiore in elimandis viciis invenero correctorem. Igitur quia sanctitatis vestrae circa tantitatem nostram profusa videtur exuberasse dilectio, hunc studii nostri fructum vestri dignum duxi tutaminis delegare patrocinio, ut, quae a nostra sunt dicta in tenebris humilitate, ab industriae vestrae sublimitate dicantur in lumine.

40 INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI HISTORIAE REMENSIS ECCLESIAE.

[1.] De conditione urbis Remensis.

[2.] De amicitia Romanorum et^o Remorum.

[3.] De primis huius urbis episcopis.

[4.] De primis eiusdem martiribus.

45 a) Fl. 2; F. L. 1. b) in Chr. post add. 2. c) corpore 1. d) o. c. 2. e) coartari 1. f) ita emendari; minimum 1. 2. 3. g) vero rerum 1. h) in editione 1^a. d.; ita corr. ex meditatione 1^c; meditatione 1^b. i) ad p. o. m. 2. k) repperientur 2. l) sorte 2. m) i. me 2. n) numeri desunt, quos manus recens postea addidit. o) atque 2.

1) Chesneau teste Colvenerio (Scholia p. 69) II, 11. Colvenerius. 3) Rodulfum Laudunensem intelligit Radoliso, quod 2 praebet, dum 1 Rodonico vel gunt Sirmondus, Colvenerius alii; Rothbertum Treve-
50 Rodinico habet. 2) Ex versione Gallica in Latinum rensem Rivet, Pertz, Wattenbach, Dümmler; cf. ea translata esse, ex Baronii Annal. a. 845. annotavit praef.

- | | |
|--|----|
| [5.] De successoribus premissorum presulum. | |
| [6.] De sancto Nicasio. | |
| [7.] De miraculis ipsius ecclesiae. | |
| [8.] De sancto Oriculo et sororibus eius. | |
| [9.] De successoribus beati Nicasii. | 5 |
| [10.] De sancto Remigio. | |
| [11.] De ordinatione ipsius ad episcopatum Remensem. | |
| [12.] De diversis ab eo patratris miraculis et doctrina ipsius. | |
| [13.] De conversione Francorum. | |
| [14.] De possessionibus quas ei rex ^a Ludovicus ^b et Franci contulerunt. | 10 |
| [15.] De victoriis Ludovici ^b per auxilium sancti Remigii et fine ipsius regis. | |
| [16.] De sinodo, ubi convertit hereticum. | |
| [17.] De mitigatione ignis et obitu eiusdem vel sepultura ipsius. | |
| [18.] De remedio pestis inguinarie et ceteris per ipsum collatis. | |
| [19.] Testamentum ^c ab ipso editum. | 15 |
| [20.] De translatione corporis ipsius ^d et quibusdam denuo patratris miraculis. | |
| [21.] De altera vel iterata translatione seu relatione corporis eius ad urbem. | |
| [22.] De remediis subinde pluribus impensis. | |
| [23.] De discipulis eiusdem beati Remigii. | |
| [24.] De sancto Theoderico. | 20 |
| [25.] De sancto Teodulfo ^e . | |
| [26.] De fonte in horum sanctorum monasterio nuper exorto. | |

CAPITULA^f SECUNDI LIBRI.

- | | |
|--|----|
| [1.] De successoribus beati Remigii. | |
| [2.] De Egidio presule. | 25 |
| [3.] De sancto Basolo ^g . | |
| [4.] De Romulfo presule. | |
| [5.] De Sonnatio. | |
| [6.] De Leudegiselo, Angleberto et Laudone. | |
| [7.] De sancto Nivardo. | 30 |
| [8.] De translatione sancte Helene ad ipsius sancti monasterium. | |
| [9.] De translatione sancti Sindulfi ^h ad idem monasterium. | |
| [10.] De sancto Reolo episcopo. | |
| [11.] De sancto Rigoberto. | |
| [12.] De eius expulsionem ab urbe Remensi. | 35 |
| [13.] De miraculis in vita ipsius per eum ostensis. | |
| [14.] De obitu et sepultura ipsius. | |
| [15.] De translatione corporis eiusdem. | |
| [16.] De Abel, eius successore. | |
| [17.] De Tilpino episcopo. | 40 |
| [18.] De Vulfario episcopo. | |
| [19.] De Ebone presule. | |
| [20.] De ipsius depositione. | |

CAPITULA LIBRI TERTII.

- | | |
|---|----|
| [1.] De domni Hincmari electione vel ordinatione. | 45 |
| [2.] De reparatione iudicii pro Ebonis depositione. | |
| [3.] De visione cuiusdam Bernoldi. | |
| [4.] De restitutione rerum ecclesiasticarum ⁱ a Karolo rege peracta. | |
| [5.] De reparatione Remensis ecclesiae ab ipso Hincmaro patrata. | |
| [6.] De miraculis in eadem ecclesia postea declaratis. | 50 |
| [7.] De visione cuiusdam Gerhardi presbiteri. | |
| [8.] De aliis quibusdam miraculis. | |
| [9.] De secunda beati Remigii corporis translatione. | |

a) *deest* 1. b) Ludovic. h. l. 1. 2. 3; sed Ludovic. plerumque 1, et ita Flodoardum scripsisse, *Annalium codd. annunt.*
c) T. a. 1. e. ante De r. — collatis 2. 3. d) eius 2. e) Theod. 2. f) haec des. 2, sed spatium vac. relictum. 55
g) Bazolo 2. h) Sindulfi 1. i) ecclesiasticarum 1.

- [10.] De^a pallii usus cotidiani^b a Romanae sedis presule perceptione et rebus ecclesiae sub eo concessis.
- [11.] De sinodo conprovinciali apud Suessionicam urbem habita.
- [12.] De vacatione Camaracensis sedis et coniunctione Balduini cum Iudith, filia regis.
- 5 [13.] De causa Rothadi^c Suessionici^d episcopi depositi.
- [14.] De quodam Gothescalco scismatico.
- [15.] De libris quos idem presul^e Hincmarus composuit.
- [16.] De his quae Karolo^f regi scripsit.
- [17.] De sinodo sex provinciarum Galliae apud Trevas habita.
- 10 [18.] Item de prefato rege Karolo.
- [19.] De^g Ludowico, eiusdem Karoli filio^h.
- [20.] Deⁱ his quae Ludowico, fratri eiusdem Karoli, scripsit.
- [21.] De his quae quibusdam archiepiscopis vel episcopis scripsit.
- [22.] Quae instrumenta vitae vel redargutiones Hincmaro nepoti suo scripserit.
- 15 [23.] Quae Alfrido^k Transrenensi episcopo et^l ceteris quibusdam episcopis scripserit.
- [24.] Quae abbatibus quibusdam scripta direxerit.
- [25.] Quae sacerdotibus vel monasteriis quibusdam.
- [26.] Quae viris quibusdam illustribus.
- [27.] Quae aliquibus reginis^m.
- 20 [28.] Quae sibi subiectis monita salutis ediderit.
- [29.] De libro edito a se: Qualiter Domini vel sanctorum sint imagines venerandae.
- [30.] De translatione corporis sancti Remigii a monasterio ipsius, etⁿ obitu eiusdem domni Hincmari.

CAPITULA^o LIBRI QUARTI.

- 25 [1.] De episcopatu Folconis^p et quae scripta quibusdam Romanis pontificibus direxit^q.
- [2.] Quae Formosus papa eidem Folconi vel Karolo regi atque Odoni^r.
- [3.] Quae Franciae quibusdam quoque^s presulibus scripta legaverit.
- [4.] Quae Stephanus papa ipsi Folconi vel idem Folco eidem papae rescripserit.
- [5.] Quae regibus^t quibusdam Folco scripta direxerit.
- 30 [6.] Quae diversis quoque scripserit episcopis.
- [7.] Quae abbatibus vel illustribus^u viris quibusdam.
- [8.] De rebus quibus episcopium auxit et ceteris bonis quae in episcopatu egit.
- [9.] De sancto Gibrano et fratribus eius.
- [10.] De interemptione ipsius Folconis.
- 35 [11.] De presulatu domni Herevei^v.
- [12.] De relatione beati Remigii ad monasterium sepulturae suae.
- [13.] De reparatione castrum Mosomi aliarumque munitionum quarundam vel ecclesiarum.
- [14.] De sinodalibus conciliis habitis et Normannorum conversione vel expeditione
- 40 contra Hungaros^w.
- [15.] De Karoli regis a suis derelicti sustentatione.
- [16.] De Erleboldi comitis excommunicatione vel absolutione.
- [17.] De obitu ipsius presulis.
- [18.] De successione Seulli episcopi.
- 45 [19.] De sinodo quam habuit in villa Trosleio et ceteris actibus vel fine ipsius.
- [20.] De electione Hugonis, filii Heriberti comitis.
- [21.] De infestatione Hungarorum et discordia inter Rodulfum regem et Heribertum comitem exorta.
- [22.] De introductione Odalrici Aquensis episcopi ad episcopale ministerium Remis
- 50 exequendum et redactione sub custodia Karoli regis.
- [23.] De similitudine inter Hugonem et Heribertum comites ac Rodulfum regem exorta.
- [24.] De ordinatione domni Artoldi presulis.
- [25.] De signis Remis visis et morbis insectis^x.

a) De — concessis des. 3^b. b) cotidiana 1. 2; *correxi*. c) Rothaldi 1; Rothardi 2. d) Suessionensis 2. e) H. p. 2.
 55 f) Carolo 2. *saepius*. g) Quae L. e. K. f. scripsit 3^b. h) scripsit 1^b. i) De his — scripsit des. 1. k) Alfrido 1.
 l) vel 2. m) scripta miserit *add.* 3^b. n) e. o. des. 1; o. H. episcopi 3^b. o) *hacc des.* 2, *spatio vacuo rehelo*.
 p) Fulconis 1^c, 3^b. *saepius*. q) direxerit 3^b. r) scripsit *add.* 3^b. s) *deest* 3^b. t) q. r. 2. u) v. i. 2.
 v) Herevei 1. w) Ugaros 2. x) institutis 1.

- [26.] De accensione vel receptione Ludowici post mortem Rodulfi regis.
 [27.] De excommunicatione Heriberti^a comitis.
 [28.] De expulsionem domni Artoldi ab urbe Remensi.
 [29.] De malis quae deinceps consecuta sunt.
 [30.] De occupatione Altimontis^b castri vel Mosomi et morte Heriberti^{b*}. 5
 [31.] De obsidione urbis Remensis ab exercitu Ludowici regis.
 [32.] De restitutione monasticae regulae in monasterio Sancti Remigii et constitutione
 abbatibus Hincmari.
 [33.] De repulsionem Hugonis episcopi.
 [34.] De sinodo Virduni habita. 10
 [35.] De sinodo apud Engulhem^c congregata et excommunicationem Hugonis episcopi.
 [36.] De obsessionem vel incensionem urbis Suessionicae^d ab Hugone comite.
 [37.] De excommunicationem ipsius^e Hugonis comitis.
 [38.] De quibusdam ecclesiis vel monasteriis urbis Remensis.
 [39.] De sancto Balderico abbate. 15
 [40.] De miraculis post obitum ipsius ostensis.
 [41.] De villa Waslicia^f.
 [42.] De ecclesia sancti Romani vel^g miraculis in Gellani-monte.
 [43.] De miraculo in Reno flumine patrato.
 [44.] De miraculis in monasterio Sanctarum^h Bovae ac Dodae factis. 20
 [45.] De visione cuiusdam puellae.
 [46.] De altero Remis puellarum monasterio.
 [47.] De domno Gunbertoⁱ, ipsius monasterii conditore^k.
 [48.] De duabus ecclesiis sancti Hilarii Remis.
 [49.] De ecclesiis in^l honore sancti Martini circumquaque constructis. 25
 [50.] De miraculis sancti Martini Remis ostensis.
 [51.] De sancta Macra^m virgine.
 [52.] De sanctis Rufinoⁿ et Valerio martiribus.
 [53.] De miraculis eorundem sanctorum.

INCIPIIT LIBER PRIMUS HISTORIAE REMENSIS ECCLESIAE^o. 30

1.^o De conditione urbis Remensis.

Fidei nostrae fundamenta proditurus ac nostrae patres ecclesiae memoraturus, moenium locatores nostrorum vel instructores exquisisse, non ad rem adeo pertinere videbitur, cum ipsi salutis aeternae nil nobis contulisse, quin immo erroris sui vestigia lapidibus insculpta reliquisse doceantur. De urbis namque nostrae fundatore seu nominis inditore non omnimodis a nobis approbata vulgata censetur opinio, quae Remum, Romuli fratrem, civitatis huius institutorem ac nominis tradit auctorem¹, cum, urbe Roma geminis auctoribus Romulo Remoque fundata, fratris militibus Remum certis accipiamus scriptoribus interfectum, nec illum prius a fratre recessisse, dum uno partu editi et inter pastores educati latrociniiisque dediti urbem constituisse reperiantur; orta simul tate ac Remo fratre interfecto, civitati Romulus ex nomine suo nomen dedisse legatur. Nam ut Titi Livii verbis utamur: Numitori Albana permissa re^q, Romulum Remumque cupido cepit, in his locis, ubi expositi ubique educati erant, urbis condendae; et superaret multitudo Albanorum Latmorumque; ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent, parvam Albam, parvum Lavinium pra^r ea urbe quae conderetur fore. Intercevit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido; atque inde foedum certamen coortum a satis miti principio. Quoniam gemini essent, nec aetatis verecundia discrimen facere possent, ut dii, quorum tutelae ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatinum^r c. 7. Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. Priori Remo augurium venisse fertur 6^s vultures. Iamque nunctato augurio, cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consuluerat: tempore illi precepto, at hi numero arum regnum traherant. Inde cum altercatione congressi, certamine irarum ad caedem vertuntur. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Ita Livius. Vulgator^s autem fama est, ludibrio fratris Remum novos transivisse muros. Inde ab irato Romulo, 50 cum verbis quoque increpitans adiecisset: 'Sic deinde quicumque alius^t transiet mea moenia^r interfectum. Ita solus politus

a) Heriberti 2. b) Altimontis 3. b*) Heriberti 1. c) Angulhem 1 b. d; Engulheim 3. d) Suessionicae 2. e) deest 2. 3. f) D. v. W. post De — monte 1 b. c. d. g) et 2. h) sancte 2. i) Gonberto 2. — et ipsa 3. k) et ipsius uxore Berta add. 3d. l) i. h. des. 2. m) Magra 2. n) Rufino 2. o) Flohardus rubro superser. 2. p) numerus deest 2; rubrum deest 1. q) r. p. 1. 3. r) palatium 1 (corr. 1 b). s) tres 2. t) alius 1. 55

1) Ad hanc opinionem Hincmarus in libro de Prae- et conditoris dignitate ante alias civitates habeantur destinatione his verbis alludit: Roma caput mundi illustres. 2) Etiam verba quae sequuntur usque et Remi civitas campestris et temporis antiquitate ad nomine appellata ex Livio l. l. sumta sunt.

imperio Romulus: condita urbs conditoris nomine appellata*. Probabilis ergo videtur, quod a militibus Remi patria profugis urbs nostra condita vel Remorum gens instituta putatur, cum et moenia Romanis auspiciis insignita et editor porta Martis, Romanae stirpis veterum opinione propagatoris, ex nomine vocitata, priscum ad haec quoque nostra cognomen reservaverit tempora. Cuius etiam fornitem prodeuntibus dexterum lupae Remo Romuloque parvis ubera prebentis fabula cernimus innotatum; medius autem 12 mensium iuxta Romanorum dispositionem panditur ordinatione desculptus; tertius, qui et sinister, cignorum vel anserum figuratus auspicio. Nautae¹ siquidem, cignum bonam prognosim² prodero, ferunt, ut Aemilius³:

Isid. Eym.
XII, 7, 19.

Cignus in auspiciis semper laetissimus ales,

Hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.

10 Anseres quoque nocturnas excubias celebrant, quas cantus assiduitate testantur. Denique Romana etiam capitolia Gallo servasse traduntur ab hoste. Nec mirum tamen, urbis nostrae conditionem vel originem non in propatulo dari, cum de ipsius gentium vel orbis dominae Romae, Ysidoro teste, oriatur plerumque dissensio conditione, ut eius diligenter agnoscere non possit origo. Nam Salustius⁴:

15 Urbem, inquit, Romanam, sicut ego accepi, condidere atque habitare initio Troiani, qui Aenea duce sedibus incertis vagabantur. Alii dicunt ab Evandro, secundum quod Virgilius⁵:

Tunc rex Evandrus⁶ Romanae conditor arcis.

20 Entropius quoque in libro historiarum sic loquitur, dicens: Romulus cum inter pastores latro-
charetur, 18 annis natus urbem exiguum in Palatino monte constituit, conditam civitatem ex nomine suo Romanam vocavit. Post hanc

Eutr. I, 1 sq.

20 Tullius Hostilius⁷ eam, adiecto⁸ Caesio monte⁹, ampliavit. Indeque ceteri diversis diversis temporibus principes eius editores vel amplificatores extiterunt. Urbis autem nostrae nomen Durocortorum quondam dictum Caesaris astruitur historia, in qua libro sexto sic legitur: Factis¹⁰ legionibus¹¹, B. G. VI, 44. exercitum Caesar Durocortorum Remorum ducit, conchitque in eum locum Galliae indico, de conurbatione Senonum et Carnulium quaestionem habere instituit. Aethicus etiam in cosmographia sic memorat¹²: A Mediolano per

Aeth. cosm.

25 Alpes Cottias Viennam 1000¹³ passuum 409. Inde Durocortorum 1000 passuum 333, quae sunt leugae 221. Item a Durocortoro Divodorum¹⁴ usque 1000 passuum 62. Item alio itinere a Durocortoro Divodorum¹⁵ usque 1000 passuum 88. Item a Durocortoro Treveros¹⁶ usque leugae 89. Item a Bagaco¹⁷ Nerviorum Durocortorum Remorum usque 1600 passuum 53.

2. De amicitia Romanorum atque Remorum.

30 Constat itaque Remorum populum populo Romanorum tenacissima praeis olim temporibus amicitia junctum, prelibatae Iulii Caesaris historiae¹⁸ libris hoc ipsum astipulantibus, ubi legitur¹⁹: Eo, scilicet Caesare²⁰, ad fines Belgarum de improviso celerisque omni²¹ opinione perveniente, B. G. II, 3. Remos, qui proximi Galliae ex Belgis sunt, ad eum legatos Iccium et Andebrogium, primos civitatis suae, misisse, et se suaque omnia offerentes, in fidem atque amicitiam populi Romani omnino conirasse, paratque esse et obsides dare et imperata facere et oppidis recipere et frumento ceterisque rebus iurare²². Rehqnos omnes Belgas in armis esse, Germanosque, qui ripas Rheni incolunt, sese cum his conirasse, tantumque esse eorum omnium furorem, ut ne Suesones quidem, fratres consanguineosque suos, qui eodem iure, eisdem legibus utuntur, unum magistratum cum illis habeant, deterere poterint, quin cum his consentirent. Item: Caesar postquam omnes Belgarum copias in unum locum coactas ad se venire

B. G. II, 3.

35 ridi neque tam longe abesse ab his quos miserat exploratoribus²³ et ab Remis cognovit, flumen Auger²⁴, quod est in extremitate Remorum finibus, exercitum traducere maturavit atque ipse²⁵ castra posuit. Quae res et latus unum castrorum

ib. 5.

40 ripis fluminis munitum post eum quae erant tuta ab hostibus reddebat et commatus ab Remis reliquisque civitatibus, ut sine periculo ad eum portari possent, efficiebat²⁶. In eo flumine pons erat. Ibi praesidium ponit et in altera parte fluminis Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus reliquit. Castra in altitudines²⁷ pedum 12 fossamque pedum 18 munit²⁸ iubet. Ab ipsis castris oppidum Remorum nomine Bibrax, quod aberat milia passuum 183, ex itinere magno impetu Belgae oppugnare

ib. 6.

45 coeperunt. Aegre eo die sustentata est Gallorum atque Belgarum oppugnatio haec. Ubi circumierat multitudine hominum lotis moenibus, undique in murum lapides iacti coepli sunt, murusque defensoribus nudatus est, festudine facta portas succedunt²⁹ murumque subruunt. Quod aditu facile febat. Namque tanta multitudo lapides ac tela coniciebant, ut in muro consistendi potestas esset nulli. Cum finem oppugnandi non³⁰ fecissent, Iccius Remus, summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido praeserat, unus ex his qui legati de pace ad Caesarem venerant, nuncium ad eum mittit, nisi subsidium sibi militum, sese diutius susinere non posse. Eo die³¹ media nocte Caesar isdem ductibus usus, qui nunci ab Iccio venerant, ib. 7.

50 Numidas et Cretas sagittarios et funditores Beltaresque subsidio oppidis mittit. Quorum adventu Remus cum spe defensionis studium propugnandi accessit et hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi cessit. Itaque paulisper [apud] oppidum morati agrosque Remorum, depopulatis omnibus vicis, aedificisque quo adire poterant incensis, ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt et militibus passuum minus duobus castra posuerunt. Et post pauca: Hostes protinus ex eo loco

ib. 9.

55 ad flumen Acaennam³² contenderunt, quod esse etiam³³ post nostra castra demonstratum est. Ibi vadis reperitis, partem copiarum suarum transducere conati sunt eo consilio, ut, si possent, castellum, cui praerat Q. Titurium legatus, expugnarent pontemque intercederent; si minus potuissent, agros Remorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant

- a) appellatur 2. b) pro signo prodire 2. c) Evander e ras. 2. d) hostibus 1. e) adiectam 2. f) monti 2. g) deest 2. h) Vastatis regionibus Caes., quod recepti Coli. i) religionibus 2. k) in p̄m 1, constanter. l) Divodoe 1^b. m) Divodorum 1. n) Treveras 2. o) ab agaco 2; ab agraco 1. o') historia 1^b. c. p) deest 1. q) omnium 1. r) iuraret 1. 60 a) exploratores 1. t) Axonam 3. Caes. u) ibi Caes. v) effugiebant 1. 2. w) altitudinis 1. x) mutari 1. y) B. Caes. z) succedunt 2. a) nox fecisset Caes. b) de Caes. c) deest 1. 2. d) q. esset 2. e) que 1.

- 1) Abhinc usque ad voces: Romanae conditor arcis lin. c. 6. 4) Aeneis VIII, 313. 5) p. 171 sqq. omnia paene eisdem verbis ex Isidoro exscripsit. (ed. Basil. 1675). 6) Noster narrationem Caesaris 2) Emilius Macer in Ornithogonia. 3) Cati- panllo brevioram reddidit. 7) Aisne.

- Caes. II. 10. *commectusque nostros sustinebant. Certior factus a Titurio, omnem equitatum et levis armaturae Numidas, funditores sagittariosque pontem tradidit atque ad eos contendi. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos^a nostri in flumine aggressi, magnum eorum^b numerum occiderunt. Per eorum corpora reliquos audacissime pugnantes multitudine telorum et audacia reppererunt, primos qui transierant equitatu circumventos interfecerunt.* Item in eadem historia libro tertio: *Caesar Labienum legatum in Treviros, qui proximi Remo sunt, cum equitatu mittit. Huc mandat, Remos 5*
- ib. V. 54. *reliquosque Belgas adeat atque in officio contineat. Item in 5^c: Tantam omnium voluntatis commutationem, Caesar scilicet, attulit, ut praeter Meduos et Remos, quos precipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga p. R. fide, alteros pro recentibus belli officiis, nulla fere civitas fuerit non subiecta^d nobis. Item in 6^e: Carnutes*
- ib. VI. 4. *legatos obsidesque mittunt, deprecatoribus Remis, in quorum erant clientela. Eadem ferunt responsa, quae videlicet Senones, obsidibus imperatis. Principatum quoque Remos antiquitus inter sibi finitimos tenuisse, 10*
- ib. VI. 12. *tam ius quam decus historia. Ut in eodem libro 7^f: Sequani principatum dimiserunt^g; in eorum locum Remi successerant. Semper enim et in omnibus bellis Remi fidem Romanis servaverant. Etiam*
- ib. VII. 53 sqq. *quando totius pene Galliae populi adversus Romanos conspirasse conciliumque Bibracte habuisse leguntur, illi nullatenus adesse voluere, quod amicitiam Romanorum sequerentur. In necessitatibus autem copias eos Romanorum sustentasse proditur, ut in*
- ib. V. 24. *quinto huius historiae libro: Quo anno frumentum propter siccitates angustius provenerat, coactus est, Caesar scilicet, aliter ac^h superioribus annis, exercitum in hibernis collocare legionesque in plures civitates distribuere. Ex his unam in Morinos ducendam C. Fabio legato dedit, alteram in Nervios Q. Ciceroni, tertiam in Essuos P. Roscio, quartam in*
- ib. VII. 90. *Remis cum T. Labieno in confinio Trevirorum hibernare iussit. Item in 7: C. Fabium et L. Minutium cum legionibus 20 duabus in Remis collocat. Insuper et usque^{ad} internecionem pene Remos pro salute Romanorum certasse, Orosiusⁱ etiam libro 6. m. astipulatur², eo prelio, quod Bellovagi post ceterorum Gallorum, qui arma contra Romanos tulerant, devictum exercitum instauraverant, magnam Remorum manum, quae auxilio Romanis erat, asserens trucidatam. Remos denique preliis fortes optimosque fuisse iaculatores, sed et ad bella civilia, quibusⁿ, Pompeio superato, 25*
- ib. VII. 90. *monarchiam totius, ut fertur, orbis obtinuit, Caesare invitante profectos, Lucanus libro primo testatur his versibus:*

Hura Nemelis

Qui tenet et ripas Satyri^o, qua litore curvo
Moliter admissum claudit Tarbellicus aequor,
Signa movet gaudetque amolo Xantonus^p hoste;
Et Bitures longasque leves Saxones^q in armis,
Optimus excusso Leucus Remusque lacerto,
Optima^r gens flexis in girum Secana^r frenis,
Et docilis rector^s rostrata^t Belgae corvina^u.

30

35

3. De primis huius urbis episcopis.

Nec solum apud ethnicos tunc temporis tantum habitum Remorum populum, quin et apud primos ecclesiae Dei propagatores atque per euangelium in Christo patres primae huius provinciae nostrae sedis pontifices constat semper honore decoratos, adeo ut ipse beatis- 40
simus ecclesiae Christi princeps Petrus apostolus urbi nostrae beatum Sixtum a se archi-
episcopum ordinatum cum suffraganeorum auxilio censuerit delegandum, idoneos ei ac
necessarios in eadem provincia destinans socios, sanctum Sinicium videlicet, Suessionicae
sedis primo, nostrum postea presulem, ac beatum Memmium Catalaunicae^v urbis rectorem³.
Sanctus vero Sixtus, Remorum primus episcopus, etiam Suessionicam fundasse fertur ec-
clesiam et beatum Sinicium collaboratorem et cooperatorem suum inibi constituisse; quique 45
post eiusdem sancti Sixti decessum, nepote suo, ut ferunt, sancto Divitiano Suessoni^w a se
pontifice ordinato⁴, quoniam noviter instituta Remensis ecclesia lacte adhuc tenera forte
fovebat pignera necdum ad onus pontificale perferendum robusta, Remis archiepiscopalem,
ea cogente, necessitate, subiit cathedram. Ubi pro animarum salute fideliter elaborans
bonumque certamen decertans, cum decessore, ut in caelis ita etiam meruit in terris habere 50
consortium, unius eiusdemque templi tubaeque sortitus cum beato Sixto sepulchrum.

a) deest 1. 3. b) n. e. 2. c) sexto 2. d) suspecta Caes. e) septimo 2. f) dimiserunt 2. g) sequib. — Romanorum des. 2. h) a 1. i) deest 1. k) absque 1. l) Orosius 1 (1^a 2). 2. m) septimo 2. n) deest 2. o) Aturi Luc. p) Xantonus 2. q) Suessiones Luc. r) Optima — corvini h. l. des. 2, ubi post rubrum capituli 3. leguntur. r') Sequana 1. s) rector 1^a. t) monstrati 1; monstrati 2. u) belgaecorvini 1; belgaco inmi 2. v) Catal. 2. 55 constantier. w) Suessionis 2; Suessionis 3.

1) Sexto potius. 2) Oros. I. VI. c. 11. 3) Acta Recedit etiam ab eis in assignando sanctorum tem-
Sixti et Sinicii Flodoardo antiquiora invenies in AA. pore, quod est in actis tempus Diocletiani et Maxi-
SS. Sept. I, p. 125—129; quae procul dubio nostro toiani. 4) Repugnant acta, cum doceant, utramque
innouerunt, quamquam non ad verbum exscripsit. ecclesiam administratam esse a Sinicio.

60

Quorum postmodum meritis basilicae domus ipsorum clarus illustrata miraculis, nonnullis dotata ditatur muneribus. Agris quoque domibusque ac vineis locupletata, clericorum pariter enituit ministeriis decorata. Quorum nonnumquam duodecim, nonnumquam^a decem, ut domni Sennatii presulis tempore, ibidem reperitur congregationem fuisse, donec moderno tempore, habundante iniquitate et refrigescente caritate, deficere Deo inibi militantium chorus et unius ipsorum^b coepit esse templum presbiteri^c titulus. Quocirca etiam ipsorum nuper abinde ossa translata, in ecclesia beati Remigii post altare sancti Petri eorundem preceptoris servantur recondita^d. Nec eos ecclesiam nostram tantummodo ab urbe Roma constat habuisse patres vel fundatores, quae martiribus etiam redempta eorumque sacra sanguine atque triumphis sub ipso Neronianae^e persecutionis articulo decorata probatur.

4. De primis eiusdem martiribus urbis.

Beatus siquidem^f Thimotheus^g ab Orientis partibus ad hanc Remensem perveniens urbem, Iesu Christi domini publice non veritus est predicare veritatem. Unde et a preside Lampadio^h, qui tunc praeerat huic populoⁱ, tentus, et quod novae legis propositum hominibus suaderet, conventus, hinc minis principum legumque severitate vexatus, opum quoque pollicitatione temptatus, responsum, quod olim ab ecclesiae principe dixerat, improbo incussum supernae nundinatori gratiae rependere non timuit: 'Divitiae', inquiens, ' tuae tecum sint in perditionem^j et ibis cum ipsis in ignem aeternum. Dominus enim meus Iesus Christus, filius Dei, ipse te indicaturus est'. Tunc preses ira repletus iussit eum torqueri. Et dum Christum constanter inter ipsa cruciatum^k confiteretur^l tormenta, inferens inter cetera, quod illi, quos preses pro Christi nomine se putabat occidere, ipsi poenaltiter cum^m iudicaturi essent, et preses diceret: 'Ergo tu iudex eris meiⁿ? Ego te occidam, et quis erit qui te eripiat de manibus meis?' sanctus Thimotheus respondit: 'Dominus meus, cui credo, potest liberare me, in te autem debita tormenta immittet'. Iterum, dum per supplicia multa cruciari iussus fuisset, ait ad iudicem: 'Quanto tu mihi ampliora tormenta intuleris, tanto amplius refrigerium prestabit Dominus cui credo'. Et cum caederetur a ministris, exclamavit voce magna, dicens: 'Aspice, Domine, et vide quae inferi diabolus servo tuo; ne me derelinquas, ne dicant homines: Ubi est Deus eius?' Preses denique iussit calce viva et aceto aspergi plagas ipsius. Sanctus vero Thimotheus dixit: 'Ago tibi gratias, domine Iesu Christe, qui mihi das tolerantiam, ut haec possim sufferre. Ita istud factum est in corpore meo, tamquam oleo perunctus sim'. Unus autem de ipsis caedentibus nomine Appollinaris vidit duos angelos stantes ad latus eius et dicentes illi: 'Confortare, Thimothee; missi autem sumus ad te, ut ostendamus tibi domini Iesum Christum, pro cuius nomine sustines poenas, ut videas quae aguntur in caelis. Erige caput tuum et vide'. Aspiciens autem sanctus Thimotheus vidit caelos apertos et Iesum ad dexteram Patris, coronam tenentem ex lapidibus preciosis ac dicentem sibi: 'Thimothee, haec quam vides tibi parata est. Accipies illam tertia die imminente de manibus meis'. Et angeli dixerunt ei: 'Confortare, Thimothee'. Et abierunt in caelos. Appollinaris vero cum haec vidisset, procidens ad pedes eius, dixit ei: 'Domine Thimothee, ora pro me. Ego enim libentissime torqueor pro nomine Christi, quia vidi tecum loquentes viros^o splendidissimos, dum tecum loquerentur magna Dei illius qui regnat in caelo'. Tunc preses, ut vidit se esse confusum, dixit: 'Sistatur Appollinaris; afferte autem mihi plumbum bulliens et effundite in os ipsius, ut non talia verba loquatur'. Cumque allatum fuisset plumbum bulliens et missum in ore eius, factum est frigidum tamquam glacies. Viso autem hoc miraculo, multitudo magna credidit in dominum Iesum Christum. Tunc preses iracundia plenus et confusione dixit: 'Ducite illos in carcerem, usque dum ego pertractem, quo supplicio interficiantur'. Cum autem ducerentur, plurima turba sequebatur^p eos flens et dicens: 'O iniustum iudicium, quod incidit in civitatem istam!' Perducti sunt vero in carcerem; et multi erant circa eos, desiderantes consolari a^q sancto Thimotheo. Ipsa autem nocte adveniens quidam presbiter nomine Maurus, multitudinem hominum baptizavit in nomine domini nostri Iesu Christi. Appollinaris vero cum baptizaretur, vidit caelos apertos et audivit angelum dicentem sibi: 'Beatus es, Appollinaris, qui credidisti; beati omnes, qui tincti sunt in aqua, in qua tu purificatus es. Quicumque hac nocte hic baptizatus fuerit, crastina die in paradiso suscipietur'. Hoc autem dictum omnes qui ibidem aderant audierunt, et genua flectentes, dixerunt: 'Parce nobis, domine Deus noster, et presta misericordiam tuam his qui diligunt nomen tuum'. Altera autem die iussit preses adduci eos ante tribunal suum. Astantibus autem illis, preses dixit: 'Stulti homines, quae res vos circumveniunt, ut credatis in hominem crucifixum, qui sub Poncio Pylato multa perpressus est, novissime autem crucifixus asseritur'. Tunc illi responderunt, dicentes: 'Vidimus in hac nocte angelum Dei loquentem cum sanctis quos tu tenes in carcere; et ipsi angeli dixerunt nobis hodie ituros esse in paradysum et accepturos coronas, quas tui oculi videre non merentur'. Preses vero iracundia plenus iussit singulos^r decollari. Cumque ducerentur sancti extra civi-

a) n. d. des. 2. b) deest 2. c) presbiterii 1 b. c. d) reconditores 1, ubi Nec -- fundatores desunt. e) Romane 1. 3. f) quidem 2. g) Lampadeo 1. h) h. pr. po. 2. i) perditione 1. k) cruciatum 1. 2. l) ipsum 2. m) michi 2. n) e. s. 2. o) cum 2. p) cunctos 2. 3.

1) Marlot I, p. 56 sqq. laudat Acta Timothei et nostro sumta denuo vulgata sunt in AA. SS. Aug. Apollinaris bibliothecae S. Timothei. In his Flodo- IV, p. 578 sqq. arduum niti, iam Colvenerius statuit. Sequentia ex

latem, signaverunt se signaculo Christi, et sic martirizati sunt, confitentes Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Fuerunt autem omnes qui decollati sunt quinquaginta viri sub die 11. Kalendas Septembris. Altera autem die procedens preses sedit pro tribunali, sanctum vero Thimotheum et Appollinarem adduci precepit. Astantibus autem illis, ait ad eos preses: 'Infelicissimi hominum, consentite preceptis imperatorum et adorare eos quos illi adorant'. Thimotheus et Appollinaris dixerunt: 'Nos demones non adoramus, sed solum dominum Iesum Christum, qui est Deus vivus et verus; ipsum oportet confiteri nos. Tu ergo ne putes, nos^b artibus tuis separari a caritate et a regno Dei. Hoc autem tibi notum sit, quia, qua hora nos putas mortificari, tunc vivificamur, sicut illi qui a te hesternae die interfecti sunt et vivunt in caelis. Te ergo vere percutiet Iesus^c Christus ulcere pessimo'. Iratusque preses dixit: 'Istos si non mortificavero, alii multi ad novam^d seculam venturi sunt'. Sic dedit adversus eos sententiam, ut gladio interficerentur. Illi autem cum magna fiducia perducti sunt extra civitatem in via quae appellatur Caesarea, in locum qui Buxitus dicitur, ibique martirizavit eos sub die 10. Kalendas Septembris, et coronati sunt ab angelis. Et vox audita est dicens: 'Venite, Thimothee et Appollinaris, dilectissimi mei, et ostendam vobis, quanta mirabilia meruistis pro animabus vestris, quas obtulistis pro nomine meo; et scitote, quae facturus sum Lampadio presidi'. Statimque iaculum igneum descendit de caelo, multis videns dentibus, et ingressum est humerum eius dextrum, et a demonio arreptus vitam finivit. Corpora vero sanctorum sepulta sunt a christianis die 9. Kalendas Septembris. Eusebius quidam vir spectabilis, qui et ipse per verbum ipsorum credidit, fabricavit illis basilicam, in qua multa signa et remedia ostenderunt. Caecis visum, claudis gressum reddiderunt, et qui a demonibus vexabantur curati sunt in nomine domini nostri Iesu Christi. Eorum vero corpora dominus Tilpinus¹ archiepiscopus veteri promovens 20 tumulo, sepulchrum ipsorum decenter argento decoravit et auro. Altare denique quod ante tumbam eorundem stat medium sancti Mauri fertur reliquiis et honore dicatum, qui eodem quo prefati tempore pro Christo caesus capite, ipsorum meruit consortio renitere^e. Cuius ossa in ecclesia beati Celsini servantur deposita. Caput autem infra^f civitatem intra^g beatae Dei genitricis Mariae basilicam in arca secus altare veneratur reconditum. Ipsa 25 etiam premissorum ecclesia martirum pignuribus complurium traditur insignita sanctorum. In^h cuiusⁱ dextera parte sanctorum Silviani et Silviniani¹, in sinistra vero sancti Tonantii et sancti Iovini feruntur reservari corpora. Hic etiam in eadem sanctorum basilica beatus Remigius tumulum sibi parari precepisse reperitur, ut post conditam^k testamenti sui continentiam subintulit, addens^l: *Post conditum testamentum, immo signatum, occurrit sensibus* 30 *meis, ut basilicae domnorum martirum Thimothei et Appollinaris missorium argenteum 6 librarum ibi deputem, ut ex eo sedes futura meorum ossuum^m componatur*. Sed et in ipso testamentoⁿ duodecim solidos ad ipsius basilicae cameram struendam iusserat dari. Diversi quoque diversis^o idem locupletavere dotibus templum; ubi dominus Gondobertus^p vir clarissimus cum uxore sua Berta^q villam in pago Vontiane^r sitam Pertas¹ nomine dedit. Reperitur autem, congregationem ibidem nonnumquam 20, nonnumquam 12 fuisse clericorum, ut tempore Theoderici^s regis, quando ad eandem basilicam prediorum donaria plura leguntur tradita. Et usque ad recentia nuper tempora, quibus, religione deficiente, ad unius est redacta presbiteri titulum, Deo servientium coetu dinoscitur insignita virorum. Nonnullis etiam aliis templa locis eorum splendent honore decorata, quoniam, signis pluribus eis olim coruscantibus, amatores 40 Christi memoriis ipsorum suas excolere studuerunt atque munire possessiones.

Greg. Mir.
I. 33.

Quorum quidam, cum Gregorius Turonensis episcopus in¹ libro miraculorum refert, eorum reliquias, aedificata horum honore basilica, devotus expetit. Quas pontifice loci per presbiterum honorifice dirigente, dum iter idem presbiter ageret, ab obviam quadam muliere salutatus, obnixie importunus ab ea rogatus est, ut horum sibi quiddam² pignurum condonaret. Qui diu nutatim differens³, mulieris improbitate tandem devictus, sanctorum cinerum 45 particulam tradidit roganti. Ascensoque caballo, iniunctum sibi molienti iter expedire, nullatenus eum percussis admodum lateribus valet itineri promovere. Insuper ipse quoque sic interim pregravatus opprimitur, ut vix valeret ad tollere caput. Ita demum animadvertens virtute se detineri martirum, motus poenitentiae, recepit oportune quod largiri presumpsit incongrue, redibitque sanctorum quam desperat portione, liber ad iussa relaxatur abire. Apud Duodecimium⁷ quoque vicum⁸ horum constructa decore sanctorum basilica martirum magnorum 50 predicatur radiare nitore magnalium obtabilique refulgere gratia sanitarum.

Beati denique Thimothei ossa rex Otho, concedente Artaldo⁹ archiepiscopo, transferri fecit in Saxoniam et monasterium monachorum in eius instituit¹⁰ honore. In qua translatione

a. ipsi 2. b) deest 1 b. c. d. e) p. dominus Iesus u. 2. d) revidere 2. e) intra 2. f) infra 2. g) deest 2. h) huius 2. i) Silviani 1. k) conditi 2. l) ossium 2. 3. m) l. suo 1^a (?), 3^b. n) Diversi idem diversi 2. o) Gondobertus 1 b. c. 3. p) B. nomine 2. q) Vontiane 2. r) in 1 b. c. d. 3; ut in 1^a (?), 3^b. s) i. l. des. 2. t) ovia 1 a. b. u) quoddam 1. v) defereus 2. w) Artaldo 1 b. c. x) constituit 2.

1) A. 769—811. 2) Cf. infra I. I. c. 18, ubi prolixius Remigii testamentum proponit; sed etiam in breviori haec leguntur; Pardessus, Diplomata I, p. 84, nr. 118. 3) Voncq (départ. Ardennes, arrond. Vouziers). 4) Perthe (ibid., arrond. Réthel). 5) Quisnam huius nominis hic intelligatur, non est perspicuum. 6) Ed. Ruinart p. 786. 7) Douzy 60 (départ. Ardennes, arrond. Sedan, cant. Mouzon).

multa mira feruntur ostensa. Nam, ut Anno, tunc abbas, nunc episcopus¹, mihi retulit, a quo eadem sacra pignera translata sunt, preter alia plura remedia 12 inter caecos² et claudos fuere curati. Beatus quoque Appollinaris, ossibus suis in Orbacins² translatis monasterium, nonnullis inibi florere spectatur gratiarum insignibus.

5. De successoribus premissorum presulum.

Frequentibus igitur persecutionum procellis intonantibus, ecclesiae puppis^b nostrae iactata diversisque oppressa fluctibus, quoniam caput vix attollere poterat, quanto sedes ipsa tempore rectore vacua digno resederit, haud facile panditur, adeo ut post premissos nostrae fidei patres beatum Sixtum atque Simicium unum dumtaxat presulem inveniamus Aman-
sium^c ad imperium usque Constantini, sub quo Betausius reperitur, qui cum Primogenito diacone suo primus ex hac Belgica provincia legitur Arelatensi primae interfuisse sinodo³, relatae per Marinum episcopum beatissimo papae Silvestro, Volusiano et Aniano consu-
libus. Post quem Aper; inde Maternianus⁴, cuius reliquias ossuum dominus Hincmarus archiepiscopus Ludowico regi Transrenensi^d se direxisse commemorat in epistola pro
eiusdem aliorumque sanctorum pigneribus ad eundem regem transmissa^b. Hinc Donatianus
extitit episcopus, cuius etiam pignera maritimas in partes^e episcopi Noviomagensis vel
Tornacensis perlata, vario signorum memorantur splendore decorata. Quem beatus Vi-
ventius tam celsis^e illustris vitae meritis quam claro pontificalis sequitur ordine culminis.
Cuius etiam sacra membra, domno Ebone antistite nostro deferente, super fluvium Mosam
translata, Braquis⁷ instructa ecclesia, dispositaque^f famulorum^g caterva clericorum, debito
deponuntur honore servanda. Ubi etiam pluribus olim renituisse predicatur insignibus,
claudis ingressum^h, caecis quoque reformans aspectum. Cui successit Severus.

6. De sancto Nicasioⁱ.

Post premissos presules beatus Nicasius cultu sequitur pontificatus, magnae vir cari-
tatis magnaeque constantiae, sub Wandalica in Galliis persecutione sanctae sibi commissae
validissimus rector ecclesiae, in pace quidem nobilitator ac decorator, in periculis vero
moderator et tutor, piis populum doctrinis et exemplis instituens decoremque caelibus
sponsae Christi ecclesiae fabricis et ornatum attollens. Is namque sedis huius sanctae
basilicam in honore perpetuae virginis Dei genitricis Mariae divina traditur admonitus^k
revelatione fundasse, quam proprio quoque consecravit sanguine. Cathedra siquidem pon-
tificialis antiquitus in ecclesia quae Ad-apostolos dicitur⁸, extitisse fertur. Hic⁹ beatus antistes
angelica premonitione instructus, futuram longe ante prescisse docetur interuentionem, perniciosamque
prosperitatis redarguendo securitatem, imminemem divini praedixisse verberis^l ultionem. Portabat autem
caritatis humeris anxius peccatorum crediti sibi gregis pondus, mori paratus pro omnibus, ut iram indi-
gnationis Dei¹⁰ a populo averteret aut in ipsa certe vindicta caelestem clementiam humilitatis spiritu et
animo contrito placaret, ne usque ad animam, licet temporalis, at^m non aeternalis perveniret gladius.
Sed quia verbi¹¹ Dei semen in spinis divitiarum suffocatur consutum, prosperantesque etⁿ in vanitate
seculi gloriantes monita salutis aure cordis ad fructificandum non admittunt; immo perituris impliciti
occupationibus, nec vera vitae, quin letifera^p peccati mortisque stipendia sequentes, quoniam perfecte
mala non oderant, vera sectari bona digne non valebant. Piam insuper religionem negligere, divinitatis
precepta postponere, vanitatibus inservire, concupiscentiae vitii inhaerere, scismatica scandala suscitare
Deumque, pro dolor! in his omnibus haud^q metuebant offendere. Et ecce subito eisdem prosperitatis
temporibus animositas dirissimarum gentium commota, Dei offensionis iram in diversas vindictura pro-

a) cf. et cec. 1b. c. b) pupis 2. c) Amanisium 1a. d) Transrenensi 2. saepius. e) celsus 1a (?) 3b.
45 f) depositaque 2. g) famulorum 1. h) gressum 2. i) Nicasio 1, saepius. k) deest 2. l) verbis 2.
m) et 1. n) verbum 1. o) deest 2. 3. p) mortifera 2. q) aut 1b.

1) Anno, monachus Sancti Maximini Trevirensis, arrond. Mézières, cant. Monthermé]. Cf. quae de
a. 937—950. primus fuit abbas monasterii Sancti Viventia disputavit J. Stillingus, AA. SS. Sept. III,
Mauritii Magdeburgensis, a. 950—978, Nov. 23. epi- p. 62 sqq. 8) Hodie ecclesia Sancti Symphoriani.
50 scopus Wormatiensis. 2) Orbais (départ. Marne, Cf. Marlot I, p. 75. 9) Haec usque ad versus Iovinii
arrond. Epernay). 3) Imbetausius episcopus, Pri- fere concordant cum Passione martyrum Nicasii
migenius diaconus de civitate Rhemorum subscripse- episc. et Eutropiae, quam dedit Surius, AA. SS. t. VII,
runt actis concilii Arelatensis a. 314, Mansi II, p. 476. p. 1011; sed Passio multo brevior est et ex eodem
4) Vitam Materniani rhetorice amplificatam nulliusque fonte fluxisse videtur, ex quo noster hausit. Pro-
55 pretii dedit Papebrochius AA. SS. April. III, p. 759 sq. lixior hodie adhuc in Bibliotheca Remensi nr. K. 792.
5) Eandem epistolam laudat infra lib. III, c. 9 et 20. 772 asservatur; cf. 'N. Arch.' II, p. 311. Edjiam
6) De hac translatione cf. AA. SS. Oct. VI, p. 488; Coloniae 1483. legit Colvenerius.
Marlot I, p. 107. 7) Braux (départ. Ardennes,

vincias, intentione truncata Wandalarum multitudo propter accelerat; subversis multarum munitionibus urbium, gladioque interemptis utriusque sexus progenitoribus cum filiis, non aliam dignitatis gloriam, non aliud aliquid in temporalibus lucris tam desideranter concupiscere cernebantur^a, quam humanum haurire ac fundere sanguinem et christianorum dumtaxat sitire interfectionem. Sub huius vero tempestatis turbine gloriosi renebant in Gallis inter episcopos viri sanctissimi^b Remorum presul Nicasius et beatissimus Aurelianensis pontifex Anjanus, sanctus quoque Lupus Treccassinus et beatus Servatius Tungrensis antistes aliique nonnulli virtutibus insignes, qui hanc indignationis Dei suis meritis ac precibus iram diu differre certaverunt, ut, omnibus heresibus et pravitatibus populi restinctis, ad catholicam religionem et verum Dei cultum per poenitentiam revocarent ac tantae persecutionis et divinae animadversionis gladium ab ecclesiae cervicibus avocarent^c. Sed, pro nefas! — impius, ut scriptum est, *cum in profundum peccatorum venerit, contempnet*^d — salutaribus eorum preceptis nullatenus otempterant. At vir beatissimus Nicasius presul instantibus studiis continuisque doctrinis ac precibus populum Dei ad poenitentiam seu patientiam et triumphum martirii provocabat^e, ut, quos incauta prosperitas ad offensivam impulerat foveam, adversitatis devota tolerantia non iudicium dampnationis, sed gratiam purgationis causamque salutis efficeret. Interea castra metantur agmina Wandalarum circa urbem Remorum, 15 universaque regione depopulata, necesse tantum inibi habitantium ferventissime pertractantes christianorum, hos veluti deorum suorum inimicos et moribus paganorum contrarios interimere penitusque de terra delere ambiebant. Beatus itaque Nicasius animam suam pro fratribus, Christi sequens exemplum, ponere paratus, elegit obnixque proposuit, sibi^f commissum nullatenus omiltere gregem; prorsus iustitiae, aut cum eis pariter vivere, aut pariter quod eos Paterfamilias perpeti vellet sufferre, ne fugiendo Christi 20 videretur, sine quo non possunt homines vel vivere vel fieri christiani, deserere ministerium. Unde et, iuxta beati Augustini sententiam^g maiorem caritatis reperit fructum, quam qui^h non propter fratres, sed propter se ipsum fugiens atque comprehensus, non negavit Christum suscepitque martirium. Metuebat enim potius antistes sanctissimus, ne se deserente lapides vivi extinguerentur, quam ne lapides et ligna terrenorum aedificiorum se presente incenderentur; magis timens, ne destituta Christi corporis membra 25 spiritali victu necarentur, quam ne membra corporis sui hostili oppressa impetu torquerentur; paratus ad utrumque, ut, si non posset hic calix transire, fieret voluntas eius, qui mali aliquid non potest velle. Nec requirebat quae sua sunt; sed imitans eum qui dixit: *Non quaero quod mihi utile est, sed quod nullis, ut salvi fiant*; et ne magis fugiendo obsessus exemplo quam vivendo prodesset officio, nulla ratione consensus esse fugiendum; neque temporalem mortem, quae quandoque ventura est, etiam si caveatur, 30 sed aeternam, quae potest, si non caveatur, venire, et potest, si caveatur, etiam non venire, formidans; non sibi placens nec personam suam in tantis periculis fuga digniorem, utpote gratia excellentem, indicansⁱ, ne ministerium in his maxime periculis necessarium ac debitum subtraheretur ecclesiae; non ut mercenarius videns lupum venientem dimissis ovibus fugit, sed ut pastor bonus pro grege sibi credito animam paratissimus obtulit. Et, quod melius agendum invenire potuit, sedulas ad Dominum pro se 35 suisque fundere preces elegit. Fatigatis igitur tandem preliatoribus impugnatione continua, excubiis et inedia, furentibusque circumquaque hostibus ac fortiter bello concutientibus urbem, nimio terroris taedio civitas universa percussa, ad sanctissimum Nicasium in orationibus prostratum decurrunt, futuram paganorum victoriam pertimescentes et auxilium consolationis ab eo, velut a patre filii, requirentes. Interrogant, quid utilius consilii faciendum decernat, aut servituti sese gentium tradere aut ad mortem usque 40 pro salute urbis dimicare. Beatus autem Nicasius caelitus divina prescians revelatione Remorum subvertendam civitatem, consolans eos, infatigabiliter Domini supplicabat clementiae, quatinus haec^k tribulatio mortis temporariae non ad iudicium, sed ad indulgentiam persistentibus in vera fidei confessione proficeret; pro animae pugnare salute non armis visibilibus, sed probis docens moribus, non corporalium fiducia virium, sed spiritalium exercitatione virtutum. Hanc supernam iusto Dei iudicio^m peccantium 45 sceleribus excitatam demonstrans indignationem, certum salutis id predicans esse consilium, si ad divina compuncti flagella converterent animam, suscipientes haec non inviti aut desperantes ut iniquitatis filii, quin patientes ac mansueti ceu filii pietatis promissa regni caelestis premia percepturi; exortansⁿ eos spe salutis aeternae presentem^o devotissime sufferre tribulationem utroque^p se ipsos ad hanc offerre momentaneam necem^q, quo debitam reatibus perpetuae dampnationis evadere mererentur ultionem, quatinus eis mors praesens non supplicium, sed animarum fieret perhenne remedium. Pro inimicis eos etiam admonens exorare, ut tandem aliquando respicerent ab iniquitatibus suis et, qui ministri tunc videbantur impietatis, possent cultores nonnumquam pietatis sectatoresque fieri veritatis; se ipsum paratum^r esse depromens, ut bonum decet pastorem, pro ovibus animam ponere presentemque vitam contempnere, 50 quatinus ipsi peccatorum veniam et salutem secum mererentur aeternam accipere^s.

Aderat etiam germana sua beata Eutropia, virgo Christi sacratissima, quae ob castitatis munitionem sanctissimum semper imitandam et adhaerendam sequebatur episcopum, ut et ab spiritalibus aliena nequitia a Domino servaretur puritas mentis, et a carnalium corruptione delectationum tegetetur^t immunis integritas corporis. Ambo itaque plebem Dei pro viribus ad coronam martirii piis exortationibus animabant et agorem victoriae suae Domino precibus commendabant. Dei tandem decreto^u iudicio, irruptionis 60

a) cernebantur 1. 3. b) sanctissimi 2. c) avocarent 2. d) contempnit 1^a (?) 3^b. e) prevoc. 2. f) que deest 1^a (?) 3^b. g) chr. f. 2. h) deest 2. i) indicans 1^b. c. d. 2. k) haec illis tribul. 2. l) fiduciarum s. 2. m) iudicio 2. n) ita h. l. 1. plerumque 2. o) utroque 1. p) m, n. off. 2. q) c. p. 2. 3. r) percipere 2. s) tergeretur 1. t) de. irr. die iud. 2.

1) Augustini epist. 228, c. 3.

die, dum paganorum furibundum beatus presul Nicasius irruere comperit impetum, sancti Spiritus virtute roboratus, alma comitante sorore, cum hymnis et canticis spiritalibus ad ostium basilicae sanctae Dei genitricis Mariae, quam ab eodem in huius urbis arce fundatam memoravimus, traditur occurrisse; dumque divinae deditus psalmodiae versum Domino Daviticum pia voce decantat^a, inquit: *Adhaesit paci-*
5 meae anima mea, mox insequente gladio cervicem, caesi verbum pietatis ab ore non defecit; capite in terram cadente, immortalitatis, ut traditur, sententiam prosecuto: *Vitifica me, Domine, secundum verbum tuum*, inferendo. Sancta vero Eutropia videns impietatem circa se quasi mitigatam et pulchritudinem suam cum paganorum litibus reservatam, super eundem sacerdotis interfectorem insiliens magnoque clamore increpitans et ad martiri sui bellum provocans, sacrilegi alapa faciem percussit oculos divini
 10 virtute numinis evulsos in terram proditur effudisse. Quae mox insanientium ferro iugulata, sacro fuso sanguine, palmam victoriae cum germano suo pontifice Christi ceterisque triumphatoribus sanctis adipisci meruit^b. Fuero siquidem nonnulli tam ex clero quam ex^c laicali coetu constantiae huius consecutores ac comites, qui per presentis tolerantiae participationem aeternae beatitudinis cum hoc beatissimo patre suo consequi certavere communicationem. Inter quos Florentius diaconus et beatus Iocundus exitissio
 15 clarissimi referuntur, quorum capita Kemis post altare sanctae Dei genitricis Mariae tumulata servantur. Barbaros igitur de constantia virginis et profani spiculatoris, subitanea multatione^d stupefactos, expleta caede, sacro inundante cruore, terribilis omnes horror invasit, quasi caelestes acies dimicantes tanti sceleris vindices aspicientes, ipsa quoque horrendo reboante^e basilica sonitu. Relictis ergo passim spoliis, territa Wandalorum agmina, dum divinam metuunt ultionem, irrevocabili per diversa fugientes, invasam
 20 trepidi deserunt civitatem. Qua diu sic manente solitaria, christianis, qui ad munitiones montium fugerant, incursiones paganorum trepidantibus, paganis vero caelestes quos ibi pertulerant horrores pertimescentibus, sub divina dumtaxat angelicaque custodia sanctorum servabantur inibi martirum corpora, ita ut in noctibus a longe caelestia cernerentur lumina et, suavissimi sideris supernarum soni virtutum choreis dulciter reboantibus^f, audirentur a nonnullis carmina. Unde et caelestis victoriae revelatione confortati,
 25 tandem concives, qui ad sepelienda sanctorum corpora divina remanserant providentia, cum precum votis ad urbem regredientes, inestimabilem suavitatis odorem, ubi sanctorum decorabantur funera, hauriant; gaudioque permiscentes gemitum, lacrimosis Dominum laudibus magnificant, et ad tumulandum sacra se preparantes pignera, congruis ea circa civitatem locis veneranter recondunt. Beatissimi vero Nicasii presulis ac sororis eius sacratissima sollempniter in cimiterio sancti Agricolae^g templo quondam
 30 a Iovino christianissimo Romanae militiae magistro, longe scilicet ante, fundato magnificeque decorato collocant membra, ut appareat, instinctu divinae procuracionis ad celebritatis istorum dignitatem magis quam ad primae^h preparatum fuisse conditionis auctoritatem. Hanc autem basilicam prefatus vir [illustriⁱ]
 Iovinus his versibus aureo pretitulavit decore:

35 *Felix militiae sumpsit devota Iovinus
 Cingula, virtutum culmen protectus in altum,
 Bisque datus meritis equitum peditumque magister,
 Extulit aeternum seclorum in secula nomen.
 Sed pietate gravi tanta haec preconia vincit,
 Insignesque triumphos religione dicavit,
 40 Et quem fama dabat rebus superaret honorem
 Et vitam factis posset sperare perhenem.
 Conscius hic sancto manantis fonte salutis,
 Sedem vicacem moribundis^k ponere membris,
 Corporis hospitium lactus metator adornat,
 45 Reddendos vitae salvari providet artus.
 Omnipotens Christus, iudex venerabilis atque
 Terribilis, pie longanimis, spes fida precantum,
 Nobilis^l eximios famulis non imputat actus;
 Plus iusto fidei ac pietatis premia micant^m.*

50 Ubi posteaquam sunt horumⁿ deposita^o sanctorum^p martirum corpora, innumerabilibus^q eadem ecclesia constat miraculorum signis redimita, ut et eorum meritis ac precibus multitudine languentium recuperationis inibi percipiat alacritatem, et exemplis ipsorum plebs ad caelestem^r discat properare sublimitatem. — Meminit huius barbaricae persecutionis beatus Iheronimus, scribens ad quendam adolescentulam viduam Aggeruchiam^s nobilem et exhortans eam de perseverantia viduitatis, ita memorando inter cetera: *Innumerabiles et ferocissimae*
 55 *nationes universas Gallias occuparunt. Quaequid inter Alpes et Pirenum, quod Oceano et Reno includitur, Quodus, Wan-*
datus, Sarmata, Alani, Gepides^t, Heruli^u, Saxones, Burgundiones, Alamanni et, o lugenda res publica! hostes Pannonii vastaverunt. Elenim Assur venit cum illis. Magunciacus^v nobilis quondam civitas capta atque subversa est, et in ecclesia multa hominum^w milia trucidata. Wangiones longa obsidione deleti. Remorum urbs prepotens, Ambiani, Atrabates^x extremeque

60 a) decantaret 2. b) promeruit 2. c) deest 2. d) roboante 2. e) roboantibus 1. 2. f) apprimere 2. g) deest 1. 3. h) moribundus 2. i) nobis 2. k) vincant 1. 3. l) s. d. e. m. 2. m) i. e. cad. ec. 2. n) e. devota 3 et coder Nicolai Chesneau; v. Colcener. p. 33. o) Aggeruchiam 1. a. 3. b. p) ita 1. Her.; Gepides 2. 3. q) Heruli 1. a. d; Erudi 1. b. e. r) Magone. 1; Mogune. 2; Magont. 3. s) mi. b. 1. 3. t) Atrabates 2; Atrabates 3.

1) Nunc ecclesia Sancti Nicasii. Cf. Marlot 1, p. 75. 2) Ed. Vallars. I, p. 913.

hominum Morini, Tornacens, Nemetes, Argenloracus translatæ in Germaniam. Aquitanias Novemque populorum, Lugdunensis et Narbonensis provincie præter paucas urbes cuncta populata sunt. Quas et ipsas foris gladius, intus vastas famas et cetera. In prefata denique basilica beatus Remigius morandi^a traditur habuisse consuetudinem, quatinus sanctorum martirum meritis, ut erat spiritu semper, ita proximus redderetur et corpore. Monstratur adhuc aedicula^b secus altare, ubi secrete Domino vacare et Inspectori summo beatissimæ speculationis hostias, turbis remotus popularibus, devotissime consueverat immolare. Isto^c enim intentus his debebat officiis, quando, comperto urbis incendio, cum Divinitatis invocatione deproperans, sanctorum fultus suffragio lapidibus ecclesie graduum deinceps expressa reliquit vestigia.

7. De miraculis ipsius ecclesie.

Diversis etiam multimoda clarificatione fertur hæc illustrata temporibus aedes. Sed nos unum tantum, quod nostris fere diebus actum^d, referentibus nostris qui interfuere patribus, agnovimus, propalandum putavimus. Sollemnitatis hiemali tempore profectum agebatur martirum, quæ solito 19. Kal. Ianuarias celebrari consuevit. Ad cuius celebritatis vigiliis fratres temperius exurgentes, custodes ipsius ecclesie dormientes, ostia quoque diligenter obserata reperiunt. Quæque diutius obtendo pulsantes, dum neminem responsa dantem deintus accipiunt, domum presbiteri petunt, portamque crebris incutientes ictibus et tecta lapidibus verberantes, ubi nullum sibi qui pandat^e excitare prevalent, templi ianuam repetunt, quam sponte patentem reperiunt, accensa luminaria cuncta vident, sed auctorem facti neminem intus aspiciunt. Sicque post orationem Christo gratias agentes, nocturnas ineunt laudes. Quibus iam magna parte decursis, ad horum voces presbiter excitatur, rem cum suis admiratus, hymnos dicturus cum ceteris stupefactus appropreat. Nullumque demum accensionis huius vel reserationis reperire queant administratorem, nisi summum divini^f dumtaxat muneris Largitorem, qui sanctorum suorum iugi mirorum splendore propagare non desistit honorem.

Huius autem beati^g pontificis et martiris pignera quaedam Noviomagensium episcopus quidam obtenta suam perlulit ad civitatem. Quæ tam apud Noviomum quam et apud Tornacum castrum, ubi nunc quoque servari perhibentur, claris multisque referuntur illustrata miraculis. Postea vero cetera corporis eiusdem martiris Folco^h archiepiscopusⁱ simul cum corpore beatæ sororis eius Eutropiæ intra Remensia transvexit moenia retroque post altare sanctæ Dei genitricis Mariæ, ubi ea modo veneramur, iuxta beati papæ Calixti membra debita recondidit^j reverentia^k.

8. De sancto Oriculo et sororibus eius.

Sub eadem Wandalarum vel Hunorum persecutione quidam Dei servus Oriculus nomine Deo vacabat cum sororibus suis Oricula^l et Basilica in hoc eodem episcopatu Remensi, in pago Dulcamensi, vico Sinduno^m, in ecclesia quam construxerat; ubi fertur quoque peremptus a barbaris cum predictis sororibus suis. Traditur etiam caput suum, postquam decollatus est, ipse in quodam fonte lavisse. De sanguine quoque suo signum crucis, quod adhuc manifeste parereⁿ dicitur, in quadam petra digito^o figurasse suo, et proprium manibus caput ferens, sepulchrum, quod sibi condiderat^p, expetisse. Ad quod multa miracula referuntur ostensa. Erat olim quidam rusticus ibi manens, cui revelatio in somnis facta est, ut fontem, de quo caput sibi sanctus Dei, ceu diximus, laverat, tecto cooperiret. Qui postquam his admonitus facere^q id distulit, infirmitatem^r decidit, in qua integro anno aegrotans decubavit. Post hæc 40 votis, ut iussa compleret, promissis, convaleuit, et fontem ligneis tabulis circumdans, operuit. Ex quo fonte potantes a diversis multi curantur langoribus. Presbiter eiusdem loci nomine Betto^s balneum ex ipsius puteo, quem^t infra ecclesiam hic sanctus martir edidisse traditur, sibi parari precepit; quo postquam ablutus est balneo, sic elanguit, ut usque ad anni terminum aegrotus iacuisse nec adhuc perfecte postea reviguisse constiterit. Quorum sanctorum corpora uno dudum sarcophago recondita tem- 45 pore Seulf^u archiepiscopi levantur e terra, humo prius sponte patefacta, et loco in quo iacebant ultro sursum mirabiliter elevato.

9. De successoribus beati Nicasii.

Post prememoratam Wandalarum discessionem beato Nicasio Baruc episcopali sede traditur successisse. Quem Baructius, inde Barnabas subsecuti feruntur, tum Bennadius; cuius tamen Bennagi^v nomen in testamento suo propria ipsius manu, velut inibi legitur, perscripto reperitur caraxatum. Huius enim ipse testamenti auctoritate rerum suarum

a) orandi 2; inorandi 1 b. b) aedicula 2. c) Istue 2. 3. d) actu 2. e) pendat 1. f) du, div. 2. g) deest 2. h) Fulco 3. i) recondit 1. k) Oricola 2. l) apparere 3. m) d. s. f. 2. n) construxerat 2. o) id f. 2. 3. p) in inf. 3. q) Beto 2; Becco 1 b. c. r) quod 1. s) Benagi 1.

1) A. 882—901. 2) Post sub Gervasio archiepiscopo mensi a Colvenerio exscripto traditur. 3) Intelligunt Senec villam (départ. Ardennes, cant. Grandpré), ecclesia, quod incendium universæ civitati minatur 4) A. 922—925. 5) A. 882—901. 6) Post sub Gervasio archiepiscopo mensi a Colvenerio exscripto traditur. 7) Intelligunt Senec villam (départ. Ardennes, cant. Grandpré), ecclesia, quod incendium universæ civitati minatur 8) A. 922—925.

ruinam, ea Remos relata esse, loco ex Breviario Re-

heredem Remensem fecit ecclesiam cum fratris sui filio, quem in sacro fonte sub gratiae sempiternae traditione se commemorat suscepisse. Inter cetera vero vas argenteum ab antecessore suo sanctae recordationis episcopo Barnaba sibi, ut meminit, testamento collatum ecclesiae suae delegat heredi; quod ad ipsius ornamentum, cum illud proprios distrahere potuisset in usus, se assertit reservasse. Deputat et solidos 20 ad eiusdem ecclesiae reparationem cum agellis et silvis, presbiteris ipsius ecclesiae solidos 8, diaconibus solidos 4, ad captivos solidos 20, subdiaconibus solidos 2, lectoribus solidum 1, hostiariis et exorcistis solidum 1, sanctimonialibus et viduis in matricula positos solidos 3. Heredem suam subinferendo^b alloquens ecclesiam, ut in se ducat esse collatum, quicquid presbiteris, diaconibus ac diversis clericorum scolis, captivis quoque et pauperibus pro refrigerio sui fuisset in commemoratione devotum.

10. De sancto Remigio.

Prefato Bennagio beatissimus succedens Remigius, imbuendis ad fidem prefulgidum surrexit lumen gentibus. Quem divina pietas, ut Fortunatus quoque poeta noster asserit¹, non solum priusquam nasceretur, sed et antequam conciperetur, elegit, in tantum, ut Montanus quidam monachus, dum levissimo sopore quiesceret, tertio fuisset admonitione pulsatus, ut^c matri suae benedictae Ciliniae, quod masculum conceptura esset, veridica relatione predicaret et nomen eius vel meritum designaret. Hic² itaque Montanus in reclusionem solitariam vitam ducens, ieiuniis, vigiliis et orationibus assidue^d vacans, ceterarum quoque virtutum insignibus Divinitati se commendabilem reddens, dum supernam Christi clementiam pro pace sanctae ipsius ecclesiae, quae variis apud Galliarum provincias vexabatur afflictionibus, indefessis precibus exoraret; ubi^e quadam nocte, carnis compellente fragilitate, membra permittit sopori reparanda^f quieto, angelicis subito per divinam gratiam choris sanctorumque sibi videtur animarum coetibus interesse, celeberrimum quoque haurire colloquium, eosque de Gallicanae deiectione vel restitutione ecclesiae conferentes et, quia iam tempus esset miserendi eius, percensentes audire. Interea vocem a superioribus atque secretioribus suavissime intonantem excipit: quod Dominus de excelso sancto suo prospexit, de caelo in terram aspexit, ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemptorum, ut annuntiaret nomen eius in gentibus, in conveniendo populos in unum et reges, ut serviant ei; et quod Cilinia in^h utero concipiens, filium pareret nomine Remigium, cui salvandus foret populus committendus. Vir igitur iste venerabilis, tanto percepto solamine, post tertiam^c divinae super his preceptionis admonitionem visionis aetherae nunciat oraculum Ciliniae. Haec autem beata genitrix in flore dudum juvenutis ex unico viro suo Aemilio^g pepererat Principium, Suessorum civitatis postea sanctum episcopum et patrem beati Lupi, eiusdem Principii successoris. Mirari^h beata Cilinia, utpote iam protracta, quoniam pacto sit anus paritura vel sobolem lactatura. Et quia tam vir eius quam ipsa diebus iam multis processerant, effecti^k et carnae infecundi, nec spes eis ulterius procreandi nec appetitus inerat pigneris. Beatus vero Montanus, ut meritis accresceret patientiae, corporaliu[m] frustratus^l oculos ad tempus extiterat lumine. Qui dictis ut fidem faceret, oculos sibi lacte ipsius asserit perungendos, moxque lumen amissum pueri sibi fotu recipiendum. Gavisus ergo de tanta consolatione parentibus, concipitur futurus Christi pontifex; cuius adminiculante gratia feliciter editus, nomen sacro sumit e fonte Remigius. In cuius lactatione promissum pridem vati gaudium veraciter adimpletur, dum eius oculis beatae matris illius lacte tactis lumen olim perditum reparatur. Ortus est autem puer iste, preconiis declaratus antequam natus, in pego Laudunensi, alio parentum sanguine, iam^m lamen senum diuque sterilium, resplendens, insigneⁿ miraculatus in ortu, qui magnifice disponebatur mirificandus in actu^o. Nomen illi digne divina inponitur iussione Remigius, utpote qui ecclesiam Dei specialiterque Romorum in huius fluctuantis mundi^p salo remis erat doctrinae rector et ad portum salutis aeternae meritis et orationibus perductorus. Remedium tamen eum fuisse vocatum in veteribus quibusdam reperitur scriptis; quod, et merita vel acta ipsius attendentes, rite crederemus, nisi gestis emendatioribus oraculo illum divino Remigium nuncupari debere cognosceremus. In versibus etiam ab eo compositis et eius precepto in vaso quodam per eundem Deo dicato sculptis ita lectum asseritur:

*Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro,
Intecto aeternus quem fudit vulnere Christus.
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos.*

Quod vas usque ad moderna^q tempora perduravit, donec fuscum Nordmannis^r dudum in redemptionem datum est christianorum.

Huius³ beatissimi Remigii nutrix beata Balsamia fuisse traditur, quae mater extitisse sancti Celsini memoratur. Qui et ipse beati Remigii discipulus fuisse familiaris asseritur, miraculis quoque^s postmodum claruisse dinoscitur et aequorum maxime votis adhuc insignis habetur; in cuius^t et ipsa beata genitrix eiusdem^u requiescit ecclesia. Traditus a parentibus scholae beatus Remigius litteris imbuendus, brevi coaevis, sed et natu maioribus doctrina eminentior est effectus, cunctos superans condiscipulos morum maturitate ac benivolentiae caritate, populorum studens turbas vitare atque solitarius in reclusionem Domino deservire. Quod et obtinuit, habitaque sanctae conversationis studiis adolescens pius inclusione^v, Lauduni Christo militavit.

a) sem. gr. 2. b) suam sibi inferendo 2. c) uti 2. d) deest 1; continue Vit. e) deest 2. f) q. r. 3. g) prospexerit-aspexerit 2: 3. h) i. u. des. 1 p. r. 3. i) Mirari 3 p. k) effecti 1. l) privatus 2. 3 p. m) dum 1. n) i. a. m. 2. o) ita 2. Vit.; vitae 1. 3. p) nostra Vit. q) Normannis 2. saepius. r) quoque et 2. /s) i. p. a. 2.

1) Exscripsit illam quae Venantio Fortunato attribuitur Vitae, AA. SS. Oct. I, p. 128 sq. 2) Ab h. l. impresserunt, nondum legebantur. 3) Haec in codicibus vitae, quos Surius et Suyskenius impresse- runt, nondum legebantur. 4) Celsini, quae totam fere Vitam multo prolixiorem auctore Hincmaro (Migne CXXV, p. 1129 sqq.) usui suo adaptavit.

Hinc. Vit.
Rem. c. 6.

11. De ordinatione ipsius ad episcopatum Remensem.

Ast ubi vicesimum secundum aetatis subit annus, defuncto prefato venerabili Bennadio archiepiscopo, in hac urbe Remensi omnium generaliter votis ad apicem pontificatus non tam electus quam raptus fuisse dinoscitur. Fito siquidem populi concursus, diversi quidem sexus, conditionis, dignitatis et aetatis, una eademque sententia hunc vere Deo dignum et qui populis profici deberet acclamantis. Sanctissimus igitur adolescens his depressus angustiis, quoniam nec fugae locus ei usquam patebat nec populo, ut ab intentione coepta desisteret, ullo modo satisfacere poterat, super aetatis infirmae coepit conquiri tempore et, quod ecclesiastica regula hanc aetatem ad tantam non admitteret dignitatem, voce publica predicare. Sed cum irrevocabili populi acclamaret frequentia, et vir Dei magna roniteretur constantia, placuit omnipotenti Deo manifestissimis indicis propalare, quod ipse de eo iudicium dignabatur habere. Traditur enim, caelestis radii lumen super ipsius sanctum subito descendisse verticem et cum ipso lumine caelitus eius infusum capiti unguinis divini liquorem, cuius sacri nectaris eiusdem totum videretur caput infusione delibutum. Omni ergo posthabita dubitatione, presulum Remensis unanimiter provinciae pontificali consecratur benedictione. Ad quod officium mirifice mox devotus et aptissimus apparuit exequendum; largus in elemosinis, sedulus in vigiliis, attentus in orationibus, in humanitate profusus, in caritate perfectus, in doctrina precipuus, in conversatione sanctissimus. Mentis purissimae sinceritatem pii vultus prefebat alacritate elementissimique cordis benignitatem sermonis indicabat tranquillitate. Saluta aeternae munia non minus implens opere quam edocend' predicatione, reverendum adspexit, venerandus inaccessu, metuentis severitate, amplectendus benignitate, censuram districtioris permissione temperabat mansuetudinis. Minari quidem Paulus videretur in spiritu. Sicque gratiarum diversitate in unum conveniente, illius pietatis, huius erat imitator auctoritatis; neglector quietis, refugus voluptatis, appetitor laboris, patiens abiectionis, inpatiens honoris, pauper in pecunia, dives in conscientia, humilis ad merita, superbus ad vita. Et, ut ante nos de ipso predicatum legitur, sic in se diversas excoluit gratiarum virtutes, ut vix ita pauci tenerent singulas, quomodo ille implevit universas. Semper in sancti operis exercitio, semper in compunctionis affectu; nulla illi ex omnibus propensior cura, nisi aut de Deo in lectione atque sermone aut cum Deo in oratione loqui. Sicque attenuato continuatis ieiuniis corpore, de persecutore ipso iam dudum predicatum legitur, iactantiam virtutum fugere, in quo non poterat gratia celsa latere. Preminuebat enim in admirationem omnium, veluti civitas supra montis verticem sita; nec sub medio voluit Dominus hanc oculi lucernam, quam supra candelabri constituerat eminentiam, igne divinae tribuens eam caritatis ardere claraque splendorum ecclesiae suae virtutum lumina ministrare.

12. De diversis ab eo patratris miraculis et doctrina ipsius.

At cuius sanctitatis innocentiam non solum rationabilium, sed etiam irrationabilium consueverat agrestia corda mansuescere, adeo ut, dum inter domesticos secretius eum contigisset habere convivium et delectaretur in hilaritate carorum, passeres ad eum sine trepidatione descenderent et mensae reliquias ab eius manu colligerent, discederent alii saturi, accederent alii saturandi. Quod ab eodem nequaquam iactantia propalabat meritorum; sed id Dominus agi certa disposuerat utilitate convivantium, ut hoc aliisque frequentissimis per hunc Christi famulum visis miraculis sese dominicis ferventius studerent mancipare servitii.

Hic vir beatissimus cum ex more quodam tempore pastoralis solertia parrochias circumiret, ut, si negligenter aliquid in divinis cultibus ageretur, fidelis Christi servus agnosceret, in vicum Culmiciacum nomine ipsius accessit studi devotione. Ubi dum quidam caecus ab eo misericordiae postulasset opem, coepit, qua dudum captus fuerat infestatione demonis, vexatione torqueri corporis. Tunc sanctus Remigius in oratione, qua Deo semper sancta intentione vacabat, corporea se deiectione prostravit, statimque pristinum caeco lumen reddens, immundi quoque pestem spiritus effugavit triplici remedio, victus solans egenum, munerans visu caecatum, restituens libertati captivum. Alio quoque tempore dum pontificali sollicitudine parrochiam peragraret, rogatus a quadam sobrina sua nomine Celsa, Deo sacrata, villam suam nomine Celtum adiit. Ibi dum beatus vir spiritualibus colloquiis vitae propinat hospiti de more pocular, minister prefatae Celsae vini sufficientiam dominae suae nunciavit non adesse. Re huiusmodi cognita, sanctus Remigius hanc hilari consolatur vultu et post blanda verbi solamina eiusdem sibi domus ostendi precepit habitacula. Sicque de industria prius perlustrans cetera, tandem ad cellam pervenit vinariam; quam sibi faciens aperiri, rogat, si forte remanserat in aliquo vasorum quidpiam vini. Et designato sibi vase, in quo tantillum vini, pro salvando scilicet eodem, relictum fuerat, claudi precepit ostium iussuque consistere loco cellerarium, ipse vero ad alteram accedens vasis frontem, super idem, quod erat non modicae quantitatis. Christi annotat crucem, flectensque genua secus parietem, caelo devotam dirigit precem. Coepit interea, mirum dictu! vinum per foramen superius exundare ac supra pavimentum habundanter effluere. Exclamat hoc viso cellerarius stupore percussus. Sed mox a sancto viro repressus, ne id palam faciat, perhibetur. At quia tam clari lumen operis minime valuit abscondi, ubi consobrina sua factum comperit, eandem villam ipsi et ecclesiae ipsius perpetim possidendam tradidit ac legali iure confirmavit. Huic simile ferme miraculum ab eodem domino Remigio in olei fertur liquore patratum. Cum aegrotus quidam familiae non ignobilis, nec tamen baptizatus, a sancto Remigio se visitari postulasset, et iam velut in ultimo spiritu se credere fateretur, nec zari deposceret, beatus pontifex a presbitero loci oleum et crisma requirrens, iamque penitus in ampullis utrumque defecisse comperiens, ipsas ampullas pene vacuas super altare posuit ac sese in oratione prostravit. Surgens autem ab oratione, vascula plena reperit; et sic infirmum oleo divinitus dato perungens, ecclesiastico de more baptizavit et crismate caelitus collato sanavit, redditaque sanitate, tam animae salute quam corporis incolunitate donavit. Humani denique generis hostis ostendere nequitiam non desistens suae malignitatis, urbem Remorum, surgentibus flammis subito globis, inuissione dira succendit, crudelique vastatione iam partem fere tertiam concrenatio perfecta consumperat et, quod residuum erat victrix flamma lambebat. Cuius rei nuncium beatus antistes accipiens, ad solita sese confert orationis presidia,

a) fuit 2. 3. b) indicium 2. c) deest 1. d) refugus 1. e) pr. e. o. c. 2. f) ad 3 h. g) huius 2. h) iussus 2. 60
i) frequentius 2; propensius Vit. k) q. p. s. t. parr. 1. l) Culmiciacum 2. m) da 2. Vit.; extiterat 1. 3.
n) reddens 2. 3; reddidit Vit. o) victum 1. p) sta 2; v. ipsius vocabulo 1; v. suae proprietatis nomine Vit. q) spiritualis
colloqui 2. r) poculam 2. s) sta 1. Vit.; remanserit 2. t) v. a. 2. u) inhibetur 1. 3; precepit Vit. v) et etiam 2.

1) Chaumuzy (arrond. Reims).

et in beati Nicasii martiris basilica, ubi tunc temporis morandi consuetudinem fecerat, Christi prostratus exposcit suffragia. Hinc Vit. Surgenquo ab oratione, oculos ad caelum attollit, et exclamans cum gemitu, ait: 'Deus, Deus meus, adesto voci meae!' Rem. c. 23. Siquae cursu concito per gradus ante ipsam lapidibus stratos ecclesiam ascendens, civitatem petit. In quibus graduum lapidibus aesi supra molle lutum depressa hodieque ad memoriam divini miraculi signata visuntur vestigia. Celerique festinatione deproperans, se flammis obicit; statimque ut, extensa contra ignem dextera, signum crucis cum invocatione Christi nominis edidit, totum illud incendium, fracta et in sese relia virtute, cedere atque ante viri Dei presentiam quasi fugere coepit. Quod beatus Remigius insequens et se inter ignem et ea quae adhuc videbantur intacta cum signo sanctitatis opponens, hanc omnem flammaram immanitatem ante se fugientem per patentem portam, fulus divinae potentiae presidii, expulit, et eandem portam clausit, utque nunquam aperiretur ab aliquo, cum interminatione vindictae in eum qui vetia haec presumpsisset, inhibuit. Post aliquot vero annos civis quidam nomine Fercinctus, secus ipsam portam commanens, maceriem^b, qua eadem porta fuerat obstructa, ut suae domus hinc eiceret rudera, perforavit. Sed mox ultio tanta fertur eius audaciam consecuta, ut non pecus nec homo, clade superveniente, in eadem remanserit domo. — Quaedam puella, preclaris ab urbe Tolosa^d natalibus orta, maligni spiritus ab infantia tenebatur obsidione captiva. Quam e 25. cum tenero genitores amore diligenter, ad sepulchrum sancti Petri apostoli cum magna devotione duxerunt. In eisdem namque partibus enitebat tunc virtute venerabilis Benedictus, plurimis effulgens virtutibus. Cuius comperita fama, puellae parentes hanc ad eundem perducere satagunt. Qui multis ieiuniis et orationibus pro ipsius emundatione laborans, cum diri serpentis virus ab ea non valuisset eicere, hoc tantum responsi nominis divini obstatione ab antiquo extorquere potuit hoste, quod nunquam alterius de eodem habitaculo nisi huius beatissimi Remigii pontificis orationibus posset expelli. Tunc parentes eius tam ipsius beati Benedicti quam etiam Gothorum regis Alarici affatibus suffragati, eorumque litteris ad beatum Remigium datis, ut traditur, freti, ad eundem sanctum antistitem cum devincta sobole pervenerunt, virtutem deprecantes eius in purgatione proli agnoscere, quam latronis iam presciverant confessione. At beatissimus Remigius cum diuturna reluctance se non esse dignum assereret et humilitate solita repugnaret, precibus est populi supplicantis evictus, ut orationem pro ipsa funderet ac parentum lacrimis condoleret. Meritis itaque sanctitatis armatus, verbi precepti imperio, ut iniquis prelo, per quod ingressus fuerat discedens, Christi famulam relaxaret. Siquae cum nimio vomitu et obsceno foetore per os, quo fuerat intronatus, abscessit. Sed paulo post recedente pontifice, dum nimio labore fessa nutaret, vitae calore privata spiritum vitalem amisit. Iteratis ergo precibus turba supplicantum recurrit ad medicum. Beatus autem Remigius se potius accusat facinus perpetrasse, quam sanitatis remedium indulsisse, homicidiique reum ex-tituisse, non remedium contulisse. Igitur ad sancti Iohannis basilicam, ubi corpus iacebat^e exanime, populi obtentus depre-catione regreditur, ibique cum lacrimis ad pavimenta sanctorum in oratione prosternitur et reliquos, ut ita facerent, ad-30. apprehensa manu pontificis, cum integra incolumitate surrexit et ad propria feliciter remeavit.

Cuius^f vero^g doctrinae, cuius sanctitatis atque sapientiae beatissimus hic pater^h nitore radiaverit, opera testantur ipsius, quia vera procul dubio sapientia esse dinoscitur, quae operum exhibitione, velut arbor fructibus, approbatur. Testatur gens Francicaⁱ per eum ad fidem Christi conversa et baptismi sanctificatione consecrata. Testantur diversa prudentis-35. sime ab ipso tam facta quam predicata. Testantur diversae ipsius personae temporis; ex quibus Sidonii Arvernorum episcopi, viri eruditissimi et tam genere quam religione ac ser-mone clarissimi, epistolam huic beatissimo pontifici directam inserere placuit.

Sidonius domino papae Remigio salutem. Quidam ab Arvernis Belgicam petens — persona mihi cognita est, causa Sid Ap. incognita, nec refert —, postquam Remos advenerat, scribam tuam sive bibliopolam, precio fors fuerit officiove demeritum, 1X, 6. copiosissimo velis notis declamationum tuarum scedia^l emunxit. Qui redux nobis atque oppido gloriabundus, quippe per-ceptis tot voluminibus, quaecumque detulerat, quamquam mercari paratis^m, quod civisⁿ, nec erat iniustum, pro munere in-gressus^o. Curae mihi et vestigio fuit hisque qui student, cum merito lecturivemus, plurima tenere, cuncta transcribere. Omnium assensu pronuntiatum, paucos nunc posse similia dicere. Etenim rarus aut nullus est, cui meditando par assistat dispositio 45. per causas, positio per litteras, compositio per sillabas. Ad hoc oportunitas in exemplis, fides in testimoniis, proprietates in epithetis, urbanitas in figuris, virtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen^p in clausulis. Structura vero fortis et firma conjunctionumque perfectarum nexa caecuris insolubilibus. Sed nec hinc minus lubrica et levis ac modis omnibus erotundata; quaeque lectoris linguam inoffensam decenter p[er]pedit, ne salebrosas^q passa iuncturas, per cameram palati volutata balbutiat. Tota denique liquida prorsus et ductilis, veluti cum crystallinis crustas aut onichintinas non impacto 50. digitus ungue perlucet, quippe si nihil eum ramosis obicibus exceptum tenax fractura^r remoretur. Quid plura? Non exiat ad presens viri hominis oratio, quam perita tua non sine labore transgredi queat ac supervadere. Unde prope suspicor, domine pape, propter eloquium exundans atque ineffabile, venia sit dicio! te superbare. Sed licet bono fulgese ut conscientiae, sic dictionis ordinalissimae, nos tamen tibi minime sumus refugiendi, qui bene scripta laudamus, etsi laudanda non scribimus. Quocirca desine in posterum nostra declinare iudicia, quae nihil mordax, nihil quoque minantur increpa- 55. torum^s. Alioquin, si distuleris nostram sterilitatem facundis secundare colloquiis, accupabimur mundanis involantem, et ultro scripna tua, conientibus nobis ac subornantibus, effractorum manus arguta populabitur; inchoabisque tunc frustra moveri spolatus furto, si nunc rogatus non moveris officio. Memor^t nostri esse [dignare^v], domine papa.

13. De conversione Francorum.

Cuius autem prudentiae, quam sancti studii noster hic pater ac pastor almus extiterit, 60. quam fidelis et prudens in eroganda Domini sui pecunia vigerit, Francorum, ut pretulimus, ab idolis ad Deum verum facta per ipsum probat conversio. Qui Gallicas^u eo tempore,

a) Celeri denique 2. 3; Et sic celeri Vit. b) materiam 2. c) non 2. d) Tholosa 2. e) deest 2. f) Huius 1. g) deest 2. h) p. Remigius 2. i) Francia 2. k) fuit 2. l) scedia 2. m) ita 1* (?). 3; paratus 1b. c. d. 2. n) cuius 1; locus corruptus, utilius emend. Sirm. in edit. Sidonii. o) iniecit 2. p) firmamentum 2. q) salubrosas 1. 65 r) factura 1. s) increpatorum 1. t) Memor — papa des. 1. u) deest 2; supplevi ex 3 et Sidonio.

1) Sequitur noster Vitam Remigii ab Hincmaro compositam c. 29 sqq., sed verba et sensum mutat; nota imprimis, quod in Francos invehitur atque Coloniam civitatem Galliae dicit.

cf. Hinc. Vit.
Rem. c. 29.

- transito Reno, depredabantur provincias et Agripinam iam Coloniam, quasdam quoque alias occupaverant Galliae civitates. At postquam rex ipsorum Clodoveus Siagrium, Romapum quendam principem, qui Galliis tunc preerat, evicit atque peremit, omni pene Galliae dominari coepit. Comperta bestissimi gestorum^a fama Remigii, quod scilicet ceteris^b virtute sanctitatis ac sapientiae.
- c. 30. miraculorum preclaris exhibitione, reverebatur eum, et licet paganus, diligebat tamen illum. Quo quondam seens urbem^c Remorum transitum faciente, a quibusdam militibus eius agminis ablata quaedam Remensis ecclesiae vasa referuntur. Ea inter arceus etiam magnus argenteus et decora pulchritudinae comptus, pro quo beatus Remigius legatos ad eum direxisse traditur, ut illum saltem reciperere mereretur. Ast ubi ad locum divisionis predae ventum est, rogat rex milites suos, ut ipsum sibi dare ne renuant arceum. Pluribus igitur annuentibus, quidam Francus bipenni percussit arceum, nihil hinc a rege nisi sorte tollendum proclamat. Obstupefactis hac temeritate ceteris, rex iniuriam patienter ad tempus tolerans, apprehensum plurimis faventibus vasculum ecclesiastico reddidit misso, iram sub corde tectam reservans. Peracto denique anno, cunctum sui exercitus apparatus solito profire iubet in campum, ut armorum speculetur de more nitorem; quem conventum a Marte Martium vocare consueverant^e. Rex ergo instructas circumiens rite phalanges, ad eum qui dudum percussit arceum pervenit, spretisque ipsis armis, eius tandem franciscam proiecit in terram. Ad quam recipendam inclinato^d militi rex in caput suam defigit bipennem, quam pridem in vase perpetraverat, cum incre-
- c. 31. patiosis acerbitate rememorans presumptionem. Quo sic interempto, timor ingens regis hac super ultione ceterorum perstringit corda Francorum. At postquam Clodoveus Thoringiam^e sibi provinciam subiugavit et regnum vel ditionem suam dilatavit, etiam Rothildum, filiam Chilperici, fratris Gundeaudi Burgundionum regis, in matrimonium sumpsit. Quae cum esset christiana et filios ex rege susceptos baptismate consecrari, marito quoque nolente, fecisset, etiam virum ad fidem Christi perducere conabatur; sed animum barbari mulier ad credendum flectere non valebat. Interea bellum Francis^f adversus Alemannos accidit, et Francis caede nimia corruebantibus, rex ab Aureliano consiliario suo suadet, ut credens in Christum ipsunquam Regem regum et caeli ac terrae Deum invocet confitens^g, qui ei victoriam^h pro velle possit conferre. Quod cum fecisset Christique suffragium iam devotus expetisset flectendumque se christianum votisset, si virtutem ipsius in capiendo victoriam experiri meruisset, post huius voti pollicitationem mox in fugam vertuntur Alemanni, regemque suum confertim interfectum, Clodovei se subdunt ditioni. Quos illeⁱ sub iugo constituens tributario^j, revertitur victor^k in sua, gaudium referens magnum reginae, quod ad invocationem scilicet Christi nominis victoriam meruerit obtinere.
- c. 32. Tunc regina beatum Remigium vocat, deprecans, ut regi viam salutis ostendat. Quem sanctus sacerdos doctrina vitae salutaris^l informans, ad baptismi commonet venire sacramenta. Ille se, populum super his exortatum ire respondens, affari studet exercitum, ut deos, qui eis^m subvenire non poterant, deserentes, ipsius cultum suscipiant, qui tam preclaram largitus eis victoriamⁿ fuerat. Conclamant multitudo, divina se preveniente gratia, mortales se deos relinquere^o atque in Christum, qui sibi presidio fuerat, credere. Nuntiantur haec sancto Remigio, qui magno repletus gaudio, regem populumque, qualiter diabolo et operibus ac pompis ipsius abrenunciantes Deum verum credere debeant, instruere satagit. Et quia passatis sollempnitas imminuebat, indicit eos ieiunium iuxta morem fidelium.
- c. 33. Die vero passionis dominicae, pridie scilicet antequam baptismi gratiam percepturi erant, post hymnos precesque nocturnas presul cubile petiit, ut, absoluto curis secularibus rege, liberius ei committere sacri valeret misteria^p verbi. Quo reverenter a cubiculariis admissis, rex prosiliens obvius alacriter occurrit, et oratorium beatissimi apostolorum^q principis Petri, cubiculo regis forte contiguum, pariter ingrediuntur. Cumque dispositis sellilibus pontifex, rex atque regina consedisent, inromissis quibusdam clericis, sed et^r aliquibus regi necessariis ac domesticis, et venerabilis pater regem monitis imbueret salutaribus ad corrobendam salutiferam fideli servi sui doctrinam, Dominus etiam visibiliter dignatus^s est ostendere, sese fidelibus suis in nomine suo congregatis, ut promiserat, semper adesse. Repente namque^t lux tam copiosa totam replevit ecclesiam, ut solis videretur evincere claritatem. Mox cum luce vox facta est, inquit: Pax vobis, ego sum; nolite timere, manete in dilectione mea. Post quae verba lux quae advenerat abcessit, sed ineffabilis odor suavitatis in eadem domo remansit, ut evidenter valeret agnosci, lucis, pacis atque pie dulcedinis^u illuc^v auctorem venisse.
- c. 34. Beatus etiam presul ex eodem lumine non modicum visus est vultus fulgorem traxisse. Rex igitur atque regina pedibus almi sacerdotis astrati, cum magno pavore ipsius requirunt consolationem audire, opere adimplere parati quae propalarentur ore patroni. Delectabantur etenim verbis quae audierant, interius illuminati quam viderant luce, licet exteriori terribi luminis claritate. Sanctus autem pater supernae repletus splendore sapientiae, de caelestis eos instruit visionis consuetudine, quae adventu quidem suo corda mortalium terret, sed timorem precedentem subsequenti^w consolatione demulcet; ut quibus apparuit patribus primum quidem pavorem incusserit, at postea per pietatis gratiam laetiae blandimenta refuderit. Irradiatus quoque vir beatissimus Remigius, ut exterius, veteris exemplo legislatoris, vultus illustratione,^x ita multoque magis interius divini fulgoris illuminatione, spiritu prophético, quae ipsis vel eorum forent eventura prospicie traditur praevisisse: quomodo videlicet eorum posteritas regum nobiliter esset propagatura, ecclesiam quoque Christi sublimitate Romanaeque dignitate vel regno potitura et victorias contra impetus aliarum gentium perceptura, si non a bono degenerantes, salutis viam forte relinquerent, et quibus Deus offenditur scelera consecrati, pestiferorum vitiorum laqueos incurrerent, quibus regna subverti atque de gente solent in gentem transferri.
- c. 35. A domo denique regis eundi ad baptisterium via preparatur, vela cortinaeque appenduntur, hinc inde plateae sternuntur, ecclesia componitur, baptisterium balsamo ceterisque odoramentis aspergitur; tantumque Dominus populo gratiam subministrabat, ut odoribus se paradisi refoceri gauderet. Sicque, precedentibus sacrosanctis euangelis et crucibus, cum letantiis, hymnis et canticis spiritalibus, sanctus pontifex manum tenens regis, subsequente regina cum populo, ab aula pergit ad baptisterium. Et inter eundem^y rex rogasse fertur episcopum, an id erat^z Dei quod sibi promiserat regnum. 'Non hoc', presul inquit, 'illud est regnum, sed initium viae, qua pervenitur ad ipsum'. Ubi vero ad preparatum baptisterii perventum est locum, clericus crisma ferens a populo interceptus, ad fontem peringere penitus est impeditus. Sanctificato denique fonte, nutu divino crisma defuit. Sanctus autem pontifex, oculis ad caelum porrectis, tacite traditur orasse cum lacrimis. Et ecce subito columba cum nix advolat candida^{aa}, rostro deferens ampullam caelestis doni crismate repletam. Cuius odoris mirabili respersi nectare, inestimabili qui aderant, super omnia quibus antes delectati fuerant, replentur^{ab} suavitate. Accepta itaque sanctus presul ampulla, postquam crismate fontem consperavit, species mox columbae disparuit.
- c. 36. Rex autem tantae gratiae conspecto miraculo laetus, actutum diaboli pompis et operibus abnegatis, a reverendo se petit pontifice baptizari. Quo vitae fontem perhennis ingresso, beatus profatur presul ore faucundo: 'Mitis, depono colla,

a) meritorum 2. b) reniteret 2. c) consueverat 2. d) r. i. m. in 2. e) Thoringiam 2. f) c. i. 2. 3. g) deest 2. h) illi 1. i) tribulatio 1. k) deest 1. l) salutis 1. m) eos 2. n) f. v. 2. o) pr. a. 2. p) e. d. 2. q) dilectionis 2; 70 suavitatis Vit. r) illic 2. s) sequenti 2. t) eundem 2. u) esset 2. v) c. a. 2.

Sicamber. Adora quod incendisti, incende quod adorasti. Sicque post orthodoxae confessionem fidei trina tinctus mer-
sione, divino^a eumae individuaeque Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti sub nomine suscipitur ab eodem sancto
pontifice, divo^a que consecratur insignitus a unguine. Baptizantur sorores regis^b Albofedis et Landehildis, simulque
de Francorum exercitu virorum tria milia praeter mulierum parvulorumque nomina. Quo die magnum in caelis^c celebratum
5 sanctis gaudium credere possumus angelis et hominibus laeticiam non modicam in terra devotis. Exercitus autem
pars magna Francorum necdum ad fidem Christi conversa cum quodam Raganario^d principe trans Somnam^e fluvium post
aliquandiu in infidelitate versata est, donec, superna disponente gratia, prefato rege Ludowico^f gloriosus potito
victorius, idem Raganarius flagitiorum seclator ac turpitudinum, vincens a Franci traditus est et interemptus, omnisque
Francorum populus ad Christi fidem per beatum Remigium convertitur ac baptizatur.

Hinc. V.
Rem. c. 39.

10 14. De possessionibus, quas ei rex Ludowicus et Franci contulerunt.

Rex igitur Francorumque potentes plurimas beato Remigio possessiones per diversas contulere provincias, ex quibus e. 41.
ille tam Remensem quam reliquis nonnullas Francia ditavit ecclesias^b. Non modicam necnon earundem partem rerum e. 42.
ecclesiae sanctae Mariae Lauduni-clavati, Remensis parochiae castri, ubi nutritus fuerat, tradidit; ibique Genebaudum,
carne nobilem virum tamque sacris quam secularibus litteris eruditum, qui, relicta coniuge, sancti Remigii, cum traditur,
15 nepte, religiosam subierat vitam, ordinavit episcopum comitatusque Laudunensis eidem castro subiecti parochiam. Qui
Genebaudus de antea vita nimium gradusque sublimitate confidens, ab uxore, quam reliquerat, incaute, quasi pro in-
struenda ea, se crebrius visitari permisit. Sed ut divina testantur eloquia: *Lapides excavant aquae, et alluvione terra
consumitur, rupis^h transferitur de loco suo*: ita quoque huic contigit, ut frequentes mulieris visitationesⁱ blandaque col-
loquia durum validumque^m contra libidinem pectus emollirent episcopi et quasi rupem de loco sanctitatis ad caenum
20 transferrent luxuriae. Qui suasionem diabolicam in libidinis flammis exagitatus erupit, veterique se miscens sodali, filium ex
eadem progenit, quem velut in latrocinio procreatum Latronem nominari precepit. Et quia culpa pluribus ignota, ne in
suspicionem hinc forte procederet, si a solita se presulis visitatione femina submoveret, coepit ut antea domum frequen-
tare pontificis. Sicque factum estⁿ, ut hominibus culpa celata tacitusque^o tam viri quam mulieris ardor in corde libidinis
compunctum prius contra peccatum ad culpam tandem retraxerit episcopum. Qui, velut oblitus quod p^haxerat, iteravit
25 crimen quod deffererat. At ubi exortam de flagitio comperit filiam, nomen eidem mandat imponi Vulpeculam, ut
pote fraudibus^p argutae matris^q generatam. Domino denuo, qui beatum Petrum respexerat, hunc quoque respiciente,
compunctus mente Genebaudus sanctum Remigium petit ire Laudunum. Quo cum debita veneratione suscepto, postquam
cubilis iniere secretum, magnum prorumpens in eiulatum, stolam deponere nititur reus, sancti se patroni prosternens
pedibus. Quo doloris tanti causam diligenter indagante, lacrimis singultuque prepediente, vix admissa^r transgressor
30 narrat ex ordine. Quem vir Dei contritum videns ac pene desperatum, blande consolari satagit, dolere se protestans non
tam de perpetrato facinore, quam quod ille de Domino videbatur benignitate diffidere, cui constat nihil quod voluerit
impossible, qui nullum ad se revertentem peccatorem^s despicit, qui pro peccatoribus etiam sanguinem suum fudit.
Diversis itaque vir benignus et prudens erigere lapsum certat exemplis, quod apud Deum scilicet e. 43.
facile reatus huius veniam valeret obtinere, si dignos poenitentiae fructus Deo studeret offerre.
35 Sic demum dignis exhortationibus indicit animato poenitentiam, structaque mansuetula fenestellis parvis illuminata cum
oratorio, quae adhuc secus ecclesiam sancti Iuliani manere feruntur, in ea poenitentem concludit episcopum. Eius quo-
que per annos septem gubernans parochiam, unam Remis dominicam, Lauduni celebrare consueverat alteram. Qua sub
reclusionis quanta contritionis ac^t continentiae districtione se vir prefatus coartaverit, quam dignos imbi poenitentiae
fructus exegerit, divina postea^u dum propalavit clementia. Anno siquidem^v septimo cum in^w vigilia coenae dominicae e. 44.
40 poenitens pernoctaret in oratione, se ipsum deflens in hoc, quoniam, qui ad id usque provecus fuerat, ut Domino poeni-
tentem reconciliaret, hac die nec inter poenitentes ipse, criminibus suis exigentibus, in ecclesia merebatur consistere:
angelus Domini circa mediam noctem magna cum luce venit ad eum, ubi pronus iacebat in oratorio, tunc decubantem
compellasse fertur alloquio: *Genebaude, exaudita sunt pro te orationes patris tui Remigii. Suscepit Dominus poeniten-
tia^x tuam, et dimissum est peccatum tuum. Surge, et hinc egrediens, fac ministerium episcopalis officii et reconcilia
45 Domino^y poenitentes de criminibus suis*. Genebaudus autem nimio terrore percussus, respondere non poterat. Tunc
angelus Domini confortans eum, ne timeat, hortatur, immo gaudet de Domini misericordia sibi collata. Roboratus tandem
respondisse fertur, non se posse hinc egredi, quia dominus et pater suus Remigius ostii clavem secum haberet, quod
et sigillo suo signasset. Et angelus ad eum: *Ut non dubites, inquit, a Domino me missum, sicut patet tibi caelum,
sic et ostium istud patebit*. Et statim salvo sigillo ac sera ostium illud apertum est. Tunc Genebaudus in modum crucis
50 se prosternens in limine, sic traditur asseruisse: *Etiamsi dominus ipse Iesus Christus dignatus fuerit ad me peccatorem
venire, non hinc egrediar, nisi venerit ille qui me in eius nomine sub hac reclusionis constituit*. Ad quae responsa mox
angelus abscessit ab eo. Beatus autem Remigius in cripta, quae^w subter^x ecclesiae sanctae Mariae sedem Remis
habetury, in oratione pernoctabat. Quam postea criptam presul Heriveus^z in honore consecravit e. 45.
eiusdem beatissimi Remigii. Ubi tunc ipse vir sanctus vigilis fatigatus et quasi dormiens, in excessum raptus,
55 videt angelum sibi assistentem, qui haec ut acta fuerant ita narrat, eidem iubens, ut quantocius Laudunum petat, atque
Genebaudum sedi^z datae restituens, ei coram se pontificali fungi ministerio^a persuadeat. Illico vir beatus nihil haesitans
fuit magna cum celeritate Laudunum. Quo perveniens, in ostii limine salvo sigillo seraque reserati Genebaudum iacen-
tem reperit, quem protensis brachiis, cum gaudii lacrimis Domini clementiam collaudans, erexit, eumque sedi et officio
sacerdotali reddens, Remos cum gaudio repedavit. Genebaudus autem in sanctitate postea cunctos vitae suae dies Dei
60 fretus gratia peragens, palam quas sibi Dominus fecerat predicabat. Obiit igitur Genebaudus in pace sanctis
Dei connumeratus, tamdiu episcopatu perfunctus, ut ei successerit Latio, filius eius, epi-
scopus, et ipse postea sanctus.

Rex denique Ludowicus^b in civitate Suessionica sedem suam constituens, delectabatur presentia et colloquio sancti e. 46.
Remigii. Sed quia vir hic^c sanctus in civitatis huius vicina^d villas non habebat alias nisi quandam^e parvam, quae sancto

65 a) divina 2. b) deest 2. c) magnum angelis e. 2. d) Roganario 1 b. c. e) Somnam 2. 3. f) Ludowico A. I. 1; Clodoveo 3. g) numerus et rubrum des. 1. h) provincias 2. i) subierat 1. k) et r. 3 b. l) cogitationes 2. m) que deest 1. n) deest 1. o) tectusque Vit.; totiusque 1. p) ut fraudibus pote 2. q) m. a. 2. r) admissam 1. s) peccatorem 1. t) a 1. u) quidem 2. v) reconciliandum 2. w) quam 1. x) retro Vit. y) erat Vit. z) Heriveus 1; Heriveus 3. a) officio 2. b) Clodoveus 3. c) deest 2. 3. d) vicina 1. e) quondam 1.

Nicasio data fuerat, rex, suggerente regina, locorumque potentibus incolis, qui multiplicibus erant aggravati xenis, ut quod regi debebant ecclesiae Remensi persolverent, sancto proposuit Remigio, ut, quantum circumiret, dum ipse moridie quiesceret, illi totum donaret. Beatus igitur Remigius per^a fines, qui videntur adhuc manifesti, profectus, itinera sui signa dimisit. In qua determinatione quidam possidens molendinum reppulit sanctum virum, ne intra ipsos illum concluderet fines. Quem vir Domini leniter affatus ait: 'Amice, non sit tibi durum, ut habeamus simul hunc molendinum'. At ille, 5 ut eum reiecit, statim in contrarium rota molendini verti coepit; repulsor autem clamare post sanctum Remigium: 'Serve Dei, veni, et habeamus pariter molendinum'. Cui vir sanctus: 'Nec mihi nec tibi'. Mox tanta profunditas in eodem loco, tellure se subducente, facta est, ut nunquam deinceps inibi molendinus haberi posset^b. A quibusdam quoque repulsus, ne silvulam quandam suos intra terminos comprehenderet, dixit, ut nec folia^c unquam de ipsa silva, licet esset contigua, trans fines ipsos evolare^d, neque fustis ex ea versus^e eodem termino caderet. Quod et observatum voluntate^f 10 Dei traditur, donec ipsa silva peribuisse dinoscitur. Abinde quoque procedens, venit ad villam nomine Carviniacum^g, quam finibus suis nitens concludere, prohibetur ab hominibus eiusdem villae. Tunc ille miti vultu, modo reiectus, modo repropinquans^h, signa quae parent adhuc per suum dimisit iter. Tandem repulsus, dixisse fertur ad illos: 'Semper laborate et egestatem sustinete'. Quod hodieque compleri, manentis sententiae virtus ostendit. Surgens autem 15 rex a somno meridiano, quaecumque beatus Remigius ambitu suae circuitionis incluserat, eidem precepto regiae dedit 15 auctoritatis. Quarum rerum sunt Iuliacusⁱ et Codiciacus^j capita, quae Remensis adhuc iure quieto possidet ecclesia. Eulogius denique, vir prepotens, convictus apud regem Ludovicum^k super regiae maiestatis crimine, ad intercessionem beati fugit Remigii. Cui vir sanctus tam vitam quam rerum obtinuit possessionem. Ipse vero quasi recompensationis beneficio patrono Sparnacum^l villam suam obtulit in proprietatem. Beatus autem presul temporalem pro suae intercessionis munere vitans retributionem recipere, predictum virum, quoniam verecundiae confusione depressus, 20 quia^m contra natalium decus suorum vita donari perⁿ indulgentiam meruisset, in habitu seculari^o manere volebat, salubriter exortatus est, dicens, ut, si perfectus esse vellet, vendens omnia sua daret pauperibus et sequeretur Christum. Siquae taxatum de thesauris ecclesiasticis pretium, quinque milia scilicet argenti libras, Eulogio fertur dedisse ipsamque villam in ecclesiae possessionem comparasse; bonum^p cunctis exemplum relinquens^q episcopis ceterisque sacerdotibus, ut, dum pro his, qui ad ecclesiae sinum vel servorum Dei presidia confugium faciunt, intercedunt aut bona quaelibet 25 agunt, haec pro temporali recompensatione non explent nec transitoria velint recipere, sed iuxta mandatum Domini, qui gratis acceperunt^r, studeant quoque gratis impendere.

15. De victoriis Ludovici per auxilium sancti Remigii et fine ipsius regis.

Rex itaque Ludovicus contra Gondebaudum^p et Godegiselum, fratrem eius, ducens exercitum, precepta benedic- 30 tione a beato Remigio victoriam sibi predicante, accepit in mandatis ab eo sibi datis, ut tandem contra hostes dimicaret, quamdiu benedictum sibi vinum, quod ei vir^q Domini dederat, in usu cotidiano sufficeret. Contra quem Burgundiones cum predictis ducibus pugnaturi venerunt super Oscarain^r fluvium secus Divionem^s castrum. Ubi confligentes atrociter Burgundiones in fugam vertuntur, et^t in Avione castro se Gondebaudus^u concludens, a Ludovico pacem per Aredium consiliarium suum multis datis thesauris obtinuit. Ludovicus autem cum exercitu Francorum preda potius maxima, rever- 35 titur ad propria. Sic etiam constituta Parisius in honore beatorum^v apostolorum Petri et Pauli basilica, et synodo per sancti patroni sui Remigii consilio in urbe Aurelianensi habita, pergens contra regem Alaricum Arrianum et accipiens a beato Remigio benedictionem, redditur de victoriae perceptione securus. Cui vir^w quoque sanctus, ut et pridem fecerat, vas, quod vulgo flasconem vocant, vini a se benedicti plenum dedit, hoc idem quod antea mandans, ut eo usque ad bellum procederet, donec sibi suisque, quibus exinde dare vellet, hoc vinum de predicto flascone non deficeret. Bibit 40 igitur rex ex eo pluresque suorum, vas tamen vini non patitur detrimentum. Bellum vero cum Gothis confers, eos in fugam vertit et ipse, beato Remigio se suffragante, victor extitit. In qua pugna dum duo Gothi contis eum in latera feriunt, huius patroni sui se protegentibus meritis, illum laedere nequiverunt. Multis autem civitatibus suae ditioni subactis, usque Tolosam^x perrexit, et Alarici thesauros accipiens, per Ecolisinam^y civitatem, cuius ante conspectum ipsius^z muri corruerunt, interfectis Gothis qui erant intus, ad propria cum gloriosa rediit victoria, vino 45 flasconis non deficiente, donec reversus est in sua. Denique rex Ludovicus, exortante sancto Remigio, regnum, hoc est coronam cum gemmis preciosis auream, donum beato Petro apostolo misit; et codicillos ab Anastasio imperatore pro consulatu sibi missos cum corona aurea tunicaque blatea^z sumisit, et abinde consul appellatus esse memoratur. Ormisa [quoque^a] Romana^b sedis pontifex sancto Remigio vices suas in regno Ludovici litteris suis^c ad ipsum directis commisit. Post haec mortuus est 50 Ludovicus rex in pace ac sepultus in basilica sancti Petri apostoli, quam Parisius aedificaverat, eodemque momento quo spiritum emisit, revelante Spiritu sancto, beatus Remigius Remis positus eum obisse cognovit et assistentibus sibi manifestavit.

16. De synodo, ubi convertit hereticum.

Galliae quondam presules ad synodum fidei gratia convenientes, beatum Remigium, utpote virum divinis eloquiis 55 eruditissimum et doctrinis ecclesiasticis exercitatissimum, ad idem concilium^d venire petierunt. Cui conventui Arrianus quidam episcopus, acerrimus disputator et dialecticis propositionibus ac conclusionibus confusus hincque nimis elatus, intererat. Ingresso vero concilio^e sancto Remigio et a multitudine fratrum, reverenter ei cunctis assurgentibus, excepto, superbus hereticus illi assurgere dedignatur. At mox ut beatus Remigius ante ipsum transit, ille locutionis officium ore obstructo amisit. Expectantibus universis, ut post allocationem sancti Remigii loqueretur ille, ne ullum 60 quidem^f verbum proferre potuit, sicque beati viri vestigia pronus tandem petens, nitibus veniam postulavit. Cui sanctus Remigius: 'In nomine', inquit, 'domini nostri Iesu Christi, veri filii Dei vivi, si sic de eo recto sentis, loquere, et de

a) p. f. des. 2. b) possit 2. c) folium 3^b. f. d) evolarent 3. e) adversus 2. f) D. v. 2. g) repropinquas 1. h) Ludovicum 1; Ludovicum 3. i) qui 2. k) pro 1. l) seculi 2. m) Bonis 1. n) r. ex. 2. 3. o) accipiunt 2. p) et Godebaudum et 1. q) q. eum 1. r) divisionem 1. s) deest 1. t) Gund. A. l. 2. 65 u) b. P. e. P. a. b. 2. v) q. v. 2. w) Tholosam 2. x) Ecolisinam 1^a. 3; Ecolisinam 1^b. c. y) ipsi 1. z) tunicaeque baltea 2. a) deest 1. b) sedis R. sedis 1. c) deest 2. d) consilium 2. e) v. q. 2.

1) Chavignon (départ. Aisne, arrond. Soissons). 2) Lenilly (arrond. Laon). COLV. Jouy (arrond. Soissons). LEJ. 3) Coucy (départ. Aisne, arrond. Laon). 4) Epernay (départ. Marne). 5) Ouche.

illo, sicut catholica credit ecclesia, crede et cogitare. Ad cuius vocem hereticus ante superbus humilis iam factus atque catholicus, orthodoxam fidem de divina et inseparabili Trinitate ac de incarnatione Christi catholice confessus, in eadem confessionis suae fide se permanens reponit. Sicque animus^a per infidelitatem perditum et corporali voce propter superbiam iuste condemnato virtute divina venerabilis pontifex et animae reddidit et corporis salutem, cunctis qui aderant vel haec cognituri forent sacerdotibus patenter ostendens in hoc male sentiente^b de Christo, qui^b proximus et frater nobis per humanitatem fieri dignatus est, qualiter contra peccantes in ipsum vel in ecclesiam atque rebelles et erga post recognoscentes ac poenitentes debeant agere.

17. De mitigatione ignis et obitu eiusdem vel sepultura ipsius.

Senescente iam sancto Remigio, Deique spiritu sibi revelante, quod abundantiam tunc presentem fame secutura foret, de frugibus villarum episcopi nonnullos iussit acervos fieri, fame laboraturae postmodum profuturos plebi, quorum in villa quae Celtus vocatur facti sunt plures. At homines ipsius villae seditiosi et rebelles erant, qui die quadam inebriati coeperunt inter se dicere, quid ille tubilens^d — ita virum sanctum propter aetatis prolixitatem vocitantes — facere vellet ex his quas aggregaverat metis: an civitatem de ipsis facere cogitaret, quia, sicut turres per muros civitatis, ita per circumlocum cortis dispositi cernebantur acervi. Tandem, suadente diabolo, ac mutuo cohortati, miserunt in eos ignem. Quod cum beato presuli nuntiatum fuisset, in propinqua villa^e, quam Basilica-cortem^f vocant, tunc forte consistenti, ascenso protinus^g equo, celeriter ad tantam compescendam presumptionem devenit Celtum. Quo cum pervenisset ardentemque fruges reperisset, ad ipsum calefacere se coepit ignem: 'Semper', inquit, 'est bonus focus, si non super potest. Verumtamen omnes qui hoc egerunt et qui de ipsorum germine nati fuerunt, viri ponderosi fiant, et feminae gutturis calamitatis plectantur'. Quod ita quoque constat impletum. Usque ad tempora siquidem Magni^h Karoli, qui huiusmodi homines de Celto, quoniam vicedomini ecclesiae Remensis in eadem villa necarunt, exterminavit, caedis auctoribus interfectis et consentientibus per diversas provincias dispersis atque perpetuo condemnatis exilio, ac de ceteris huius episcopi villis eandem restaurari fecit. Ita viri et feminae generationis huius multati permanserunt, ut sancti viri sententia promulgavit. Et apte quidem vir Dei, quoniam posteros eorum rebelles ac seditiosos fore previdit, huiusmodi vindicta non solum presumptores, sed etiam genus ipsorum pleci decrevit.

Post haec igitur aliaque multarum magnalia virtutum, quae Dominus operari per hunc fidelem suum famulum dignatus est, genitus illius exaudiens atque suspiris, quibus dicere consueverat: 'Quando veniam et parebo ante faciem Dei? Satiabor, dum manifestabitur gloria eius, illi pia consolatione Dominus obitus sui diem revelavit imminere. Qua revelatione fretus, rerum suarum condidit testamentum, ad illam pertingere festinans hereditatem, de qua dicit propheta. Cum dederit dilectis suis sompnum, haec est hereditas Domini. Sic ergo sanctus hic vir Dei terrenam derelinquens hereditatem, percipit aeternam. Condito siquidem testamento et suis omnibus rite dispositis, quia verus agricola omnem vitis verae palmitem fructum ferentem purgat, ut fructum plus afferat, oculorum corporali lumine privatus est aliquandiu, quo superna mentis oculis, ad quae toto anhelabat desiderio, contemplari valeret attentius. Ipse vero studebat in suae probationis temptatione semper^m gratias agere, laudibus hymnisque Deo diebus ac noctibus vacare, fidei mente pertractans, quoniam qui patienter humiliterque flagella suscipiunt post flagella sublimiter ad requiem suscipiuntur. Cuius aeternae gloriae pignus in eo Dominus volens ostendere, priusquam decederet, ei visum restituit. Unde, sicut et de amissione, nomen Domini benedixit. Et non post longum spatium, sciens adesse sui transitus diem, per missarum celebrationem et sacrae communionis participationem, valefaciens et dans pacem filiis suis, postquam per septuaginta quatuor annos in episcopatu religiosissime fidelis servus et prudens Domino ministraverat, nonagesimo sexto aetatis suae anno, Idusⁿ Ianuarii, cursu sancti certaminis consummato, fide servata, cum multiplici bonorum operum fructu et animarum lucro, ut diu desideravit, anima caelos penetrans terrae corpus reliquit; accipiens stolam candidam, beatitudinem scilicet animae sempiternam, percepturus in resurrectione alteram, beatam videlicet ad gloriam resuscitati corporis immortalitatem, possessurus partem societatemque cum precipuis Christi membris in regno caelesti, sicut attestatur apostolus sibi collata gratia: gens siquidem Francica^o per ipsum ad fidem Christi conversa, martirii palma, longanimitas patientiae in longaevitate ipsius vitae, confessionis gloria, orthodoxae fidei predicatio magnaliumque tam in vita corporis quam post obitum preclara manifestatio. Cum vero funus ipsius sanctissimum deferretur ad sepulturam sanctorum martirum Thimothei^p et Appollinaris in ecclesia preparatam^q, ita feretrum in medio^r vico est aggravatum, ut nullo modo posset, hominibus quotlibet^s annitentibus, moveri. Stupefactis omnibus Deique misericordiam postulantes, ut dignaretur ostendere, quoniam loco sancti sui vellet recondi corpus, designant ad basilicam prefatorum martirum, nec feretrum movere possunt. Proponunt ad ecclesiam sancti Nicassii, nec capulum valet attingi. Decernunt ad aedem sanctorum Sixti et Sincii, nec sic potest moveri. Tandem coacti, quoniam parva supererat ecclesia in honore beati Christophori martiris, et nullius propalati corpus servabatur in ea sancti, circumiacentibus tamen atris ecclesiae cimiterium ferebatur ex antiquo Remensis, petierunt, ut Dominus declararet, utrumnam in eadem ecclesiola pignus illud sacratissimum reponi decerneret. Ad quae^t vota tanta facilitate loculum levavit, ut nullum portantes onus sentirent. Recondita sunt autem reverentissimi patris huius membra in hac ecclesiola, divina moderante dispositione, in loco, ubi nunc habetur altare beatae virginis Genovefae. Ubi vero feretrum constat ipsius aggravatum, multa feruntur ostensa miracula postmodum. Hic etiam crux extat abinde posita^u, columnae monumentis his insignitae prefixa:

Cum transisset ex hoc mundo ad caelestem patriam

Presul magnus^v beatus Remigius,

Huc a plebe sancta digne delatus est corpore,

In ecclesia condendus Thimothei martiris.

a) in a. 3. a) de C. s. 2. b) quod 1. c) illius 2. 3. d) inheleus 1. e) villam 2. f) deest 2. g) fuerint 2. 3. h) Car. M. 2. i) ita 2. Vit.; v. feminaeque 1. 3. k) sa. fi. s. 2. l) Ipsi 2. m) deest 2. n) deest 1. 3. o) Idibus 3. p) Frantia 1. q) ita 2. 3. Vit.; temporis 1. r) Tym. et Apol. 1. s) preparata 1. t) v. m. 2. u) quodlibet 1; quantumlibet 3. v) ita 1. 3. Vit.; amoveri 2. w) quo in 3. x) amoveri 2. y) Atque 1. z) fertur 3.

f) Bazancourt (arrond. Reims). 2) Hanc vidit Marlot (I, p. 170), et permansit secundum Lejeune usque ad saec. XVIII. finem. 3) Versus claudicat; supplendum fortasse: et confessor.

Tunc hoc loco moram fecit, nec moveri potuit,
 Donec quo locandus esset revelavit Dominus:
 Ubi nunc, favente Christo, prepollet virtutibus,
 Prestans hic Deo devotis apta beneficia,
 Caecis visum, claudis gressum et aegris remedium.
 Igitur profusis votis exoremus Dominum,
 Veniam ut delictorum piis eius precibus
 Mereamur adipisci et caelorum gaudia.
 Sancte Remigi, confessor pretiose Domini,
 Adeloldi quoque tui miserere famuli.

18.^b De remedio pestis inguinariae et ceteris per ipsum collatis.

Greg., De gl.
 conf. 79.

Post huius beatissimi patris obitum cum lues inguinaria, veluti Gregorius Turonensis enarrat¹, populum primae Germaniae devastaret, et omnes huius cladis terrentur auditu, concurrat Remensis populus ad sancti sepulchrum, congruum huius causae flagitare remedium. Accensis cereis lichisque non paucis, hymnis psalmisque caelestibus per totam excubat noctem. Mane autem facto, quid adhuc precatui desit, in tractatu rimatur. Reperiunt etenim revelante Deo, qualiter oratione premissa maiori adhuc propugnaculo urbis propugnacula munirentur. Assumptam igitur pallam de beati sepulchro componunt in modum feretri, accensisque super cruces cereis atque ceroforariis, dant voces in cantibus, circumeunt urbem cum vicis, nec pretoreunt ullum hospitium, quem^d non hac circumitione concludant. Nec post multos dies fines huius civitatis lues aggreditur memorata. Verumtamen usque ad eum locum accedens, quo beati pignus accessit, acsi constitutum cerneret terminum, intro ingredi non est ausa; sed etiam quae in^o principio pervaserat 20 huius virtutis repulsu reliquit. Multa denique postmodum ad ipsius sepulchrum sunt divinitus ostensa miracula, quae per negligentiam non habentur scripta.

19. Testamentum ab ipso editum².

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, gloria Deo. Amen. Ego Remigius episcopus civitatis Remorum, sacerdotii compos, testamentum meum condidi iure pretorio, atque id codicellorum³ vice valere precepi, si^h ei iuris aliquid videbitur defuisse¹. Quando ego Remigius episcopus de hac luce transiero, tu mihi heres esto, sancta et venerabilis ecclesia catholica urbis Remorum, et tu, fili fratris mei, Lupe episcopo³, quem precipuo semper amore dilexi, et tu, nepos meus Agricola presbiter, qui mihi obsequio tuo a pueritia placuisti in omni substantia mea, quae mea sorte obvenit antequam moriar, preter id quod unicuique donavero, legavero 30 darive iussero vel unumquemque vestrum voluero habere precipuum. Tu, sancta heres mea Remensis ecclesia, colonos, quos in Portensi⁴ habeo territorio vel de paterna maternaque substantia vel quos cum fratre meo sanctae memoriae Principio episcopo commutavi vel donatos habeo, possidebis, Dagaredum, Profuturum, Prudentium, Temnaicum, Maurilionem, Baudolefium⁵, Provinciolum; Naviatenam, Lautam, Suffroniam colonas; Amorum quoque servum, 35 cum omnibus, quos intestatos reliquero, tuo dominio vindicabis. Necnon villas agrosque¹, quos possideo in solo Portensi, Tudiniacum⁵ scilicet et Balatorium⁶ sive Plerinacum et Vaccinatium vel quaecumque in eodem solo Portensi qualibet⁷ auctoritate possedi, integre cum omnibus campis⁸, pratis, pascuis, silvis ad te^o testamenti huius auctoritate revocabis. Simili modo, sanctissima⁹ heres mea, quaecumque tibi a propinquis et amicis meis in quocumque solo 40 et territorio collata sunt, sicuti disposuero in ptochiis, coenobis, martiris, diaconiis, xenodochiis⁴ omnibusque¹ matriculis sub tua ditione degentibus, ordinationem meam futuri successores mei, ordinis sui memores, sicut ego predecessorum meorum, ita quoque inconvulse et absque ulla refragatione servabunt. Ex quibus Celtus, quam per manum meam Celsa sobrina mea tibi tradidit, et Huldriciaca villa, quam Huldericus comes, ei⁵ loco, ubi ossa mea sancti 45 fratres et coepiscopi diocesae tuae ponenda elegerint, in tegumentis deserviant. Sitque¹ locus ille successoribus meis Remorum episcopis peculiariter proprius, et in alimoniis ibidem Deo

a) D. r. 2. 3. b) hoc cap. post sequens ponunt 2. 3. c) post lichisque denuo add. accensis 1. d) quod 3. e) quem pr. 2.
 f) In n. — amen des. 1. g) codicellorum 1. h) fieri i. 1. 2. i) affuisse 1. k) Baudolei 1. l) que deest 2.
 m) q. a. p. des. 2. n) deest 2. o) ante 1. p) deest 2. q) xenod. 1. r) que deest 1. s) et 1. 2. t) Sicque 1. 50

1) Haec et infra c. 20: *Erat enim — ecclesia res suas*, ex Flodoardo Vitae Remigii postea inserta esse videntur, ubi c. 63. 65. leguntur, sed verbis magis a Gregorio recedentibus nulloque fonte indicato.
 2) Prolixius Remigii testamentum, spurium quidem nisi ex Flodoardo non notum est, ex quo saepius vulgatum. Editiones enumeraverunt Pardessus, Diplomata I, 84 sqq. (nr. 119); Varin, 'Archives ad-

ministratives de la ville de Reims' I, p. 2. De tempore et auctore cf. Roth, 'Beneficialwesen' p. 464 sq.
 3) Suessionensis. 4) De pago Porcensi hic ut infra sermo esse videtur; nunc 'terre de Potez' (départ. Ardennes, arrond. Réthel). LEJ. 5) Thugny (départ. Ardennes, arrond. Réthel). Cf. Polyptychon Sancti Remigii ed. Guérard p. 26, n. 11. 6) Balham (départ. Ardennes, cant. Asfeld). LEJ.

militantium vicus ex proprio in Portensi^a et . . .^b Villaris^c quoque ex episcopo in Remensi
 deserviant. Blandibactus^d villa in Portensi, quam a coheredibus meis Benedicto et Hilario
 datis pretis emi de thesauro ecclesiae, et Albiniacus^e ex episcopo in alimonie clericorum
 Remensis ecclesiae communiter deputentur. Quibus etiam Berno ex episcopo, quae peculiarius
 5 predecessoribus meis esse solebat, . . .^f cum duabus villis, quas Ludovicus^g a me sacro
 baptismatis fonte suscepti, amore nominis mei Piscofesheim^h sua lingua vocatis, mihiⁱ tra-
 didit, sive cum Coslo^k et Gleni^l vel omnibus silvis, pratis, pascuis, quaecumque per diversos
 ministros in Vosago^m infra, circum et extra, tam ultra quam citra Remum pretio dato compa-
 ravi, picem annuatim ministret, cunctisque locis regularibus tam a me quam ab antecessoribus
 10 meis ordinatis sive in futuro ab episcopis successoribus meis ordinandis pro necessitate locu-
 rum ad vascula vinaria componenda annuatim distribuatur. Crusciniacumⁿ vero et Faran^o
 sive villas, quas sanctissima virgo Christi Genovefa a rege christianissimo Ludovico pro com-
 pendio itineris sui, cum Remensem ecclesiam saepissime visitare soletet, adipisci promeruit
 alimonisque ibidem Deo famulantium deputavit, sicut^p ab ea ordinatum est, ita confirmo, ut
 15 Crusciniacus^q futuri episcopi successoris mei obsequiis^r et sartalectis principalis ecclesiae
 deputetur. Faran vero eidem episcopo et sartalectis ecclesiae, ubi iacuerit, perpetualiter ser-
 vire iubeo. Sparnacus^s villa, quam datis quinque milia libris^t argenti ab Eulogio compa-
 ravi, tua, sanctissima heres mea, non extraneorum heredum meorum^u esse cernitur, eo
 quod, cum criminis accusatione regia maiestatis idem teneretur obnoxius et se minime purgare
 20 posset, non solum ne occideretur, dato iam dicto pretio de thesauris tuis, sed ne pecunia eius
 publicaretur, una tecum obtinui, et ideo, ut prefata Sparnacus^v perpetualiter tibi ad restituendum
 thesaurum stipendiisque tui pontificis deserviat, liberali sanctione firmavi. Duodecimus^w vero,
 sicut a Clodowaldo^x nobilissimae indolis puero confirmatum est, tibi, heres mea, perpetualiter
 famuletur. Villas, quas mihi dominus illustrisque memoriae Ludovicus rex, quem de sacro
 25 baptismatis fonte suscepi, cum adhuc paganus Deum ignoraret, ad proprium tradidit, locis
 pauperioribus^y deputavi, ne forte, cum esset infidelis, cupidum terrenarum rerum me arbitrari
 posset, et non potius suae salutem animae quam exteriora ab ipso bona requirere. Quod et
 admiratus, intercedere me pro quibuscumque necessitate patientibus et fidelis et ante fidem
 benigne liberaliterque concessit. Et quia ex omnibus episcopis Galliarum pro fide et comoca-
 30 tione Francorum potissimum me laborare cognovit, dedit mihi Deus tantam gratiam in con-
 spectu eius, virtusque divina, quae per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad
 salutem prefatae gentis Francorum operari fecit, ut non solum ablata omnibus ecclesiis regni
 Francorum restitueret, sed etiam de proprio gratuita bonitate plurimas ditaret ecclesias.
 Neque prius de regno eius, quantum passus est pedis, ecclesiae Remorum iungere volui, donec,
 35 ut hoc omnibus ecclesiis adimpleret, obtinui. Sed neque post eius baptismum nisi Codiciacum^z
 et Iuliacum^{aa}, super quibus iam dictus puer sanctissimus et unanimes mihi Chlodowaldus^{ab}, et
 incolae loci illius, multiplicibus xenis gravati, obnixe deprecantes, quod regi debebant ecclesiae
 meae solvendum, me petere compulerunt. Quod idem piissimus rex et grater accipiens,
 promptissima voluntate largitus est, usibusque tuis, sanctissima heres mea, iuxta eiusdem
 40 piissimi ditoris preceptum episcopali auctoritate firmavi. Res etiam, quas saepe dictus rex
 piissimusque princeps tibi in Septimania et Aquitania^{ac} concessit, et eas, quas in Provincia
 Benedictus quidam, cuius filiam mihi ab Alarico missam gratia sancti Spiritus per imposi-
 tionem manus meae peccatricis non solum a diabolicae fraudis vinculo, sed ab inferis reco-
 cavit, ad usum luminis tui et loci, ubi corpus meum iacuerit, continuatim deservire precipio.
 45 villasque in Austria sive Toringa^{ad}. — Futuro episcopo, successoris meo, amphibalum album
 pascalem^{ae} relinquo, stragola columbina duo, vela tria, quae sunt ad ostia diebus festis tri-

a) Porcensi 1^a. b) locus vacuus relicus quinque fere literarum 1. c) Villanis 2. d) Blandibactus 2. 3. Blandibactus 3^a. e) Iudo micus 1^a. f) Piscofesheim 2. 3. g) vocatas 3. h) decet 2. i) vos ego 2. k) Crusciniacum 1. l) sicut a. e. sicut 1. m) Crusciniacum 1. n) deest 1. o) Sparnacus 1. p) libras 1. q) eorum 2. r) e. e. 2. s) quam 1. t) Ludowaldo 1^a. u) confirmetur 2. v) pauperibus 2. w) Ludowaldus 1. x) Clodowaldus 3. y) Equitania 1. z) Toringia 3. aa) pastoralem rec. epogr. Colb. p. 41.

1) In polyptycho plures huius nominis memorantur. arrond. Château-Thierry. 2) Epernay. 3) Douzy, 4) Varin de Blombay (départ. Ardennes), Lejeune de (départ. Ardennes, arrond. Sedan). 5) Nepote Blanzoy cogitavit. 6) Aubigny (départ. Aisne, arrond. Chlodovei. 7) Coucy (départ. Ardennes). 8) Luliacum, Leuilly scriptores Remenses intelligunt; sed de Laon. 9) Kusel, a Kaiserslautern ad occidentem. 10) Crugny (arrond. Reims, Juy prope Vailly Dümmler (Ostfr. R. I. p. 424 n.) cant. Fiamen). 11) Fere-en-Tardenois (départ. Aisne, cogitavit.

clini, cellae et culinae. Vas argenteum triginta et aliud decem et octo librarum inter te, heres
mea, et diocesim tuam ecclesiam Lugdunensem^a, factis patenis atque calicibus ad ministerium
sacrosanctum, prout volui, Deo adiuvente, distribu. Illud quoque vas aureum decem librarum,
quod mihi saepe nominatus dominus illustrisq[ue] memoriae Ludowicus rex, quem, ut predicti^b,
de sacro baptismatis fonte suscepi, donare dignatus est^c, ut de eo facerem quod ipse voluisssem,
tibi, heredi meae ecclesiae supra memoratae, iubeo, turriculum et imaginatum calicem fabri-
cari, et epigramata, quae Lugduni in argenteo ipse dictavi, in hoc quoque conscribi volo. Quod
faciam per me, si habuero spatium vitae, si autem^d clausero ultimum diem, tu, fili fratris
mei, Lupe episcopo, species ante dictas, tui ordinis memor, efficias. — Compresbiteris meis et
diaconibus, qui sunt Remis, 25 solidos aequaliter dividendos in commune dimitto^e. Vitis plantam
super vineam meam ad suburbanum^f positam simili modo communiter possidebunt cum
Melanio vititore, quem do in loco ecclesiastici hominis Albovich, ut Albovichus^g libertate ple-
nissima perfruatur. Subdiacombus solidos duodecim, lectoribus, ostiariis et iunioribus solidos
octo iubeo dari. Pauperibus duodecim in matricula positos, ante fores ecclesiae expectantibus
stipem, duo solidi, unde se reficiant, infegentur, quibus Corcellum^h villam dudum deservire
precepi. Aliis pauperibus tribus, ubi fratres cotidie pedes lavare debent, quibus etiam Balato-
forum, quod dicitur xenodochion, ad hoc ministerium statui, solidus unus dabitur. Viduis
quadraginta in portica ecclesiae alimoniam prestolantibusⁱ, quibus de decimis villarum Calmi-
sciaco^k, Tassiaco^l, Nova-villa stipendia ministrabantur, superaddo de villa Huldriciana
superius memorata eis in perpetuum stipendia inferri et tres solidos et denarios quatuor dari
iubeo. — Ecclesiae sancti Victoris ad portam Suessonicam solidos duos^m; ecclesiae sancti
Martini ad portam Collatitiam solidos duos; ecclesiae sancti Hilarii ad portam Martis solidos
duos; ecclesiae sanctorum Crispini et Crispiniani ad portam Trevericam solidos duos; ecclesiae
sancti Petri infra urbem, quae curtis dominica dicitur, solidos duos; ecclesiae, quam in honore
omnium martirum supra criptamⁿ Remorum edificavi, cum per auxilium virtutis Dei ab igne
demonis pene iam totam urbem concrematam eripui, solidos duos; ecclesiae, quam pro eodem
signo virtutis Dei in honore sancti Martini et omnium confessorum infra urbem edificavi,
solidos duos; diaconiae infra urbem, quae dicitur Ad-apostolos, solidos duos; titulo Sancti
Mauricii in via Caesarea solidos duos; ecclesiae Ioviniana^o tituli beati Agricolae, ubi ipse vir
christianissimus Iovinus et sanctus martir Nicasius cum plurimis societatis suae Christi mar-
tiribus requiescunt, ubi etiam quinque confessores^p, proximi^q antecessores Domini Nicasii, cum
sacratissima virgine et martire Eutropia conditi sunt, solidos tres; eadem quoque ecclesiae pro-
prium, quod fuerat Iovini in solo Suessonico^r cum ecclesia beati Michaelis, rebus prioribus
superaddidi. Ecclesiae sanctorum martirum Thimothei et Appollinaris, ubi etiam, Domino
dante, si fratribus ac filiis meis episcopis dioeceseos nostrae visum fuerit, ossa mea ponere dis-
posui, solidos quatuor; ecclesiae sancti Iohannis, ubi virtus Christi me orante filiam Benedicti
suscepit, solidos duos; ecclesiae sancti Sixti, ubi cum tribus successoribus suis requiescit,
solidos tres, cui etiam de proprio meo Plbeius^s supra Matronam adiunxi; ecclesiae sancti
Martini in eodem solo sanctae Remensis ecclesiae positae solidos duos; ecclesiae sancti Chri-
stofori solidos duos; ecclesiae sancti Germani, quam ipse in solo Remensi aedificavi, solidos
duos; ecclesiae sanctorum martirum Cosmae et Damiani in prefatae matris solo positae
solidos duos; matriculae sanctae Mariae, quae dicitur xenodochion^t, ubi duodecim pauperes
stipem expectant, solidus dabitur. Quam demique matriculam loco, ubicumque fratribus meis
et filiis ossa mea ponere placuerit, perseverare precipio, et ut die noctuque pro peccatis atque
crimibus meis Dominum deprecetur, de proprio hereditatis meae iure rebus, quas anteces-
sores mei in eorum stipendiis Domino dederunt, superaddo etiam villam Scladronam et villam
Sancti Stephani^u et quicquid in villa Herimundi^v mihi per successionem evenit. Quod vero
pretio ibidem comparavi, ecclesiae sancti Quintini martiris iam diu delegavi. — De iam dicto
Facculiacio^w Fruminiun, Dagaleifum^x, Dagaredum, Ductionem, Baudovicum^y, Udulfum, Vino-

a) Laudun. 3 semper. b) predicti 1. c) deest 2. d) ante 1. e) dimitte 2. f) subae 1. 2. g) Albo-
vici 2. h) postulantibus 2. i) Colmisciaco 1. k) Tassiaco 1. 3. l) ita 2. h. l., post sol.; solidi duo 1 semper.
m) crypta 1. n) Ioviniana 1. o) a. pr. 2. p) Suessonico 1. q) xenod. 1. r) Herimundi 1s. s) Vacul. 1b. c.
t) Dagalerfum 1b. c. d. u) — vicum. — vicus saepius 1, 2 et 3.

1) i. e. Laudunensem (Laon). 2) Courcelles (arrond. vot-sur-Marne. LEJ. 6) Saint-Etienne-sur-Suippe
Reims). Cf. Polyptychon p. 8, 29. 3) Chaumuzy. (arrond. Reims, cant. Bourgogne). 7) Hermouville 55
4) Taissy, ibid. Cf. Polyptychon p. 24, 112. 5) Pli- (arrond. Reims, cant. Fismes).

feifam^a, liberos esse precipio. Tennaredus, qui de ingenia nascitur matre, statu libertatis
 utatur. Tu vero, fili fratris mei, Lupe episcopo, tuo dominio vindicabis Nifusteni et matrem
 suam Mutam, vineam quoque quam Eneas vinitor colit. Eneam et Monulfum, eius filium
 iuniorem, iubeo libertate perfungi. Melloficum porcarium et Paschasidam^b, coniugem suam,
 5 Vernivianum^c cum filiis suis, excepto Widragasio, cui tribui libertatem, tuo iuri deputabis.
 Servum meum de Cesuracio^d tuum esse precipio. Agrorum partem ad te, quam frater meus
 Principius episcopus tenuit, cum silvis, pratis, pascuis revocabis. Servum meum, quem Mello-
 vicus tenuit, Viteredum tibi derelinquo. Teneursolum^e, Capalipum et uxorem suam Teodora-
 senam^f tuo iuri dominioque transcribo. Teodoniu^g quoque ex mea preceptione sit libera.
 10 Edovisfam, quae homini tuo sociata fuit, et eius cognationem retinebis^h. Uxorem Arigilliⁱ et
 cognationem suam ingenus esse iubeo. Partem meam de prato, quod Lugduni iuxta vos
 habeo, ad imitatem montium posito, et quae Iovia sunt pratella, quae tenui, ad te revocabis.
 Labrinaicum^k tibi, ubi ossa genitricis meae posui, cum praefatis terminis deputavi. Tibi autem,
 nepos meus Agriepla presbiter, qui intra domesticos parietes meos exegisti pueritium tuum,
 15 trado atque transcribo Merumvastem^l servum et uxorem suam Meratenam et eorum filium
 nomine Marcovicum^m. Eius fratrem Medovicum iubeo esse liberum. Amantium et uxorem
 suam tibimet derelinquo. Eorum filiam esse precipio liberam Dasoutdam. Alaricum servum
 tuae deputo portioni, cuius uxorem, quam redemi et manumisi, commendo ingenuam defenden-
 dam. Bebrinodum et uxorem suam Moriam tuo dominio vindicabis. Eorum filius Monacharius
 20 gratulabitur beneficio libertatis. Mellaricum et uxorem suam Placidiam ad tuum dominum
 revocabis. Medaridusⁿ, eorum filius, sit libertus. Vineam, quam Mellaricus Lugduni fecit,
 tibi dono; Britobaudem servum meum necnon etiam Gibericum. Vineam, quam Bebrinodus
 facit, tibi eatenus derelinquo, ut diebus festis et omnibus dominicis sacris altaribus mea inde^o
 offeratur oblatio, atque annua convivia Remensibus presbiteris et diaconibus prebeantur.
 25 Deleoque nepoti meo prelatato Moderatum, Totticionem^p, Marcovicum^q, Innocentium servum,
 quem accepi a Profuturo originario meo, coclearia quatuor de maioribus, accitabulum^r, lucer-
 nam^s, quam mihi tribunus Friaredus dedit, et argenteam cabutam^t figuratam. Filiolo illius
 Parovio^u accitabulum^v et tria coclearia et casulam, cuius fimbrias commutavi. Remigiae
 coclearia tria, quae meo nomine titulata, munile ipsius, quod habeo feriale, transcribo; et
 30 hichinaculum^w quoque dono illi de quo Gondebodo dixi. Deleoque benedictae filiae meae
 Hilariae^x diaconae ancillam nomine Nocam; et nitium pedaturam^y, quae suae iungitur vineae,
 quam Catusio facit, dono; et partem meam de Talpusciaco transcribo pro obsequiis, quae
 mihi indesinenter impendit. Actio^z, nepoti meo, partem de Cesurnico, quae mihi sorte divisionis
 obvenit, cum omni iure, quod tenui atque possedi. Ambrosium quoque puerum ad ius illius
 35 dominiumque transmitto. Vitalem colonum liberum esse iubeo, et familiam suam ad nepotem
 meum Agitonem^{aa} pertinere; cui vineam dono^{ab}, quam posui Vindonissae et meo labore con-
 stitui, sub ea conditione, ut a partibus suis omnibus diebus festis ac dominicis pro commemo-
 ratione mea sacris altaribus offeratur oblatio, et Lugdunensibus presbiteris atque diaconibus
 annua convivia, concedente Domino, prebeantur. — Dono ecclesiae Lugdunensi ex villis, quas
 40 sanctae^{ac} mihi recordationis prefatus rex Ludovicus dedit, duas. Anisiacum, solidosque decem
 et octo, quos presbiteri et diaconi inter^{ad} se aequali divisione distribuunt. Partem meam de
 Secia^{ae} ex integro ad se revocet ecclesia Lugdunensis, et Lausitam, quam mihi carissima filia
 et soror mea virgoque, ut credo, Christi sanctissima^{af} Genovefa in usibus pauperum Christi tibi-
 45 dandam ad integrum delegavit. — Commendo^{ag} sanctitati tuae, fili fratris mei, Lupe episcopo, ex
 prefatis villis quos libertos esse precipio, Catusionem et Auliatenam, coniugem suam, Nonnio-
 nem, qui meam vineam facit, Sunnoveifam^{ah}, quam captivam redemi, bonis parentibus natam,
 et eius filium Leutiberedum^{ai}, Mellaridum et Mellatenam, Vasantem^{aj} cocum^{ak}, Cesarium, Daga-

a) Vinoseifam 1^b. c. d. b) Paschasidam 2; Paschasidem 1^a. c. 3. c) Vernivianum 1. d) tene ut solum 1. e) Theod. 2.
 f) Teodonima 3^b. g) retinebis — cognationem des. 1. h) Arigilli 3^b. i) Merumvastem 3. k) marcum
 50 vicum 1^b. c. l) Medarius 1. m) in deo feratur 2. n) Praetextatio 1^a (7). 3; quod defendit Catechismus p. 45. o) Tot-
 tionem 2. 3; Tortionem Marlot. p) Marcovinem 2. q) acet. 3. r) lacernam 2. s) parvulo 1. 3. t) hichin. 1. 3.
 u) Helarie 1. v) pedaturam 2. w) Actio 1. x) Agathemerum 3; Agathim. 3^b; Agathimerum corrigendum esse
 videtur; r. infra p. 432, l. 7. y) pono 2. z) m. s. 2. 3^b. aa) d. ac. div. i. s. d. 2. b) Secia 2; Socio 3; Seria 3^b.
 c) spianima 1. d) commando 2. e) Sunnoveifam 1. 3. f) Leutiberedum 2. 3. g) Vasantem 1. h) ad cum 2; Vasantem,
 55 cocum Lej.

1) Cerny plures villas in praef. Aisne vocari, Lejeune (dép. Ardennes, arrond. Bethel, canton Novion)
 annotavit. 2) Laverghy, LEJ. 3) i. e. can- intelligit Lejeune.
 buta, baculus. 4) ἄμαξ ἰσχυροσφον. 5) Séry

ruseam^a et Baudoroseam, Leonis nepotem, et Marcolisum filium Totnonis: hos totos, filii fratris mei, Lupo episcopo, sacerdotali auctoritate liberos defensabam. Tibi autem hereditate ecclesiae meae Flavianum et uxorem suam Sparagildem dono. Eorum filiolam parvulam Flavarseam^a liberam esse constitui^e. Fedamiam¹, uxorem Melani, et eorum parvulam Remenses presbiteri et diaconi possidebunt. Cispiciolum colonum liberum esse precipio, et ad nepotem meum Aetium² eius familiam pertinere; ad utrumque, id est ad Aetium² et Agathimerum³, pervenire colonicam Passiacum. Pronepti meae Preterfatae⁴ dono Modoroseam⁵. Profuturo Leudecarium⁶ puerum trado. Profuturae⁷ dari iubeo Leudoveram. — Lugdunensibus subdiaconibus, lectoribus, ostiariis et iunioribus quatuor solidos derelinquo; Pauperibus in matricula positus solidus dabitur ad eorum refectioem. Deleoque ex dato prefati principis Salvonarias⁸ supra Moram⁹ et decem solidos ecclesiae Suessonicae⁹ pro commemoratione nominis mei; nam Sablonarias³ supra Matronam hereditibus meis deputavi. Catalaunensis⁴ ecclesiae ex dato saepe dicti filii mei Gellonos⁴ supra Matronam et solidos 10; ecclesiae sancti Memmii Fascinarias⁵ ex donis prescripti principis et solidos 8; Mosomagensi⁸ solidos 5; Fongensi⁷ agrum apud officinam molinarum, quae ibi est constituta; Catariensi⁸ ecclesiae solidos 4; totidemque Porteysi pro commemoratione mei nominis inferentur. Ecclesiae Attrabatenis¹, cui Domino annuente Vedastum fratrem meum karissimum episcopum consecravi, ex dono iam dicti principis villas duas in alimoniis clericorum deputavi, Orcos⁹ videlicet et Sabucetum¹⁰; quibus etiam pro memoria nominis mei solidos 20 dari iubeo. — Ursi archidiaconi familiaribus [usus⁸] obsequiis, dono ei domitexilis casulam subtilem et aliam plenioram, duo saga delicata¹, tapete quod habeo in lecto et tunicam quam tempore transitus mei reliquero meliorem. — Heredes mei, Lupo episcopo et Agricola presbiter, porcos meos inter vos aequaliter dividetis. Friaredus, quem, ne occideretur, 14 solidis comparavi, 2 concessos habeat, 12 det ad basilicae domorum martirum Thimothei et Appollinaris cameram faciendam. Haec ita do, ita lego, ita testor. Ceteri omnes exheredes estote, 25 suntote⁸.

Huic autem testamento meo dolus malus abest aberitque; in quo si qua litura vel caratura fuerit inventa, facta est me presente, dum a me relegitur et emendatur. Neque ei duo priora testamenta, primum quod ante 14 et alterum quod ante 7 condidi annos, obsistere, obviare aut ullatenus nocere poterunt, eo quod, quicquid in ipsis continebatur, in presentia fratrum meorum hic inserta et quae deerant adiuncta, insuper et quae Dominus mihi largiri in postmodum dignatus est superaddita noscuntur. Sed inconvulsum et incontaminatum presens hoc quod condidi testamentum a fratribus meis successoribus, videlicet Remorum episcopis, conservatum⁸, a regibus quoque Francorum, filiis scilicet meis karissimis, quos per baptismum, Iesu Christi dono et gratia Spiritus sancti cooperante, Domino consecravi, ubique defensum atque protectum contra omnia, et in omnibus inviolabilem perpetuamque semper obtineat firmitatem. Et si quis in ordine clericali a presbitero usque ad tonsuram contradicere aut obviare ei presumpserit, correptus a successore meo satisfacere neglexerit, convocatis ex vicinioribus locis Remorum dioeceseos tribus episcopis, deponatur a gradu. Si vero, quod non opto nec cupio, sed neque spero, successor quilibet mihi in hac sede Remorum episcopus, execrabili cupiditate ductus, res prefatas, sicut a me auctore domino meo Iesu Christo ad illius honorem et eius pauperum consolationem ordinatae sunt, altorsum distrahere, immutare, commutare seu quolibet obtentu in usus laicorum beneficii gratia dare aut a quolibet datas favere aut consentire presumpserit, convocatis totius dioeceseos Remorum episcopis presbiterisque ac diaconibus, necnon et ex filiis meis karissimis Francis religiosus quam plurimis, reatus sui

a) Dogaraseam 1; Dagaraseam 3. b) e. h. l. c) Spanagildem 2. d) Flavarsenam 3. e) constitui 1. f) Sedaniam 2. g) etiam 2; et vim 1. h) Aetium 2; Actium 1a. c. d. i) Agathim 3. k) Pretestate 2; Pretestate 1b. Protexitate 1a. c. d. l) Odoros. 1; Odorosenam 3. m) Leudecarium 2; Leudecanum 1; Leudocharium 3. n) Profuturo 1. o) Salvonarias 1b. c. d. p) Sessinice 1. q) Cathalan. 2, semper fere. r) Attrabateni 2. 3; Attrabateni 1. s) ita 3. Marlot; deest 1. 2. t) delicatapete q. l. u) sunt toto 1a; deest 1b. c. d. v) in quos 1. w) deest 2. x) conser- vari 2. y) super 1. z) deest 1.

1) Sablonnières (départ. Seine-et-Marne, arrond. Coulommiers). 2) Petit-Morin fl. 3) Sablonnières (départ. Aisne, arrond. Château-Thierry). Cf. Chartreuve (départ. Aisne, arrond. Soissons). L. Vario, 'Archives administratives' I, p. 18. 4) Jalons 9) Ourton (départ. Pas-de-Calais, arrond. Béthune). L. 5) Num Fagnières (ibid., cant. Châlons) ? L. 6) Mouzon (départ. Ardennes, arrond. Sedan). 7) Vonceq (départ. Ardennes, arrond. Vouziers). 8) Chéry-Vario.

penam privatione sui episcopatus persolvat, et nequaquam ultra recuperationem gradus amissi in hoc seculo promerebitur. Quicumque vero ex laico habitu a nobis statuta parvipendens sibi que favens, quae pauperibus ecclesiae attributa sunt, abuti aut usurpare quolibet obtentu presumpserit, pari simul perpetuaeque damnatione alienator, petitor, dator, acceptor, pervasor, anathematis vinculo ab ecclesia catholica seiungatur, donec valeant, Deo miserante, condignae satisfactionis emendatione indulgentiam promereri. Sin autem in hoc perseverare cuiuscumque donationis occasione quilibet delegerit, spes ei presentis ac futurae restitutionis a successore meo, Remorum scilicet episcopo, omnimodis auferatur. Genere tantummodo regio, quod ad honorem sanctae ecclesiae et defensionem pauperum una cum fratribus meis et coepiscopis omnibus Germaniae, Galliae atque Neustriae^b in regiae maiestatis culmen perpetuo regnaturum statuens elegi, baptizavi, a fonte sacro suscepti donoque septiformis Spiritus consignavi, et per eiusdem sacri crismatis unctionem ordinato in regem, parcens, statuo, ut, si aliquando genus illud regum per benedictionem meam totiens Domino consecratum, mala pro bonis reddens, ecclesiarum Dei pervasor, destructor, depopulator gravis aut contrarius existere voluerit, convocatis Remorum diocesanos episcopis, primum moneatur; et^c deinde ecclesia urbis^d prefata, adiuncta sibi sorore, ecclesia scilicet Trevisensi, iterum conveniatur^e; tertio vero, archiepiscopis tantummodo Galliarum tribus aut quatuor convocatis, princeps ille, quicumque fuerit, moneatur, ita ut usque ad septimam monitionem, si prius satisfacere renuerit, paternae pietatis longanimitate differatur; tandemque^f ei, si, postpositis omnibus prefatis benedictionibus, incorrigibilis contumaciae spiritum non deposuerit et, se per omnia Deo subdi nolens, benedictionibus ecclesiae participare noluerit^g, elogium segregationis a corpore Christi ab omnibus ei porrigatur, quod per prophetam et regem David longe ante, eodem qui in episcopis est dictante Spiritu sancto, noscitur decantatum, quia: 'Persecutus es^h, inquit, hominem inopem et mendicum et compunctum corde, et non est recordatus facere misericordiam, et dilexit maledictionem, et venit ei, et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo; totumque ei, quod in persona Iudae traditoris domini Iesuⁱ Christi et malignorum episcoporum ecclesia decantare solet, per singulas ei decantetur ecclesias, quia Dominus dicitⁱ: 'Quamdiu fecistis uni^k ex minimis meis, mihi fecistis, et quamdiu his non fecistis, nec mihi fecistis'. Et ideo, quod probatur in capite, in membris intelligendum esse, non dubitetur. Unum tantummodo ibi verbum per interpositionem commutetur: 'Fiant dies eius pauci, et principatum eius accipiat alter'; quod utique si successores mei, Remorum scilicet archiepiscopi, operari, sicut a me ordinatum est, neglexerint, in se, quicquid in principibus ressecandum fuerat, maledictionibus depravati^l reperiant: 'Ut fiant dies eorum^m pauci, episcopatum eorum accipiat alter'. Si vero dominus meus Iesus Christus vocem orationis meae, quam cotidie pro genere illo in conspectu divinae maiestatis specialiter fundo, audire dignatus fuerit, ut, sicut a me accepit, ita in dispositione regni et ordinatione sanctae Dei ecclesiae perseveret: benedictionibusⁿ, quas Spiritus sanctus per manum meam peccatricem super caput eius infudit, plurimae super caput eius^o per eundem Spiritum sanctum superaddantur, et ex ipso reges et imperatores procedant, qui in presenti et^p futuro iuxta voluntatem Domini ad augmentum sanctae suae ecclesiae, virtute eiusdem in iudicio et iustitia confirmati et corroborati, regnum obtinere atque augere cotidie valeant et in domo David, hoc est in caelesti Ierusalem, cum Domino in aeternum regnaturi, sublimari mereantur. Amen.

Peractum Remis, die et consule supradicto, intercedentibus et mediis^q signatoribus: † Remigius episcopus testamentum meum relegi, signavi, subscripsi et in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti Deo adiuvante complevi. † Vedastus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Genebaudus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Medardus^r episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque

a) dator post acceptor repetit 1. b) Nustric 2; mustrie 1. c) deest 1. d) urbs 1^a 4; e. Remensis a. 2; e. Remensis (Remensi 3^b) prefata 3. 3^b. e) conveniat 2. 3. f) tandemque eis p. 2; Tandemque si p. 3. g) n. crimen elog 1. h) d. l. des. 1; d. nostri 1. 3^b. i) dixit 2. 3. k) deest 2. l) depravari 1. m) eius 1. n) benedictiones 2. 3. o) illius 2; illustrius 3^b. p) et f. des. 1; et in f. 3^b. q) meridicis 1. r) asterisci des. 2. s) nomen deest 1. 2. haec et sequens formulae in 2 post Benedictus etc. leguntur.

1) Noviomensis.

subscripti. †^a Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Lupus episcopus. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Benedictus episcopus¹. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Eulogius^b episcopus¹. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Agricola presbiter. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Teodericus^c presbiter. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. † Celsinus presbiter. Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi, et cui benedixit, benedixi. Interfui quoque atque subscripsi. V. C. Pappolus^d. Interfui et subscripsi. V. C. Eulodius^e. Interfui et subscripsi. V. C. Eusebius. Interfui et subscripsi. V. C. Rusticolus. Interfui et signavi. V. C. Eutropius. Interfui et signavi. V. C. Dauveus^f. Interfui et signavi.

Post conditum testamentum, immo signatum, occurrit sensibus meis, ut basilicae domnorum martirum Thimothei et Appollinaris missorium argenteum sex librarum ibi deputem, 15 ut ex eo sedes futura meorum ossuum componatur.

20. De translatione corporis ipsius et quibusdam denuo patris miraculis.

^{Hinc Vit. Rem. c. 60.} Sepulto igitur in prememorata¹ basilica beatissimi Remigii corpore, cum multa stupendaque in eadem per Domini gratiam fierent miracula, dilatata et exaltata est ipsa ecclesia, factaque cripta post altare, in qua transferretur 20 pignus venerabile. Detegunt humo loculum, quo preparatum deponant in antrum, sed ipsum penitus movere non possunt. Superveniente vero nocte multis accensis luminaribus, circa noctis medium sopor excubantes occupat omnes. Quibus evigilantibus, invenitur transvectus sacro cum thesauro sarcophagus, in preparatum nonnisi manibus angelicis habitaculum deportatus. Tantaque² cuncti replentur odoris suavitate, quantum lingua non valet humana propalare. Quae delectationis amoenitas in eadem per totum diem³ illam, sed et in crastina perseveravit ecclesia. Hac igitur die translationis eius, scilicet Kal. Octobris, cum divinis laudibus sumptae sunt reliquiae de capillis eius et casula tunicaque ipsius; et inter- 25 grum, licet exsiccatum, corpus eiusdem rubeo constat brandeo involutum.

^{c. 63.} Hic itaque pater reverendus et in vita corporis et post obitum sicut infirmis sanitatum gratiam contulit, sic et ^{c. 64.} in pervasores vel presumptores saepissime vindex apparuit. De quo prefatus episcopus Gregorius⁴ referre studuit, quod ex ipsius hic verbis indere placuit¹. Erat enim haud procul a basilica fundus 30 tellure ferendus — tales incolae oleas vocant — et hic datus basilicae sancti fuerat. Quem unus e civibus pervadit, despiciens hominem, qui cum loco sancto contulerat. Qui cum ab episcopo ac loci abbate crebro conventus fuisset, ut quae iniuste pervaserat redderet, parvipendens verba quae audiebat, pertinaci direpta defensabat intentione. Denique causa extitit et non devotio, ut urbem adiens prepararet ad sancti basilicam. Arguitur iterum ab abbate pro campi pervasione; sed nihil dignum ratione respondet. Explicitisque negotiis, ascenso equo, domum redire disponit. Sed obstat nisi eius sacer- 35 dotis iniuria; nam sauciatus^m a sanguine, dirigit in terramⁿ. Obligatur lingua, quae locuta fuerat, campum tolli; clauduntur oculi, qui concupierant; manus contrahuntur, quae apprehenderant. Tunc balbutiens et^o vix sermonem explicare valens, ait: 'Deferte me ad basilicam sancti, et quantumcumque super me auri est, ad sepulchrum eius proicite. Peccavi enim auferendo res eius'. Aspicens autem dator campi huic cum muneribus deferri, ait: 'Ne accipias, quae ego, sancte Dei, munera eius, quae nunquam cupide accipere conuevisti. Ne sis, deprecor, adiutor eius, qui, inflammante concu- 40 piscencia, rerum tuarum nequam possessor extitit'. Nec distulit sanctus^o audire vocem pauperis sui. Nam homo ille licet dedisset munera, ostendit sanctus Domini, se illa non accepisse, dum reticens pervasor domum amisit spiritum, et recepti ecclesia res suas.

Temporibus⁴ Chilperici Francorum regis extitisse fertur Moderannus Redonensis⁵ ecclesiae presul, vir nobili prosapia oriundus. Qui per licentiam predicti regis limina sancti 45 Petri adire disponens, divertit in monasterium beati⁴ Remigii situm in suburbio Remensis urbis. Ubi liberaliter a fratribus eiusdem loci susceptus, impetravit a Bernehardo sacrorum custode reliquias de^r stola, cilicio atque sudario sancti Remigii. Quibus gratanter acceptis, iter inceptum lactus agens, dum permeat Italiam^p, in monte Bardonus quadam nocte meta- tum habens, memoratas in ilicis^r ramo suspendit reliquias. Cumque diluculo surgens iter 50 coeptum¹ arriperet inmemor horum, nutu, ceu creditur, divino haec ibidem remansere pignera. Procedente vero aliquanto longius episcopo, ubi relictarum memor fit reliquiarum,

a) *nomen deest* 1. 2. b) Elogius 1^a. c) Teodericus 1^a. d) Theodonius 2; Theodonus 3^b. e) V. C. *des. 2 semper*. f) Pappolus 2. 3. g) Eulodius 1. h) Danneus 3. i) Tantoque 1. j) i. d. 2. k) G. e. 2. l) inde replacuit 1; inde replicuit 2. m) sauciatus 1. n) terram 3. o) *deest* 2. p) *deest* 1. q) sancti 2. r) reliquias adesto latitio 1. 55 s) indiscismo 1. t) captum 2.

1) Non perspicuum, quem intelligat falsarius. 2) *S. Christophori Vita*. 3) V. notam ad c. 18. supra p. 428. Flodoardo ut videtur sumta. Cf. C. Suyskenium, 4) Haec narratio sub titulo: *De reliquiis b. Remigii per sanctum Moderannum in Italiam delatis*, in non- nullis codicibus Hincmari vitae adscripta est, ex AA. SS. Oct. I, p. 64. 5) Rennes. 60

suum statim ad has recipiens^a in dirigit clericum nomine Vulfadum. Quo ad has^a perveniente, nullo valet eas ingenio contingere, dum mirabili^b signo, ut eas attingere vellet, eleventur in sublimem. Hoc prefatus episcopus audito miraculo regrediens, in eodem loco fixit tentorium; sed relictis pignori. eadem nocte minime valuit recipere, donec facto mane in monasterio quod vocatur Bercetum^c, in honore sancti Abundii martiris inibi constructum, missam celebrans, predictorum partem munerum devoveret ibidem se relicturnum. Sicque rapti sibi recipiens, impleto venerabiliter voto, coeptum repetit iter. Cui obvius factus Liutbrandus^d Italorum^e rex strenuus, qui hanc auditu iam compererat^f sacrorum virtutem, amore beati Remigii ductus, idem monasterium, Bercetum scilicet, cum omnibus adiacentibus omnique abbatia, mansos octingentos, ut tradunt, continenti, prefato presuli Moderanno delegavit eique in presentia fidelium suorum legali de more vestituram ex ea et cartam fecit. Remeans autem ab urbe Roma memoratus presul^g, accessit ad venerandum beati Remigii sepulchrum, atque, sicut illi premissus rex hanc terram tradidit, ita nihilominus ille sancto Remigio eandem contulit. Sicque prospere in suum reversus episcopium, successorem sibi ordinari fecit, et valefaciens^h filiis suis, Bercetum monasterium repetiit et usque ad obitus sui diem in loco illo moderate et honeste ut servus Dei conversatus vixit. Qui quoque nonnullis deincepsⁱ locus miraculis illustratus claruit.

Processu denique temporis Pippinus^j rex, Karoli Magno pater, episcopi Laudunensis villam quae dicitur Anisiacus^k accipere nixus quasi sub censu, velut alias quasdam fecerat, venit in eam. Ubi cum dormiret, apparuit ei sanctus Remigius, dicens: 'Tu quid hic facis? Quare in hanc villam intrasti, quum mihi homo te devotior dedit, et quam ego ecclesiae domitiae meae Dei genitricis donavi?' Et flagellavit eum satis acriter, ita ut livores in eius postea corpore parerent. At ubi disparuit beatus Remigius, surrexit Pippinus^l, et correptus valida febre, quantocius ab ipsa villa recessit. De qua febre non parvo labore laboravit. Deinceps vero regi princeps inibi usque ad moderna tempora non mansit, ut nec^m in Codicicaco vel Fulaco, nisi Ludovicus rex Germaniae, qui, quando fratris sui Karoli regnum pervasit, in Fulaco mansit, et inde turpiter in crastinum fugiens ante ipsum fratrem suum, vix evasit.

Partem quoque magnam silvae in saltu Vosago beatus hic pater dato comparavit pretio. Villulas etiam quasdam inibi constituisse fertur, quae Cosa et Gleoi vocantur; ipsasque de vicina episcopi villa nomine Berna, dudum sibi a Francis data, in eas transferens, ibidem manere disposuit, ut piceis religionis annuatim locis ecclesiae Remensis administrent, instituit. Quibus et pensamⁿ tribuit, quae hodieque ab ipsorum successoribus accipitur, cum qua suum quoque persolvant debitum. Huius etiam suae coemptionis^o fines ita per girum determinavit, ut et omnibus videntibus pateat ipsa determinatio, et hactenus ipsi fines ab eo denotati nomine tenus vocentur et assignentur. In quibus exterminationibus^p huiusmodi concavo manu sua petram coniecisse traditur; quam quicumque voluerint contractare, manum in ipsam cavernam valent inferre, lapidem devolvere, sed ab eadem concavitate nullo modo queunt educere. Post aliquo vero tempora quidam beati viri laudibus invidens ipsam manu petram de ligno nixus est evellere. Quod explere non valens, ipsum securi foramen temptavit ampliare. Sed, elevato ferro, ut arborem percuteret, arefacta mox dextera, quam proacriter extulit, ipse quoque lumen oculorum amisit, et qui famam sancti patris huius extinguere voluit, venerationem laudis adauxit invidus.

Istius partem silvae huius almi patroni nostri studiis empta duo quidam fratres custodes^q regii saltus invadentes, asserabant, quod potius ad fiscum quam ad ius sancti Remigii pertineret. Accidit autem, dum quondam cum incolis ecclesiae Remensis ditiori subditis ob id alterarentur, ut unus eorum veniens ad porcos suos, quos in eandem silvam pastum^r miserat, lupum inter eos inveniret. Quem ascenso equo celeriter insecutus cumque percussit motus, equo pavefacto, caput ad quandam collis^s arborem, cerebroque ipsius in terram defluente, mortuus est. Frater vero ipsius in alteram pergens partem, pervenit ad quandam petram, dicens: 'Omnibus notum sit, quia usque ad hanc petram est ista silva imperatoris'. Eoque sic lapidem cum dicto bipenni, quam manu gestabat, percussit, saxi particulae in eius oculos ab ipso prosiliunt, et caecus efficitur. Sicque presumptionis uterque mercedem recepit et mendacii sui.

Quidam vir nobilis ex territorio Nivernensi, beati Remigii reliquiis obtentis, oratorium in sua proprietate sub ipsius aedificavit honore. Ubi Dominus nonnulla propter huius dilecti sui merita propalanda dignatus est ostendere signa. Cum denique, Ludovico imperatore defuncto, Aquitani absque principis iugo facti gentilitiaque^t mobilitate permoti, prout quisque poterat, efferre sese mutuoque impugnare ac per contiguos pagos debachari coepissent, pauperes quique^u res suas in ecclesiis reponere^v studuerunt. Unde consili virtutum quae inibi fiebant opinione, sus multi servanda in eodem certatim reconduant oratorio. Audientes autem predones hoc opibus oratorium pluribus refertum plurimorum, eas vi diripere nituntur. Quorum quodam oberati seram conante frangere ostii, mox ut ianuam calce percussit, eidem cohaerente pede ipsius ostio, resupinus in terram presumptor cecidit. Quod alii cernentes, aufugiunt. Ipse vero miser, cogente cruciatu, cum maximo suus ciulatu coepit exprimere dolores et amarissimis promittere cum lacrimis, quia, si Deus per merita sancti Remigii pedem ipsius ab hac compede solveret, ulterius nunquam vel de illa vel de qualibet aliquid^w ecclesia tolleret aut tolli, quantum ex ipso esset, ullo modo consentiret. Cabellum quoque suum cum sella et alia quae potuit ad eundem donavit ecclesiam. Sicque post confessionem, lacrimas et votum pes eius ab ostio, cui adhaeserat, est solutus. Verumtamen eo postmodum pede claudus permansit, dum, crure femoreque computrescente^x, morte decessit.

Quando tres^y fratres Lotharius, Ludovicus et Karolus regnum sibi^z post patris obitum divisere, villas episcopi Remensis, quod^{aa} tenebat Folco^{ab} presbiter, Karolus suis distribuit militibus. Ex quibus villam Iuliacam cuidam Ricuino

a) hos 1. b) dominabili 1. c) Bercetum 1; mox Bercetum. d) Liutbrandus 2. e) ita de eum 1. f) compererat 1. g) vadefaciens 1. h) deest 2. i) Pippinus 2. k) deest 2. l) pens 2. m) captiois 1; comparationis Vit. n) ita 1. Vit.; determinationibus 2. 3. o) forestarii (Ludovici imperatoris) Vit. p) pactum 1. q) elisit 2. r) gentilitia atque 1. s) quoque 2. 3. t) ponere 2. u) putrescente 1. v) fr. tr. 2. w) Francorum add. 1^a (?) 3. x) ita 3. y) ita 1; Fulco 2, 3.

1) Berceto, prov. Parma, distr. Borgotaro. Cf. Pauli Hist. Langob. I, VI, c. 58, SS, ver. Lang. p. 185. 2) Anizy.

6. 71. *Hinc. y Rem.* dedit. Cuius uxor nomine Berta^a dum in ipsius villae cubiculo iaceret, venit ad eum sanctus Remigius in somnis, dicens: 'Non est iste locus tuus ad iacendum. Alterius meriti et officii debet esse, qui hanc villam habere et in hoc cubiculo debet iacere. Surge quantocius et hinc abscede'. Quod ille parvipendit, potans, inanis se visum videre. Iterum quoque apparuit ei sanctus Dominus, dicens: 'Cur hinc nunc abscessisti, sicut tibi precepit? Vide, ne te hic amplius inveniam'. Quod ipsa ceu prius etiam nunc pro nihilo duxit. Tertio venit ad eandem beatissimus presul et dicit: 'Nunc iam senex 5 et secundo tibi iussi, ut hinc abscederes? Sed quia pergere contempsisti, aliorum deportatione discedes'. Et percussit illam virga, quam tenebat in manu. Quae mox in maximum toto corpore conversa tumorum, viro suo quod viderat aliam quae nonnulla dixit, et per aliquot dies severissime cruciata, vitam finivit. Cuius corpus vir eius in ecclesiam sancti Remigii deportari et illidem sepeliri fecit. Quod autem fanus ipsius in ecclesia sua pater hic almus receperit, non adeo mirabitur, si quis digne penderit, quia^b sancti vindictas in delinquentes exercere^c soleant intentione, videlicet ut, si 10 poeniterint, hic recipiant quod merentur, ne post aeternis supplicis addicantur, ut in Regum libro de propheta legitur, qui ori Duhini inobediens exiit et a Leone percussus interiit, atque post ultionem perceptam corpus ipsius intactum a fera remansit. Quod^d vero premissam mulieram ter admonere curavit, nec eam primo vel secundo visitans percutere voluit, quam tamen ultione^e plectendam, utpote Deo coniunctus, non ignoravit^f, quid aliud quam patientiae nobis exempla proposuit? Ne scilicet ad proferendam in quemque sententiam faciles 15 simus, qui Deo per diversa^g distinguimur, cum et eum patienter expectare probemus, quem Deo cohaerere atque cum ipso indicare confidimus.

64. Moderna tempore colonus quidam villae Remensis episcopi quae Plumbea-Fontana dicitur, manens iuxta regii villam fisci quam Rosetum^h vocat, neque messem neque pratum ceterumque peculium propter fiscaliorum infestationem habere quieto valebat. Unde saepe iustitiam apud ministeriales regios sibi fieri petiit, nec obtinere potuit. Invenit autem 20 tandem sibi salubre consilium. Nam coxit panes et carnes, et, accepta cervisiaⁱ, prout visum fuit, in vasculis, haec omnia in^j vehiculo quod vulgo kenna dicitur imposuit et iunctis bobus ad basilicam sancti Remigii, candulam manu ferens, properavit. Quo perveniens, cibariis quae detulit matricularios pavit, ad sepulchrum sancti candulam posuit et eius auxilium contra suos oppressores expetit. Pulverem quoque de pavimento ecclesiae^k colligens, panno colligavit et in praedicta kenna ponens, linteam desuper, ut supra corpus mortui solet fieri, composuit et ad propria remeare coepit. Si qui 25 vero de obviatis eum interrogabant, quid in illo carro duceret, respondebat, se sanctum Remigium ducere. Mirabantur autem omnes in diebus et factis illius, amicum hunc esse ferentes. In pratum vero suum perveniens, pastores inibi de Rosio diversi generis animalia pascentes invenit. Ast ubi sanctum Remigium ferre sibi suffragia postulans invocavit, coepere boves, hirci capraeque invicem se cornibus impetere, porci cum porcis confligere, verveces cum vervecibus se collidere, pastores se fustibus et pugnis mutuo percutere; maximoque surgente turbine, pastores heulantes, animalia quaeque 30 iuxta genus suum magno sonitu perstrependo, ita cooperunt Rosetum versus fugere, acsi multitudo persequentium flagris videretur insistere. Quod cernentes fiscalium, terrore perculti, mortis imminere sibi pericula veriti, tandemque correpti, cessantur ab afflictione pauperis sancti Remigii. Sed quia secus annem Saram^l loco lutoso maeabat et in suis habitaculis a serpentibus molestiam magnam sustinebat, accipiens pulverem quem secum ab ecclesiae pavimento collectum detulerat, per habitacula sua respersit, ac postea serpens in eisdem locis non apparuit. Compertum quoque tra- 35 datur, quod in omnibus ecclesiae beati Remigii circumiacentibus atris^m vel cimiteriis coluber nunquam solet inveniri, sed, etsi delatus huc aliquo modo fuerit, nullatenus hic vivere possit.

67. Temporeⁿ domni presulis^o Hincmari quidam Biturginus ecclesiae mansum in villa Teuolio^p apud ipsius ecclesiae custodem impetravit pretio, unde famulos Sancti Remigii eiecit^q cum flagellis, concitantibus eis, sanctum 40 Remigium sibi ferre subsidium. Quibus idem Biturginus cum irrisione dixit: 'Modo parebit, qualiter^r vos sanctus Remigius adjuvabit^s'. Videte, quomodo in adiutorium vestrum venit. Moxque inter haec verba maximo clamore ingemiscens, mirabili turgore distensus intumuit et expirans crepuit^t medius. Qua vindicta commemorat, ultionem divinam pertimescere, crudeliter ecclesiasticam non tractare familiam et in Deum ac sanctos eius summo perere blasphemiam.

Nostris olim diebus quidam Warnerius^u pagi Vormacensis comes res Sancti Remigii 45 premissas in Vosago sitas^v invadens, hominibus suis distribuerat. Veniens autem beatus^w Remigius ad Herigarium^x Maguntiae^y presulem, in somnis ei visus est, precipiens, ut iret ad Conradum regem, commouens eum iubere sibi subiectis, quatinus dimitterent terram suae ditionis. Qui consurgens a somno, licet miratus de visione, regi tamen omisit indicare. Rursus post aliquot dies apparens ei sanctus Remigius redarguit eum^z, quare mandata^{aa} non 50 adimplet illius, admonens iterum, ne differat, quin regi iussa denuntiet. Item ceu prius ille visum reputans inane^{ab}, neglexit perficere iussionem. Tertio hunc iam cum flagello sanctus adiens, ipsius increpavit contumaciam, quemque per brachium comprehendens, lecto visum extraxisse^{ac} est, sicque flagello, quod tenebat, eum verberans, acriter caesum dimisit et humiliatum. Non amplius enim iam tempere iussa presumens, regem mox adit, secretum petit, vestem deponit, lividum corpus ostendit et dicta vel acta fideliter ex ordine pandit. Accidit autem, ut eadem die legatus domni presulis nostri Herivei^{ad} nomine Teudoi-

a) Berta 2. 3. b) quis 1. c) exorcere 2. 3. e) exierunt *Viz.* d) ultionem 1. e) ignoraverit 1. f) perversa 2. g) desit 2. h) cervisia 2. i) desit 2. 3. k) c. e. 2. l) Farum 19. c. m) Nam Bl. q. nuper *Viz.* n) H. pr. 2. 3. o) c. fl. ei. 2. 3. p) quomodo 1. q) iurabit 2. 3. r) m. cr. 2. 3. s) Mogontie 1. t) illum 2. u) mansum 60. v) inane 1. w) est extr. 2. 3.

1) Hic noster Hincmari verba multo fusius reddidit. ducis Lotharingiae (a. 944—953). Cf. Dümmler, *Ostfr.* Reich II, p. 520 n. 6; *Otto* I, p. 101 n. 5. 6) Scilicet Cosla et Gleni, i. e. Kusel prope Kaiserslautern et Altenglan. 7) Sedit a. 913—927. 8) A. 900—922. 65

nus ab eodem seniore suo pro ipsis rebus repetendis ad regem cum muneribus deveniret atque horam, qua regi presentari^a posset, extra stans expectaret. Cumque rem gestam rex admiratus requiri precepisset, si quis illic inter suos forte nostris e partibus inveniretur, ille pro hac^b eadem re foris sustinens reperitur adesse, regi nuntiatur, eo iubente coram^c deducitur, et^e ei res quae propalata fuerat aperitur^d. Ille gratias agens, pro rebus ipsis se missum reteggit, res rege reddente recipit et, eodem favente, prefato pontifici Herigario tutandas ad fidelitatem Sancti Remigii committit. Posteaque domnus presul Heriveus, dum advixit, ex iisdem rebus annuatim debitum sine contradictione censum recepit.

Easdem res domnus Artaldus⁴¹ episcopus dudum Conrado duci commiserat; quas ille Ragimbaldus^e cuidam suorum delegaverat. Qui Ragimbaldus^e earundem rerum colonos valde affligebat. Ipsi vero pro afflictione sua saepe ad sanctum Remigium clamabant, Remis venientes et ipsius patroni sui patrocinia requirentes. Pro qua re nuper anno preterito² cum rege Othone^f et prefato duce locuti sumus, quando Aquis ad eundem regem missi fuimus; sed, ut idem Ragimbaldus ab ipsarum rerum direptione desisteret, impetrare nequivimus. Unde contigit orno, ut, dum quodam sabbato eosdem colonos ad opus quoddam peragendum congregatos haberet preciperetque presbitero, ne signa vespertinalia usque prope noctem pulsaret operique implendo insisteret, percuteretur percussore invisio. Quod dum requireret, quis eum percussisset, omnesque se vidisse negarent, foris exagitatus, sensum amisit, graviterque vexatus, spiritum exalavit. Quo comperto, dux Conradus nimium territus ad Sanctum Remigium venit eique res ipsas reddidit, quas premissus^g presul Artaldus^h Hincmaro abbati³ ac ceteris monachis ad supplementum victus attribuit.

In Vulfiniaco-Rivo¹, pago Laudunensi, habetur oratorium in honore sancti Remigii dedicatum. In quo, dum Rodulfus rex Heribertum comitem⁵ persequeretur, qui episcopatum Remensem a rege sibi commendatum tenebat, homines ipsius villae res suas propter hostiles incursus recondere studuerunt. At dum rex prefatus ad obsidendam Remensem venisset urbem⁶ et in Culmissiaco⁷ metatus esset, exercitus eius vicinas occupavit villas. Quidam vero illorum, qui in prenotata villa, scilicet Vulfiniaco-Rivo, metatum habebant, vinum, quod in ecclesia timoris causa reconditum fuerat, invadit, et quasi tabernam constituens in eadem ecclesia, paribus suis illud vendere coepit. Haec dum ageret, percussus morbo, repente sensum amisitⁱ, ore sibi ad aurem usque pene retorto; diuque cruciatus tormento, vitam finivit. Quod cernentes ceteri, eidem loco sacro debitam deinceps exhibentes reverentiam, ab huiusmodi sese cohibere presumptione.

21. De altera^k vel iterata translatione seu relatione corporis eius ad urbem.

Huius beatissimi patris nostri venerabile pignus domnus Hincmarus archiepiscopus, adhuc ampliata ipsius ecclesia, criptaque opera maiore atque pulchriore preparata, presentibus et annitentibus episcopis dioceseos huius Remensis, transtulit; integrumque illud cum brandeo, quo prius repertum fuerat involutum, in argenteo locello transposuit. Sudarium vero, quod super caput ipsius erat, cum parte predicti brandei seriniolo reconditum elurnea Remis abinde reservari¹ in ecclesia beatae Dei genitricis Mariae. Denique dum corpus ipsius sacratissimum de lapideo sarcofago in promisso transponitur loculo, Rado quidam, Suessonicae tunc ecclesiae subdiaconus, qui cum episcopo suo Rothaldo^m illic advenerat, adeo dolore dentium per integrum vexatus annum, utⁿ doloris nimietate perditurus motueretur sensum, maxillam peste gravatam loco ubi sanctum pignus iacuerat apposuit; et mox ab hac liber redditus aegritudine, dolorem deinceps huiusmodi meruit non sentire. Haec eadem die duo quidam homines morbo contracti apud pagum Ribuarium in oratorio quodam memoria^o huius beati nostri patroni dedicato sanitatem nunciatum est^p receperunt. In ipsius autem qua corpore quiescit basilica continuo fieri non omittuntur insignia, dum advenientes aegroti sanantur, pericuri demone pervaduntur, enervumini liberantur, illuminantur caeci, eriguntur claudi, ut in caelis gloriose cum^q Christo vivere demonstretur, qui tot miraculorum signa, ubi corpus exanimis servatur, in terra vivere comprobatur. In loculo vero, ubi tunc depositum^r corpus eius est, hic versus a domno Hincmaro editi leguntur insculpti:

50 a) po. pr. 2. b) deest 1. c) ut — aperiat 2. d) Artaldus 1. e) Ragemb. 1. f) Othone 1. g) pres. prem. 2. 3. h) Artoldus 2. 3. i) perdidit 2. 3. k) alterata vel literata 1. l) i. e. r. 2. 3. m) Rothaldo 2. 3. n) et 1. o) memoriae 3^b. p) nunciantur 3. q) c. Chr. des. 1. r) d. est c. ni 2. 3.

1) C. n. 931—961. 2) Id est a. 951, ubi Otto pascua Aquis celebravit; ut recte monuit Dümmler Cf. Mariot I, p. 581 sq., ubi Paterborn falso indicatur. Rectius Stumpf or. 217, p. 20; Dümmler, 'Otto d. Gr.' p. 189. Cf. Flod. Ann. SS. III, p. 400. p. 210. 4) Bouffignoreux (arrond. Laon). 5) H. Viro-mandiae. 6) Quod a. 931. evenit; cf. infra I, IV, firmat Otto I. d. 9. Sept. a. 952. in loco Botfeld. c. 24; Ann. p. 380. 7) Cormicy (arrond. Reims).

Hinc. V Rem.
c. 13.

*Hic famulus Hincmar domini sacra membra locavit,
Dulcis Remigii ductus amore pio;
Qui prius est sanctus mundo quam matre creatus
Et magnus dictus castus ore Dei.
Bis denos hincque gerens feliciter annos,
Sortis Dei sumpsit pontificale decus.
Sexaginta simul bis septem manserat annis
Ictus urbis honor presul et orbis amor.
Vitam defunctis, reddens quoque lumina caecis,
Egerat et viceis plurima mira satis.
Nam domuit fera corda, animo pius, ore profusus,
Stembris gentis regia scepra sacans.
Nonaginta quidem sex cum compleverat annos,
Splendida lux nostras deseruit tenebras.
Idus iam plenas cum Ianus^b mensis haberet,
Emeritus miles premia digna capti.
Idem Hincmarus primus hac sede sacerdos
Post triginta loco constitit^c et numero;
Qui sextus ductus sub hac ratiōnis lucerna
Remigio Remis munia cara dedit.
Annis septenis, quinque ac mensibus egit
Pastoris curam, haec recolenda patrens.
Octingentesimo quinquagesimo secundo,
Quo Deus est anno virgine natus homo:
Tertius et Karolus regni componeret actus,
Octimber^d primam cum daret aequa diem,
Ac ter centenos^e octavus tangeret annus^f,
Hic iustus Domini quo peti astra poli.
Ter centum fuerant tres et deni quater anni,
Quo vitas Francos gurgite lavit ovans.
Ipsus is precibus caelesti in sede locetur,
Quem terris coluit verus amator! Amen.*

- Tr. Rem. 1. Accidit¹ autem postea, peccatorum meritis exigentibus, ut dominicae incarnationis anno 882, sub rege Karlomanno, predicto domno Hincmaro archiepiscopo satigente, transferretur venerabile pignus corporis huius sanctissimi patris et domini nostri Remigii propter infestationem paganorum ad villam ipsius iam supra taxatam nomine Sparraeum, quia civitas Remorum tunc temporis non² habebat in ambitu sui murum². Cuius obtentu totius tunc pagi, ad quem delatum munus hoc habetur amantissimum, provisa probatur salus a pervasione barbarorum vel incurra prodonum. Post Hincmari denique pontificis obitum desiderabilis hic sacrorum thesaurus membrorum ad Orbacense³ perducitur monasterium. Hic quoque beatissimi huius sacrorum nostri suffragii omnis commoditas aeris circumquaque degentibus attribuitur incolis cum insolita fertilitate telluris. Post decessum vero saepe dicti presulis Hincmari, cum pontificatus subisset honorem Folco, sui primo presulatus anno referre decrevit alma beatissimi huius nostri patris ossa. Quod ubi aggreditur, perveniente iam eo cum coepiscopis et cleri plurimis ad locum ubi pignus servabatur pretiosum, cum esset magna caeli serenitas, sed fervens admodum siccitas, subito se tantus effudit imber, ut totius huius superficiem terrae videretur ubertim irrigasse. In crastinum vero dum sacra referre promovent munera, cuncta clara, cuncta iocunda, cuncta mundanae speciei redduntur amoena; prosperoque progressu, concurrentibus undique populis, ad vicum deveniunt Calmicicum, in quo nonnulla pater hic eximius adhuc carne septus virtutum dinoscitur exhibuisse magnalia⁴. Hic membra veneranda in ecclesia deponentes eius nomine dedicata, noctis quieto fessa levant corpora. Post requiei subsidium iam terras solis illustrante iubare, voces undique Deum benedicientium concrepant atque laudantium, quod eis pastorem, patronum ac protectorem redderet corporaliter proprium, quem semper apud divinam clementiam intercessorem et assiduum se habere confidunt advocatum. Prefatus interea presul, caelestium sacramentis misteriorum rito celebratis, imminenti cum⁵ laudibus iuga scandit montis, comitantibus undique secus populorum stipatus catervis. Hic ubi pro populi delictis et irae mitigatione caelestis ad Dominum fudisset orationem, paululumque processissent, adhuc clarificare Christus, mirificare atque glorificare disponens hunc beatissimum patrem nostrum in terris, quem magnificare cum angelis elegerat in caelis, quanti sit apud se meriti, concurrenti propalare decernit multitudini.

22. De remediis subinde¹ pluribus impensis.

11. Accedit itaque mulier caeca nomine Doda, manu sibi gressum² regentis innixa, quae mox ut cominus appropinquat, visum sibi restitit coram omnibus impetrat. Quod presul audiens, hymnum laudis Dei cum populo magno repletus concelebrat¹ gaudio. Necdum finierant odas exultatione caelum replentes, et ecce frustratus quidam multis gressu diebus cum integra procedit incolumitate lactabundus.

a) viverat 2. b) mensis ianus 2. c) constituit 2, ubi et deest. d) Octimber 2. e) centenos 1. f) annos 3. g) n. h. des. 1. h) iuga c. l. 2. 3. i) sub 1. k) gressus 2. 3. l) g. c. 2. 3.

1) Flodonrdus sequitur Translationem Remigii auct. gavit Surius tom. I, et Suyskenius AA. SS. Oct. I, 65. Rotfrido, qui a. 882. vivebat; AA. SS. Oct. I, p. 170 sqq. p. 173 sqq. 2) Cf. Hincmari Ann. 882, SS. I, p. 515. Sed verba modo brevius reddidit, modo mutavit et 3) Orbais (arrond. Epernay). 4) V. supra c. 12, p. 422. exornavit. Sequentia et totum c. 23. ex nostro vul-

Transiere cum laudibus inde paulisper, et mulier quaedam manuum potita sanitate succedit. Dupli-
cant¹ ergo tripliciter comitantia gratiarum actiones agnoscit. Tremefacti proximi quique mirabilium
magnitudine, tantisper a tantae² deliberant secedere sanctitatis sublimitate. Nec vox reciproca laudantium
defecerat ab ore, dum puer³ quidam Grimoldus nomine, diu lumine privatus, os quoque miserabiliter a
5 recitandis loco distortus inuisaque deformitate turpatus, a parentibus obviam delatus, pristinum, quem
dudum amiserat, est⁴ visum consecutus et in propriam sanctissimi patris huius opitulatione mirabiliter
est effigiem restitutus. Interiecto velut unius horae spatio, puer alius a⁵ contractione corporis eiusdem
patroni suffragiis feliciter est erectus. Cohors igitur devota melodis Davitica nequaquam sufficiens rebore
carmine, maximo cordis affectu permota, inter laudum voces, eliciente gaudio, lacrimis ora rigare profusis
10 et suspiria singultusque formare pro canticis. Concurrentium quoque nimia stipatio plebium, sacri muneris
gerulam deosculari cupientium⁶, loculum importunitate valida vehementium coepit figere gressum. Mirorum
siquidem quae gerebantur percrescebat opinio; certatimque tam sani quam diversis calamitatibus attriti
properare studebant, cupientes intueri magnalia, quae Dominus omnipotens in sancti sui clarificatione
multiplicare proposuerat. Pro magno namque sibi quisque⁷ dampno reputabat, immo delictum deputa-
15 bat, non modo si non procederet, verum si postremum accederet. Appropinquantem autem civem obviam,
dum grata deferri cernunt munera, terrae se prosternentes, soli deosculantur terga. Suspicientesque,
ubi contemplantur loculum, pretiosae divini diadematis gemmae basilium, multas inter eximia gaudia
lacrimas fundunt, obsecrantes, ne amplius eiusdem patris officii censeantur absentia, quin perpetua mercen-
tur gratulari presentia. Pater interea beatissimus filiorum devotioni preclaris favens nutibus, addit adhuc
20 divinis plebem suam multipliciter exhilarare mirabilibus. Etenim dum clerus cum sacerdotibus, psalmis,
hymnis et canticis intonat spiritalibus, populus etiam iubilationis immensae reboat vocibus, ut mirabilem
Deum in sanctis suis iocundioribus adhuc preconarentur animis, pristinam multitudine languentium sospita-
tatem manifeste conspicitur recuperare, levatis pluribus varia peste corporibus. Adeoque per singula
pene momenta caelestia pandebantur miracula, ut ad haec locorum vel temporum vix enumeranda censerit
25 valerent interstitia.

Tunc⁸ igitur Osanna⁹ quaedam mulier cum admiratione gaudentium celeri meruit prosperitate reci-
pere visum; et post pusillum claudus quidam felici munere consequitur gressum. Deodata quaedam,
patefactis aurium ianuis, adipiscitur auditum. Quidam nomine Teuto desiderabili potitur illuminationis
dono. Item quaedam mulier eodem gavisa laetatur beneficio. Similiter Ausoldus quoque lumine, quod
30 nimio flagrabat assequi desiderio, fido ceu credit animo, patris huius piissimo perfruitur suffragio.
Quidam Gerbertus paralisis est a dissolutione sanatus. Quidam quoque alius eiusdem muneris exultat
hic largitate perfunctus.

Cumque certatim quique studio pie devotionis obviam studerent occurrere ac¹ non modo benigni
cordis intentionem, quin etiam rerum temporalium exhibitionem, prout cuique facultas suppetebat, affer-
rent, mulier quaedam pauperula de civitate properans in occursum, manu cereum ferelat, qui accensus
numquam fuerat. Mirabile dictu! subito caecitas nutu divino cereus in² manu gerentis est illuminatus;
35 ipsaque dum per totam defert illa viam Dei confitendo miraculum, nequaquam superni luminis amittit
ille beneficium, donec mirifici pignora patris in stationis propriae perferrentur domum, hicque a pontifice
sollemnia celebrarentur missarum. Tunc femina cereum lumine flagrantem mirabili basilicae tradit
40 custodi, qui ob supernae gratiae quod contigerat gaudium luminaria, quaecumque per ecclesiam videban-
tur ardere, mandat extingui lumineque divinitus hoc dato rursus accendi, huius vero partem cerei caelo
dati miraculi decernit in testimonium reservari.

Rotgardis¹ quaedam femina de pago Castricio² gradiendi carens officio, pristinae gaudet cum inco-
lunitatis dono, ut, quae plastro debehente fuerat adducta, propriis postmodum pedibus remeare valeret
45 ad sua³. Praeterea mulier quaedam secum parvulam sex annorum fere defert filiam nomine Vulfidem⁴.
Quae dum quadam die cum coaevis luderet, ab aliqua transeunte forte muliere percussa fuerat in capite;
quo ictu laesa, ita ut eius retro reflexum inhaerere cervici videretur occipitium, nec in aliam caput reci-
nare partem valeret, cibi vero nullam nisi liquidam sumere posset⁵ sustentationem, quae integrum sub
tali ferme labore duxerat anni curriculum. Quam mater affectu diligens tenero deque salutis ipsius solli-
50 cita recuperatione, studuit obviam deducere. Dumque cominus ob densitatem multitudinis non valet
accedere, procurat aliquantulum vulgus antecedere. Mox in via, per quam iter erat agendum, sese proster-
nens simul cum sobole, fulta valida fide, preces ad Dominum devota dirigit mente. Nec dum ab ora-
tione cessarat⁶, et ecce ipsius coepit vociferari⁷ filia. Quam genitrix ut maternis consolatur blanditiis,
surgens intota, caput eius ab inflexione videt ad propriam recitandis lineam remeasse. Tunc nimia
55 hilaritate repleta, sed et de prolis sanitate confisa, perlustrans vulneris locum, cernit sanguine madidum
nervosque diu contractos acsi funes extendi productos. Sic accepta misericordiae quam quaesierat bene-
dictione, domum laeta cum gratiarum revertitur actione.

Hac igitur dignitate clarificationis et rerum gestarum admiratione cohors stipata votoque gratula-
tionis, arreptum toto fervoris iter annisu cum canticis hymnisque percurrere satagebat. Precesserat equi-

60 a) tanta 2. 3. b) q. p. 1^{b. c. d.} c) v. e. 2. 3. d) deest 2. e) gestientium 2. 3. f) d. q. 2. 3. g) Hunc 1.
h) Ozanna 2. i) an 1. k) i. m. des. 1. l) Totg. 1. m) propria 1^{b.} n) Vulfidem 2. 3. o) sust. p. 2. 3.
p) cesserat 2. q) vociferare 2.

1) Quae sequuntur in historia translationis haud leguntur, sed ex simili narratione sumta esse videntur.
Sermo huius capituli simili commatum exitu conspicuus est. 2) De cuius situ non plane constat.

dem pressi; sed reversus, cleri comitantibus choris, pretiosissimum propriis thesaurum sumit humeris, et sic ad ipsius propriam beatissimi domum patris cum magna perfert gloria lulationis. Ast ubi pervenit in ecclesiam, quae competeri visa sunt ritè dispositis, incoata iam victimae spiritalis immolatione, mulier quaedam de pugo Trecaasino membrorum omnium agitatione multata, veniens coram altari ruit in pavimento; ibique miserabiliter diu vexata, huius piissimi consolatoris miseratione surgit incolumis effecta. Quae super evenit tantae consulta calamitatis, necem se propriae confictur perpetrasse matris. Missarum denique sollempnibus ex more peractis, sua quique repetunt^a, reversuri mature in crastinum ad hoc tutelae suae presidium in civitatem perferendum. Mane iam facto, dum ad conditum studiosae contenditur, Erluidis quaedam mulier, haud procul ab urbe degens, ad tantae processiois spectaculum disponebat exire, qualis optatae sospitatis uti mereretur munere. Quae quia iam per quinquennium languore pressa partem corporis dextram premortuam penesque gestabat inutilem, nisi quo poterat accedere et ad visendum sibi huius^b muneris loculum sese molitur promovere. Camque tali conamine iam fore mediam pergrasset itineris huius spatium, non valens ultra procedere, gravi corruit confecta labore. Meditatur domum redire, sed nequit hoc ullatenus adimplere. Quae postquam haec aliquandiu nutans tacuit haesitatione, demum resumpto moliminis ausu, temptat, an valeat adhuc aliquantum propinquare. Moxque divina miserante clementia vigor aegris additur nisibus, viribusque cum salubritate receptis, libera festinans celeritate nimiaque tripudians hilaritate, quo decreverat aegrotata se trahere, agili coepit incessu gaudens appropere. Infirmis etiam suae solamen manu ferens baculum, iter peragit destinatum, non ut eius amplius egeret auxilio, sed ut id in huius datae sibi sanitatis ostenderet testimonio; perveniens quo desideraverat, laudabunda devotas interventori suo rependit gratias; hicque perlatum dimitens bacillum, priscae calamitatis suae solatium alaceris iam, nec opis huius indiga, repetit iter emensum, referens laeta quaesitum divinae suffragium^c consolationis.

Adveniens denique^d pontifex cleri magnatumque stipatus agmine, victima salutis oblata, vestibus albis indutus, cum choris psallentium gratissimum deducit ad moenia civitatis thesaurum. Illis autem feliciter eo progredientibus et gratanter ad destinatum locum tendentibus, omnipotens Deus in huius carissimis sui glorificatione fontem suae benignitatis ac largitatis abunde dignatus effundere, ut vix lingua quaelibet effari valeat, quae hoc tunc itinere per ipsa pene momentanea gesta probantur horarum interstitia. Nam tantam Dominus hic operatus est hac die miraculorum magnitudinem, ut viri 4, feminae vero 9 visum, viri quoque 2 gressum recipere mererentur. Cum huius itaque preclarae gratulationis admiratione in civitatem ad ecclesiam Dei genitricis prosperrima pervenit exultatione. Sicque lucerna haec lucens et ardens aeternaliter in altaris sialitur crepidine. Dum visus igitur ad sacram vifici munus accedit misterii, quis tam ferreum pectus, tam lapideum cor gessit, qui non gemitus ederet, pectus tunderet, lacrimas funderet, dum tam stupenda divinarum dona carismatum^e conspiceret? Quis etenim queat enumerare^f mirorum copiam caelitus^g hic ea die profusam? Nemo re vera, qui prevaleat expedito sermone, quot aegrotantes sanati, quot titubantes erecti, quot ipsa die diversis hic sunt cladibus absoluti. 35

Post expleta misticorum discedentes sacra, maturabant quique repetere sua. Sed inter abscedendum minax oriri territatio, nubes leterrimae terribilesque consurgere, truculenta polum caligine claudere, micare fulgura, concupere tonitrua grandaeque solum verberare coepit non minima. Quo terrore perculti, redire plurimi, clementiam deprecantes Altissimi, quatinus huius intercessione patris beatissimi mererentur ab his imminenti periculis erui. Miram in modum perturbatio, quae terrorem incusserat, immutari, nubium 40 rarescere^h tenebrositas, cessare fulgura, mitigari tonitrua cunctaque sedari coepit ac dissipari tempestas, moxⁱ truci convera in exobabilem pluviam grandine, telluris ubertim superficies, quae nimio solis exusta fervebat ardore, perfusa fecundo salubriter refovetur humore. Sicque manifeste dinosci datur indignationis ad horam concitata permotio salutis immutata subsidio. Denique benignissimi patris huius solatio totius dirae pestis nostris videtur finibus eliminata corruptio; salubris aer, pluvia data congruens; timor etiam, 45 qui regnum pervaserat, hostilis in spem paulatim securitatis tranquillitate vertitur pacis.

Hac eadem, praefata scilicet illationis sacri corporis in urbem, die, tingui fervida iam solis Oceano rota petente, quidam Nivulus nomine de villa quae vocatur Dominica¹, Remorum montis in latere sita, surdus et mutus, manibus quoque^k per annos 9 debilis ac pedibus, qualicumque valuit^l per totam diem conamine ab ipsius surgentis aurorae lumine per quinque ferme passuum repens milia, vix ad ipsius aedis sepulchri limina quasi decima tandem pervenit hora. Qui dum veniens sacrum corpus ibidem non adesse comperisset templique fores seris diligenter obfirmatis clausas perspiceret, cadens in faciem super terram, quadam presumptionis importunitate sanctitatis aures clandestino coepit clamore pulsare, tam magno se conquerens labore fatigatum, nec sibi fore permissum videre saltem loculum sacri pigneris baculum, qui tamen eius sibi posse subvenire celsum nequaquam diffideret presidium. Talia denique dum 55 tacita secum volutat mente, salutis vigor ipsius per membra quaeque sensim coepit irrepere, priscaeque simul^m stupet omnium se vires sensuum recuperare. Camque rumor huiusmodiⁿ operationis quibusdam nuntiantibus aures percelleret plurimorum, certatim quique procurunt, admiranda Dei magna laetantes aspiciunt, ovanter hominem ad locum venerandi sepulchri perducunt, campanas pulsant, laetabundis Deo laudes vocibus intonant. Huius miraculi permoti fama, quam plurimi domum petunt ecclesiae, videre 60 cupientes magna Dei. Videntes ut audierant divinarum signa virtutum, manibus gratanter in caelum

a) petunt 2. b) m. h. 2. 3. c) c. s. 3. d) itaque 2. 3. e) crismatum 2. f) annumerare 2. g) deest 2. h) rarescere 1*; clarescere 3. i) et ex 3. k) manibusque 2. l) p. t. d. v. c. 2. 3. m) at. si. 2. 3. n) op. h. 2. 3.

1) Yvedommango (arrond. Reims, cant. Ville). LEJ.

porrectis, benedicunt Dominum. Quod divinae benignitatis miraculum valde tunc profuisse dinoscitur ad eorum solatium, qui se corporaliter deseri tanto querebantur patrono. Quibus tamen spiritaliter se non deesse, tali patrae pietatis^a declaravit indicio.

In ecclesia quoque beatae Dei genitricis, ubi venerabile patris huius servabatur pignus, nonnulli diversis aegroti sunt interim curati languoribus. Nam quidam nomine Natalis de Burdenaco¹, mulier etiam quaedam dicta Teutberga, item mulier altera nomine Guntildis^b huius patrocinio patris^c visum recipere meruerunt. Alia quaedam quoque mulier unius oculi visum in eadem domo recuperavit amissum. Quaedam praeterea puella cognomine Flotgildis^d ex villa quae vocatur Canocella^e, secus Libram rivolum sita, quatuor circiter aetatis annos gerens, lubricando prolapsa, utrumque sibi genu debilitaverat, ita clauda facta, ut omnino nec gressum figere nec pedibus valeret insistere. Quam parentes eius, quamvis pauperes, de sospitate tamen ipsius solliciti, per diversas deferre sanctorum curaverunt ecclesias. Ast ubi iam per duodenum fere annorum spatium tali vexaretur languoris acerbitate, nec remedium posset doloris invenire, comperiens de relatione sacri corporis operumque miraculis, quo valuit visu repere coepit, nec se carpento permittit imponi, sed tractu, prout valet, illud agere gessit^f iter. Ad templum vero perveniens, quo pretiosum salutis audierat munus inesse, fusa Domini clementiam votis pro sui flagitat liberatione. Sed et propriis fertur pavimento lacrimis humectasse. Quae postquam per tres [ita] dies egisset, dum denuo precibus incumberet, divina sibi gratia superveniente, vim medicinae vix valens ferre, magis coepit vocibus strepere et heululata acerbos edere. Sicque nodis nervorum resolutis omnique poplitum contractione relaxata, unius horae feriae spatio viribus exhausta iacuit quasi mortua. Sed qui contulit absolutionis opem, roboris addidit quoque vigorem. Moxque eam^g de gravi evigilans somno, ubi supernam sibi sentit obvenisse beneficium, pigneris almi petit loculum, cuius gratia sibi contigisse non haesitabat remedium. Dehinc gratias hic agens, ibidemque^h degere gratifica decernens et precibus crebris insistens, debitas medicatori suo celebrat excubias ac salutaris cotidie libaminis offert oblationes.

Fuit autem Remis in prefata Dei genitricis ecclesia corpus illud sacratissimum beatissimi patroni nostri Remigii, dum prememoratus antistes domnus Folco presulatus fungitur officio², scilicet usque ad episcopatum venerabilis Herivei archiepiscopi³, qui, cessante Normannorum^k persecutione, per solam Dei clementiam pace recuperata, munus idem supernum propria sepulturae ipsius referre decrevit intra moenia. Quod dum, convocatis quibusdam regni proceribus, agere maturaret, accumulare Dominus eius non distulit clarificationem suorum repetentis ossuum^l sedem. Contigit enim, dum magna populi confluentis stiparetur caterva, postquam sunt urbem egressi, quidam claudus et ariditate nervorum poplitumque contractus Abraham nomine, qui scabellulis haerens per terram se tantummodo trahebat, ut poterat, ubi secus urbem veniens iter ad sancti basilicam inchoasset intendere, divina tactus potentia, compagum duritia resoluta, coepit ad salutis extendi remedia. Quem sospitate recepta pluribus vidimus annis incolumentem, erectum gradientem collataque sibi prosperitate gaudentem. In eo vero loco, ubi hoc salutis accidit donum, posita deinceps extat columpna cruce prefixa, glorificationis huius continens monumenta⁴. Sed et tam prius creberrime quam postea clarissimis saepe multiplicibusque miraculis eius sepulchri decoratur ecclesia, quae nequaquam litteris habentur comprehensa; sunt namque multimoda.

23. De discipulis eiusdem beati Remigii.

Fuerunt huius denique beatissimi patris nostri temporibus in hac urbe viri clarissimi Deoque virtutibus accepti tam ex clero quam ex ordine laicali, utpote qui tali tam venerando tamque sanctissimo famulabantur patri. Quorum^a videtur eximius Agricola, nepos ipsius, presbiter venerandus et eidem obsequis, ut ipse testatur, a pueritia placitus, quam domesticos eius exegit intra parietes; quem etiam cum ecclesia Remensi beatoque Lupo episcopo, fratris sui filio, in omni substantia sua, praeter id quod specialiter unicuique donaverat darive iusserat, heredem constituit. Ei quoque mancipia nonnulla cum vineis peculiariter deputans tradidit, hoc illi fidenter iniungens, ut

a) pi. pa. 2. 3. b) Guntildis 1. 3^b. c) deest 2. d) Flotgildis 1. e) Canocella 1. c. 3. f) gesta. Ad 2. g) deest 1. h) seu 2. i) ibidem quoque d. 2. k) Normannorum 2. 3. l) ossuum 2; ossium 3.

50 1) Bourdenay (départ. Aube, arrond. Nogent-sur-Seine). 2) A. 882—901. 3) A. 901—922. 4) In circuitu pedis columnae crucis sitae in burgo S. Dionysii Remis eius rei testis est haec inscriptio:
Nongentesimo primo anno incarnati Domini,
55 Sub quarto Kalend. Ianuarii secundaque sabbati,
Glorioso ab hac urbe delato corpore
Domini nostri ac patroni beati Remigii
Cum honore dignitate, utriusque ordinis
Concurreret plebs devote Heriveo praesuli,
60 Carolo (Karolo) rege subsequente cum Richardo principe,
Christo laudes una mente iubilando consone.

Cum fuisset huc perlatum pignus hoc^a sanctissimum,
Caelitus virtute lapsa illico prosiliit,
Miro (mirum?) dictu, quidam claudus directis poplitibus,
Novo gressu abhinc suum prosequens Remedium,
Cuius ope adiuvenur hic et in perpetuum!
Sancte, tui Sigloardi miserere monachi,
Qui ductus amore istius (Christi?) patris miraculi
Ob istius monumentum hunc crevit titulum! COLV.
Cf. Marlot III, p. 688, qui versus restituit. 3) Quae sequuntur usque ad propria subdidit, rursus secundum Testamentum Remigii (l. I. c. 18) conscripsit.
a) nongentesimo ed. b) suppl. iam? c) ita Marlot, deest Colb.

diebus festis et omnibus dominicis sacris altaribus eius offerretur oblatio annuaque convivia Remensibus presbiteris et diaconibus preberentur. Erat et alius nepos eius Actius nomine, cui partem de Cesurnico, quae sibi sorte divisionis obvenerat, cum omni iure quod ibi tenuerat atque possederat, Ambrosium quoque puerum cum familiis quibusdam^a designans, ad ius illius dominiumque transmittit. Aderat et Agathimerus, aequae nepos ipsius, cui familias quasdam delegans, vineam quoque, quam pater idem^b beatissimus Vindonissae posuerat et suo labore constituerat, sub ea conditione donavit, ut omnibus diebus festis ac dominicis pro commemoratione sua sacris altaribus offerretur oblatio et Lugdunensibus^c presbiteris atque diaconibus annua convivia pararentur. Archidiaconi sui Ursi se familiaribus asserens obsequiis usum, donat ei casulam quandam subtilem et aliam plenioram, duo saga delicata, tapete^d quoque, quod habebat in lecto, et tunicam, quam tempore transitus sui relinqueret^e meliorem. Erant et alii 10 probati viri tunc Remis ex clero tam presbiteri quam diaconi, quos munere suo dignos ostendit quibusque dona largitus^f et vineam delegat communiter possidendam cum vinifera, addens eis alia quaedam quoque mancipia. Aderat Hilaria diacona, quam benedicens idem pater sanctissimus filiam vocat; cui ancillam quandam deputat et vitium pedaturam^g, quae suae iungebatur vineae, donat, partemque suam de Talpusciaco pro obsequiis, quae sibi indesinenter ab ea impensa testatur, ei transcribit. Erat et Remigia,¹⁵ cui dat coclearia tria, quae ipsius beatissimi patris fuerant nomine titulata, delegans illi alia quaedam^h quoque munuscula. Sed et laici clarissimi nonnulli renebant viri, quorum Pappolusⁱ, Eulodius, Eusebius, Rusticulus, Eutropius et^j Dauvens privatis beati viri rebus interfuerant et ipsius testamento^k subscribentes nomina propria subdiderunt.

Exiit etiam vir preclarus Attolus, qui, sicut in eius epitaphio legitur, amore studioque²⁰ sancti Remigii xenodochia 12 rebus e propriis struxit; sepultusque cum filio et filia ad altare in ecclesia beati Iuliani martiris, hunc sepulturae declaratur habere titulum templi pignaculo innotatum:

Hic igitur nullum lateat, quid terra retentat,
Ne quis, si cupiat discere, cassus eat. 25
Subtus enim tria consistunt monumenta petrina,
In quibus almorum corpora condita sunt.
Hic pater est Atolus^m, nato nataque sepultus,
Expectantque diem nunc Domini properam.
Illius certe natus memoratur Elanus, 30
Nata deinde sua dicitur Eufrasia.
Qui placere Deo factis dictisque supremo,
Nunc pariter quorum membra tenent loculum.
Isⁿ stravit bis sena suis xenodochia rebus,
Iure fovens plebes divitiis inopes. 35
Sic proprium censum caelum transvexit ad altum,
In quo suscepit quod miserando^o dedit.
Hoc totum sub amore sacri studioque Remigi,
Ob hoc prerutilum detinet ipse polum.

Hanc esse quoque reor ecclesiam, de qua Gregorius Turonensis refert², quod quidam Bel-⁴⁰gicae secundae provinciae in suburbio Remensis urbis in honore beati martiris huius basilicam studiose construxit. Cuius reliquias post perfectam fabricam fideliter expetens ac devote, percepit; acceptisque, viam psallendo regrediens, dum Remensem cum his campaniam^p ingreditur, a pervasione demonis homo quidam, sancti sibi martiris huius pigneribus applicitis, liberatur.

24. De sancto Theoderico.

Exiit his etiam beatissimi Remigii temporibus beatus vir Theodericus¹, almi magistri pius discipulus,⁴⁵ quem non ex alto voluit adeo sanguine generari, qui sublimiter hunc in generatione iustorum decreverat nobilitare. Ortus autem pago Remensi, villa, ut traditur, Alamannorum-corte², patre latrone, veluti rosa spinarum procreator³ horrore. Ad declarandam vero castitatis eius munditiam, quo infantium eiusdem cunarum pannuili⁴ feruntur abluti, non sordium iacta, non alicuius immunditiae puteus inquinamento,⁵⁰ licet os eius extitit de more pateat, astruitur infici. Beatus itaque Theodericus ad annos usque pubertatis laudabiliter educatus, iuxta morem propagationis humanae, studio parentum coactus, sponsam coepit.

a) cuiusdam 2. b) deest 2. 3. c) pete 1. d) reliquerat 2. e) largitus est 2. f) pedat. 3. g) quoque quaedam 2. 3. h) Pappolus 2. i) deest 1. k) test ips. 2. 3. l) Sub 2. 3. m) Attolus 1 b. n) His 1. o) miserando 3. p) deest 2. q) procreator 1. r) pannuli 1. 55

1) i. e. Laudunensibus (Laon). 2) Ed. Ruinart p. 873. qui putat, Flodoardum brevioram illam ante oculos habuisse. Neque tamen dubium est, quin et brevior et prolixior Flodoardo posteriores sint nostrumque vel, quod magis credam, eius auctorem amplificavit. 60
 3) Brevem Theoderici vitam vel potius lectionem dedit ex codice S. Remigii Mabillon, Ann. Bened. I, p. 681 sqq.; prolixioram divulgavit idem ex codice S. Theoderici, AA. SS. ord. Ben. I, p. 614. Utramque repetit Sollerius, AA. SS. lul. I, p. 62 sqq.;
 4) Aménancourt (arrond. Reims, cant. Bourgonne).

labere nomine tenus uxorem, ceu non habiturus. Amore siquidem caelestium latenter inflammatus, fieri studebat Dei cultor occultus. Huius igitur angelici cultus habitus in proximo, quo sanaretur medicum, quo lavaretur patronum, quo doceretur magistrum, beatissimum videlicet patrem religionis suae Remigium. Cuius piissimi preceptoris irradiatus exemplis, ardens desiderio virtutum, certatim crescebat in virum perfectum. Copulae nuptialis amor amarescit, et castitatis dilectio indulcescit; desiderium desiderio restingitur, et ardor carnis ardore spiritus superatur. Abrenuntiat amator pudicitiae mundo, foedus init cum Deo. Bellam continentiae indicitur hosti, singulari locus quaeritur certamini. Alloquitur beatus Theodericus sponsam et ad sponsi caelestis hortatur amorem perpetuumque pro virginitate pollicetur honorem^a. Sed sponsa tabescens amore carnalis desiderii, spernit salutaria monita sponsi et amaro animo respondet, dum se despectam videt. Cumque Dei servus cereret, quod eius in animo sponsae cohortatio locum non haberet, dissentientem deserit, et urbem Remensem prope pelens, abbatissam quandam caelibus vitae cultricem nomine Susannam requirit. Sobrius adit sobriam, pudicus pudicam, virgo virginem; quae sub tutela beati Remigii puellari preerat congregationi, femina virilis animi, virago profundi consilii, consiliatrix altioris ingenii. Ad cuius piissimae matris mitissimos^b sinus sanctus se contulit Theodericus, solo sternitur ante pedes spiritalis matris eique prodit arcana soli Deo cognita sui cordis; erumpentibus lacrimis, gemitu conturbatur, singula conentitur atque salubre consilium sibi cum subsidio precum subnixae fecri precatur. Ad hunc compunctionis moerorem devotissimi iuvenis commota sunt viscera benignissimae matris, flenti compatitur, lugentem consolatur, moerentem laetificat et, ut cum voti computem faciat, Dominum pietatis exorat. Communis itaque pater utriusque piissimus ab utroque simul haec de causa sanctus consulitur Remigius, cuius institutione sublimiter iam beatus profecerat Theodericus. Pro sponsa denique militur, aeternae premium retributionis in virginitate perseverantibus a patre servari demonstratur, et quia virginitas angelicae grata munditiae sit amica, propalatur. Acquiescit sponsa demum prudentissimi patris, immo complectitur affamina, vitae caelestis dulcedine emellita^c, seseque pollicetur, si Christo mereatur adhaerere, incorruptam salva pudicitia permanere. Laetus tandem castitatis decore sponsus amplexatur sponsam, quam videt a voluntate seductoris et voluptate carnis ereptam Conditioneque iam sub integritatis honore mancipatam.

Dirigitur ad providendum sibi locum habitationis cum virgine virgo, Susanna cum Theoderico^d. Est silva in monte sita^e tribus a civitate milibus separata. In quo visum est venerabili semper in divinis flagranti patri Remigio construi coenobium, quo sub pii regimine ductoris, quem proficere probabat exemplo virtutum, aeternam Christo militantium colligeret fratrum. Consenso denique silvosi montis vertice, dum circumferentes oculorum^f aciem de monasterii corde volutant positione, subito sublimi caelorum mittitur aliger index a culmine, per quem caelos scansuro^g locus in terris beato depromeretur Theoderico. Nam mysticus ales aquila spatitando^h girans et girando circumvolans, quantum in ipso fuit, locum monasterii capacem secans aera designavit. Et ut expressius ostenderet, quid Dominus vellet, unius fere horae spatio, supra ubi ecclesia construi debuit, lentis volatibus stetit; et ne hoc ab incredulis casu contigisse putaretur, ipso natalis Domini die, quadriennio continuo supervolando, monasterium circumire, mirantibus plurimis, eadem aquila cernebatur. Quae vero virtutum opera, quanta miraculorum miles Christi Theodericus inibi gessit insignia, non humanus enarrareⁱ sermo valet per singula.

Post successum denique temporis, ubi presbiteralis subit onus honoris, implere, volens officium sacerdotis, predicare coepit omnibus precepta salutis. Specialiter autem tangit animum piissimae proles carissimi cura genitoris^k. Filius sapiens laetificat patrem caeloque regenerat terrae se generantem. De lubrico monachum, de latrone datorem largissimum, de servo diaboli Christi facit libertum. Im iamque virum^l de eo sancta per populos divulgabatur opinio. Et ne veluti lucerna contacta lateret sub medio, sed omnibus in Dei luceat domo, quantum sublimis erat meritis, tantum choruscis coepit insignis effulgere miraculis. Eius namque beatissima fama pervenerat usque ad Francorum regis palatia, quorum rex tunc erat Theodericus^m, Clodovei filius, cuius oculus doloris subiti nimis cruciatibus ita fuerat oppressus, ut nullis diversi generis medicaminibus ad sanitatem pristinam posset ullus eum reducere medicos. Unius oculi lacrimabilis aegritudo multorum lacrimas oculorum provoverat in populo. Mentem regis varii conturbant exitus cladis. Hinc metus stimulat amittendi luminis, illinc imminens pudor deformitatis. Nam si rex adforet laevis, maximum fuisset in populo dedecus. Aut enim tarpiter regnando foeditatis gestaret obprobrium aut cum luminis amissione forte perdidisset et regnum. Unum ergoⁿ restabat regi consilium, quatinus, ubi remedium cessabat humanum, divinum requireretur auxilium. Mittit igitur ad venerabilem Theodericum, cui venientis pandit miserabilis oculi morbum. Prodit poenam quam patitur; prevenit precibus pericula quae veretur. At vir Dei virtutem sciens operationis esse divinae, non fragilitatis humanae, corpus solo sternit, animum^o supra caelos erigit, orationi se totum committit. Tandem finitis surgens precibus, ad sidera vultu sublato, sanctae Trinitatis nomen invocans, olei sanctificati paululum summitati pollicis infundit, et oculo male habenti signum salutiferae crucis imprimens, simul cum sospitate lumen in momento restituit. Regem regum magnificat rex laetus, celebri repletus laetitia populus exultat, ingenti gaudio cunctus senatus. Laudatur Theodericus Dei servus, glorificatur ab omnibus mirabilis in sanctis suis Dens. Convocantur a rege primates populi, de magnitudine congratulantur miraculi, quod tam cito rex senserit virtutem spiritalis medicamenti, et nullius cicatricis vestigia, nullius caliginis vel glaucomae

a) decorem 2. 3. b) s. mit. 2. 3. c) mellita 1. 3^b. d) Teod. *desceps* 1. e) oculorum — sublimi *dex* 1. f) *scarifuro* 1. g) *spaciendo* 1. h) s. v. en. 2. 3. i) *deest* 1. k) *virium* 1. l) *ita* 2. 3. *Vit.*, Theodericus 1. m) r. *ergo* 2. 3. n) *animam* in c. 2. 3.

1) *cui vocabulum est Or* (i. e. mons aureus) Vitae posteriores. 2) *Marcardi* add. Vita.

resideret in oculo saluti reddito macula. Quantis honoribus rex sublimaret, famulum Christi, si vellet, ac quantis muneribus vel dignitatibus remuneraret, si contemptor ipse dignitatum permitteret! Quid enim oculo in corpore carius? Sed humanae laudis et mundanae retributionis refuga gratis dare maluit quod gratis accepit; atque vir magnae humilitatis, sollicitus, ne regi foret univocus, petit, ut non Theodericus de cetero, quin vocetur Theodorio^a. Tunc rex admiratus purissimae simplicitatis humilitatem, venerabilem manus deosculans, sacerdotis benedictionem devote postulat, et eum honorifice ad anum deduci monasterium mandat! Quantas tunc cerneret ad eum confluere debiliam multitudines, quae sine mora quesitas recepere sanitates!

Reperitur etiam prefati regis filiam vita defunctam magnificus hic Domini prece vitae reformasse spiraculo, pro qua languente rex ad sanctum direxerat Remigium, petens, ut ad se veniret atque cum 15 precibus aegrotanti filiae manum imponeret. At pius presul molestia quadam corporis, ut fertur, detentus, beato Theoderico, quem pie casteque nutrierat et spiritalibus doctrinis instruxerat quemque gratia curatio- num repletam videbat, negotium [pro^b] quo petebatur ut pater^c filio commendat. Qui magistri iussa cupiens solleter explere, dum festinus iter ad palatium regis ageret, affuloram sibi divinam confidens clementiam, nuntiis accipit^d, obisse puellam et, ne fatigari debeat, suadet propriam petere cellam: 15 Ille vero preceptoris parere non desistens imperio, pervenit ad palatium. Moerore parentes affici, lectu palatinos invenit opprimi. Quorum lacrimis et ipse sanctus Dei permotus, plures secedere precipit^e, cum paucis ad funebria^f resedit^g. Cor et oculos ad caelum cum manibus extendit, devotas in cubiculo mentis Deo preces compunctionis perfusus faciem lacrimis effudit. At ubi exauditus se spiritu sentit, ad examen corpus accedit, oleo sancto sensum vias cum tactu pollicis illinit, mirumque in modum membra mortua 20 in rediiva reparantur officia. Oculi lumen hauriunt, vox adnoto pectoris impulsu prorumpit, et puella se beati Theoderici votis^h redditam pandit salutem. Accurrunt genitores cum gaudio miraculum stupentes, omnis exultat aula, tripudians lactatur familia. Veneratur sanctus tam a rege quam a proceribus, glori- ficatur a palatinis omnibus, laudibus effortur a turmis vulgaribus. Rex itaque non solum discipulum, sanctum scilicet Theodericum, sed et beatum Remigium cupiens munificentiae sublimare dono, villam 25 quam dicunt Venderamⁱ, sitam super fluvium Maternam^{1,2} reverendo patri Remigio, Gaugiacum³ vero in pugo Remensi precepto suae auctoritatis sancto contulit Theoderico. Processu denique temporis Karolo, imperatoris⁴ Ludowici filio, sceptrum regni Francorum gubernante, Angirannus aulicorum quidam traditionis huius ignarus a rege Venderam sibi postulat dari. Quod ubi rex annuisset, audiens dominus Hincmarus presul, qui sedem tenebat ecclesiae Remensis hanc infiscari villam, regalis precepti cartam in ecclesiae 30 huius archivo repletam, dationis huiusce seriem continentem, Karolo mittit, et ne contra legem cano- nicam rex usurpet⁵ ecclesiae, commonefacere satagit. In quo precepto manifeste legitur, quomodo rex Theodericus pro resuscitatione filiae sancti Theoderici precibus obtenta non solum prenotatam conferens ei villam, Dei servam sui numeris honore pretulerit, quia et magistro, prestantissimo scilicet Remigio, cui Dominus tantam gratiam contulerat, ut talem discipulum haberet, qui Spiritus sancti dono, sicut et magister, 35 virtuosus suscitaret⁶, beneficentiae gratia villam Venderam obtulerit. Haec ut ita se habere ex ipsis car- tarum monumentis Karolus animadvertit, a pervasione villae destitit et ecclesiae propriis libere uti permisit.

Traditur⁷ huius beati viri suggestione sanctus Remigius collectionem meretricum, quae ad id usque temporis prostibula fertur extra civitatem retinuisse⁸, subversis fornicibus, in viduarum quadraginta con- 40 gregationem⁹, permutasse sumptusque cotidiano victui necessarios instituisse, ipsamque numerum vidua- rum perpetim manere, ut adhuc quoque manet, decrevisse. Nam dum sanctus Remigius monasterium Sancti Theoderici visitans, secus meretricum psalmos cum eodem karissimo discipulo suo concinendo transiret, ac sancto Theoderico vox faucibus haesisset, iterumque, in redeundo scilicet, idem¹⁰ in eodem, cui memoratur, loco et versiculo contigisset, admiratus pater sanctissimus, et requirens, cur discipulus 45 solers in Dei laudibus contra morem litaverit, accipit, dolere¹¹ beatum virum de animarum dispendio perditarum, et in tant sancti patris vicinia¹² tam foedae turpitudinis tanta diabolo crescere lucra. Siquae persuasam patri piissimo, discipulo suggerente castissimo, subvertere latibula diaboli et deceptas atque decipientes animas in castimoniam transducere Christi.

Multas praeterea constat virtutum per hunc fidelem Dei famulum patratas operationes. Caecis nempe 50 visum, surdis auditum, claudis gressum restaurans, aridas contractasque manus relaxans, obsessos a demonibus liberans, mille nocendi Sathanae fraudes per divinae medicinae destruebat oppositiones. Et re vera felicem gregis Christi ductorem, cui datum est tam corporibus quam animabus conferre salutem! Perseveravit¹³ autem in Dei famulatu usque in finem, et quod ore docuit, exemplis evidentissimis demon- stravit. Qui post multarum virtutum opera, post miraculorum insignia, homo certamine ad victoriam 55 perducto, felici cursu consummato, sanctis ei obviantibus spiritibus et gaudenter eum angelis suscipien- tibus, die Kalendarum Iuliarum cum gloria migravit ad Christum. Cuius auditu transitu pretiosissimo, prefatus rex Theodericus ad monasterium prope cum magna venit multitudine, prerogative sibi bene- ficii memor, sed et debite servitutis non immemor, ad tamulum beatissimi corpus abbatis propriis eve-

^a Theoderio 3; Theoderico 1b. ^b *deest add. suppl. ex Vita.* ^c p. et f. 1. ^d accepit 2. ^e precepit 1. 60
^f funebria 1. ^g resedit 1. ^h votis — stupentes *des.* 1. ⁱ Matronam 3. ^k L. i. 2. 3. ^l resurpet 1.
^m resuscitavit 1. ⁿ tenuisse 2. 3. ^o congregatione 1. ^p id est 1. ^q dolore 2. ^r intima 1. ^s P. a. *des.* 2.

1) Vandieres (arrond. Reims). 2) Marne. 3) Situm faisse dicitur ubi nunc St. Thierry (arrond. Reims). LEJ.
 4) Haec narratio in Vitis posterioribus non reperitur.

here studuit humeris; nec mirum, si rex hominum illius membra condiderit tumulo, cuius animam cum gaudio Rex angelorum suscepit in caelo. Ad cuius venerabile sepulchrum divina virtus usque in hodiernum diem multimodam dignatur operari salutem.

Desidia vero vel raritate scriptorum plurima silentio constat neglecta mirorum. Nos tamen unum, quod nuper comperimus actum, decrevimus inserendum. Quadam denique sabbatarum die, iam vespera dominici diei accedente, quaedam pauperula nomine Gislaidis ex familia Sancti Dionisii, villae Cortis superioris, dum molam manu verteret, manubrium molae ipsius inhaesit dexterae, ut divelli posset a nemine. Tandem abscisum molae cogitur, iudicium nolens secum deferre miserabilis operae. At salutis suae sollicita, quoniam beati Dionisii tunc Remis ob infestationem paganorum servabantur membra, veloci gressu ad eundem sancti martiris, domini sui, contendit accedere pigra. Perveniens ergo, cum magno timore ac reverentia solo prolapsa, liberationem deprecatur a tantae confusionis miseria. Id eum die peregisset ac nocte, remedium inde non desperans accipere, apparuit in somnis ei quidam clericali habitu, veste indutus candida, facie iocunda, capillo admodum albo, vultu paulisper macilento, dicens illi: 'Surge hinc et vade ad sanctum Theodericum, quia secunda feria quae est post cras, ipsius erit festivitas celebranda, et vide, ne in domo eius appareas vacua; sed accipe ceram, prout tibi ad presens suppetit facultas, et sic ad ecclesiam ipsius perge, et illius quod imploras obtinebis interventione'. Illa mox evigilans, hac de visione stupefacta, orat, ex voluntate Dei sibi confirmari visa, et cum gaudio festinat peragere iussa. Venit igitur ad ecclesiam sancti venerandae sollempnitatis die, beati scilicet Theoderici, tres ebdomadas habens, ex quo id discriminis acciderat illi. Tunc se ante sepulchrum ipsius cum lacrimis sternens, pro salute sua preces effundit, ibique tota nocte perseverans in oratione, veniam de piaculis suis humiliter ac fidenter exposcit. Dumque adhuc ante tumulum iaceret beati confessoris Christi, divina iubente gratia, per intercessionem sancti coepit manus ipsius feminae paulatim a ligno disjungi et absque laesione cuiuslibet doloris aperiri. Sicque dein tota manus expanditur, et lignum dicto citius in pavimento prolabitur, acsi manus nunquam adhaesisse videretur. Multi vero qui aderant hoc supernae pietatis cernentes miraculum, glorificaverunt mirabilem in sanctis suis Deum.

25.^a De sancto Theodulfo.

Tertius post beatum Theodericum sanctus Theodulfus eiusdem monasterii rector exitit; qui conspicua fulsisse fertur aulicorum propinquitate et venerabilium monachorum atque sacerdotum dignitate, quique nobilitatis pompam pro nihilo dicens, elegit in sanctificatione Deo servire, relinquensque detrios anfractus^m, viam recti callis expetiit, illa sicut vestigia, per quae turgidos mundi fluctus pertransiens properaret ad caelestia. Ingressus itaque monasterium beati Theoderici, gloriam huius seculi tradidit oblivioni dignitatemque natalium suorum humilitate desepit et ultimae servitutis famulatae se subiugavit, humum rastro fodiens et aratri vomere telluris terga scindens, illud psalmographi factis implere satagens: 'Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, et bene tibi erit'. Hoc autem cotidiano per viginti duos annos insistens operi, cum duobus iuvenis ad hoc sibi commissis duos et varios temporum pertulit invictus labores. Quod vero memorabile traditurⁿ, idem iuvenis nec aetate nec lassitudine deficientes, quod alii rucolae cum quatuor vel sex aut octo vix poterant perficere, hic cum duobus infatigabiliter explebat. Cumque paululum cessaret ab aratro, rursus studebat insistere rastro. Stupendum quoque valde, quod, cum [lem] duro servitio intentus esset nec defeceret, ab agro rediens unam saepe noctem, frequenter duas pervigil hymnorum psalmorumque laudibus traditur excubare solitus.

Quadam denique die, dum laboris intermittendi tempore domum rediturus ab agricultura cessasset, monasterium repenti quodlibet opus emendandi aratri accidit, virgamque stimuli figens in terram, domum quo tendebat, immemor eiusdem forte, immo sic divina disposuit fieri moderatio, pervenit. Mirabile dictu! spinea virga sub nocte radices in terram dedit, et mane, cum ad consuetum beatus vir opus rediret atque resumere vellet, turgentem frondibus invenit. Quae plurimo tempore cumulando robur in excelsum crevit, et factum nullis enituit, donec iter agens quidam poena plectendus eandem abscedit, oculorumque sibi lumine cum absensione pariter adempto, iuges incurrit tenebras.

Eius post haec aratum a fidelibus in ecclesia villae Colubrosae suspensum, ibi, donec eandem, inimico impellente, vorax flamma cremavit basilicam, permansit. Ex quo quisquis dolorem dentium patiens hastulam praeidisset ac de loco doloris parum sanguinis fluere fecisset, statim medelam salutis exoptatam beati Theodulfi meritis percipere merebatur. Haec beneficia nos audita solum, sed a plurimis etiam visa noscuntur, et sanitate recuperata sunt certissime propalata.

Defuncto denique abbate, qui beato Theodulfo preerat, tertius, ut praemissum est, idem vir venerabilis in loco sanctae recordationis domni Theoderici est ordinatus abbas, presule^t annuente et monachorum caterva petente. Qui, adepto regiminis honore, quasi rudis tyro noviter addictus exercitio, nullam fere prestabat artibus requiem. Quin, ut infatigatus in opera manuum perstiterat, sic exercendo se, non sibi parcens, ad divina tolum dupliciter apibat ministeria. Fabricavit enim basilicam in honore sancti Hilarii, quo cursum sui duplicaret laboris. Signo siquidem dato, cum fratribus con-

a) desideria l. b) nostris temporibus Mir. c) Gillaidis 1 (corr. Gislaidis 1s). 3b. d) famina l. e) Tandem molae manubrium ex utraque parte manus abscondere cogitur 3; sed amputato ex utraque parte manus manubrio, cum detrimento tantae confusionis domum rediit Mir. f) igitur 2. 3. g) septimanas 2. 3. h) illius 2. 3. i) fideliter l. k) rubrum deest l. l) monachorum l. m) anfractus l. n) traditor l. o) deest l. p) i. t. des. 2. q) excelso l. r) De 3b. s) Teod. 1b et 2 iam saepius. t) presul 2.

1) Hoc est primum inter Miracula Theoderici, quae Theodulfi, quam edidit Mabillon, AA. SS. I, p. 346 sqq. edidit Mabillon, Ann. Bened. I, p. 683, et Sollerius. -- Vitam quam dedit Henschenius, AA. SS. Mai. I, AA. SS. Inl. I, p. 70 sqq.; sed Miracula illa post p. 96 sqq., procul dubio post Flodoardum confecta est, neque credendum editorum qui contrarium asserit. 2) Concevreux (départ. Prior Vita hic amplificata nova quaedam de Theodulfi vita et parentibus addita sunt. 3) Exscripsit noster Vitam

- vi. Theod. veniens, horarum laudes persolvebat hymnologiarum; sed, ut duplex esset corona meriti, quasi nihil ante gessisset, iterum
c. 4. predicta vota reddebatur in ecclesia. Qui licet clam taliter agendo vellet habere quod meruit, opera tamen cultoris sui non est passa Divinitas occuli.
- c. 5. Accidit itaque quadam die, ut sus circa puteum, quo loci^a huius vicini adaquabantur, deambulans, rueret in ipsum. Circumfluentibus undique monachis, cum nullus esset qui pereuntem posset eripere de profundo, presertim cum ipse 5 putens centum pedum feratur altitudinis, vir Dei supervenit, factoque comperto, de coinquinatione aquae, si animal idem ibi moreretur, auxilium coepit, oculisque ad caelum porrectis, atque animo cum precibus in Domino fixo, dum Christi suffragia devotus exposcit, ante pedes ipsius subito, lymphae super os putei redundante, animal inlaesum pervenit. Videntes euncti stupore vehementi repleti, gratias egerunt Domino^b, qui tantam^c benignitatis suae gratiam fidei suo contulit servo.
- c. 8. Quadam quoque die cum idem vir Dei iter ageret, a monasterio ad quandam locum properans, agricolam quem- 10 libet arantem viam publicam, per quam transire solitus erat, invenit. Cui et dixit: 'Non est bonum, o homo, viam araro scindi, quae debet a viatoribus inoffenso pede calcari'. Regrediens autem vir sanctus per^d eandem viam, rursus agricolam viam ut cooperaret arantem offendit. 'Noane', inquit, 'dixi tibi, quia viam istam arare non debes?' Appropriansque manu sancta caput rustici tetigit, dicens: 'Per istud caput te, homo, contester, ne viam istam^e amplius ares'. Retrahente autem eo manum, tota pars capitis illius^f, quam vir Dei tetigerat, candens apparuit ut lana. Nec dubium, quod non 15 homo Dei voluit, ut capilli caderent, sed ut signa per succedentem generationem promerentur huius facti, ne quis agere simile presumeret, quod sanctus Dei Theodulfus imperavit ne fieret. Nam dum generatio ipsius agricolae mansit, signum, quod a sancto viro pater accepit, et ipsa simili modo pertulit.
- c. 9. Vir denique quidam venit ad virum Dei oculum habens virgulto percussum et lumine privatum, cui nulla dabatur requies de cruce, nec spes erat de visus recuperatione. Quem beatus Theodulfus ad sacrosancta duceus altaria, 20 docuit osculanda. Ille saga velamina^g oro tangebatur, et servus Christi precibus incubabat. Surgit sanctus a pavimento, et nulla doloris vestigia remanserunt in juvenis oculo. Qui, ut erat dignum, viro Dei gratias referens pro medela, gaudens remeavit ad propria, collata sibi quam quaesierat medicina.
- c. 10. Quidam quoque legatus Austrasiarum, nomine Otto, qui sunt superiores Franci, veniens a partibus Orientis, dum ad huius tunc regni principem mitteretur, orationis gratia monasterium viri Dei videtur ingressus. Sanctus vero 25 Theodulfus, corpore laboribus vigiliisque confecto, fessus forte quiescebat in lecto. Legatarius animi felle commotus, quod abbas loci non sibi dedisset occursum, rancore turbidus mentis, dabat ore^h proferens quae non decebant. Cumque abire indignans, ut ira irae misceretur, potentissimus eius equus, a puero mortuus nuntiatur. Ipse denique fremdens in semet ipso, cumlansque furorem furori, geminis dat cruciatus animo, de indignatione videlicet et dampno. Cumque vir sanctus id post soporem nuntio cognovisset, ad hominem consolandum non distulit exire, suetique de more blando conatur 30 alloquio efferos eius animos mitigare; invitansque ad orationem, monet in Deo spem ponere ac de hoc quod accidisset minime conturbari. Pergentibus autem illis ad basilicam Christi confessoris Hilarii, dum veniunt in locum ubi signum crucis adoratur in via, prece solito data, blande vultum vertens in predictum legatarium: 'Noli', ait, 'vereri, quia equum tuum invenies ante fores monasterii sanum, qui, si ita furibundus, ut cooperas, recessisses, cadaver equi mortui nobis reliquisses'. Legatario vero animam non apponente, presertim cum viderit eum mortuum ac toto corpore tumidum, 35 decurrit puer eius affirmans, ita se rem habere, ut ei sacerdos Christi Theodulfus studuerat indicare; sicque quod non credebatur miraculo virtutis probato, mentis furore deposito, gratias refert Domino, vera se testans oculorum experiri probatione, quae de servo Domini quorundam dudum perreperat relatione. 'Non', inquit sanctus Dei, 'meis hoc, cum sim homo peccator, ascribas meritis, sed Deo gratias age, sanctorumque merita non cessas venerari, qui tibi possunt in omnibus auxilium largiri'. Talibus itaque virum instruens monitis, data benedictione, permittit abire. Unde liquido patet, 40 eum cum virtute mirabilium spiritu quoque viguisse prophetiae, qui animal, quod mortuum dimiserat, esse vivum praeunibat.
- c. 11. Nec ullatenus omnia virtutum ipsius enumerare sufficimus insignia. Quot enim diversis detenti languoribus per eius intercessionem plenissimam receperunt sanitatem, solus ipse novit, qui haec fieri presertim. Inter cetera quoque bona, quae Christus huic servo suo concessit, illud memorabile spectabilequeⁱ predicatur^a, quod, cum ad usque nonaginta vixerit annos, canitie preclarus, aspectus^o iocundus, moribus temperatus, caritate plenus, elemosinis 45 largus, contemptor saeculi gloriosus, nullo febrium dolore, nulla corporis lassitudine, nullo rerum variarum casu confectus, nulla mentis molestia motus, ab oratione vel operum Dei exercitio cessavit, quousque beata eius anima corpus vegetavit.
- c. 12. Cum vero divina clementia fidelem famulum senio detentum pro laboribus suis quietis refrigerio, meriti premio, vellet remunerare, febrium calore aliquatenus eum permisit aestuare. Ingressusque basilicam die quadam, dum statutorum sollempnia celebrarentur, orationibus profuse incumbens, Deo commendare studebat animam, quam corporeo ergastulo cito 50 praevenerat absolvendam. Depubis itaque noctis tenebris, aurora rutilante^p, comitantibus secum quibusdam monachis, cellulam repetit, hilaris de visitatione sibi facta sanctorum ac de revelatione, qua sui transitus horam sibi gaudebat intimatam. Ad quam dum se pervenisse cognovit, cum fratribus pacem faciens, oculos ad caelum cum manibus elevarit et animam sanctam mundi naufragis creptam Conditori laetus reddidit, quam Christus cum curiae caelestis exultatione suscepit.

55

Horum denique beatorum monasterium patrum pro monachis modo clericos habet. Quorum¹ quidam nuper, Othbertus nomine, priusquam Gallia gladiis Hungarorum laceranda traderetur, ad extrema deductus, dum certamina demonum pro se litigantium et eum ad interitum rapere conantium pateretur, almi patroni sui domni Theoderici tandem se videt eripi meritis, demonas vero per invocationem Christi nominis et sanctorum eius a se cum magno strepitu et indignatione recedere. Vidit etiam et quandam fratrem dictum Bertricum, qui non longe ante decesserat, se crebro visitantem, consolando quoque moventem, ne hic apud seculum ultra manere cupiat, immo^q ad eum quantocius ire gaudeat, ut ea, quae nunquam potuit cogitare, valeat videre, quoniam, si demoreretur in saeculo diutius,

a) loco 1. b) Deo 2. 3. c) tam 1. d) vir super 2. e) istam — capitis illius des. 1. f) hominis 3. g) imperavit 1. 3. h) pr. o. 2. i) legarium 1. k) h. m. 2. 3. l) deest 1. m) que deest 1. n) predicator 1. o) aspectus 1 (corr. 1*). p) titulante 2. q) in me 1.

1) Haec narratio ex Flodardo sumpta Miraculis Theoderici inserta est (c. 3), quae edita ex codice S. Remigii Mabillon, Ann. Bened. I, p. 683; Sollerius AA. SS. Jul. I, p. 70 sq. Cf. supra p. 442 n. 3.

nequaquam tantum malum vidisset aliquando, quantum visurus esset in proximo. Cuius dicta probatio^a constat veritatis insecta. Iste siquidem levi dolore corporis tactus ad ecclesiam properans, exitum suum precibus^b Domino commendat, fratres advocat, missam quoque, quam debito properantius celebrabant, illos repetere facit; quae viderat narrat et eos coram se caritatis gratia potum sumere rogat. De servitio Dei studiosius agendo et psalmodiam cum devotione canendam monet atque iam quasi securus et hilaris migrat. Post cuius obitum gens Hungarorum Galliam ingressa, caedibus, incendiis ac rapinis pene cuncta devastat ipsumque^c monasterium flammis exurit et proxima quaeque circumpositarum ruinis fere villarum proterit. Intuemurque modo iam manifeste, quam vera fuerint, quae ille audierat ex revelatione.

26. De^d fonte in horum sanctorum monasterio nuper exorto.

In silvula^e huic contigua monasterio fons dudum noviter exortus est. Ad quem febricitans^f quidam casu deveniens, vidit supra ipsum fontem inclinatum quendam senem in clericali habitu stantem, aureum baculum manu tenentem. Qui cum sonitu adveniens motus se videretur crexisse a fonte, tanto iste pavore concussus est, ut attonitus in terram caderet et nihil omnino videre valeret. At post modicum rediens ad se, surrexit et splendorem, qua senior abierat, monasterium versus magnum vidit. Sicque salvatus ab infirmitate sua, lactus abscessit. Caeci tunc temporis hoc in loco illuminati nonnulli, claudi erecti, muti locuti sunt, et surdi receperunt auditum.

Nuper^g quoque, ordinato Hogone^h Remis episcopo, quaedam paralitica, quae iacebat in civitate ad ianuam ecclesiae sanctae Mariae, Magenildis nomine, admonita per visum, illo se deferri petiit atque, ut aqua ipsius fontis perfusa esset, incolamitatem recepit. Quaedam nihilominus Adelwidis nomine, arida brachii, ut eadem lota est aqua, sospitate potita recessit. Caecus quidam de castro Mosomoⁱ tunc adveniens, mox ut ecclesiam sancti Theoderici visus est^k introisse, lumen recipere meruit. Quaedam paupercula de ipso loco, ut oculos sibi hoc fonte diluit, lumen, quod iam ab annis ultra quam 16 perdiderat, recepit. Fulbertus quidam brachium gerens aridum et inutile sibi membrum, ut se hac aqua perfudit, sanitatem brachiique recepit utilitatem. Tunc etiam quidam caecus nomine Amalricus ibi visum recepit, mox ubi se hoc fonte lavit. Aliaque plura nunc ibi refulsisse probantur miracula, et ex diversis aegritudinibus diversa sunt collata remedia.

INCIPIT^l LIBER SECUNDUS.

1.^l De successoribus beati Remigii.

Beato Remigio successisse traditur Romanus, Romano Flavius^m; post quos Mapinius, cui potestas regia quaedam cessisse reperitur predia, deinceps ab ecclesia Remensi possidenda. Huius quoque temporibus Suavegotta reginaⁿ Remensi ecclesiae tertiam partem villae Virisiaci^o per testamenti paginam delegasse reperitur. Quam partem villae ipse quoque presul Teudechildi, praefatae reginae filiae, usu fructuario per precariam, salvo ecclesiae iure, concessit, ita dumtaxat, ut post eius obitum absque ullo preiudicio, sicut ab ea meliorata fuisset, ad ditionem Remensis revocaretur ecclesiae, Quae scilicet Teudechildis regina postmodum nonnulla per testamenti sui auctoritatem tempore domni Egidii Remensi contulit ecclesiae predia.

2. De Egidio presule.

Qui presul Egidius in episcopatu Mapinium legitur secutus, episcopiumque invenitur auxisse, arva scilicet^p et mancipia nonnulla emisse; quarum eius emptionum adhuc quaedam quoque^q reperiuntur instrumenta, ut illud, quo campos duos a Boboleno^r super fluvium Roturnam^s legitur dato pretio comparasse, quorum unus modios mille tenere sementis, alter inscribitur 400^t. Villarem etiam quendam a Bertulfo quodam cum adiacenti campo modios 100 tenente. Partem quoque cuiusdam silvae a Charibodo^u quodam reperitur emisse. Necnon apud regiam maiestatem immunitatis preceptum ecclesiae suae obtinuit, ut ab omni fiscali functione vel mutilatione prorsus haberetur ac permaneret immunis, omnia quoque data ecclesiae stabilem obtinerent firmitatem. Childebertus etiam rex^v

50 a) probato 1. b) properans 2. c) que deest 2. d) rubrum deest 1. e) fabr. 1. f) Super 1. g) deest 2. h) ita 1 (manu alia sed coaeva 1^o). Flohardi de historia Remensis ecclesiae liber primus explicit. Incipit eiusdem historiae liber secundus 2. i) numeri desunt 1. k) sed 2. l) quoque quaedam 2. 3. m) ab Obol. edit. n) Rotnam 2. 3. o) quadragesima 1. p) Charibodo 2.

1) Totum caput ad verbum ex Flodoardo de prom- Theoderici I. fuisse videtur. Cf. Greg. Turon. Hist. tum Miraculis Theoderici supra laudatis insertum Franc. I. III, c. 5 et I. IV, c. 26, Ruinart p. 109 et 167. est. 2) A. 925. Cf. infra I. IV, c. 20; Ann. 6) Verzy (arrond. Reims). 7) Retourne. I.E.J. p. 376. 3) Mouzon. 4) Subscripsit concilio 8) II. Anstrasiae (a. 575--596). Arvernensi a. 535; Mansi VIII, p. 863. 5) Uxor

villarem quandam situm in Vosago prope fluvium Saroam¹ tam ipsi quam ecclesiae suae possidendum instrumentis adhuc manentibus invenitur tradidisse. Huius presulis tam vitam quam predicationem Fortunatus Italicus, qui tunc apud Gallias in metrica insignis habebatur, his studuit commendare versibus:

Ven. Fort.
III, 29.

*Actibus egregiis, venerabile culmen Egidii,
Ex cuius meritis crevit honore gradus,
Subtrahor ingenio, compellor amore parato,
Laudibus in vestris prodero pauca favens.
Namque reus videor lantis existere causis,
Si solus laceam^a quicquid ubique sonat.
Sed quamvis nequeam digno sermone fateri,
Da veniam voto me voluisse loqui.
Exit in mundo gestorum fama tuorum,
Et propterea^b meritis sidus in orbe micans.
Clarius effulget quam Lucifer ore sereno,
Ite suis radiis, tu pietate miles.
Nil lupus insiditis cauto subducat ocelli,
Te pastore sacro pervigilante gregem.
Facundo eloquio caelestia dogmata fundis,
Ecclesiae crevit te monitore domus.
Pontificis studio correctio^c plebis haberi:
Ne tenebrae nocent, semita lucis ades.
Cunctorum recreas animos dulcedine verbi,
Qui saltas epulis, pascis et ore greges.
Precepta implentur, non solo pane cibamur,
Delicias capimus, quas tua verba ferunt.
Ut gaudet corpus, cur^d militor esca paratur,
Sic animae gaudent^e, si tua lingua sonet.
Heravis illa cadit forti te milite Christi,
Acquisit regi, qui dedit arma tibi.
Qui purgas spinis agros, sermone colente,
Et mundata Deo surgit ubique ager.
Qui venit huc exul, tristis, defessus, egenus,
Hic recipit patriam, te referente, suam.
Quae doluit lollis, gemitus in gaudia vertens,
Exilium removens, reddis amore laras.
Pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum
Invenit hic semper, quae bona quisque cupit.
Consultum tuis generatim omnibus unum,
Qui populi pater es, tot pia rite regis.
Haec tibi vita diu, Domino tribuente, superstit,
Atque futura micet lactidioro die!*

Ab hoc presule Gregorius etiam Turonensis benigne quondam se^f narrat² fuisse susceptum, quando Siggo quidam Sigeberti regis referendarius virtute beati Martini, cuius isdem Gregorius tunc secum habebat pignera, in sacrario domus ecclesiae Remensis auditum 45 surdae recepit auris. Qui tamen Gregorius in historia gentis Francorum de hoc presule narrat³, quod legatus ex parte Childeberti regis, Sigeberti filii, ad Chilpericum regem⁴, patrum ipsius Childeberti, cum aliis legatis missus fuerit. In qua legatione constitutum fuisse refert, ut, ablato Guntramni^e regis, Chilperici fratris, regno, in se coniungere pacem⁵ deberent. Qua pactione firmata, legati cum magnis ad Childebertum sunt muneribus regressi. 50 Item quod, postquam Chilperico filius natus est⁶, et ipse Parisius pervasit⁶, legatis Childeberti ad eum venientibus, primus inter eos hic pontifex fuerit. Qui data suggestione, pacem, quam Chilpericus cum prefato Childeberto fecerat, ut conservaretur, Childebertum petere promunt: cum fratre vero ipsius Chilperici Guntramno pacem habere non posse Childebertum, quia eum partem Massiliae post mortem abstulerit patris fugacesque suos retinens nolit ei remittere. Adiecit etiam Chilpericus, in multis eundem fratrem suum esse culpabilem, cuius colludicio 55 pater huius Childeberti fuerit interfectus. Unde legati quoque permoit ultionem debitam super eum velocius inferri petant; idque ut est iuramento firmatum, datis et acceptis obsidibus, discesserunt. Pro quibus legationibus rex Guntramnus huic archiepiscopo semper erat infensus. Unde et, cum pacem postea fecisset cum Childeberto, hortatus est eum, ut nullo modo crederet aut haberet hanc presulem, convicians eum perinrii 60 crimine. Postea denique, dum quidam reus torqueretur, qui ad percipiendum Childebertum regem a Frodequade regina fuerat missus, confessus est, hunc episcopum socium fuisse in quorundam consilio ad interficiendum eundem Childebertum regem. Nec mora, episcopus rapitur et ad Metensem urbem, cum esset valde ab negotiatione longinqua defessus, 65

a) faciam 2. 3. b) m. pr. 2. 3. c) correctio 3. d) cum 2. e) gaudet 1 (corr. 1°). f) deest 2. g) Guntramni 2. 3 semper. h) pace 1 (corr. 1°). i) deest 2. 3.

1) La Sarre. LEJ. 2) De Miraculis S. Martini I. III, c. 17, Ruinart p. 1090. 3) Hist. Franc. I. VI, c. 31. 65
4) Suessionensem. 5) Ibid. c. 23. 6) Ibid. c. 27.

adducitur. Ibiq; dum sub custodia degeret, rex episcopos accersiri ad eius examinationem precepit et apud Virtunensem urbem initio mensis octavi adesse iussit. Tunc a quibusdam clam sacerdotibus increpatus, cur hominem ab urbe rapi abque audientia et in custodia retrudi precepisset, permisit, eum ad urbem suam redire, dirigens epistolas ad omnes regni sui pontifices, ut medio mense nono ad eum dicendum in urbe supradicta deberent adesse. Denique convenientes, pertractati sunt usque Metensem urbem, ibique et Egidius presul affuit. Tunc rex inimicum sibi eum regionisque proditorem esse pronuntians, Ennodium ducem ad negotium dirigit prosequendum. Cuius propositio prima haec fuit: 'Die mihi, o episcopo, quid tibi visum fuit, ut, reflecto rege, in cuius urbe episcopatus honore fruebaris, Chilperici te regis amicitias subderes, qui semper inimicus domino nostro regi fuisse probatur, qui patrem eius interfect, matrem exilio condemnavit regnumque pervasit, et in his uribus, quas, ut diximus, iniquo pervasionis ordine suo domino subjugavit, tu ab eadem possessionum fiscalium praedia meruisti'. Ad haec ille respondit: 'Quod fuerim amicus regis Chilperici, negare non potero, non tamen contra utilitatem regis Chilperici haec amicitias pullulavit. Villas vero quas memoras per istius regis caritas emoruit'. Quo profertur eisdem in publico, negat se haec largitum fuisse. Requisitus Otto, qui tunc referendarius fuerat, cuius ibi subscriptio mediata tenebatur, affuit, negans se substrixisse. Haec igitur causa primum fallax episcopus repertus esse dicitur. Post haec epistolae prolatae sunt, in quibus multa de impro-
 15 peris Brunehildis tenebantur, quae ad Chilpericum scriptae fuerant. Similiter et Chilperici ad episcopum delatae, in quibus inter reliqua habebatur insertum, quia, si radix cuiuslibet rei incisa non fuerit, culmus qui teris est editus non arescit. Unde prorsus manifestum est, ideo haec scripta, ut, superata Brunehilde, filius eius opprimeretur. Item alia nonnulla eidem presuli obiciuntur, tam de pactionibus regum quam de perturbatione patriae: quorum quaedam negavit, quaedam negare non potuit. Et dum alterstio diuiter traheretur, affuit etiam abbas Epiphanius basilicæ sancti Remigii, dicens, quod duo milia aureorum speciesque multas pro conservanda Chilperici regis amicitia idem presul accepisset; et cum legatis, qui cum episcopo missi fuerant ad memoratum regem, propalat idem abbas, qualiter de exilio regionis ac regis Guntramni conventum fuerat, et ut gestum est ex ordine narrat. Haec audientes episcopi et in tantis malis sacerdotem Domini contentes, triduani temporis spatium deprecantur tractandi, scilicet ut ullum modum reperire posset episcopus, per quem se ab obiectis excusare valeret. Sed illucescente die tertia convenientes in ecclesiam, interrogant episcopum, ut, si aliquid excusationis haberet, ediceret. At ille confusus ait: 'Ad sententiam dandam super culpabilem ne moramini'. Nam ego novi, me ob crimen maiestatis reum esse mortis, qui semper contra utilitatem huius regis matrisque eius egi; ac per meum consilium multa fuisse gesta certamina novi, quibus nonnulla Galliarum loca depopulata sunt. Haec episcopi audientes ac lamentantes fratri obprobrium, obtenta vita, ipsum ab ordine sacerdotum, lectis canonum sanctionibus, removerunt. Qui statim ad Argentoratensem urbem, quam nunc Strateburgum vocant, deductus, exilio condemnatus est. In cuius loco Romulfus, filius Lupi ducis, iam presbyterii honore praeditus, episcopus subrogatus est, Epiphanius ab abbatis officio, qui basilicæ sancti Remigii preerat, remoto. Multa enim auri argentique in huius episcopi regesto pondera sunt reperta. Quae autem de illa iniquitatis militia erant, regalibus thesauris sunt inlata; quae vero de tributis aut reliquis ratione ecclesiae inventa sunt, ibi relicta.

3. De sancto Basolo.

Huius Egidii tempore sanctus Domini Basolus ex territorio Lemovicino, regione Armoricana, nobili prosapia oriundus, a partibus Aquitaniae patrocinia beatissimi Remigii desiderabiliter appetens, Remensem devenit ad urbem. Cui adventanti comes itineris apparuisse traditur angelus Domini, quem constat habuisse preducem, dum destinatum ingreditur urbem. Hunc dignissime praefatus presul Egidius suscipiens, cognito peregrinantis desiderio, petitusque secretioris conversationis habitaculum concedere, libentissime cessit, sicuti sibi placitum Dei famulus infra episcopium Remense valuisset reperire. Invenit tandem, superna disponente gratia, locum sibi congruum in vico Viriziaco ad radices montis Remorum, quem nemus inde incipiens obambrat Rigetium. Eo loci tunc temporis erat coenobium numero duodecim monachorum. Hic igitur benigne susceptus a fratribus, traditur ab abbate litteris imbendus. Nec longum, sic doctrina emicuit, ut coetaneos et contubernales sapientiae luce preiret. Nulla illi propensior cura, quam aut in lectione vel sermone de Deo aut in oratione loqui cum Deo. Transitoria despiciens et aeterna concupiscens, victus pensam pauperibus erogabat, pauxillum sibi dumtaxat reservans ad infirmitatem corporis sustentandam.

Ita virtutum crescens culmine, solitariam concupiscit vitam, fastigiumque ad secretius habitandum contigui deligit montis, in quo cellulam cum oratorio construit, ubi liberius caelesti deserviret contemplationi. In qua inclusionis habitatione per 40 traditur annos Deo militasse et contra serpentis antiqui temptamenta viriliter dimicasse, ieiuniis, elemosinis, vigiliis, orationibus atque lectionibus indesinenter vacans et ad se venientes doctrinae sanctae luce perfundens.

Dum hic igitur almifica conversatione decertat, placuit supernae pietati virtutem sui militis evidentibus ostendere signis. Nam orante illo Dominus aquam ei montis in vertice produxit e silice, quae sub sancti sepulchro fertur exilire ac per ecclesiae fundamenta quasi de vasculo aese profundero, haustu dulcis et ad potandum salubris. De quo videlicet fonte multi sanitarum remedia potantes vel balnea utentes ceu capita diluentes consequuntur aegroti.

Quodam denique tempore cum puer quidam privatus oculorum ab aetate primaeva lumine, Annegiselus nomine, ante fores excubaret ipsius, duodecimo suae caecitatis anno, lapsa virtute caecitas, orante

60 a) deest 1. b) h. pr. 2. 3. c) r. s. 2. 3. d) cito 1. e) exissa 2. f) e. m. 2. 3. g) h. scr. 1. 2. 3. h) sancti bas. 2. 3. i) illucescente 1. k) aut 1. l) confusus 2. m) e. memoramini 2. n) deest 2. o) Strateburgum 1. p) presbyteri 1. q) eius 2. 3. r) cepit 1. s) de 2. t) Rigetium 1. u) contubernales 1. v) lupi 1. w) Cum 1. x) petentes 2. y) Annegiselus 2. 3. z) deest 2. 3.

1) Vita Basoli, quam publici iuris fecit Mabillon, AA. est et magis exornata, atque nova quaedam addita sunt, ita ut, Flodoardum velatiorem recessionem SS. Ben. II, p. 65 sqq., quamque monacho, qui circa initium saeculi X. vixerit, attribuit, maximam partem cum repetiisse, persuasum habeam. 2) Verzy (arrond. nostro convenit; attamen narratio illius verbosior Reims). 3) 'La forêt de la Route'. COLV.

viro Dei, luminis est honore donatus. Quod divinae claritatis miraculum comperientes monachi, magnis gratiarum actionibus Deum glorificant in clarificatione fidelis servi sui.

Accidit etiam, quodam venatore Attila nomine in saltu eius-cellulae contiguo aprum insequente, ut usque ad ipsius presentiam fera perveniret, et quasi liberandam se per ipsum credens, ad pedes eius deposita fertitate procumberet, canesque, naturalis oblii sagacitatis, eam insequi parcerent. Exinde mos, immo virtus Christi, ad honorem dilecti famuli sui adhuc modo servatur, ut promotus quaelibet venatio, si aggestum in circuitu silvae ipsius prominentem fuerit ingressa, nec canum ulterius insequatur aviditate nec venatorum appetatur audacitate.

Fertur et aliud non contempnendae rei miraculum huius beati confessoris sui meritis a Domino prerogatum; quod suspensus laqueo quidam nomine Ragonulfus^c ab adversariis, cum in supremo mortis periculo oculos ad caelum intenderet^d, invocato voce lacrimabili beato Basolo, mox a morte dira rupto meruit liberari laqueo. Post multa denique pietatis insignia in vita ipsius ab eodem patratu prenosens per spiritum, suae vocationis imminere sibi tempus, misit ad nepotem suum nomine Balsanium^e, qui cum ad se a Lemovicina regione perduceret, significans illi, quod post obitum suum in predicto suae^f conversationis habitaculo deberet vitam ducere, iuxta quod revolutum sibi fuerat a Domino. Cuius salutaribus preceptis ut bonus filius obtemperans et ad supernam hereditatem pervenire desiderans, usque ad exitus sui diem in eadem permansit habitatione. Decessit autem beatus pater Basolus 6. Kal. Decembris, supernis aggregatus civibus. Ad cuius sepulchrum multa postea monstrata sunt miraculorum insignia, quae tamen per negligentiam et ob sui frequentiam non sunt litteris comprehensa.

Processu denique temporis post obitum sancti viri advenit luc homo quidam natione nobilis, sed ferox tumore mentis; qui post orationem baculum huius beati patris accipiens et illum super pedem suum ponens, ut erat procerus corpore^g, quasi subsannando protulit dicens: 'En manifestat isto baculus, quam parvae staturae fuerit Basolus'. Nec mora, pes idem, cui superpositus sancti baculus fuerat, emarcuit; quoque putrefacto, divina vir idem percussus ultione, cum gravi decedit labore. Cuius corpus ad tumulandum ferri disponitur ad huius sancti Dei monasterium; sed aggravatum nullo modo valet moveri feretrum. Proponitur ferri ad cimiterium^h Sancti Remigii, sed nec sic potest moveri. Cogente tandemⁱ necessitate, in Catalaunicum defertur territorium, ibique demum permittitur habere sepulchrum.

Non longe quoque^k valde a nostra aetate, tempore scilicet domni Ebonis^l archiepiscopi^m, eius ordinatione quidam vir religiosus Benedictus nomine abbas constituitur huius abbatiæ. Qui cum modestia familiam Sancti Basoli tractans et in simplicitate Domino serviens, 30 diversis ecclesiis donariis ornavit, et post non modica vitae suae spatia divina preceptione vocatus ad Dominum transit. Cui carne frater cognomine Spervus abbas in eodem loco subrogatur. Qui uloribus fratri dissimilis et dirae facibus ardens cupidinis, dum temulentusⁿ aliquando sederet, coepit dicere, quod frater suus de abbatiâ^o illa nihil boni sciverit habere, precipiens villarum procuratoribus in crastinum sibi rucolas exhibere, quos variis 35 faceret suppliciis torqueri, ut facultates ipsorum ab eis posset extorquere. Audientes ergo villarum incolae, quantae intemptabantur sibi poenae, omnes sancti Basoli flebiliter^p expetunt suffragium, ne tam crudeli lanio traderentur ad dilacerandum; lugubresque in gemitu pernoctantes, non cessabant sancti Basoli implorare solatium. Nec renuit audire sanctus Domini querelas suae plebis. Nam facto mane Spervus idem reperitur mortuus; quem lecto 40 nitentibus extrahere suis, crepuit medius, tantusque foetor eundem locum replevit, ut nemo inibi remanere valuerit. Sicque familia Sancti Basoli trepiditatis eripitur defensa supplicii.

Avunculus matris meae^q Flawardus^r nomine duos filios in huius sancti viri^s coenobio Deo servientes habuit, quorum iuniorem nomine Tebertum^t caritate supra vires etiam exuberantem vidimus, qui presbiter dudum apud nos obiit^u. Is^v denique de patre suo quod dicturi 45 sumus narrare nobis solebat; cui rei testis adhuc supererat^w nuper Ratoldus^x presbiter, horum tertius frater. Conserveerat siquidem semel in anno vir prefatus ad hoc monasterium^y venire^z fratribusque de suis facultatibus ministrare. Qui cum aliquando de more veniret, latrones eum propterentem invadunt^{aa}, caballum, cui sedebat, cum ceteris quae sibi visa sunt, sed et pecunias, quas servis Dei distribuendas ferebat, ornamenta quoque uxoris suae pariter auferunt. Cumque de preda luctantes aliquantulum processissent, uxor ipsius^{ab}, quae simul aderat, ingemiscens pro iniuria, querelosis sanctum Basolum coepit inclamare^{ac} vocibus, dicens: non ultra se venturos in eius vel famulorum ipsius servitium, si sic eos abiceret non ferendo presidium. Post quas lamentationis voces equi latronum, qui cum spoliis concite ferebantur, subito defiguntur, nec ullo modo promoveri possunt ad gradiendum. Ipsos quoque^{ad} latrones

a) pernoctat 3. b) condemnando 2. c) Regenulfus 1. d) et add. 2. e) Balsanium 3. f) suo 3b. g) cor- 55 poris 2. h) feretrum 2. i) tamen 1b. k) deest 2. 3. l) Ebonis 1. 3b. m) tumulentus 1. n) illa abb. 2. 3. o) suppliciter 2. 3. p) nec corr. sue 1a; sue 1b. c. d. q) Flawardus 1. r) deest 2. s) Tebertum 1. t) id 1. u) s. n. dea. 2. v) Ratoldus 1. w) ministerium corr. monasterium 1a. x) venire -- aliquando de des. 1. y) invenit 1. z) eius 2. 3. aa) clamare 2. 3. ab) quendam 2.

1) Balsanium [Gallice Bausange] d. 16. August. Trevis celebrari, annotavit COLV. 2) Sequentia in 60 Vita ap. Mabillon l. 1. non leguntur. 3) A. 822-835. 4) De hoc loco cf. praef. p. 406.

caligo quaedam perfudit, ut quonam sese vorteret ignorarent. Resipientes tandem predones, conferunt inter se, ob innocentem factam iniuriam sibi talia contigisse; inloque consilio, ad eos, quos rebus iniuste privatos dimiserant, revertuntur, sua illis cuncta restitunt et, ut veniam facinoribus suis deprecantur, exposcunt. Ita consolatione, domni Basoli suffragante sibi patrocinio, recepta, rapacibus ire dimissis, devotiores ad destinatum properant coenobium. Gratias Deo et sancto suo confessori pro indultis sibi beneficiis referunt et laeti servis Dei ministrare satagunt, pecuniis honorant, ac deinceps annis singulis idem promptiores quod cooperant peragunt.

Quando nuper hae Galliarum patriae, peccatis nostris impellentibus, Hungarorum 937. gladiis dilacerandae sunt traditae, quidam barbarorum Sancti Basoli monasterium ingressi, dum clerici iam cum a patroni sui pigneribus ad civitatem confugissent, habitacula coenobii hominibus pene vacua repperunt, ibique metatym suum constituentes, huc undecumque predatu reverti coeperunt. Quorum quidam in ecclesiae signorum turricula deaurata conspiciens relucere metalla, cupidus auri pecuniae, tectum conscendit basilicae, nisusque dissipare turriculam, subito delapsus ad terram corruit membrisque contractis interit. Alius 1 horum super aram ipsius ecclesiae in honore beati Martini consecratam conatus ascendere, dum manum supra cornu altaris apposuisset, ipsa manus eius ita inhaesit marmor, ut nullo modo ab eo postea potuisset avelli. Et quia hic eum sui noluerunt relinquere, partem lapidis circa manum ipsius bipennibus absidentes, eum secum particulam marmoris, quae 4 manui eius adhaeserat, invite ferentem deduxerunt. Qui etiam, ut captivi qui reversi 20 sunt referunt, usque ad terram suam, arente iam brachio, hunc lapidem ferens et Basoli virtute factum proclamans, reversus est.

4. De Romulfo presule.

Post Egidium Romulfus Remense rexit episcopium, vir carne nobilis, germanus Iohannis tunc temporis ducis; quorum pater Lupus 2 multas eis possessiones aequaliter inter se dividendas reliquit. De qua divisione pari iure gerenda preceptum obtinuerunt regale. Multis siquidem excellabat patrimoniis, maximeque trans Ligerim et in pago Pictavensi; quorum ex parte maiore per paginam testamenti ecclesiam Remensem fecit heredem, quaedam dimittens fratribus vel nepotibus suis, quaedam matriculae quoque sancti Martialis deputavit, quaedam ad basilicam sancti Remigii. Villam vero Lautiniacum 3 super fluvium 30 Caltionem contulit monasterio puellarum Remis in honore sancti Petri constructo; quam villam dato pretio se memorat comparasse. Quaedam preterea donaria testamento diversis attribuit ecclesiis tam Remensis episcopi quam Suessionici, sed et Turonici aliorumque quorundam. Familiae suae partem maximam ingenuitate donavit. Cuius adhuc testamenti pagina in archivo Remensis ecclesiae reservatur cum auctoritate Childeberti regis 4, qua 35 petitus idem rex a prefato presule per Somnatum 5 diaconem, virum venerabilem, hoc testamentum confirmare decrevit, scilicet ut terras, vineas et mancipia, quae ad ecclesiam precipue Remensem vel ad cetera loca sanctorum predictus pontifex delegaverat, si quis ex heredibus ipsius iniuste usurpare presumpsisset, omnimodis ea recipiendi sacerdotes eorundem locorum liberam valerent habere potestatem. Quasdam quoque villas in territorio Metensi constitutas, quarum caput est Ortivallis 6, 5, quas dominus Egidius a Vincentio quodam traditur coemisse, cum Childeberto rege commutavit pro aliis villis in pago Remensi situs, id 8 est Marciliana 9 et Arbidogilo 7. Res quoque vel mancipia in pontificatu positus ad augmentum ecclesiae invenitur emisse. Oratorium denique sub honore beati Germani construxit in atrio Sancti Remigii. Quasdam quoque res a quibusdam pervasas apud regiam 45 maiestatem, agente prefato Somnatio 1 archidiacono, evindicasse reperitur, regiae auctoritatis super his evindicationibus adhuc manentibus instrumentis.

5. De Somnatio episcopo.

Romulfum sequitur in episcopatu Somnatus 2, qui sinodum celebrasse reperitur cum aliis quadraginta vel eo amplius Galliarum episcopis 3. Ubi etiam sanctus Arnulfus Meten-

50 a) deest 1. b) et membris 2. 3. c) exposuisset 2. d) quis 1. e) Romulfus 2b. f) Lautiniacum 1 g) Somnatio. 2. 3. et ita vel Somnatio. post; Somnatum corr. Somnatum 1a. et ita 1b. c. 4. h) eas 2. 3. i) Ortivallis 2; Ortivallis 3. k) i. e. det. 1. l) Sompn. 1 abhinc semper.

1) Eadem narrat, sed paulo brevius, in Annalibus recte Lejeune de Orval (Aurea-valle) cogitavit, a. 937, SS. III, p. 384. 2) Hunc laudat praeter 6) Marsilly (départ. Marne, arrond. Reims, cant. Gregorium Turon. (v. supra p. 449, l. 30) Venantius Fortunatus l. VII. 3) Neque villa neque fluvius nota sunt. 4) Secundi a. 575—596. Charta p. 454 n. 2. 5) Concilium inter a. 624. et 625. statutum non exstat. 6) De cuius situ non constat; minus dpm esse, recte evicit Mansi X, p. 593 sq. n., cum

sium presul inventur interfuisse cum Theoderico Lugdunensi, Sindulfo Viennensi, Sulpitio Bituricensi, Medegiselo^a Turonensi, Senoco Elosanensi¹, Leontio Xantaniensi^{b,2}, Modoaldo Treverensi, Chuneberto^c Coloniensi, Richerio Senonensi, Donato Vesontionensi, Auspicio Augustidunensi, item Modoaldo Lingonensi, Ragneberto Baiocensi, Childoaldo Abrinca-
tensi, Bertegiselo Carnotensi, Palladio Autisiodorensi, Gondoaldo Meldensi, Leudeberto^d 5
Parisiacensi, Chainoaldo Lauduni-Clavati, Godone Viridunensi, Ansarico^e Suessionensi,
Claudio Reiensis³, Bertoaldo^f Camaracensi⁴, Agomaro Silvanectensi, Caesario Arvernensi^g,
Vero Rutenensi^{h,4}, Agricola Gabalensi⁵, Lupoaldo Magonciacensi⁶, Willegiselo^k Tolosano,
Constantio Albiensi, Nammatio^l Ecolesinensi^m, Rustico Caturcensi, Auderico Auscensi⁶,
Emmone Aresetensi⁷, Felice Catalaunensi, Chadoindoⁿ Cenomanensi, Magnebodo Andega-
vensi, Iohanne Pictavensi, Leobardo^o Namnetico. In qua synodo multa leguntur utilia
constituta:

*De rebus scilicet ecclesiae, qualiter tractandae sint; et de his quae per precatorium impe-
trantur ab ecclesia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in ius proprium usurpentur, et eccle-
siae defraudentur.* 15

*De clericis, si qui rebellionis ausu sacramentis se aut scripturae coniuratione constrinxe-
rint atque insidias^p episcopo suo callida allegatione confecerint, ut, si admoniti emendare
contempserint, gradu proprio omnino priventur.*

*Ut capitula canonum Parisius acta in generali synodo, in^q basilica sancti Petri Lotharii^r
regis studio congregata^s, omni firmitate custodiantur.* 20

*Ut, si qui heretici adhuc esse suspicantur in Gallias, a pastoribus ecclesiarum perquiran-
tur, et si veraciter fuerint inventi, ad fidem catholicam revocentur.*

*Ut temere nullus excommunicetur; et si excommunicatus existimat se iniuste dampnatum,
in proxima synodo habeat licentiam reclamandi; et si iniuste dampnatus fuerit, absolvatur;
sin autem iuste, impositum poenitentiae tempus exsolvat.* 25

*Ut, si quis iudex cuiuslibet ordinis^v clericum publicis actionibus inclinare presumpserit aut
pro quibuslibet causis absque conscientia et permisso episcopi distringere aut contumelias vel
iniurias afficere presumpserit, communione privetur. Episcopus tamen de reputatis conditio-
nibus clericorum negligentias emendare non tardet.*

*Hi vero quos^w publicus census spectat sine permisso principis vel iudicis se ad religionem^x
sociare non audeant.*

*Si quis fugitivum ab ecclesia absque sacramento, quo ei iurandum est, ut de vita, tor-
mento et truncatione securus exeat, qualicumque occasione abstraxerit, communione privetur.*

*Similiter^y, si quis ius sacramenti prestitum violaverit, communione privetur. Ille vero qui
sanctae ecclesiae beneficio liberatur a morte, non prius egrediendi accipiat libertatem, quam
poenitentiam se pro scelere acturum^z esse promittat et quod ipsi canonice imponetur im-
pleturum.* 35

*De incestis coniunctionibus. Si quis infra prescriptum canonibus gradum incestuoso
ordine cum his personis, quibus a divinis regulis prohibetur, se coniunxerit, nisi poenitentiam
sequestratione testentur, communione priventur et neque in palatio militiam neque agendarum^{aa}
causarum licentiam habeant. Et quando predicti se incestuosi coniunxerint, episcopi seu pres-
biteri, in quorum diocesi^{ab} vel pago actum fuerit, regi vel iudicibus scelus perpetratum adnun-
tiant, ut, cum ipsis denuntiatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione sequestrent,
et res eorum ad proprios parentes perveniant, sub ea conditione, ut, antequam sequestrentur,*

a) Modeg. 3. b) Santanensi 1 b. 4. Yantonensi 2; Santonensi 3. c) Chuneb. 3. d) Ansarico Suession. 2. 3. e) Bertoaldo 2. 45
f) Cameracensi 2. 3. g) Arvernensi 1. h) Rutenensi (Rutenensi 1*) 1. i) Maguntiae. 2. 3. k) Willegiselo 2.
l) Nammatio 3. m) Ecolesinensi 2. 3. n) Chadoindo 2. 3. o) Leobardo 1. p) insidie 1. q) deest 1. r) deest 2.
s) quod 1. t) Similiter — privetur deest 1. u) e. a. 2; a. fact. 3. v) dioceses vel pagos 1.

Sidocus Aelosanensis teste Fredegario c. 54 (Ruinart saepius separatim vulgata sunt. 1) Eause (départ. 50
p. 632) a. 626. in exilium pulsus fuerit, Arnulfus Gers, arrond. Condom). Episcopatus saeculo IX. cum
Mettensis a. 625. episcopatum abdicaverit ac Sulpitius Auscensi (vid. infra) coniunctus est. 2) Saintes.
Bituricensis Austrigisilo die 20. Martii a. 624. de- 3) Riez (départ. Basses-Alpes). 4) Rodez. 5) Gevaudan
functo successerit. Cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' III, terra (départ. Lozère); episcopatus sedes nunc Mende
p. 69. (Arnulfum a. demum 627. episcopatu cessisse, est. 6) Auch (départ. Gers). 7) Pagi Rutho-
Bonnell p. 159. statuit. G. W.) Acta ex Flodoardo sumta nensis; de quo cf. Greg. Tur. V, 5. 8) Parisien- 55
primam a Sirmondo, Conc. Gall. I, p. 479 sqq., deinceps sem III. post a. 559. celebratam intelligit Colvenierus.

per nullum ingenium, neque per parentes neque per emptionem neque per auctoritatem regiam, ad proprias^a perveniant facultates, nisi prefati sceleris separatione poenitentiam^b fateantur.

Si quis homicidium sponte commiserit, et non violentiae resistens, sed vim faciens impetu hoc fecerit, cum isto penitus non communicandum, sic tamen ut, si poenitentiam egerit, in exitu ei communiois viaticum non negetur.

Clerici^c etiam vel seculares, qui oblationes parentum aut donatas aut testamento relictas retinere presumpserint, aut id quod ipsi donaverint ecclesiis aut monasteriis crediderint aufe-
rendum, sicut ante sinodus sancta constituit^d, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur.

10 *Ut christiani Iudeis vel gentilibus non vendantur; et si quis christianorum necessitate cogente mancipia sua christiana elegerit venundanda, non aliis nisi tantum christianis expendat. Nam si paganis aut Iudeis vendiderit, communione privetur, et emptio careat firmitate. Iudei vero si christiana mancipia ad Iudaismum vocare presumpserint aut gravibus tormentis afflixerint, ipsa mancipia fisci ditioibus revocentur. Qui tamen Iudei ad nullas actiones publicas admittantur. Iudeorum vero convicia in christianos penitus refutanda sunt.*

15 *Item: si clericus proficiscens de civitate ad alias civitates voluerit aut^e provincias pergere, pontificis sui epistolis commendetur. Quod si sine epistolis profectus fuerit manifestus, nullo modo recipiatur.*

Item: ut episcopus mancipia vel res^f ad ius ecclesiae pertinentes neque vendere neque per quoscumque contractus^g, unde pauperes vivunt, post mortem alienare presumat.

Item de his qui auguria vel paganorum ritus inveniuntur imitari vel cum paganis superstitiosos comedunt cibos, quos benigna placuit admonitione suaderi, ut ab erroribus pristinis revocentur. Quod si neglexerint et ydololatris vel immolantibus se miscuerint, poenitentiae dignum tempus exsolvant.

25 *Item: ut serviles personae ad accusationem non admittantur; et qui personam susceperit accusantis, cum unum crimen non probaverit, ad alia accusandum non admittatur.*

Item: si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus aut potestate suffultus, decedente episcopo, res cuiuslibet conditionis in domos vel agros ecclesiae positas ante reservationem testamenti vel audientiam ausus fuerit occupare vel ecclesiae repagula effringere et supellectilem infra domum ecclesiae positam contingere vel scrutari presumpserit, a communione christianorum penitus abdicetur.

Item: si quis ingenuum aut libertum ad servitium inclinare voluerit aut fortasse iam fecit, et commonitus ab episcopo se de inquietudine eius revocare neglexerit aut emendare noluerit, tanquam calumpniae reum placuit sequestrari.

35 *Item: ut clerici cuiuslibet ordinis neque pro^h propriis neque pro ecclesiasticis causis aliter adire debeant forum, nec causas dicere audeant, nisi quas cum permisso et consilio episcopi agere eis fuerit omnino permissum.*

Item: ut in parrochiis nullus laicorum archipresbiter preponatur, sed qui senior in ipsis esse debet clericus ordineturⁱ.

40 *Item: pontifices, quibus in summo sacerdotio constituti ab extraneis dumtaxat aliquid aut cum ecclesia aut sequestratim aut dimittitur aut donatur, quia ille, qui donat pro remedio animae suae, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiae inter facultates ecclesiae^j computabunt, quia iustum est, ut, sicut sacerdos habet quod ecclesiae dimissum est, ita et ecclesia habeat quod relinquatur sacerdoti^k.*

45 *Sane quicquid per fideicommissum aut sacerdotis nomini aut ecclesiae fortasse dimittitur, cuiusque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computatum retinere non poterit.*

Item: si quis episcopus res, quae ab alia ecclesia presentaliter possidentur, quocumque ingenio aut callida cupiditate pervaserit aut sine audientia presumpserit usurpare ac suis vel ecclesiae suae ditioibus revocare, dum communione privari non potest, ut necator pauperum ab officio deponatur.

Item: si quis episcopus, excepto si evenerit ardua necessitas pro redemptione captivorum, ministeria sancta frangere pro qualicumque conditione presumpserit, ab officio cessabit ecclesiae.

a) propriam 1. b) deest 2. c) Cleri 1. d) ad 2. e) r. ecclesie 2. f) contractus 1. g) deest 1. h) ordinatur 2.
55 i) ecclesiao — facultates des. 1. k) reliquerit sacerdos 3^b.

1) Parisiensis III, c. 1.

Item: viduas, quae se Domino consecrari petierunt^a, vel puellas Domino consecratas nullus neque per auctoritatem regiam neque qualicumque potestate suffultus aut propria temeritate rapere aut^b trahere audent. Quod si utrique consenserint, communione priventur.

Iudices, qui super auctoritate et edicto dominico canonum statuta contempnunt vel edictum illud dominicum quod Parisius factum est violaverint aut contempserint, placuit, eos commu-⁵ nione privari.

Item: ut, decedente episcopo, in locum eius non alius subrogetur nisi loci illius indigena, quem universale et totius populi elegerit votum ac^c comprovincialium voluntas assenserit. Aliter qui presumpserit, abiciatur e sede, quam invasit potius quam accepit. Ordinatores autem¹⁰ triennio ab officio administrationis suae sedis cessare, decernimus.

Preterea res ecclesiae prefatus presul domnus Somnatus probabiliter^d ordinasse legi-
tur^e, augens etiam episcopium, terris ac mancipiis dato pretio coemptis, quarum adhuc
emptionum nonnulla reperiuntur monumenta. Quasdam quoque res, quas pravi quidam
pervaserant, apud regiam maiestatem tam per se ipsum quam etiam per suos actores,
Marco presbitero quoque legato suo causas agente, repetitas et obtentas ecclesiae rite¹⁵
restituit. Colonias etiam villarum quarundam episcopi dispositis ordinavit servitiis. Pre-
cepta necnon regalia super ecclesiasticarum immunitate rerum sed et traditionum quarum-
dam obtinuit firmitate. Sed et res invenitur quasdam cum regina Brunehilde commutasse²
pro utriusque^a partis oportunitate.

Testamentum quoque rerum suarum condidit, in quo plura diversis donaria contulit²⁰
ecclesiis. Basilicam tamen beati Remigii precipue sibi heredem instituit, ubi et sepulturam
se habiturum delegit; ibique^f missorium argenteum deauratum deputavit, coclearia quo-
que duodecim et salarium argenteum ac portionem suam de villari quodam cum mancipiis,
vineis, pratis ceterisque adiacentibus et alia nonnulla, quae se dato pretio meminit com-
parasse. Ad basilicam sanctorum Thimothei et Appollinaris delegavit casas quasdam tam²⁵
iuxta ipsam ecclesiam quam infra civitatem. Ad basilicam sancti Martini, quem peculiarem
patronum suum dicit^g, villam Mutationis³, quam comparavit, ad integrum, sicut a se pos-
sessa est, tradidit. Insuper et aurum dedit, unde calix inibi fieret. Ad basilicam sancti
Iuliani recuperandam auri solidos 5. Ad^h basilicam sancti Nicasii similiter solidos 5. Ad
basilicam sancti Iohannis solidos 5. Ad basilicam sancti Sixti similiter in auro solidos 3. Ad³⁰
basilicam sancti Mauricii solidos 3. Ad basilicam sancti Medardi solidos 3. Ad monasterium
puellarum vineam in Germaniaco⁴ sitam cum quibusdam vasis ipsi basilicae profuturis. Ad
basilicam quae dicitur Ad-apostolos auri solidos 3 cum aliis munusculis, unde calix fieret. Ad
basilicam sancti Petri in civitate auri solidos 3. Ad basilicam sancti^k Theoderici portionem
suam de villa Germaniaco cum mancipiis, vineis et ceteris ad ipsam pertinentibus; argentum³⁵
quoque ad sepulchrum domni Theodulfi fabricandum vel exornandum. Ad basilicam sancti
Viti vas quoddam argenteum ad calicem faciendum et in auro solidos 15. Ad basilicam sanc-
torum martirum Rufini et Valerii in auro solidos 15. [Similiter^l] ad basilicam sanctorum mar-
tirum Crispini et Crispiniani auri solidos 15. Ad basilicam sancti Medardi solidos 15. Ad
matriculam^m preterea sanctae Remensis ecclesiae nonnulla contulit donaria. Ceteris quoque⁴⁰
matriculis vel congregationibus diversa delegavit munera. Quibusdam heredum quoque
suorum personis predia quaedam eo tenore dereliquit, ut ad loca sanctorum a se destinata
post eorum reverterentur decessum. Mancipia nonnulla libertate donavit additisque ditavit
pecuniis. Quod viri Dei testamentum regalis precepti reperitur pagina roboratum.

6. De Leudegiselo episcopo, Angleberto^m et Landone.

Post hunc beatum virum Leudegiselus, Attilae episcopiⁿ frater, tempore Dagoberti
regis^o episcopium rexit, quod etiam rebus emptis², scilicet silvis, pratis, ruribus, auxit.
Quaedam quoque cum Abbone Trevasino^o episcopo pro utriusque partis oportunitate com-

a) petierint 2. b) vel 1. c) aut 1. d) probabiliter 1. e) utriusque 1^a. f) ibique — deputavit des. 1. g) dixit 2.
h) Ad — sim. solidos 5 des. 1. i) Germanico 2. k) domni 2. 3. l) deest 2. 3. m) Angleberto 2; 3 (constant). 5c
n) Trevasino 2; Trevasino 3.

1) Somnatio adscribuntur statuta synodalia quae e obitu, episcopum factum esse. 3) Muizon (arrond.
codice Maioris Monasterii (Marmoutier) primus edidit Reims, cant. Ville). 4) Germigny (ibid.). 5) Lau-
Colvenerius, Appendix p. 157 sqq. 2) Hac ex re dunensis. 6) A. 622—638.

mutavit, sed et alia quaedam cum aliis quibusdam personis. Res etiam quasdam ecclesiae ordinatis disposuit coloniis.

Hunc sequitur Anglebertus. Ipse quoque rebus emptis auxisse reperitur episcopium. Cui successit Lando, vir illustrissimus et multorum possessor prediorum; quorum nonnulla iunxit ecclesiae, quaedam vero propinquis suis distribuit. Sed et ea quae trans Legerim Remensis habuerat ecclesia et Felix abbas quidam ecclesiae sancti Iuliani martiris indebite retinebat, apud maiestatem regiam legibus evindicata recepit; pro quibus iam antea predecessor eius Anglebertus episcopus cum Gallo Arvernensi episcopo coram rege controversiam habuisse reperitur. Hic Lando presul ecclesiam Remensem rerum suarum per testamenti paginam rite fecit heredem; et quaecumque aliis dedit personis vel ecclesiis, eidem ecclesiae vel successori suo constituit dispensanda. Diversorum siquidem sanctorum basilicis diversa delegavit donaria. Basilicae scilicet sancti Remigii, ubi sepulturam fieri sibi delegit, villas et munera. Basilicae sancti Gaugerici et sancti Quintini argenti varia dona. Item basilicis atque matriculis Remis, sanctorum scilicet Thimothei et Appollinaris. Item sancti Martini. Item sancti Nicasii. Item sanctae Genovefae. Monasterio quoque sanctorum Theoderici et Theodulfi. Item ad basilicam sancti Germani et matriculam ipsius. Item sancti Iuliani. Item sanctorum Cosmae et Damiani. Item sancti Petri ad cortem. Item sancti Petri ad monasterium puellarum. Item ad basilicam sancti Simphoriani quae vocatur Ad-apostolos. Item sancti Medardi et sanctorum Crispini et Crispiniani. Item sancti Victoris. Item sancti Mauricii. Item sancti Basoli diversa contulit donaria. Ecclesiae quoque Laudunensi cuiusdam villae portionem suam delegavit et basilicae sanctae Genovefae ibidem constitutae villam Appiam cum omni re ad se pertinente tribuit. Turrim quoque auream, quam ad votum suum fabricari fecerat, super altare posuit sanctae Mariae Remensis ecclesiae, et patenas tres ac brachiale aureum. Fuit autem Sigiberti regis tempore.

7. De sancto Nivardo.

Post premissos ad episcopale culmen eligitur beatus Nivo, qui et Nivardus; utroque namque reperitur vocitatus nomine. Ille prius in aula regis, utpote vir illustrissimus, traditur conversatus. In episcopatu vero positus, emptis per diversa loca tam fundis quam domibus necnon mancipiis, dilataste res invenitur ecclesiae. Disposuit etiam nonnullas ordinatis coloniis villas episcopi; quasdam quoque res commutasse reperitur cum Atilia Laudunensi presule pro utriusque partis oportunitate. Commutavit etiam a Bayone et Theoderanno fratris locum quendam super fluvium Matronam de rebus Remensis ecclesiae, ubi construxit monasterium quod dicitur Altumvillare, petente Berchario abbate, qui ab eo petierat locum sibi dari, ubi cum fratribus suis monachis sub regula patrum sancti Benedicti et sancti Columbani vivere posset, quod et idem presul facere stultit, ut infra continetur. Sed et cum aliis quibusdam personis, prout congruum visum fuit, res quasdam commutavit. Dedit quoque sub iure privilegii ad monasterium Sancti Basoli ecclesiam in Viriziaco in honore sanctae Mariae constructam cum omnibus ad ipsam pertinentibus simulque locellum qui Wasriacus dicitur. Immunitatem quoque ipsi monachis sub Perrone abbate ibidem Deo servitibus instituit, ut nullus ecclesiasticorum iudicium eos indebite in aliquo inquietare presumeret, sed eis quieto ordine sub sancta regula vivere ac Deo servire liceret. Preceptum etiam immunitatis a Childeberto rege super teloneis et quibusdam tribuitis ecclesiae Remensi obtinuit. Cui quoque Ludovicus rex sub ecclesiae suae nomine res quasdam in Mallaco super fluvium Vitulam, quas, quibusdam infidelibus suis cunctis, receperat, auctoritatis suae precepto concessit. Huius etiam tempore tradidit Grimoldus vir illustris Sancto Remigio villas suas Calmiciaum et Victuriacum pro animae suae remedio.

Hic beatus Nivardus, dum ex communi consensu totius consilii presulum Galliae Namnetis Romani iussione pontificis exhibiti, rege favente, restitisset ecclesiam monasterii super ripam Matronae fluminis in loco nuncupato Villari dudum siti, sed a barbaris diruti, et ab eo constructa haec funditus cecidisset ecclesia, in alio loco rursus ab ipso restituta rursus traditur curruisse. Quadam vero die veniens de villa Sparnacoe, simul comitante secum prefato abbate Berchario, visum sibi est, transito flumine, debere paululum requiescere; sicque caput in sinum sedentis reclinans Bercharii, obdormivit et visum vidit, scilicet columbam locum silvae circumire et in fago quendam post hanc circumitionem resedisse; idque tertio columbam videt eandem egisse tumque caelus potisse. Quam visionem, sicut ipse in somnis, ita predictus quoque Bercharius vigilans fertur aspexisse. Quo viso compunctus, idem coepit abbas fundere lacrimas. Expectatus autem beatus presul a somno, ex lacrimis eius sibi faciem reperit udam; et interrogans, quae illi causa fletus existeret, accepit, eum propter sui ruinam fletisse operis. Invicemque sibi visa referentibus, traditur pontifex haec etiam eundem Dei servo nomine Bayoni, cuius erat ipsa possessio, visa narrasse. Qui oratorium in honore sanctae crucis illic habens, ibi conversabatur. Qui etiam postquam visionem presulis et eius agnovit voluntatem, obtulit illi eandem possessionem suam, partem quoque possessionis cuiusdam fratris sui nomine Badini. Alterius vero fratris Theoderanni nomine causam retulit, quod esset scilicet in factione contra Reolum comitem, qui Remensis post exitum

a) Tunc 1. b) deest 1. c) Ligerim 2. 3. d) Arvernensi 1. e) dispensanda 1. f) deest 2. g) Treod. 1. h) Sigiberti 2. 3. i) colonis 1. 3. k) Berchario 3 constant. l) pr. i. 2. 3. m) deest 1. n) Viriaco 1; 60 Viriaco 3. o) l. q. 2. 3. p) hac 1. q) accepit 2. 3. r) D. s. c. 2. 3. s) Baldini 1. 3. t) etiam 1.

1) St. Julien de Brioude, ut videtur. 2) Eppe. LEI. p. 278 sqq. 3) Hautvillers. 4) Verzy. 5) Mailly 3) A. 638—656. 4) Exscripsit Vitam Nivardi auctore (arrond. Reims, cant. Verzy). 5) La Vesle. 6) Vuitry tore Allmanno monacho Altovillariensi, AA. SS. Sept. I. (ibid., cant. Beine).

VII. 19. episcopus, pro filiis eius quos occiderat in ultione filiorum suorum, quos Reolus pro latrocinio, quod exercebant, suspensio necaverat. Unde domnus Nivardus eum cum Reolo, qui neptem suam, filiam Childerici, habebat uxorem, pacifice fecit. Et sic ipse Theoderannus simul cum ceteris fratribus suis eandem possessionem sancto Nivardo, commutatione ab eo sumpta, tradidit. Mox idem presul succidi silvam iubens, in honore sancti Petri et omnium apostolorum ibi condidit ecclesiam, et ubi resedisse columbam viderat, altare instituit, collectisque servis Dei, monasterium in ordinaravit. Ubi etiam presul Theoderannus monachus efficitur. Sed et Reolus filium suum nomine Gedeonem, de nepte sancti Nivardi susceptum, ibi monachum fieri petiit, et rerum suarum partem ad idem monasterium condonavit. Beatus autem Nivardus, constituto monasterio, quicquid possessionum ante episcopatum fuerat visus habere, ad ipsum locum tradidit, et exortatus beatum Reolum, religionis ei suavitati assumere habitum. Privilegium quoque, poscente prefato abbate Berecario, eidem contulit monasterio, ut scilicet ipse presul idem monasterium in sui iuris dominatione, dum adiret, conservaret, et ut post suum Accessum Remensis episcopus ipsum coenobium gubernet et eodem monachos contra omnes adversantes defendat, ipsi vero monachi potestatem habeant prefatum sibi regulariter eligendi. prout in descriptione ipsius privilegii continetur. Post haec in ecclesia sanctae Mariae, quam in eodem monasterio construxerat, obisse fertur, et ad ecclesiam sancti Remigii Remis deportatus, ibidem sepultus est.

8. De translatione sanctae Helenae ad ipsius sancti monasterium.

Ad prenatum huius sancti viri coenobium beatae Helenae reginae constat corpus ab urbe Roma deventum. Quod quidam presbiter Remensis parrochiae Telgisus nomine, Romam profectus, noctis inopis in ecclesia remaneus tempore, furatus, cautissime secum studuit deferre. Qui dum iam secundam mansionem haberet in silva, quae civitati adiacet Sutriae, in crastinum unus e comitibus eius pignora sancta levare super assellum gestiens, ea minime valuit movere. At stupidus haec magistro notificat; qui concitatus pergens, thesaurum avidus apprehensum iumento sine gravitate ponderis imposuit, cum esset inferior repulso viribus corporis. Confessus est autem idem minister, nocturno se pollutum fuisse somnio. Venientes ad rapidissimum fluvium Taram, cum illum non auderent ingredi, propter validissimum ipsius impetum, animal sacro tutum munere sponte descendit in flumine. Quem secutus alter assellum ferens presbiterum, licet undis pene videretur immersus, transit tamen fluvium, cum latera fluvii non tinxisse probaretur almi pigneris baiulus. Item dum superant Alpium iuga, quaedam comes huius itineris puella in preceps labitur acta. Quae dum miserabiliter volvitur per devexa, socii beatae reginae proclamantes expetant patrocinia; cum subito in praepto montis haesit latere delapsa, sicque demissis fasciis retrahitur incolumis ad superiora, nullam, ceu visum sibi est, laesionem perpressa. Quibus compertis nonnulli miraculis, devotius huius oneris famulabantur obsequiis. Inter quos equo quidam desilens, beata superimponit pignora, descensusque montis artam ingressus semitam, propriis onus extollit humeris. At subito lubrica pede secuto ruit in preceps, sacra tamen brachiis astricta nullatenus omittens munera; cum protinus, turba sequente nomen reginae precibus ingeminante, equus qui sacra gesserat, suam nihili pendens ruinam, ruentem anterioribus hominem cruribus amplexus, tandem eum, equus in callem suam funibus revocati. Pervenientes autem ad pagum Lingonicum in vicum qui vocatur Osismus, ecclesiae beati Winibaldi almas intulerunt reliquias. Ubi quaedam contracta genibus repens muliercula, mox ut horum gestamen pignerum altigit, ad sua revocatis officia nervis, sanitati perfectissime redditur. Inde itinere unius diei peracto, quidam omnibus iam per sexennium dissolutus artibus, linteum beatae reginae cum gladio mittit in munere. Sed antequam coniux eius ad eum, quae haec detulerat munuscula, rediret, infirmus idem membrorum omnium recuperat munia. His auditis, quaedam matris ab utero caeca puellula deducitur hic ad sancta presidia; moxque, dum feretrum beatae contigit dopinae, depulsa lumen recepit caecitate. Ingressis villam Avergam, quaedam muta, sed et officio manuum destituta, progreditur obviam, quo statim, recuperatis membrorum munis, optatam meruit invenire medelam. Deinde venerando hoc in ecclesia villae Falesiae posito munere, quidam lunaticus eandem basilicam est ingressus. Tom novissime vexatus, merita beatissimae petentibus cunctis, plenissime regreditur absolutus, integra scilicet sospitate donatus. In eadem villa quidam morbo attritus tria grabato exegerat lustra, carne iam ita putrefacta, ut viginti tria e corpore ipsius cecidisse ferantur ossa; qui ad divam perlatus medicalicem, virtute divina erectus, stupente populo, redditur sanus. Quaedam quoque puella nomine Bava, genibus attracta repens, utpote utroque poplite contracto matris ex utero, basibus hic solidatis, recto recessit vestigio; quaeque postmodum Remis in sancto permansit proposito. Accedit quoque femina, quae paralisi resoluta linguae penitus amiserat officia, laxisque nervis, dexteram manus inutilia dependebant vincula. Cuius allatus in munere linteolus, ut tecum sacri contigit corporis, mulier pristinae munia perfectae recepit salutis. Quidam surdus a nativitate vervecem adduxit, ecclesiam ingressus ad missarum sollempnia stetit. Ut ad evangelium ventum est recitandum, verba vitae insolita

a) ecclesiola 2. 3. b) Tegisus 1b. c) deest 2. d) habuisset 1b. e) deest 1b. f) gravite 1. g) deest 2. 3. h) eius 2. 3. i) it. h. 2. 3. k) refertur 1b. l) descensusque 2. m) s. f. i. e. r. 2. 3. n) Osvia Mir. o) Munebundi Mir. p) deest 1. q) puella 2. 3. r) officio 1. s) feratur 2. 3. t) n. dex. 2.

1) Sepultus est in eadem ecclesia [scil. Altovillari] Vita. — I. Stillingus in praefatione ad Vitae editionem. l. l. p. 276. evigere tentat, Nivardum re vera Remis sepultum posteaque Altovillarem translatum esse. 2) Sequens capitulum praebet excerptum ex Translatione Helenae in monasterium Altovillariense a. 850. facta et ex Miraculis auctore Altmano, AA. SS. Aug. III, p. 601 sqq. et p. 612 sqq. Sed verba Altmani plerumque mutata sunt, sive Flodoardus ipse, sive alius quidam ante eum narrationem contraxit. Quare haec paulo maioribus litteris exprimenda curavi. 3) Sutri prope Viterbium. 4) Taro, qui haud procul a Parma in Padum fluit.

coepit^a auro percipere; quo perlecto curatus, confessus est, euangelium se nonquam prius audisse. Pater^b quidam lactentis^c advenit pueri, quem ad exitum iam iamque vis impellebat aegritudinis. Genitor ergo votum pro vita vovens nati, rediit et puerum, qui per quinque iam dies fomenta spreverat mammae, reperit incolomem laeque suggestem. Paralyticus quidam Treverorum^d e filiis est^e advocatus, qui^f septem dudum vicibus omnium membrorum soliditatem adeptus, totiens, carnis se prementibus desideriis, miserabiliter est recontractus. Qui postquam proprio^g confessus est facinora — quod non egerat iam vicissimusolvebatur annus —, permansura deinceps est sanitas potius. Adlata est item mulier quaedam destro latere pestis immanitate resoluta, quae perfectam consecuta medelam, reversa est sana. Item adducitur mane mulier caeca, quae, rutilante^h hora tertia, gemina regreditur illuminata lucerna.

Denique, ut perlata est ad prefatum Altvillarenseⁱ monasterium sacratissima gleba, quibusdam dubitantibus, an ipsa foret Helena Constantini augusti genitrix vitalisque ligni repetrix, id probabili Christiano asseverata dignatur^j aquae iudicio^k, triduo supplicatus ieiunio. Mittuntur etiam tres fratres ex eodem monasterio Romam ad indagandam translationis huius beatae reginae certitudinem. Qui redeunt^l et veritatis huius indaginem et geminatum gaudium, corpus videlicet beati Policarpi presbiteri, collegae sancti Sebastiani, huic attulere coenobio.

Huius beatae reginae quondam natalis die imminente, piscatores monachorum noctu capturae instabant piscium in Materna^m flumine, cassoque frustrati per totam fere noctem laboreⁿ, tandem conquesti, sanctam Helenam pro sua cooperunt inelamare fatigatione. Tom in Dei et in^o ipsius nomine laxantes rete, gemino ditati gaudent esore. Sed mox unus horum repetens matrem, quodam gaudia^o interpolavit moerore. Dumque rursus queruntur iterumque dominam inelamando turbantur, piscis clapsus mirabiliter dans saltum ab imo, superiorem retis funem tenacissimo corripit morsu, et sic inhaerens fuo pependit, donec stupefactus eum tandem piscator gratanter excepit.

9. De translatione sancti Sindulfi ad idem monasterium.

Ad hoc monasterium beati Sindulfi translata sunt ossa, quae in villa quae dicitur Alsonia^a fuerant posita, ubi Deo idem sanctus^b vir sacerdoti^c i servierat^d officio et ubi pluribus post obitum claruerat miracula. Cuius pignora ut perlata sunt ad villam quae dicitur Spida^e, mulier quaedam caeca pristinum gavisus est lumen adepti. Cumque appropinquaret iam portae civitatis Remensis, obviam properante populi multitudine, accessit quaedam mula et debilis manu puella; quae ut se terrae prostravit, ab utraque sanari pesto promeruit. Allata est illuc quaedam muliercula manibus genibusque contracta, quae continuo, ut est ad terram deposita, sanitati laetatur restituta. Sed ubi victa luxu gloriarum coepit, quod tam vellet nollet vir suus reciperet, qui casu infirmitatis huius causa dimiserat, ad depulsam rursum est miseriam revoluta^f. Item, ut posita sunt beati viri membra in ecclesia coram altari sanctae Mariae, advenit quaedam puella plenas genibus contracta, quae virtute Dei erecta^g, huius sancti meritis, sanata. Adducitur etiam quaedam iam per annos 7 caeca, quae mox ut valvas templi attingit, lumen recipere meruit. Celebratis missas sacramentis, defertur inde corpus beati viri ad basilicam sancti Remigii. In dracinum perfertur ad monasterium Avenacum^h, et occurrentibus sanctimonialibus, advenit quidam iam duobus annis claudus. Qui ubi se prostravit in humum, surgens primum coepit figere gressum. Affertur etiam quaedam contracta membrisque resoluta, quae sine mora sospitati gaudet restituta. Tum perlatum est munus hoc venerabile ad monasterium Altvillarense, ubi quaedam puellula adrecta, a primo natiuitatis anno caeca, ut ad ianuam monasterii pervenit, lucem videre coepit. Duo germani proveciae fratres aetatis sub uno anno lute privati, oratorum ingressi, ut se dederunt in orationem, cruor eis pro lacrimis fluere coepit ex oculis, moxque lumine recepto, laetantur sepulchrum videre sanatoris. Quaedam Deo sacra vota habuit cum sororis, ut iret ad locum sancti pignoris. Quae de itinere medio, ceteris iter peragentibus coeptum, reversa, ut ad suae locum cellulae pervenit, poplithibus brachisque contracta dirigit. Postea plastro ad prefatum devecta coenobium, postquam aliquandiu ibidem in hac est aegritudine remorata, exultat tandem pristina sibi sospitate redibita.

10. De sancto Reolo episcopo.

Post sanctum Nivardum prefatus dominus Reolus episcopium hoc est adeptus^a, quod tam hereditariis quam empticiis invenitur auxisse rebus^b. Qui ex precepto domni Nivardi causas apud regiam maiestatem pro rebus ecclesiasticis vel colonorum legibus egisse ac evicisse reperitur. Ipse vero beatus Reolus in episcopatu iam positus, magnam habuit intentionem pro rebus premissi sancti Nivardi episcopi cum Gundeberto, regis optimate, ipsius domni Nivardi fratre germano, dicente Gundeberto, quod villae germani sui Nivonis episcopi tam de paterna quam de materna hereditate, quas^c Nivo moriens dereliquerat, ipsi iure legitimo deberentur^d. At contra dominus Reolus vel agentes sui dicebant, quod

a) c. 1. 2. 3. b) lactentis 1 c. 2. c) Trevir 2. d) deest 2. e) h. r. 2. 3. f) Altv. corr. postea Altmus 1. et ita 1^b. c. 4. 3^b. g) dignatus 2. h) deest 1^b. i) Matrino 1^b. k) deest 1. l) gaudio 1. m) servierat 1. n) devoluta 1. o) erepta 1. p) a. n. 2. 3. q) qu. de mat. des. 1. r) que 1. 2.

1) Quod praesentibus Karolo Calvo et Hincmaro factum est; attamen re dubia manente, Notcherus abbas a. 1095. rursus reliquiarum genuitatem longiore tractatu probare tentavit, cuius tractatus para vulgata est Mabillon, AA. Ben. IV. 2. p. 154; in AA. SS. Aug. III, p. 602. 2) Exscripsit Vitam et Translationem Sindulfi auctore Altmanno, AA. SS. Oct. VIII, p. 592 sqq. 3) Aussonce (départ. Ardennes, arrond. Rétel). 4) Epoye (arrond. Reims, cant. Reine). 5) Avenay (arrond. Reims). 6) Laudatur Reolus Remensis urbis episcopus^a ut legatus Ebroini in continuato Fredegario, Ruinart p. 66^m. 7) Cf. Vitam Nivardi auctore Altmanno c. 22. AA. SS. Sept. I, p. 279. Vide supra I, c. 5. 8) Haec excerptat qui c. saec. XII. Vitam Gundeberti hinc illinc compilavit, quam edidit Papebrochius AA. SS. April. III, p. 620 sqq.

domnus Nivardus omnem rem suam pro animae suae remedio ad loca sanctorum per sua instrumenta contulisset, scilicet ad ecclesiam sanctae Mariae et sancti Remigii atque ad monasterium Altvillare necnon et Viriciacum¹, ubi domnus Basolus in corpore requiescit, quae monasteria ipse domnus Nivo suo construxerat vel restruxerat opere; item Remis ad² monasterium puellarum, ubi Boba preesse videbatur abbatissa; item Sanctis Rufino et Valerio vel per reliqua loca sanctorum. Sed dum inter utramque partem haec intentio verteretur, mediantibus pacificis tandem personis, eo tenore ad pacem concordia redeunt³, ut Gundebertus ea, quae ultra Legerim⁴ fuerant Emmae, genitricis ipsorum, absque repetitione Reoli episcopi vel agentium suorum in sua reciperet potestate; reliqua vero, quaecumque bonae memoriae domnus Nivo ad loca sanctorum per sua instrumenta delegavit, integrum eadem sanctorum loca perpetualiter absque repetitione Gundeberti vel heredum suorum cum Dei adiutorio possiderent. Unde conventiale quoque scriptum digestum apud nos adhuc reservatur, utriusque partis assignatione roboratum.

Hic partem villae Diciaci⁵ positus in episcopatu emit; item⁶ mansum et campos in villari Bersiniaco⁷; item mansos aliquos plus quam quatuor infra civitatem Remensem a diversis personis, et alia quaedam; item portionem de villa quae dicitur Mons-Allonis⁸; item partes villarum Rosiciaci⁹ et Popiciaci¹⁰, et alia nonnulla tam predia quam mancipia. Eius temporibus tradidit vir illustris Waratus¹¹ ad ecclesias sanctae Mariae et sancti Remigii Remis Cruciniacum¹² montem, Curbam villam¹³ cum Aciniaco¹⁴ in pago Tardonisse¹⁵. Quaedam denique hic beatus presul¹⁶ Reolus ex rebus ecclesiae invenitur cum quibusdam personis commutasse, partium scilicet librata oportunitate. Habuit filiam Deo sacram in monasterio quod Ebroinus Snessionis construxit sub sancta regula conversantem nomine Odilam, quam ex legitimo susceperat ante clericatum matrimonio; cui villas quasdam tam in pago Remensi vel Bellovagensi, quam etiam in partibus Transligeranis eo tradidit iure, ut ad idem monasterium res ipsae post eius decessum proficerent omni tempore.

Construxit hic venerabilis presul monasterium Orbacense¹⁷ in loco, quem promeruit dono regis Theoderici¹⁸ per ipsius licentiam, suffragante quoque Ebroino maiore domus. Impetravitque domnus idem Reolus a monasterio Rasbacensi¹⁹ sex monachos, qui regimina sanctae regulae ibidem tenerent et alios ea docerent. Ex quibus unum Landemarum²⁰ nomine in eodem loco abbatem constituit, qui rexit idem monasterium donec vixit. Nam licet ab Hodone²¹ quodam fuerit expulsus, a Childeberto²² tamen rege postea restitutus est. Post cuius obitum domnus Rigobertus archiepiscopus ipsum recepit et rexit.

Huius monasterii monachum nomine Hucboldum²³ nuper Hungari comprehensum trucidare nisi sunt, sed nequaquam ferro incidere potuerunt. Nam ut idem refert et nonnulli captivi, qui viderant, reversi nunc quoque testantur, dum sagittis eum nudum undique barbari petissent, ut²⁴ adamante relisae, sic ab eius resiliabant corpore sagittae, nec signum ictus ullum eius apparebat in cute; sed et omni conatu gladio percussus, nihilominus mansit intemeratus. Unde et deum esse²⁵ dicentes eum, duxerunt reveriti setum, donec redemptus a quodam episcopo atque dimissus revertitur.

11. De sancto Rigoberto.

Prefato domno Reolo beatus Rigobertus successit in episcopatu, eius²⁶, ut traditur, etiam carne

v. Reg. 3. propinquus, in regione Ribuariorum nobili prosapia genitus, patre siquidem²⁷ ex eodem pago nomine Constantino, matre vero
 28. 1. ex Porcensi²⁸ oriunda²⁹ territorio, vir piis moribus instructus et virtutum insignibus adornatus. Qui nonnullis
 29. 2. in episcopio collapsa reperiens reparavit. Sed et canonicam clericis religionem restituit ac sufficientia victualia constituit et predia
 30. 3. quaedam illis contulit necnon aerarium commune usibus eorum instituit. Ad quod has villas delegavit: Gerniacum-cortem³⁰, 45
 Musceum, Roceum, Vulliniacum³¹-Rivum, Courcelles; ecclesiam quoque sancti Hilarii cum³² suburbio ad eam per-

a) in monasterio 2. 3. b) redierunt 2. 3. c) Lig. 1. 3. d) ite 1. e) Bersiniaco 1. f) Rosiciaci 1; Rosiaci 2. 3.
 g) Popiaci 2. 3. h) ita 1; Tardonensi 2. 3. i) deest 2. k) Lendem. 2; Leudem. 3. l) Od. 2. 3. m) ut ab 3.
 n) sic. cum esse 2. 3. o) vero 2. p) Portensi 2. q) orta 2. 3. r) Ulliniacum 2. 3. s) in suburbio ad portam quae
 vocatur Martis Vit.

1) Verry; v. supra p. 455 n. 2. 2) Dizy (arrond. Reims). 10) Le Tardenois, a Remis ad occidentem; cf. Polypt.
 3) Versigny (départ. Aisne, arrond. Laon). L. p. 18. 11) Orbais (départ. Marne, arrond. Epernay).
 4) Monthelon (départ. Marne, arrond. Epernay). L. 12) Tertii (a. 657-670. et 679-691.). 13) Rebais,
 5) Plures loci Rozoy appellatos inveniri, notavit Lej., qui Popiciacum nunc esse villam Plaissey minus probabiliter coniecit. 6) Fortasse Warato maior domus. 7) Crugny (arrond. Reims, cant. Fismes).
 8) Courville (ibidem). 9) De cuius situ non constat. 14) Tertio (698-711.). 15) Eadem narrat Ann. 937, p. 384. 16) Exscripsit Vitam, AA. SS. lat. I, p. 174 sqq. 17) Gernicourt, Monssy-sur-Aisne, Roncey, Bonfigueroux (départ. Aisne, arrond. Laon), Courcelles (ibidem, arrond. Soissons).

tione, scilicet ut in annis transiis sui die sufficiens eis inde refectio pararetur; quae superessent ipsis communiter
 dividenda cederent. Famulos quoque et eorum colonias ad necessaria canonicorum servitia deputavit et eosdem^a Christi
 pauperes rerum suarum heredes fieri destinavit. Harum vero summa rerum in 40^b vel amplius mansos colligitur.
 Nonnullas etiam episcopi villas, descriptis eorum^c coloniis servitiisque, rite disposuit. Res
 etiam, quibus episcopium auxit, quasdam dato pretio comparavit, ut villam nomine Carto-
 bram^d in pago Tardonensi^e a Gamnoaldo^f, pro qua dedisse traditur auri solidos 500; et in
 villa cui nomen Turba^g mansos duos a diversis personis. Item portionem de villa quae dicitur
 Campaniaca^h super fluvium Vidulam ab Hosomo, pro qua dedisse reperitur in auro
 solidos 140. Item a quadam consobrina sua nomine Gilsinda portionem de villa Bracanetoⁱ
 super fluvium Rotunnam^j cum mancipiis, aedificiis^k et omnibus ad ipsam possessionem
 pertinentibus. Item ab eadem Gilsinda partem quandam de villa Bobiliaci^l supra fluvium
 Suippiam cum domibus, mancipiis, pratis^m, campis et ceteris ad eandem possessionem per-
 tinentibus; pro quibus rebus in auro solidos 100 invenitur dedisse. Quasdam quoque res
 trans Ligerim, non modico auri dato pondere, reperitur emisse. Quaedam quoque cum
 aliquibus personis invenitur commutasse, proⁿ partium scilicet oportunitate. A Dagoberto
 denique rege^o preceptum immunitatis suae obtinuit ecclesiae, suggerens eidem regi, qualiter
 ipsa ecclesia sub precedentibus Francorum regibus a tempore domni Remigii et Clodovei
 regis, quem ipse baptizavit, ab omni functionum publicarum iugo liberrima semper
 extiterit. Qui prefatus rex hoc beneficium confirmare vel innovare disponens, cum^p consilio
 procerum suorum statuit, ad predecessorum formam regum precipiens, ut omnes ipsius
 sanctae Dei ecclesiae res, tam in Campania et infra urbem vel suburbanis, quam in Austrasia
 seu Neustria vel Burgundia seu partibus Massiliae, in Rodonico^q etiam, Gavalitano^r,
 Arvernico, Turonico seu Pictavico, Limovicigo, vel ubicunque infra regna eius ipsa Remensis^s
 ecclesia vel basilica beatissimi Remigii villas aut homines habere videbatur, sub
 integra immunitate omni tempore possent manere; sic quoque, ut nullus iudex publicus in
 ipsas terras auderet ingredi, ut mansiones intrando faceret aut quaelibet iudicia vel xenia
 ibidem exigere ullatenus presumeret; sed quodcumque a predecessoribus suis regibus
 ecclesiae Remensi vel basilicae sancti Remigii fuerat concessum, cunctis diebus eadem
 ecclesia valeret habere conservatum. Sed et a filio ipsius super huiusce auctoritatis corro-
 boratione et a ceteris sui temporis regibus immunitatis ac teloneorum remissionis precepta
 ecclesiae suae studuit^t obtinere. Item Theuderici^u regis specialiter pro villa Calnicico,
 quam Grimoaldus vir illustris ecclesiae Remensi contulerat. Quarum adhuc regalium moni-
 menta preceptionum in archivo sanctae huius Remensis conservantur ecclesiae.

Hic venerabilis prosl Pippinum maiorem domus regiae traditur amicissimum habuisse, cui elogium pro
 benedictione crebro solebat mittere. Ad quem collocaturus dum venisset aliquando, coepit idem princeps requirere, quid
 huic sancto patri gratum potuisset offerre. Morsatur autem tunc apud Geriacam-cortem, quam villam eidem oblatam
 ubi gratam haberi beato pontifici comperit, offert ei, ut quantum vellet in giro acciperet, vel quantum circumiret, dum
 ille meride quiesceret. Beatus itaque Rigobertus, exemplum beatissimi Remigii secutus, per fines, qui manifestissime
 parent, pergens, passim itineris sui limitem ponti precepit, ut litem discerneret arvis. Cui regresso surgens Pippinus
 somno largitus est omnem quem circumit suo concluderat locum. Ad indicium vero membrabile super hoc itineris sui
 verantior omni tempore quam in ceteris circa locis visitur herba virere. Est et aliud non contempnendae rei miraculum,
 quod procul dubio meritis ipsius constat eisdem rebus a Domino prerogatum. Siquidem, postquam eius cessare dominio,
 fertur eas nunquam laesisse tempestas nec cecidisse super illas grando; et cum in locis videantur contiguas cadere,
 fines eorum non presumit attingere. Denique res istas vel cetera quae visus est obtinuisse nullo mundanae
 cupiditatis impetravit obtenta; sed ecclesiae suae in cunctis consulens utilitatibus, illam constituit heredem. Plures etiam
 rerum suarum participes fecit ecclesias, ut variis cartarum docentur instrumentis. Sub ipsius episco-
 patu dedit Ado quidam abbas ad ecclesiam sanctae Mariae Remensem res suas sitas in pago
 Laudunensi in vico qui dicitur Raosidus^v cum adiacentis earum, domibus scilicet^w, coloniis,
 campis, vineis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus et omnibus appendiciis;
 item ad matriculam sancti Remigii res quasdam in pago Tardonensi in villa Corneciaco^x
 constitutas. Diversae quoque personae in locis diversis res suas pro animarum remedio

a) eodem 1. b) 41 in. Vit. c) ita 1. 2. d) Carobram 1. e) Tardomense 1; Tardonense 2. 3. f) Gamno-
 aldo 1. 3^b. g) Bracancio 1^a, 2^a, 3^a; Bracaneco 1^b. h) aedificiis — mancipis des 1^b. i) c. pr. 2. 3. k) desit 2.
 l) Rodonico 1^b; Rodolito 2. m) Remensis — videbatur des. 1. n) obtinuit 1. o) Theod. 2. 3. Teud. 1. p. qui 2.
 55 q) c. v. 2. 3. r) Raosidus 1^b c. d. 3^b, corr. Raosidus 1^a. s) scilicet et 2. 3.

1) Chartreuse (départ. Aisne, arrond. Soissons), arrond. Wassy? 2) Retourne. 3) Boul-sur-
 2) Ville-sur-Tourbe (arrond. St. Menchould). Sed Souppes (arrond. Reims). 4) A. 711—715. 5) Rennes
 fortasse Carbu legendum est, ut supra c. 10. et infra (départ. Ille-et-Vilaine). 6) Gevaudan (départ.
 c. 17. LEJ. 3) Champigny-sur-Vesle (arrond. Lozère). 10) De qua non constat.
 60 Reims). 4) Nem Brachay (départ. Haute-Marne.

ecclesiae Remensi sub hoc patre beatissimo tradiderunt, ut Beroaldus^a et Sairebertus in monte Betelini^b et Taxonariis domos, arva, mancipia, vineas ac silvas; Gairefredus et Austreberta in pago Laudunensi in villa Warocio mansos cum terris adiacentibus, vineis ac mancipiis; Abbo res suas sitas in pago Porcensi^c villa Augusta^d; Landemarus^e in Camaraciaco^f in pago Remensi mansos cum aedificiis, mancipiis, ruribus, vineis, silvis, pratis et ceteris adiacentibus, Rodomarus^g res suas sitas in vico^h in pago Castricensi; item Austrebertus suas in eadem villa. Quarum adhuc exemplaria traditionum apud nos condita reservantur.

12. De expulsione ipsius^a.

12. Horto^b denique simulante inter regem Chilpericum et Karolum^c, profati Pippini^d filium, maioremque domus Ragam-
fridum, Karulus^e inde propter^f urbem transiens Remorum, clamasse fertur ad beatum Rigobertum supra portam civitatis
situm, ut ei iuberet eandem portam aperiri, quatinus ad ecclesiam sanctae Dei genitricis oratum posset abire. Cui crebris
in id ipsum vocibus instanti respondisse vir Domini perhibetur, quod non illi^g eam prius aperiret, donec sciret, quem
flumen hic coepit percipere, ne forte urbem sibi commissam ipsi^h diripiendam proderet, qui aliarum res nonnullas
urbium iam diripuerat. Ad haec Karolus comminatus asseritur furibunde, quod, si reverteretur victor in pace, non ultra
13. idem vir Dei tutus manseret in eadem civitate. Supra portam siquidem, quae dicitur Basilicaris, vel quod basilica in
giri sui dispositis habundaverit, vel quod euntibus ad basilicas in vico Sancti Remigii sitas pervia fuerit, hic benedictus
Domini consuevisse traditur commorari, quod, speris coenaculi sui fenestris, loca sanctorum beati Remigii ceterorumque
orandi gratia solitus fuerat contemplanti. Oratorium quoque super eandem portam construxerat in honore sancti Michaelis
14. archangeli, de quo in contiguam sancti Petri ecclesiam descendere morem fererat orationis amore. Quod oratorium non
paucis temporibus perseveravit ibidem, donec Ludovicus imperator idem Sancti Petri monasterium Alpsidiⁱ filiae suae dedit.
Cuius mulieris vir^j nomine Bego prefatum dirui iussit oratorium; quia sciret quadam die caput in superliminari eius-
dem hostii graviter eliserit, ex quo statim procerus fuerit et erecto collo ambulaverit nec ad introeundum se ipsum
15. humiliaverit, pretendens, quod fenestram obstrueret ecclesiae pro sui celitudine. Quod tamen oratorium ut coepit everti^k,
nox ille corripitur a demone, ut erat in pago Laudunensi procul ab urbe Remensi. Porro per huius portae viam pulvis
et ventus mixtim ferebantur, unde et tenebrae urbi videbantur illatae, nec per eandem viam facile valebat quisquam
facere. Hoc autem oratorium modo reparatum et^l in prememorato beati Michaelis veneratur honore restitutum.

16. 10. 19. Prefatus itaque Karolus ut principatum bello adeptus est, hunc virum Domini Rigobertum patronum suum,
qui, ut traditur, eum de lavacro sancto susceperat, episcopatu deturbavit et cuidam Miloni, sola^m tonitura clerico, 30
quodⁿ secum processerat ad bellum, dedit episcopatum^o hoc. Ille Karolus ex ancillae stupro natus,
16. ut in annalibus regum de eo legitur, ceteris qui ante se fuerant audacior regibus, non solum istum, sed etiam
alios episcopatus regni Francorum locis hominibus et comitibus dedit, ita ut episcopis nihil potestatis in rebus eccle-
17. siasticis permitteret. Verum quod contra hunc virum sanctum et alias ecclesias, Christi perpetravit malum
iusto [Dei] iudicio Dominus refudit in caput eius. De quo patrum scripta relatione traditur, quod sanctus Eucherius^p, 35
cuius in monasterio Sancti Trudonis humatum est corpus, Aurelianensium quondam episcopus, dum in oratione positus
mente caelestibus intenderet, ad alteram vitam raptus, inter cetera, quae Domino sibi revelante conspexit, hunc
Karolum in inferno inferiori torqueri vidit. Cui de hoc sciscitanti responsum est ab angelo ductore suo^q, quod sancto-
rum iudicio, qui in futuro examine eum Domino iudicabunt, quorum res abstulit, sempiternis sit poenis deputatus.
Qui^r testis Eucherius ad seculum reversus, sancto Bonifatio^s, qui tunc Gallias ad restituenda iura cano- 40
nica fuerat ab apostolica sede prelatum, et Fulrado abbati monasterii Sancti Dionisii et summo capellano
regis Pippini haec indicare studuit, dans in assertionem, ut ad sepulchrum eius accedentes si corpus ipsius inibi non reper-
rent, quae de illo referebat vera esse scirent. Quibus ad locum, ubi corpus eiusdem Karoli sepultum fuerat, venien-
tibus et sepulchrum ipsius aperientibus, subito visus est serpens egressus; et totum illud sepulchrum vacuum reperitur
interius sicque denigratum, acsi fuisset flammis exustum. De prefato denique Milone Zacharias papa 45
Romanus prenotato sancto Bonifatio inter cetera, quae ad eum mandata direxit, ita scribit^t:
De Milone autem et eiusmodi similibus, qui ecclesiis Dei plurimum nocent, ut a tali nefario opere recedant, iuxta apostoli vocem oportune importune predica. Si acquieverint admonitionibus tuis, salvabunt animas suas; sin vero, ipsi peribunt obvoluti in peccatis suis; tu autem, qui recte predicas, non perdes mercedem tuam. 50

19. Ceterum sanctus Domini Rigobertus dominicis obtemperando preceptis, quibus iubetur sub^b persecutione de civi-
tate in civitatem fugere, accessit in Wasconiam. Ibi exulando, dum multorum sancto fervore memorias sanctorum lustraret,
quandam ingressus basilicam, donec insisteret orationibus, campanae pulsantur ex more, ibidemque^d duo pulsata signa
sonitum nullum reperiturum delinere. Tunc sacerdos et alii circumstantes sollicitate perscrutantur, quis sit et unde advenerit.
Ille se profertur clericum et de Francia profectum. Adicientes illi, super novae rei sciscitantur eventum, cur scilicet 55
impulsus eorum consuevit non resonet signa. At ille duo pandit sibi de quadam ecclesia sua furtim ablata, arbitrarique
se, ne forte sint ea. Quibus sibi ostensis, ut asserit sua^e fuisse, experimenti gratia rogatur pulsare illa. Ad cuius

a) Heroaldus 1. b) Berelini 1b. c) Portensi 1. 2. d) Leudem. 2. Leudem. 3. e) Rodomarus 1a. 2. f) in v. des. 2.
in vico in pago C. 1. in vico C. 3; sed hic nomen vici omissum esse patet. g) ab urbe Remensi add. 3. h) Orta 2. 3.
i) Karol. 2; Carol. 3. k) Pipin. 2. 3. seaper. l) prope 2. 3. m) nonnulli corr. nulli 1b. n) ibi corr. illi 2; et ita 3. 60
o) Adpaldi 1. p) vis 1. q) evelli 2. 3; destrui fut. r) deest 2. s) solia 1a. t) qui 2. 3. u) hoc ep. 2. 3.
v) deest 1. 3b. w) Rucherius 1. x) deest 2. 3. y) Quid 1. z) Bonifacio 2. 3; Bonifatio 1b, ubi post Bonifatio.
a) ut ali 1. b) subter p. 1. c) quando 2. d) denique ibi 2. 3. e) fuisse illa 2.

1) Aousté (départ. Ardennes, arrond. Rocroi). 2) Chambrey (arrond. Reims). 3) Integram epistolam
videsis Iaffé, Bibl. III, p. 220 sqq. nr. 80.

impulsus his altisonis rebantibus, vera dixisse comprobatur. Ita cunctis super huiusmodi facto stupentibus, suae sibi noxae redduntur, et ipse tam admiratione quam veneratione dignus habetur; quae postmodum in Franciam^a relatae et ecclesiae Geriacae-cortis suae restituae.

Fertur hunc virum Dei prefatus Milo, cui episcopium Remense datum fuerat a Karolo, functus legatione apud Vascones, in hac regione reperisse eique, ut in Franciam^a revertetur, sussisse suumque sibi redibendum episcopium spondidisse. Qui regressus petit a Milone, ut res, quas ecclesiae iam delegaverat, in ius proprium sibi traderet. Quod eo nullatenus assentiente, et Milone se de pollicitatione mutante, altare tantum viri Dei sibi^b rogat concedi sanctae Dei genitricis Mariae, ut scilicet in eo missas sibi^c liceat celebrare. Quo demum obtento, habitavit in Geriacae-corte tempore non paucis, vitam in humilitate, paritate, vigiliis, orationibus et elemosinis ceterorumque honorum operum exhibitionibus agens. Morisque fuit ei civitatem Remorum frequenter invisere et in aram beatae Mariae missas, ut optaverat, celebrare, tum per ecclesiam sancti Mauricii ad Sanctum Remigium orandi gratia pergere, inde Sancti Theoderici monasterium visitare ac per ecclesiam sancti Cyrici de Culmiciaco^d ad Sanctum Petrum in Geriacam-cortem redire.

13. De miraculis in vita ipsius ostensis.

Contigit itaque quondam, dum^e ad Sanctum Cyricum oratum^f venisset in Culmiciaco^g, locutum cum eum prae-nomine Remensis ecclesiae qui aderat; rogatusque ad prandium, recusavit, utpote missas acturus ad Sanctum Petrum. Interea mulier quaedam anserem attulit vicidomino; quem ille offerens episcopo, petit, ut iubeat recipi ac unquam deferri. Quem puer viri Dei suscipiens forebat, cum subito de manibus eius evadens avolarit spemque resuscipendi pro ero abstulit. At pater sanctus puerum vehementer anxiatum conspiciens, blande eum viri milissimus consolatur, docens, de temporalium amissione rerum nequaquam flendum vel contristandum, quin immo semper in Domino, qui dat omnia et affluentem, sperandum. Et ecce post aliquod spatium avis ultro revolans, ad terram coram sancto presule descendit, cumque quasi predux priens, nunquam a tramite deviat^h, donec ad Geriacam-cortem pervenit, quo ibant. Quam viri Domini non passus occidi, proviam habebat itineris. Fertur enim ante se curiataro solita, dum civitatem adibat aut redibat. — Huius beati presulis Adrianus sedis apostolicae pontifex meminit in epistola sua Tilpino post episcopo Remensi directa, in qua et querimoniamⁱ facit super eo, scribens in hunc modum: *Tua fraternitas nobis relabit, quia faciente discordia inter Francos archiepiscopus Remensis nomine Rigobertus a sede contra canones detectus et expulsus fuit sine ulla rancione et sine ullo episcoporum iudicio et sine ullo apostolicae sedis consensu vel interrogazione, sed solammodo quod antea non consentit in parte illius, qui postea partem^k de illo regno in sua potestate accepit, in qua parte Remensis civitas est, et donatus atque magis usurpatus contra Deum et eius auctoritatem fuit ille episcopatus, simul cum alio episcopatu^l et aliis ecclesiis, a secularibus potestatibus Miloni cuidam, sola tonsura clerico, nihil sapienti de ordine ecclesiastico, et alio episcopatus de ipsa Remensi^m diocesi diverso modo essent divisi, et aliqui ex magna parte sine episcopis consistentes et ad alios metropolitanosⁿ episcopi et clerici ordinationes aliquando accipientes erant et refugia indebita habebant et a suis episcopis iudicari et distringi non^o sustinebant, et clerici et sacerdotes et monachi et sanctimoniales sine lege ecclesiastica pro tributate et licentia vivebant. Et cetera.*

14. De obitu et sepultura ipsius.

Hic^p denique beatus presul Rigobertus actibus egregiis magnaque virtutibus pollens, annos plures in hac exegit conversatione, consummatumque viriliter presentis vitae militia, decessit pridie^q Nones Ianuarii. Humatus est autem venerabiliter a sacerdotibus in prefata villa, in qua morari solebat, in ecclesia sancti Petri, ad australem^r plagam altaris. Qui multis hic post sanctam depositionem suam refulgens miraculis, quanti sit apud Deum meritis, patenter innouit. Quae tamen mira ob incuriam vel scriptorum raritatem non fuerit descripta. Tres siquidem claudi ab incolis eiusdem loci memorantur inibi fuisse curati. Cuius redibitae sanitatis indicia, haec illi videlicet ac scabellum, in eadem ecclesia diu sunt reservata, donec exinde basis eius sunt pignora translata. Quaedam quoque mulier caeca nomine Ansidia, ipsius loci habitatrix, inibi pristinum, meritis huius patrocinantibus, lumen recepit oculorum. Puer quidam scolaribus apud sancto ipsius ibidem sepulto. Sed ut sepulti meritiu pauderetur et huiusmodi presumptio cohiberetur, continuo pes illius indoluit, moxque claudus effectus, officium pedis ipsius^s amisit. Quo comerto, presbiter cancellus inibi circa tumulum, ne quis ignarus simile quid pateretur, fieri procuravit. In eadem basilica vocis tantae claritatis post eius sepulturam saepius auditis narratur, et nonnisi angelicae comprobentur. Lux quoque tantae claritatis medicis inibi noctibus emicuit, ut solis fulgorem vicisse videretur, quae magno etiam quondam inibi sacrorum exhibuerit, quam antea solitus fuerit. Ad hoc viri Dei sepulchrum diversis ab aegritudinibus multi curantur in firmiter. Frigoritici quidam cum fide venientes candelam in votis offerunt et abrasam sepulchri pulverem sumunt, quem aquae mixtum bibunt et sanitatem huius sancti meritis adipiscuntur. Dentium vero doloribus-cruciati hanc debita cum veneratione tumulum deosculantur et ita curari merentur.

15. De translatione corporis eiusdem.

Itaque dum in hoc loco hic inclitus Domini confessor pluribus clarificatus signis reniteret, dominus presul Remensis Hincmarus hinc eum transtulit et ad coenobium Sancti Theoderici detulit ac secus ipsius beati viri tumulam posuit. Ubi dum aliquot annis veneratur, plura per eum Dominus mira patrare dignatus est. Multi siquidem febribus vexati vel dolore dentium fatigati eius hic quoque cum fide petentes auxilium, divinum gavisi sunt adepti remedium. Ex quibus mulier quaedam nomine Audinga de quadam proxima monasterio villa nomine Colmelecta^t, febribus attrita, haec apud se super recuperanda sibi sanitate fecisse traditur experimenta. Tres enim candelas unius fecit quantitatis, quarum unam nomine sancti Theoderici, alteram sancti Theodulfi, tertiam sancti Rigoberti constituit; quas simul accendens, quae superaret ardendo, probare disposuit. Quo facto, dum superdurat flagrando quae beati fuerat nomine Rigoberti, mulier id^u reputans Deo placitum, eidem^v sancto fieri votum suum instituit. Continuo aliam instaurans candelam huius almi viri dumtaxat venerationi dicatam, veniensque ad locum designatum, munusculum obtulit; et ante quosdam sancti Dei pignora post orationem dormivit, evigilansque desideratam se sospitatem recepisse probavit.

a) Francia 2. 3. b) Dei subrogat 2. c) deest 1. d) Culmiciaco 2. et ita infra; Culmiciaco 1. 3 hoc loco. e) ut 2. f) Culmiciaco 3. g) ec(h)onomo 1. h) deviar 1. i) querimonia 1. k) partem illam de r. 2. 3. l) d. R. 2. 3. m) episcopus et m. Vit. n) non debebant 2. o) pridem 1. p) dexteram Transl. q) unius 2. 3; illum Tr. r) peteretur 1. s) ad 1. t) idem 2.

1) Treverensi. 2) Ex Translat. S. Rigoberti, AA. SS. Ian. 1, p. 178 sq. 3) Courmelois (cant. Verzy). LEJ.

- Fr. Big. 8. Post annos novem huius beati presulis ossa Remorum perferuntur in urbem et in basilica sancti Dyonisii honore dicata locantur, ubi canonicorum^a sepultura Remensium tunc habebatur. Erat tunc quaedam mulier caeca in villa quam vocant Alamannorum-cortem, quae dormiens audivit in somnis vocem dicentem sibi: 'Quid hic facis? Cur iaces? Crastina die pontifex Hincmarus et canonici Remenses sanctum transferent Rigobertum; vade ad eum^b, et illa te adiuvabit'. At illa diluculo consurgens, acceleravit, candelam secum deferens, advenire. Quae mox ut ad loculum^c beati 5
10. 10. pigneris accessit, lumen olim amissum recipere meruit. Surdus etiam quidam translationis huius aeque die veniens, ut locellum sacri corporis haurire vellet, auditum statim recepit; qui tali quoque modo se retulit accersitum. Noctu siquidem in diversorio quiescentem persona quaedam incognita leniter hunc in latere percussit et^d excitavit excitatumque vocavit. Sensit illa tangentem, sed non audivit utpote surdus vocantem. Audierunt tamen qui secum aderant in domo vocem ad sanctum Rigobertum ire quociens eum admonentem, licet viderint neminem. Qui confestim abiit et salutem diu desideratam invenit.
11. Huius beati patris membra veneranda, quoniam ecclesia prenotata necessitate muri civitatis ob infestationem paganorum construendi evertatur, Folco^e presul [urbis] postmodum intulit et in medio ecclesiae beatae Dei genitricis Mariae post altare sanctae Crucis collocavit. Ubi plures etiam cum fide accedentes optatam reperere medelam. His fere diebus monachus quidam coenobii beatissimi Remigii nomine Sigloardus^f, validissima febre correptus, impositum quoque mentis effici videbatur. Qui dum quadam nocte cubitum perrexisset, incoenatus tamen, et quiescere nullatenus sineretur, artatus^g undique, beatum Rigobertum auxilium sibi ferre clamans invocavit et optatam profluvio sanitatem recuperavit.
13. Post aliquantum temporis^h deferuntur huius sancti viri pignera in pagum Veromandissemⁱ ad villam Nemnicum^m, quam Odalricus comes ecclesiae Remensis tunc temporis contulerat et Folco presul canonicorum victi deputarat. 20
15. Ubi quidam commanabat in proximo presbiter nomine Siguinusⁿ, qui magno cruciatur dentium dolore. Hic audiens haec protiosa illuc delata muerat^o, quoniam victus aegritudine impediatur adire, candelam illo studuit transmittere. Ac licet absens corpore, precibus tamen et lacrimis sanctum Domini Rigobertum non distulit exorare, quantum per ipsius interventum medelam mereretur accipere. Qui mox ut manuculum eius ad sancti loculum pervenit, medicum caelestem sibi adesse, receptis sanitate, sentire promeruit. Et confestim ad locum sacri medicatoris profectus est, totumque se in 25 lacrimis ante ipsius effundens memoriam, gratias retulit et, quanta sibi per huius invocationem patris fecerit Dominus, indicavit. Nec longum^p post haec urbi Remorum sacra membra revocantur, et ecclesia sancti Dyonisii extra murum civitatis canonicorum Remensium studio sumptibusque restructa, ibidem cum beati Theodulfi pigneribus honorifice venerantur illata.

16. De Abel, eius successore.

744. Beatum Rigobertum secutus Abel in episcopatus ordine reperitur, quamvis eum quidam corepiscopum^q tantum fuisse tradant. Pontificem tamen illum exstitisse, diversis invenimus assertionibus, et^r maxime in epistolis Zachariae papae ad sanctum Bonifatium directis; in quarum una commemorat^s, indicasse predictum beatum Bonifatium suis litteris inter cetera, quod tres episcopos per singulas metropolitanas urbes ordinasset, id est Grimoneum 35 in civitate quae dicitur Rodomis^t, secundum vero Abel in civitate quae dicitur Remorum, tertium denique Hartherlum^u in civitate quae dicitur Senonis. Qui et apud nos, inquit, fuit et tua nobis pariter et Carlomanni atque Pippini detulit scripta, per quae suggessisti, ut tria pallia hisdem tribus prenominate metropolitanis dirigere deberemus. Quod et largiti sumus pro adunatione et reformatione ecclesiarum Dei. Item in alia ipsius ad eundem epistola^v: 40 De episcopis vero metropolitanis, id est Grimone, quem nos iam compertum habemus, Abel sive Hartherto, quos per unamquamque metropolim per provincias constituisti, hos per tuum testimonium confirmamus, et pallia dirigimus ad eorum firmam^w stabilitatem et ecclesiae Dei augmentum, ut illa^x meliori proficiat statu. Qualiter enim mos pallii sit, vel quomodo fidem suam exponere debeant hi^y qui pallii^z uti licentia conceduntur, eis direximus, informantes 45 eos, ut sciant, quid sit pallii usus, et subiectis vitam predicare salutis, ut^{aa} ecclesiastica disciplina in^{ab} ecclesiis eorum immutata servetur et maneat inconcussa, et sacerdotium, quod in eis fuerit, non pollutum, ut antea fuit, sed mundum et acceptum Deo esse possit, quantum humana conditio^{ac} valet; ita ut nullus reperiri possit sacris deviare canonibus, et sacrificium mundum eorum ab eis immoletur; ita ut Deus in eorum placetur muneribus, et populus Dei, purificatus 50 mentibus ex omni squalore, sincerum exhibere valeant christianae religionis officium. Sed et quaedam cartae ipsius episcopi reperiuntur nomine titulae.

De quo etiam^{ad} prefatus Adrianus papa in prememorata epistola ad Tilpinum archiepiscopum, post illa quae superius premissa sunt^{ae}, ita subinfert: Sanctae memoriae Bonifatius

a) fratrum Transl. b) illum 3. c) locum 2. d) deest 2. e) Folco 2, 3 semper. f) deest 1. Fr. g) trans- 55 tulit Tr. h) Sigwardus 2. 3. i) artavis 1. k) 894. Tr. l) Veromandensem 2. 3. m) Nemnicum Tr.; Memnicum 3. n) Siguinus Tr. ed. o) membra 1^a, 3^b. p) corp. 2. q) Rothomagus 3; Rodomus 3^b. r) Hartherlum 1^b. s) firmissimum Ep. t) in Ep. u) in 1. v) pallium Ep. w) et Ep. x) eorum in ecd. Ep. y) condicione 2. 3.

1) i. e. tempore Herivei (a. 900—922); cf. infra l. IV, c. 13. 2) Integram vulgavit Iaffé, Bibl. III, p. 134 60 nr. 49. 3) Rouen. 4) Iaffé l. I, p. 131 sqq. nr. 48. 5) c. 13. ex Vita Rigoberti.

archiepiscopus et legatus sanctae Romanae ecclesiae et prefatus amabilissimus Fulradus Franciae archipresbiter tempore antecessorum nostrorum Zachariae et Stephani successoris illius multum laboraverunt, ut bonae memoriae predecessor noster domnus Zacharias pallium archiepiscopo Remensi Abel nomine per deprecationem suprascripti Bonifatii transmitteret, quod ab illo constitutus fuit, sed ibi permanere permissus non fuit, sed magis contra Deum eiectus est, et Remensis ecclesia per multa tempora et per multos annos sine episcopo fuit, et res ecclesiae de illo episcopatu ablatae sunt et per laicos divisae sunt, sicut et de aliis episcopatibus, maxime autem de Remensi metropolitana civitate.

17. De Tilpino episcopo.

10 Premissos in episcopatu sequitur Tilpinus^a, ex monasterio Sancti Dyonisii assumptus, cui Magnus Karolus ab Adriano papa impetrasse pallium reperitur, sicut eiusdem papae ad ipsum directa pandit epistola, quae^b ita incipit^c:

Adrianus episcopus servus servorum Dei reverentissimo et sanctissimo confratri nostro Tilpino^e ecclesiae Remensis archiepiscopo. Quia ad petitionem spiritualis filii nostri et gloriosi 15 regis Francorum Karoli, prebente tibi bonum testimonium de sanctitate et doctrina Fulrado amabilissimo abbate, Franciae archipresbitero, pallium secundum consuetudinem tibi^d transmisisse nos^e cum privilegio, ut metropolis ecclesia Remensis in suo statu maneret, bene^f memoramus. Et post aliquanta, quae de sancto Rigoberto et Abel superius iam premissa sunt, cum de rebus ecclesiae Remensis ablatis loqueretur: Et tua, inquit, fraternitas iam ex 20 magna parte ipsas res apud gloriosum filium nostrum Karolum et ante ad Carlomannum, fratrem eius, impetratas habes et ordinem ex aliqua parte et in episcopis et in aliis secundum canonicam et sanctae sedis Romanae auctoritatem directum habes; propterea petisti a nobis, tibi et ecclesiae tuae fieri privilegium ex auctoritate beati Petri principis apostolorum et sanctae sedis Romanae^g ac nostra, ut, quod perfectum habes^h, inane valeat permanere et, quod adhuc 25 perfectumⁱ non habes, per nostram auctoritatem possis, auxiliante Deo et beato Petro apostolo, ad perfectionem perducere. Pro quo et nos ardenti animo et divino iuvamine, apostolica fulti auctoritate, non solum vetera secundum sacros canones et apostolica huius sanctae sedis decreta statuimus, sed et nova tibi pro tuo bono studio concedimus, atque auctoritate beati Petri principis apostolorum, cui data est a Deo et Salvatore nostro Iesu Christo ligandi sol- 30 vendique potestas peccata hominum in caelo et in terra, confirmamus atque solidamus, Remensem ecclesiam, sicut et antiquitus fuit, metropolim permansuram et primam suae dioeceseos sedem esse; et te, qui in eadem sede cooperante Deo ordinatus es, primatem ipsius dioeceseos esse cum omnibus civitatibus, quae ab antiquo tempore Remensi metropoli ecclesiae subiectae fuerunt, atque etiam perpetuis temporibus tibi et successoribus tuis sit confirmatum. Et hoc 35 interdicentes, ut nullus audeat iuxta sanctorum canonum traditionem ex alio episcopatu ibidem translatare aut constituere episcopum post tuam de hoc seculo evocationem; neque aliquis tuas parrochias aut ecclesias vel civitates subtrahere neque diocesim Remensem ullo unquam tempore dividere; sed integra maneat, sicut antiquitus fuit et sacri canones et predecessorum nostrorum firmavit et nostra firmat auctoritas. Et te aut futuris temporibus Remensem episcopum et primatem illius dioeceseos non presumat neque valeat unquam aliquis de episcopatu 40 decedere sine canonico iudicio, et neque in ullo^j iudicio sine consensu Romani pontificis, si ad hanc sanctam sedem Romanam, quae caput esse dinoscitur orbis terrae, appellaverit in ipso iudicio. Sed in sola subiectione Romani pontificis permanens, diocesim et parrochiam Remensem, adiuvante Domino, et nostra atque^k beati Petri fultus ex ista sancta sede^l auctoritate, 45 secundum sanctos canones et huius sanctae sedis preceptiones tibi subiectos ita certes et studeas gubernare, ut illam desiderabilem vocem domini nostri Iesu Christi valeas cum electis eius audire: 'Euge, serve bone et fidelis! quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te con- 50 stituam; intra in gaudium domini tui'. Et quod ad nostram notitiam perduristi, quia ad alios episcopos de ipsa dioecesi Remensi quidam accipiebant ordinationes et habebant indebita refugia, et hoc per omnia prohibemus, sed, sicut sacra docet auctoritas, et in sinodis provincialibus convocandis et faciendis et in ordinationibus ac diiudicationibus Remensis ecclesia

a) s. a. 2. 3. b) quod l. c) T. Remen 2. d) deest 2. e) deest 1. f) et b. 2. 3^b g) non habes 1. h) perfectum 1 saepius. i) in illo 1^a; nullo 1^a; ullo 1^b. c. k) deest 3. l) sed ea 1^a. b. c. (corr. sede 1^b); deest 1^d; sede ex a. 2.

1) Circa a. 748. vel paulo post, de quo cf. quae infra p. 465 n. 1. adnotavi. 2) Ex Flodoardo sumta epistola saepius separatim vulgata est; cf. Jaffé, Reg. nr. 1846.

et archiepiscopus, qui^a in eu constitutus fuerit, talem habeat auctoritatem, sicut sacri canones et huius sanctae ecclesiae constitutiones docent. Et nullus per ullum unquam tempus tibi vel Remensi ecclesiae de rebus ad illam debite pertinentibus divisionem vel violentiam, sicut antea factum fuit, facere presumat. Nam si, quod non credimus, si quis ille fuerit, qui^b contra hanc nostram preceptionem temerario ausu venire temptaverit, nisi se cito et maxime post commotionem correxerit, sciat, se aeterno Dei iudicio anathematis vinculo esse innodatum; si quis vero apostolica servaverit precepta et normam rectae et orthodoxae fidei fuerit assecutus, benedictionis gratiam consequatur. Haec a nobis diffinita per huius nostrae confirmationis paginam in tua ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservanda esse mandamus. Iniungimus etiam fraternitati tuae, ut, quia de ordinatione episcopi nomine Lul^c sanctae Mogontinae^d ecclesiae ad nos quaedam pervenerunt, assumptis tecum Viomago^e et Possessore^f episcopis et missis gloriosi ac spiritalis filii nostri Karoli Francorum regis, diligenter^g omnia de illius ordinatione inquiras et fidem ac doctrinam illius atque conversationem et mores ac vitam investiges; ut, si aptus fuerit et dignus ad episcopalem cathedram gubernandam, expositam et conscriptam et manu sua propria subscriptam catholicam et orthodoxam fidem per^h missos suos cum litteris ac testimonio tuo seu aliorum episcoporum, quos tecum esse mandavimus, ad nos dirigat, ut pallium illi secundum consuetudinem transmittamus et ordinationem illius firmam iudicemus et in eadem sancta ecclesia Mogontina archiepiscopum constitutum esse faciamus. Bene vale.

Qui presul res ecclesiae diversa per loca direptas tam per se apud regiam maiestatem quam per actores ecclesiae diversos apud iudices legibus obtinuit et ecclesiastico iuri restituit, maximeque per quendam Achabbum, qui tam in Francia quam etiam transⁱ Ligerim pro rebus ecclesiae revocandis operose laboravit et tam predia quam mancipia multa legibus evindicata ecclesiae reformavit. Possessionibus^j quoque vel mancipiis a quibusdam dato pretio coemptis res auxisse presul iste reperit ecclesiae, nonnullarum quoque iura villarum dispositis ordinasse colonis. Sed et sacrarum codicibus scripturarum, quibus adhuc aliquibus quoque utimur, hanc instruxit ecclesiam. In coenobio denique Sancti Remigii monachos ordinasse ac monastica vita eos traditur instituisse, dum^k canonicos^l prius idem coenobium a tempore Gibehardi abbatis, qui eandem congregationem ob amorem Dei et sancti Remigii reperit aggregasse, ad hoc usque tempus habuisse feratur. Immunitatis^m denique preceptum a Carlomanno rege, filio Pippini, primo mox regni eiusdem annoⁿ ecclesiae Remensi obtinuit, ad exemplar immunitatum, quas predecessores^o ipsius reges huic contulerant ecclesiae, quarum^p ostendere quoque curavit ei monumenta, ut nullus scilicet iudex publicus in huius ecclesiae terras auderet ingredi ad mansiones parandum vel quaelibet iudicia facere aut penitus xenia^q inibi requirere; sed quaecumque antecessores^r eius eidem concesserant ecclesiae, perpetualiter habere valeret indulta. Postea quoque aliam eiusdem regis de omnium teloneorum remissione impetravit preceptionem. Item aliam de ponte Baisonsi^s. Item de cartis concrematis, quarum tunc temporis per negligentiam acciderat exustio, ut res et facultates ecclesiae, quas eo tempore possidebat, ita permanerent absque diminutione confirmatae ipsi ecclesiae per regiam eius auctoritatem. Item de militibus, qui in villa Iuyiniaco^t residentes erant super terram Sanctae Mariae et Sancti Remigii, concessa remissaque ipsis omni quam debebant exactione militiae. Item aliud de his qui in Cruciniaco, Curba villa vel in omni pago Tardonisse^u infra terram Remensis ecclesiae residebant. Dedit etiam idem Carlomannus rex sub hoc pontifice per cartarum instrumenta^v pro loco sepulturae vel remedio animae suae villam Noviliacum^w in pago Urtinse^x sitam cum omnibus terminis vel aspicientiis suis omni integritate ad basilicam vel monasterium Sancti Remigii, ubi sepulturam quoque habere dinoscitur.

a) quod 1. b. d. b) quod 1. c) commotionem 1. d) lul 2; vel 1. e) Magunt. 2 saepius. f) d. inq. o. de i. o. 2. 3. g) pro 1. h) post 2. i) possessionibusque vel 2. 3. k) cum 2. 3. l) canonico 1. m) i. pr. 2. 3. n) q. c. ei q. o. 2. 3. o) xenia 1. p) Tardonensi 2. 3. q) Noviliacum 3. r) Urcinse 3.

1) Treverensi. 2) Saepius in Hadriani epistolis marus in tractatu de villa Noviliaco, quem publici laudatur; sed quis sit nescio. Cf. Jaffé, Bibl. III. iuris fecit Sirmondus in appendice ad Flodoardum p. 177. 189. 192. 194. 3) i. o. a. 769. Nota, quod p. 408 sqq., et postea in Opp. Hinemari II, p. 823 sqq. praecipua laudata omnia perdita sunt. 4) Bin- (Migne I [CXXV], p. 1121). De situ pagi Urtinsis son (arrond. Reims). 5) Juvigny (départ. Aisne, non constat. 6) Idem diploma laudat Hinc-

Cuius^a germanus Karolus imperator Magnus huic presuli Tilpino pallium per legatos et litteras suas obtinuit ab Adriano papa, sicut in eiusdem papae litteris ad ipsum regem super hac ipsius petitione directis continetur. Immunitatis quoque preceptum ab hoc etiam rege iuxta precedentium exemplaria regum Remensi ecclesiae idem presul imperavit. Item aliud preceptum de militibus pagi Tardunensis iuxta cessionem germani sui Carlomanni regis. Item de cartis concrematis. Item de confirmatione traditionis prefati germani sui regis, qua Noviliacum et Bibriliacum^b villas idem rex ad basilicam sancti Remigii condonavit. Preterea multi sub huius presulis episcopatu res suas ad ecclesiam Remensem^c, tam Sanctae Mariae quam Sancto Remigio^d, contulerunt. Qui presul defunctus est anno sui episcopatus 47^e. Cuius corpus ad pedes sancti Remigii tumulatum huiusmodi cernitur habere titulum:

Hac requiescit humo Tilpinus presul honoris,

Vivere cui Christus vita et obire fuit.

Hunc Remi populo martir Dionisius almus

Pastorem vigilem misit et esse patrem.

Quem pascens quadragenis ast^e amplius annis,

Veste senectutis despoliatus abit.

Quartus cum Nonas mensis September haberet,

Mortua quando fuit mors, sibi vita manet.

Et quoniam locus atque gradus hos iunxerat, Hincmar

Huic fecit tumulum, composuit titulum.

18. De Vulfario^f episcopo.

Tilpinum sequitur Vulfarius², qui ab imperatore prefato Magno Karolo missus dominicus ad recta iudicia determinanda fuerat ante episcopatum constitutus super totam Campaniam, in his quoque pagis, Dolomense scilicet, Vongense, Castricense^g, Stadonaense, Catalaunense, Ormense^h, Laudunense, Vadense, Portianoⁱ, Tardunense^k, Suessionense, sicut et alii quidam sapientes et Deum timentes habebantur abbates per omnem Galliam et Germaniam a prefato imperatore delegati, quo diligenter inquirerent, qualiter episcopi, abbates, comites et abbatissae per singulos pagos agerent, qualem concordiam et amicitiam ad invicem tenerent et ut bonos et idoneos vicedominos et advocatos haberent et, undecumque necesse fuisset, tam regias quam ecclesiarum Dei iustitias, viduarum quoque et orphanorum, sed et ceterorum hominum inquirerent et perficerent et, quodcumque emendandum esset, emendare studerent, in quantum melius potuissent, et, quod emendare per se nequiverent, in presentiam imperatoris adduci facerent, et de his omnibus eidem principi fideliter renuntiare studerent. Residens igitur prefatus vir illustris Vulfarius ad iniuncta sibi definienda iudicia cum quibusdam comitibus in mallis publicis, iam quoque vocatus episcopus, adhuc etiam antequam ordinaretur, res quasdam Remensi ecclesiae, sed et mancipia nonnulla vel colonos reimpetrasse ac legibus per ecclesiae advocatos evindicasse reperitur. Neque enim etiam, postquam presul ordinatus est, plura invenitur ecclesiae acquisisse, et res et colonos tam apud regiam maiestatem quam apud comites et iudices publicos, nec solum per actores ecclesiae, sed etiam aliquando per sui presentiam. Cui valde credidisse^l Karolus imperator Magnus ex eo probatur, quod illustres Saxonum obsides 15, quos adduxit de Saxonia, ipsius fidei custodiendos commisit³.

a) Cui 2. b) Bibriliacum 2. 3. c) deest 2. 3. d) Remigii 2; Remigio a Remense 3. e) est 1 b. c. f) Vulfario 2; 45 Wulfario 3. g) Castrense 2. h) Olmense 3. i) Porciano 3. k) Tardun. 2. 3. l) decessisse corr. decessidisse 19, et ita 1 b. c. d.

1) Nescio, quo iure Flodoardus annos Tilpini accuratius definire potuerit quam Hincmarus in epitaphio infra sequente. In tractatu de villa Noviliaco supra landato ait Hincmarus, archiepiscopum obiisse anno 23. postquam Carlomannus Remensi ecclesiae villam Noviliacum tradiderit. Quod cum secundum eundem l. l. anno 4. Carlomanni neque diu ante obitum eius (a. 772. in.) evenerit, statuendum est, si alias Flodoardo fidem habeas, Tilpinum c. a. 748. electum esse et c. a. 795. vitam finivisse. 2) Vulfarium sedem c. a. 804. adeptam esse, ex ea re colligo, quod Hincmarus in epistola ad Hincmarum Laudunensem data (Mansi XVI, p. 847) profitetur: *tempore Tilpini, et quando post eum per annos circiter novem metropolitanus Remorum vacavit episcopo.* Per hoc tempus Karolum episcopatum occupasse, testatur idem Hincmarus in tractatu de villa Noviliaco l. l.: *Defuncto Tilpino . . . tenuit dominus rex Carolus Remense episcopium in suo dominio et dedit villam Non. in beneficio Anscheri Saxoni, qui nonas et decimas ad partem Remensis ecclesiae de ipsa villa usque ad mortem suam persolvit.* 3) De hac re alibi nihil legitur.

814. Hic sinodum invenitur habuisse anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 814. in ecclesia Noviomensi¹, regnante Ludowico, filio Karoli, congregatis secum coepiscopis suis Hildoardo², Ermenone³, Iesse⁴, Ragumberto^{5,6}, Grimboldo^{6,7}, Rothado^{4,7}, Wendilmare^{8,9}, Ostroldo⁹, et corepiscopis¹ Waltario, Spervo², necnon et abbatibus Adalardo^{2,10}, Nantario¹¹, Fulrado¹², Eriono¹³, Hilderico¹⁴, Remigio, Ebone¹, Sigbaldo¹⁰ cum cetero clero⁹, presbiteris et diaconibus, convocatis etiam comitibus Gunthardo⁹, Rotfrido⁸, Gisleberto, Othero⁷. His omnibus residentibus, sententia ventilata est inter Wendilmarum et Rothadam⁹ episcopos de terminis parrochiarum suarum, et requisitum ac definitum est, quod haec loca trans fluvium Isaram¹⁵ in pago Noviomensi pertinere deberent ad parrochiam ecclesiae Noviomensis, id est Varinne¹⁶, Urbs-campus¹⁷, Trapiacus, Ierusalem, 10 Haerbaudianisua¹⁸ sive ecclesia sancti Leodegarii¹⁹ cum reliquis villis ad has ecclesias convenientibus, cetera vero loca trans supradictum fluvium in predicto pago omnia pertinere deberent ad parrochiam ecclesiae Suessionicae²⁰. Haec diligentissime investigata consenserunt superscripti episcopi et corepiscopi, abbates, presbiteri et diaconi, et pars ecclesiae Noviomensis, clerici et laici, et pars ecclesiae Suessionicae²¹, similiter clerici et laici, et uno 15 animo unoque consensu confirmare decreverunt. Nec suae tantum dioceseos, quin etiam Trevericae urbis archiepiscopum Amalharium²² cum Adalmaro ipsius coepiscopo¹⁹ et Herilando²³, iussione imperatoris Magni Karoli, ab eodem scilicet Vulfario metropolitano convocatum ad ordinationem episcopalem cuiusdam Frotharii²⁴ prefae²⁵ Treverensis ecclesiae presbiteri²⁴, eidem paruisse reperimus. Hoc etiam Vulfario presule ordinante, congregatum 20 reperitur Remis²² ab imperatore Karolo Magno concilium plurimorum patrum, in quo constituta 43 leguntur capitula, in quibus de²⁶ fidei ratione atque Dei ecclesiae honore rectorumque² ipsius ac ministrorum dispositione regisque fidelitate atque totius regni utilitate tractatum est.

Quasdam preterea villas ecclesiae Remensis rite distributis atque descriptis ordinavit 25 coloniis. Sed et res ecclesiae² aliquas mancipiaque cum personis quibusdam pro partium commutavit oportunitate. De thesauris etiam Sanctae Mariae ac Sancti Remigii nonnulla cum testimonio virorum illustrium tam clericorum quam laicorum mutuavit et ornamenta vel vasa ecclesiastica exinde, prout dignum sibi visum fuit, fabricari fecit. Eundem denique Romanam causa orationis ad²⁷ Sanctum Petrum licentiam ab imperatore se accepisse, in quadam sua designat epistola; sed utrum²⁸ fuerit, certum non habemus. Reditus autem villarum quarundam ecclesiae in elemosina probabiliter pro sui corporis et animae salute distributi²⁹, quibusdam adhuc descriptionibus tunc factis, leguntur; in quibus inveniuntur inter Termidum²³, Grandem-pratum²⁴, Vindicum²⁵, Fuvillam⁴, Gramadam⁵, Pidum, Cadevellum et Cortem-Magnaldi in distributione elemosinae de annona modii¹ 1985², de animalibus inter 30 maiora et minora capita 168³. Item inter villas Fagum²⁶ sive Boleticum et alias quasdam annonae modii 1052, vini modii 64, salis modii 5 cum diversis animalibus et aliis variis rebus expensa; ad opus quoque fratrum Orbacensis coenobii quantum sufficeret eis. Unde datur intelligi, in maioribus quoque locis multo tunc plura fuisse dispensata. Immunitatis quoque preceptum ab imperatore Ludowico secundum preceptionem Karoli augusti, patris 40 ipsius, ecclesiae Remensi monasterioque Sancti Remigii obtinuit.

a) Hildoaldo 3. b) Raginberto 1; Raginberto 3. c) Grimbaldo 3. d) Rotardo 2. 3. e) Wendilmaro 1. f) coepisc. 2 *semper*. g) Spervo 3. h) Adalardo 2. 3; Amalardo 1, *cf. infra n. w.* i) Fulrado 1. k) Eritho 2; Ericho 3. l) Ebbono 1. 3^a. m) Siglabdo 1. n) *deest* 2; et 3. o) clerico 2. p) Gunthardo 1. q) Rothfrido 2. r) Othero 2. 3. s) Rotardum 2. 3. t) Varinae 2. 3. u) Haerbaudianisua 2. 3; Haerbaudianisua 1^a 4; Haerbaudianisua 1^b c. v) Suessionicae 2. w) Amalharium 1. x) prefaum 1. y) *deest* 1. z) rectorque 1. a) *deest* 2. b) ac 1. c) distributis 2. d) Fuvillam 1; Fuvillam 2. e) Gravigium 1. f) inde 2, ubi modii postea superscriptum, *deest* 1. g) CCCCLXXV 2; MDCCLXXV 3. h) CLXVII 2. 3.

1) Praeter Flodoardum (ex quo Mansi XIV, p. 141 sqq.) nonnulli Gesta Camerac. I, 37, SS. VII, p. 416, ex hoc ipso loco synodi mentionem faciunt. 2) Cameracensi. 3) Silvanectensi. 4) Ambianensi. 5) Belvacensi. 6) Morinensi (Tervanensi). 7) Suessionensi. 8) Noviomensi. 9) Laudunensi. 10) Corbeiensis. 11) Sithiensis. 12) Sancti Quintini Veromandensis. 13) Sancti Richarii. 14) Lobiensis. 15) Oise. 16) Varesnes (départ. Oise, arrond. Beauvais). 17) Ourscamps (départ. Oise, arrond. Compiègne). 18) St. Léger (ibidem prope Ribecourt). 19) Fortasse corepiscopo legendum. 20) Virdunensi. 50 21) Frotharius in Gorziensi monasterio educatus ante episcopatum abbas monasterii Sancti Apri in suburbio Tullensi fuisse traditur. Ipsum loco Amalharium Vulfarius ordinavit. 22) Acta Mansi XIV, p. 75 sqq. 23) Termes (départ. Ardennes, arrond. Vouziers). 24) Grandpré (ibidem). 25) Vandy (ibidem). 26) Faux (ibidem, arrond. Réthel). L.

19. De Ebone^a presule.

Huic successit Ebo^a, vir industrius et liberalibus disciplinis eruditus, patria Transre-
nensis^b ac Germanicus, imperatoris, ut fertur, Ludowici collactaneus et conscolasticus, qui
multis ecclesiam curavit instruere commodis et precipue artificibus; quibus undecumque
collectis sedes dedit et beneficiis muneravit. Mancipia vel colonos quosdam ecclesiae
desertores tam per se ipsum quam per Radulfum vicedominum et ecclesiae advocatum
apud iudices publicos legibus evindicatos et obtentos ecclesiastico iuri restituit. Quasdam
quoque res ecclesiae atque mancipia cum aliquibus personis pro partium commoditate com-
mutavit. Sed et imperialia super eisdem commutationibus precepta obtinuit. Ab imperatore
quoque Ludowico litteras ad Rothbertum comitem pro ecclesiasticarum rerum defensione,
quas quidam pervadere moliebantur, impetravit. Colonias vero nonnullas ecclesiae,
descriptis per strenuos viros colonis eorumque serviliis, ordinavit.

Archivum ecclesiae tutissimis aedificiis cum cripta^c in honore sancti Petri omniumque
apostolorum, martirum, confessorum ac virginum dedicata, ubi Deo propitio deservire
videmur, opere decenti construxit. Ubi multorum tam apostolorum quam ceterorum sanc-
torum condita pignera reservantur. In qua nonnullae illustrationes ostensae noscuntur.
Vidi siquidem nutritoris mei Gundacri in prospectu ipsius ecclesiae commanentis servum,
dum temere prope fenestram huius criptae accessisset mingere, terribili quadam quasi
armati cuiusdam viri visione ita deterritum, ut putaretur amittere sensum. Sed et Rohin-
gum^d quendam huius loci diaconum a simili presumptione pari ferunt visione cohibitum.
Unde cautum deinceps ac prohibitum, ne quis talem presumere gestiat ausum.

Huius ecclesiae pinnaculum talem^e videtur premonstrare titulum, personis etiam vel
imaginibus Stephani papae ac Ludowici imperatoris insignitum:

*Ludowicus caesar factus coronante Stephano
Hac in sede papa magno; tunc et Ebo pontifex
Fundamenta renovavit cuncta loci istius;
Urbis iura sibi subdens presul auxit omnia.*

Matris eiusdem Ebonis huiusmodi habetur epitaphium:

*Mea forte si requiris temporis initia,
Scito, Karoli fuisse regni sub primordia;
Ludowico triumphante dies fluxit ultima.
Rhenus primos lavit mores alveus Germanicus,
Hinc nutrit et secundos^f Liger amnis Gallicus,
Sequana^g fovit iuventam, sordes sordens Vidula.
Presul erat urbis huius mihi natus unicus;
Idem me conduxit sibi sociam laboribus,
Proximum^h ruinae locum renovandoⁱ cupidus;
Decem ferme nuper annos simul hic peregrinus,
Ebo rector, ego^k mater Himiltrudis humilis,
Fundamenta sedis sanctae pariter ereximus;
Deo debitum laborem dum gerebat pontifex,
Fessa quietem quaerebam ecce! sub hoc tumulo.
Quinto me September mensis Kalendarum rapuit.
O viator, esto cautus semper ab excessibus!
Fateor non profuisse ut debui dum potui;
Veniam, dic, pro vindicta da, Deus, peccantibus!*

Huius presulis hortatu Alitgarius Camaracensis^l episcopus sex libellos de remediis pec-
catorum et ordine vel iudiciis poenitentiae^m conscripsit². Ad quem talis eius extat epistola:

a) De bone pr. 1^a; De presulehove 1^b; De presidehove 1^c. b) Transrhenensis 1. 3. c) scripta 1. d) Roingum 2.
e) tale 2. f) secundo 1. g) Secana 2. h) proxime 1. i) renovandi 1^a (?). 3. k) Ebo 1. l) Camaracensis 2. 3.
m) poenitentia 1.

1) Initio mensis Octobris a. 816, cum Stephanus IV. Fromme I, p. 68 n. 5. 2) Edidit ex codice S. Galli
papa Remos venit, Ebonem iam archiepiscopum Canisius, Antiq. Lect. V, p. 227 sqq. (ed. Basnage II, 2,
fuisse, Flodoardus infra p. 488 testis est. Cf. Ma- p. 87), ubi liber sextus ut incerti auctoris seorsim
positus est.

Reverentissimo in Christo fratri ac filio Halitgario episcopo Ebo^a indignus episcopus salutem. Non dubito, tuae id notum esse caritati, quanta nobis ecclesiasticae disciplinae, quantisque nostrorum necessitatibus subditorum et insuper mundialium^a oppressionibus, quibus cotidie agitur, cura constringat. Idcirco, ut tecum contuli, ex patrum dictis, canonum quoque^b sententiis, ad opus consecratorum nostrorum excerpere poenitentialem minime valui, quia animus cum^c dividitur per multa, fit minor ad singula. Et hoc est quod in hac re me valde sollicitat, quoniam^d illa confusa sunt iudicia poenitentium in presbiterorum nostrorum opusculis atque diversa^e et inter se discrepantia et nullius auctoritate suffulta, ut vix propter dissonantiam possint discerni. Unde fit, ut concurrentibus^f ad remedium poenitentiae tam pro librorum confusione quam etiam pro ingenii tarditate nullatenus valeant subvenire. Quapropter, karissime frater, noli te ipsum^g nobis negare, qui semper in divinis^h ardenti animo disciplinis ac sollerti cura scripturarum meditationibusⁱ perfectissimo otio floruisti. Arripe, quaeso, sine executionis verbo huius sarcinae pondus, a me quidem tibi impositum, sed a Domino, cuius onus^j leve est, levigandum. Noli finire neque formides huius operis magnitudinem, sed fidenter accede; quia adertit tibi qui dixit: 'Aperi os tuum, et ego adimplebo illud'. Scis enim optime, 15 parvis parva sufficere, nec ad mensam magnatorum pauperum turbam posse accedere. Noti tuae devotionis nobis subtrahere scientiam; noli accensam in te sub modio ponere lucernam, sed precelso eam superpone^k candelabro, ut luceat omnibus, qui in domo^l Dei sunt, fratribus tuis, et profer nobis veluti scriba doctus quod accepisti a Domino. Adertit tibi huius laboris itinere illius gratia, qui^m duobus discipulis euntibus tertium se socium addidit inⁿ via et aperuit illis sensus^o, ut sanctas intelligerent scripturas. Spiritus paraclitus omni veritatis doctrina et perfecta caritatis scientia tua respiciat pectora, carissime frater. Vale.

Ad quae idem talia rescribit Alitgarius:

Domno et venerabili patri^a in Christo Eboni archiepiscopo Halitgarius^b minimus Christi famulus salutem. Postquam, venerande pater, directas beatitudinis vestrae^c accepi litteras, 25 quibus me hortari dignati estis, ne mentis acumen inertit torpentique otio summitterem, sed cognitioni ac meditationi cotidie sacrae scripturae me vigilantiter traderem, et insuper ex sanctorum patrum canonumque sententiis poenitentialem in uno volumine aggregarem: durum quidem mihi et valde difficile tremendumque^d hoc quoque fuit imperium, ut hanc suscipere sarcinam, quam a prudentibus cognosco relictam. Multumque renisus sum^e voluntati vestrae, 30 non velut procaciter durus, sed propriae infirmitatis admonitus. Hac etenim cura sollicitus necessarium duxi, ut aliquandiu me a scribendi temeritate suspenderem, quia^f, sicut perpendi iniuncti operis difficultatem, ita et iniungentis quicquid nec volui nec debui usquequaque resistere, certus, quia imbecillitatem meam multo amplius vestra^g adiuveret precipientis dignitas, quam gravaret^h meae ignorantiae difficultas. Valete.

816. Oct. Hic Ebo presul supra memoratum papam Stephanum cum Ludowico rege Remis suscepit, postquam rex idem Sclavos in oriente positos directo devicit et oppressit exercitu; quando prefatus papa 16. Stephanus, qui tunc Leoni successerat, legatos suos ad eundem principem destinans, intimavit ei, quod libenter cum videro vellet in loco, ubicumque ipsi placuisset. Quod audiens rex, magno repletus gaudio, iussit obviam missos suos ire sancto pontifici et servitia preparare. Post 7 quos et rex^a ipse perrexit, obviansque sibi in campo magno Remensium, et descendit uterque ab^b equo suo. Et princeps prostravit se in terram tertio ante pedes tanti pontificis, salutarumque se invicem magnifico et amplexantes se deosculati sunt pacifice perrexeruntque ad ecclesiam. Ubi cum Deum^c orassent, erexit se pontifex et excelsa voce cum choro suo fecit regi laudes regales. Postea pontifex honoravit eum magna et multis honoribus et regnum pariter Hirmingardim^d, deum^e et optimates atque ministros eorum. Proximaque die dominica in ecclesia ante missarum sollempnia coram clero et omni populo consecravit et unxit eum in imperatorem, 45 coronam mirae pulchritudinis auream preciosissimis gemmis ornatam, quam secum detulerat, imponens super caput eius. Regiam^f appellavit augustam et coronam auream posuit super caput eius. Et quamdiu mansit ibi apostolicus papa, cotidie habuere^g colloquium de utilitate sanctae Dei ecclesiae. At postquam imperator eum maximis numeravit donis, amplioribus^h multo quam suscepisset ab eo, dimisit eum cum legatis suis Romam reverti, quibus precepit, ubique in itinere honestum ei servitium exhibere.

Cupiens ergo^a prefatus pontifex Ebo domum ecclesiae sanctae Dei genitricis Mariae diuturna pene lapsabundam vetustate reparare, in qua etiam secundus Stephanus papa

a) ego 1. a) mundalium Can.; mundolium 1 b. b) canonumque 2. 3. c) dum Can. d) quod Can. e) ita d. Can. f) concurrentes . . . n. eis valeant Can. g) n. i. 2. 3. h) s. vidimus 2. i) medicat. 1. k) l. o. 2. 3. l) superponere Can. m) in ecclesia sunt 2. 3. n) quod 1. o) i. v. des. 2. p) sensum Can. q) deest 2. r) Alitg. 2. 3. 55 s. vol. v. non tanquam pr. d. 3. v) sed quia Can. w) aggravaret Can. x) t. deest 2. 3. q. teleoni 1. y) Et post q. 1. z) deest 2. 3. a) ab ex 1. b) dia 3^b cum Theg. c) clero Theg. d) Irmingardim 2. e) deest 2. 3. f) deest 1; ad Theg. g) Regiam - eius des. 2. h) c. h. 2. 3. i) clero pluribus 1. k) deest 1.

1) SS. II, p. 593 sq.

Pippino regi dudum et Leo tertius Karolo Magno imperatori apostolica reperiuntur munia contulisse, ut in epistola commemoratur imperatoris Lotharii Leoni quarto pro causa commendationis Hincmari archiepiscopi directam, petiit a premissis imperatore Ludowico, ad renovandam et amplificandam eandem basilicam murum civitatis sibi concedi. Quod idem princeps quietissima pace fruens et imperii preclarissima potestate subnixus nullas barbarorum metuens incursiones, nequaquam refutavit, sed benignissimae ob amorem Dei et ipsius almae genitricis honorem concessit atque iussionis suae monumento fieri delegavit, huiusmodi super hoc suae dans preceptionis decreta:

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi Ludovicus divina ordinante providentia imperator augustus. Si locis venerabilibus ea, quae exinde a predecessoribus nostris regibus vel imperatoribus ad rei publicae usus exigebantur, religiosa liberalitate in utilitatibus et necessitatibus eorundem sanctorum locorum expendendis remittimus et fidelium nostrorum saluberrimis pro hac eadem re suggestionibus ac petitionibus benignum commodamus assensum. ¹⁵ maximum et animae nostrae et regi ac regno ²⁰ ovidemus consultum, quia nihil cernitur rei publicae imminutum, quicquid ex eadem re publica piis actibus et locis religiosis ac ecclesiarum Dei utilitatibus seu servorum Dei fuerit commoditati indultum. Quapropter notum esse volumus omnibus Dei fidelibus, presentibus scilicet et futuris, precipue quoque successoribus nostris in potestatis culmine, in quo sumus auctore Domino constituti, ab eodem domino ²⁵ Domino deinceps constituendis, quia Ebo venerabilis archiepiscopus Remensis ecclesiae et reverentissimae sedis sancti Remigii gloriosissimi pontificis et specialis patroni nostri presul clementiae nostrae innotuit, quia vetustatis senio contrita iam dictae metropolis urbis sancta mater nostra ecclesia in honore sanctae semperque virginis ac [Dei] genitricis Mariae consecrata existeret; in qua, auctore Deo et cooperante sancto Remigio, gens nostra Francorum cum aequivoco nostro rege eiusdem gentis sacri fontis baptismate ablui ac septiformis Spiritus sancti gratia illustrari ³⁰ praeceperunt; sed et ipse rex nobilissimus ad regiam potestatem perungi Dei clementia dignus inventus fuit; ubi etiam et nos divina dignatione per manus domni Stephani Romani summi pontificis ad nomen et potestatem imperialem coronari meruimus. Quam pro tantis beneficiis nobis ibidem a Deo collatis renovare cupientes et ad id ³⁵ exequendum loci incommoditatem cernentes, concedimus ad hoc opus et ad cetera quaeque pro servorum Dei ibidem degentium necessitatibus aedificanda murum omnem cum portis ipsius civitatis et omnem operam cum cunctis impendiis, quae ex rebus et facultatibus ipsius ecclesiae et episcopatus Remensis Aquis palatio nostro regio peragi et exsolvi solitum fuerat, in eleosina videlicet nostra et pro remedio animae domni ac genitoris nostri atque ceterorum ⁴⁰ predecessorum nostrorum, qui eundem episcopatum contra salutem suam aliquamdiu tenuerant et in suos usus contra ecclesiasticas regulas et res ac facultates ecclesiae ipsius expenderant, et ob hoc minus, quam debuerat, utilitatis sacris locis in eodem episcopatu constitutis exinde provenerat. Volumus etiam, ut vassalli et quicumque fideles nostri ex rebus eiusdem episcopatus aliquid habent eidem operi inserviant, sicut constitutum est a bonae memoriae domno et genitore nostro, et sicut decretum est a pia recordationis domno et avo nostro Pippino, ⁴⁵ decimas et nonas eidem ecclesiae sanctae ex rebus, quas inde habent, persolvant. Vias etiam publicas omnes, quae circa eandem ecclesiam vadunt et impedimento esse possunt ad claustra et servorum Dei habitacula construenda, ut transferri atque immutari possint, concedimus; et si aliquid ibi de fisco nostro habetur, per hoc nostrae auctoritatis preceptum perpetuo aequae concedimus; ut nullus iudex, comes aut missus sive aliquis ex iudicaria potestate ullam ⁵⁰ inde eidem sanctae [Dei] predictae Remensi ecclesiae inquietudinem aut ullum calumpniae impedimentum inferre unquam presumat; obsecrantes successores nostros, ut memores salutis

a) d. d. et des. Ud. b) reginae Ud. c) ecclesiarumque Ud. d) virtutibus l. e) constituendus l. f) Abo l; N. Ud. g) ita ex Ud. suppl. deest 2. 3; ac D. g. des. l. h) deest l. i) sacro fonte baptismatis l. k) illustrari — perungi des. l. l) o. m. l. m) quique Ud. n) opera l. o) constitutum 2. 3. p) Pippino 2. Ud. q) et 2. r) exinde l. s) perpetuum l. t) atque l. u) deest l. b. Ud. v) ut suo sal. m. 2; ut sal. suo m. 3.

1) A. 855. Fragmentum huius epistolae exstat in Hincmari epistola ad Nicolann I. Opp. ed. Sirmond II, p. 307 (Migne II, p. 85). Eadem epistola laudatur infra I. III, c. 10. 2) Hoc diploma inter a. 817. et 825. posuit Sickel, Acta Karolin. II, p. 150. et 330. Ex Flodoardo sumtum postea codici Udal-
rici insertum est, Eccard, Corp. Hist. II, p. 44 [Jaffé, Bibl. V, p. 6]. Genuitatem diplomatis, quam Waitz, 'VG.' III, p. 219; IV, p. 134. et Abel, 'Karl der Grosse' I, 261 n. 3, oppugnant, defendunt Roth, 'Feudalität' p. 93 sq., 114, et Sickel I, l.

suae, presentis scilicet et aeternae, memores etiam beneficiorum, quae nobis et genti nostrae ac predecessoribus nostris in eodem sancto loco per beatum Remigium meritis sanctae Mariae collatae sunt, sicut sua bene gesta a suis successoribus conservari voluerint, ita quae pro amore Dei et sanctae eius genitricis ac beati protectoris nostri Remigii saepe fato sancto loco contulimus, perpetuo inviolabiliter conservare procurent. Et ut haec nostra concessionis auctoritas per futura tempora plenior^a in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, anuli nostri impressione subter signari^b decrevimus.

Sed et quendam fabrum servum^c suum nomine Rumaldum ad petitionem eiusdem presulis ecclesiae Remensi concessit, ut hic de talento a Domino sibi collato iuxta vires diebus vitae suae proficeret. Quam etiam cessionem apicum adnotatione et anuli sui sigillatione roboravit. Aliud quoque preceptum de viis publicis transmudandis ob quasdam clausuras in locis vicinis ipsius urbis faciendas et multimoda ecclesiae commoda eidem pontifici dedit, quod et anulo suo insignivit^d. Preterea de restituendis eidem sanctae sedi prediis, quae illi quondam fuerant ablata, una cum filio Lothario caesare talem precepti dedit auctoritatem:

In^e nomine domini Dei^f et salvatoris nostri Iesu Christi Ludowicus et Lotharius divina ordinante providentia imperatores augusti. Si liberalitatis nostrae munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii et necessitates ecclesiasticas nostro relevamus iuvamine, id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus nostris, presentibus scilicet Francorum, fidem et sacri baptismatis gratiam perceperunt, in qua et nos per impositionem manus domini Stephani papae imperialia sumpsimus insignia, ob reverentiam fidei christianae et ob animae nostrae salutem ab imo construi fecimus, eamque in honorem domini nostri Iesu Christi salvatoris mundi, simul et in honorem eiusdem sanctae^g et intemeratae^h genitricis Mariaeⁱ consecrari decrevimus. Itaque divina inspiratione compuncti et caelestis patriae amore succensi, quaedam predia, quae eidem sanctae sedi quondam ablata fuerant, devota mente restitui iussimus, id est in suburbanis ipsius sanctae ecclesiae titulum Sancti Sixti necnon et titulum Sancti Martini cum appendiciis eorum. Exterius^j etiam in eadem parrochia in^k castro Vonzense^l titulum baptismalem et titulum in eadem parrochia Sancti Iohannis similiter baptismalem suis cum appendiciis, et Bretinacum^m, villam quoque Sparnacum cum appendiciis suis, et in villa quae vocatur Lucidaⁿ necnon et in Proviliaco^o in eodem pago Remensi; in pago vero Dulcomense^p villam^q quae vocatur Cavera, necnon et in villa quae dicitur Verna^r in pago Vertudense^s. Vel si forte deinceps de rebus predictae sanctae ecclesiae temporibus nostris adhuc superaddendum decrevimus, statuimus^t per hoc nostrae auctoritatis preceptum, ut non tantum de istis restituti, sed etiam restituendis quicquid de ipsis vel in ipsis rectores et ministri supra memoratae^u ecclesiae elegerint, ita debeant perpetualiter possidere atque ordinare, vel etiam facere, proutcumque sibi propensius voluerint, ut absque ullius iniusta contradictione ordinent atque disponant et faciant, quicquid utilitati predictae ecclesiae congruere et convenire prospexerint. Et ut haec nostrae auctoritatis confirmatio presentibus futurisque temporibus firmiorem in omnibus semper obtineat vigorem, manibus propriis subterfirmavimus et anuli nostri impressione signari^v iussimus^w.

Obtinuit etiam idem presul ab eodem imperatore Ludowico Remensi ecclesiae secundum antiqua exemplaria priscorum regum immunitatis preceptum. Aliud quoque preceptum de ponte Bansionensi et teloneis vel exactionibus publicis^x. Item aliud de cartis crematis secundum auctoritatem imperatoris Karoli. Item a Pippino Aquitanorum rege preceptum immunitatis de rebus Remensis ecclesiae in pago Arvernico sitis. De villa vero^y Sparnaco semotim quoque preceptum Ludowici atque separatim postea preceptum

a) deest 2. b) s. cam sigillari Ud. c) insignios 1. d) D. et a. n. des. Ud. e) s. et des. Ud. f) sanctae M. Ud. g) Exterius — deinceps de om. Ud. h) in — parrochia des. 1. i) V. similiter 2. j) villa 1. k) et st. Ud. 50 m) ita 1^b. Ud.; premem. 2, 3. n) sigillari Ud. o) volumus 2. p) quoque 3.

1) Hoc inter a. 826—830. ponendum esse, docuit Reims). 5) Pronilly (ibidem). 6) Verneuil (départ. Sickel II., p. 168. et 330 sq. Ex Flodoardo codici Marne, arrond. Epernay). 7) Vertus (ibidem, arrond. Udaltici insertum est, ap. Eccard. l. I. 2) Voncq Châlons-sur-Marne). 8) Cf. supra l. II., c. 17, (départ. Ardennes, arrond. Vouziers). 3) Bétigny p. 464. (départ. Oise, arrond. Compiègne). 4) Ludes (arrond. 55

Lotharii, filii eius, reperitur accepisse. Hic presul Ebo cum consilio Ludowici imperatoris et auctori-
tate Paschalis Romani pontificis predicandi gratia ad terminos usque Danorum accessit ac multos ex eis ad fidem venientes
baptizavit. Ann. Ein
(Berol.) 82

Orta denique similitudo inter patrem et filium, Ludovicum scilicet imperatorem et Theg. c.
Lotharium, partibus filii favit et cum ceteris episcopis corripuit imperatorem Ludovicum pro quibusdam
erratis, quae obiciebantur ei, quando filii sui comprehenderunt eum, et Lotharius adduxit secum patrem c. 43.
ad Compendium palatium, ubi eum affixit cum episcopis et ceteris nonnullis primatibus, qui iusserunt, ut in mona-
sterium iret et esset ibi cunctis diebus vitae suae. Quod ille renuens, non consensit voluntati eorum. Tunc omnes
episcopi, qui aderant, molesti ei fuisse narrantur, et improperantes illi peccata sua, obstruerunt ei gladium a fenore c. 44.
eno, induentes eum elicio.

Dum frequenter tigitur Ebo presul in palatio tunc moraretur, huiusmodi visio de eo
in monasterio Sancti Remigii revelata est. Erat ibi monachus quidam nomine Raduinus^a,
genere Langobardus^b, qui abbas quondam extiterat monasterii quod in monte Bardonis in
Italia beatissimi Remigii celebri pollet memoria^c, Moderamni Rotomagensis^d archiepi-
scopi^e studio dedicata. In quo monasterio dum praefatus Raduinus^a monachicae professio-
nis gereret officia, ductus amore meritorum beati Remigii, sepulchri eiusdem limina petiit.
Qui cum fratribus eiusdem loci vitam ducens religiosam, digne sese ad caelestem satagebat
preparare militiam. Quadam vero die, sacrae scilicet assumptionis sanctae Dei genitricis,
post exactum matutinae sollempnitatis officium, reliquis fratribus quietem petentibus, ille
precis gratia solus remansit^b in choro, custodibus ecclesiae quiescentibus. At ubi psalmodum
continuacione fatigatus, irruenti coepit soporari somno, vidit a loco sepulchri sancti ponti-
ficis procedere beatissimam Dei genitricem nimio lumine coruscantem, cuius haerebant
lateribus euangelista Iohannes et ipse sacer Remigius; sicque se visi sunt compositis adire
gradibus. Superposita vero manu virgo gloriosa leniter eius capiti: 'Quid hic', inquit, 'agis,
frater Raduine?' Quo mox pedes illius osculari procumbente, adiecit: 'Ubi modo degit
Ebo Remensis archiepiscopus?' Quo respondente: 'Palatina iussa regis exequitur negocia'.
'Cur', ait, 'tam sedulo palatii terit limina? Prorsus hinc nequaquam maiore ditabitur
sanctitatis efficacia. Veniet enim, veniet celerrime tempus, quando non prosperabitur
in talibus'. Quem nihil ad haec audentem respondere tali prosequens affatur allocutione:
'Quae vestrorum versatur apud homines regum disceptatio? Tunc eo respondente: 'Domina
genitrix Salvatoris mundi, tuae melius novit hoc sanctitatis incorruptio', ait: 'Quid tantae
malo cupiditatis illecti, vana nunc grassantur audacia'. Illud enim tunc aderat tempus,
quando filiorum suorum contumeliis agebatur imperator Ludowicus. 'En', inquit, 'huic —
astringens manum sancti Remigii — auctoritas est a Christo tradita Francorum perseve-
rante imperii. Equidem, sicut hanc gentem sua doctrina percepit ab infidelitate gratiam
convertendi, sic etiam donum semper inviolabile possidet eis regem vel imperatorem
constituendi'. Quae beatissima Dei genitricis dicente, frater prememoratus evigilavit
repente.

20. De Ebonis depositione.

Itaque postquam Ludowicus ab aequivoco filio suo restitutus est in regnum et honorem
suum, Ebo propter huiusmodi factum depositus est ab episcopatu pro infidelitate impe-
ratoris. Pro qua re iam ipse lesse Ambianensium presulem dudum deposuisse traditur,
sed nunc eum revocasse fertur in gradum priorem.

De Ebonis autem depositione requirente postmodum papa Nicholao, ab episcopis
Galliae maximeque Belgicae provinciae haec inter alia in responsis accepit¹: 'Quod Ebo
Remorum episcopus, accepta a Lothario pro patris prodicione abbatia Sancti Vedasti, fal-
sarium obiectionum inceptor extiterit² et taliter criminatum eundem imperatorem isdem
Ebo, a suis complicibus a liminibus ecclesiae proiectum ac publicae poenitentiae mancipa-
tum, custodiri fecerit, usque dum in anno incarnationis dominicae octingentesimo trice-
simo quarto Lotharius, territus conventu fratrum suorum ac plurimorum fidelium patris
imperatoris, fuga lapsus, patrem suum adhuc ab ingressu ecclesiae sequestratum dimisit.
Cum quo inter alios etiam quidam episcopi, fautores ipsius in adversitate patris sui, relictis

a) deest 2. b) ei ob. 2. 3. c) deest 1. d) Raduinus 1^a, Radomus 1^b, c; Radonius 1^d. e) Langobertus 1; Longobardus 2. 3.
f) Redonensis episcopi corr. 3. g) Radomus 1^b, c, et ita post. h) in ch. r. 1^b. i) Curate t. 1^b, c. d. k) ipse iam 2. 3.

55 1) Berceto. Cf. l. I, c. 20, supra p. 435. 2) Redonensis rebus Ebonis agebatur; cf. infra p. 473. G. W. 4) Haec
potius. 3) Cf. Epist. conc. Tricass., Mansi XV, verba — dimisit etiam in Ann. Bert. a. 833, legin-
p. 794. Sed Flodoardus aliam procul dubio habuit tur, sed vis a Flodoardo addita. G. W.
eodem tempore Romam missam, in qua accuratius de

contra sacras regulas sedibus suis, perrexerunt¹, Iesse videlicet Ambianensis et Hereboldus Autisiodorensis², Agobardus Lugdunensis et Bartholomeus Narbonensis episcopus. Et³ abscedente illo, qui affuerunt episcopi imperatorem in ecclesia sancti Dyonisii reconciliaverunt et ecclesiasticae communioni restituerunt. Quod Ebo audiens, quibusdam familiaribus suis plenitudinem suorum delegavit⁴ hominum et certum eis placitum dedit, ubi et quando iterum⁵ ad eum venirent. Adicitur etiam⁶: Quod Ebo plurima, quae de facultatibus ecclesiasticis ferre tunc in argento et auro potuit, secum assumens, cum quibusdam Normannis, qui iter et portus maria ac fluminum mare influentium notos habebant, cum paucis quoque aliis domesticis suis, nullo impetente vel persequente, noctu Remis aufugit et non solum parochiam suam, verum et Belgicam regionem⁷ deseruit et iter ad Normannos, quibus a Pascali papa⁸, necnon ab Eugenio⁹, successore ipsius, sicut epistolis¹⁰ eorundem presulum ad ipsum pro hac re datis edocemur, fuerat predicator destinatus, arripuit. Quod manifestantibus eis, cum quibus hoc consilium inivit, imperatorem latere non potuit. Quapropter imperator per episcopos eum, Rothadam scilicet Suessonicum¹¹ et Erchenradum¹² Parisiorum episcopum, revocari fecit et in monasterio Sancti Bonifatii ei et clericis ac laicis, qui cum eo erant, necessaria ministrari et sinodum expectare precepit. Sed¹³ et Hildemannus Belvacensis episcopus insimulatus, quod sicut prefati episcopi fugam ad Lotharium moliretur, in monasterio Sancti Vedasti detentus, sinodum expectavit. Ad quam anno incarnationis dominicae octingentesimo tricesimo quinto venientes, omnes episcopi, qui convenerant, sigillatim¹⁴ libellos de restitutione imperatoris communi consilio atque consensu ediderunt et propriis manibus subscripserunt. Cum quibus et Ebo, ut re vera in statu suo adhuc manens, libellum manu sua cum additamento archiepiscopi scriptum edidit. In quo libello professus est, quicquid in ipsius imperatoris dehonoratione gestum fuerat, iniustum factum fuisse. Item post pauca: *Et post datos libellos venientes episcopi cum imperatore et quam plurimis eius fidelibus ac regni primoribus in urbem Mettensium, in basilica beati Stephani publice a Drogone episcopo relecta sunt, quae de restitutione imperatoris omnium unanimitate inventa fuere. Post hanc adnuntiationem Ebo¹⁵ Remorum episcopus, qui eiusdem factionis velut signifer fuerat, conscendens¹⁶ eundem locum, ubi Drogo steterat, coram omnibus professus est, eundem augustum iniuste depositum, et omnia, quae adversus eum patrata fuerant, inique et contra totius auctoritatis tramitem fuisse machinata, merito iustaque proprio imperii solio reformatum¹⁷. Et sic omnibus laudes Deo eamantibus, et quae tunc ibidem fuerant agenda peractis, ad Theodonis¹⁸ villae palatium regressi sunt; ibique Hildemannus in sinodo presens, se a calumpnia sibi impacta regulariter exuens, satisfecit sinodo et per eam imperatori. Ebo vero in eadem sinodo presens ab imperatore presente accusatus¹⁹ est, quod eum falso fuerat criminatus et eiusdem falsis criminibus appetitum a regno deiecerat, armisque ab eo ablatis, nec confessum nec convictum²⁰ contra regulas ecclesiasticas ab ecclesiae aditu ac christianorum societate eliminaverat; sicut et isdem scripto subscriptione sua roborato et verbis coram omnibus professus fuerat. Et cum essent alia etiam²¹ crimina, de quibus post²² hanc accusationem accusandus erat et de quibus apud imperatorem iam antea fuerat accusatus et non canonice purgatus, sicut et post²³ epistola episcoporum ad Sergium²⁴ papam demonstrat, et pro quibusdam eorum extiterat a consilio imperatoris eiectus. Quae, patefacta veritate, negare non valebat; praestitit secessum, ut sine presentia imperatoris liceret ei in sinodo episcoporum suam agere causam. Quod obtinens, convocavit ad se quosdam episcopos, et nullo cogente, sed propria sponte, secundum eorum consilium sequentium Africanum concilium²⁵, ut parceretur ipsius verecundiae, ac propter ecclesiae opprobrium et insolentem insultationem secularium, ne dignitas sacerdotalis pollueretur, si*

a) Autisiod. 1^a. b) h. d. 2. 3. c) deest 2. d) r. suam d. 2. 3. e) epis 1. f) Suessonicum 2. 3. g) Erchenradum 2. h) sigillatim 2. i) conscendens — patrata fuerant des. 1. k) reformatam 2. l) Teod. 1. m) est a. 2. 3. n) idem 2. 3; eisdem 1^a. o) p. h. des. 1. p) deest 2. 3. q) consilium 1^a. 2.

1) Haec ad Lotharii iter Italicum post subiectionem p. 19. notam. Haec verba Flodoardo tribuerim (cf. coeptum referendum esse, coniecit Simson, 'Ludwig der Fromme' II, p. 89 et 116. (In epistola Tricass. hac supra II, 11: *ut caris cartarum docemur instrumētia*), quamvis a Flodoardo ex his litteris alibi de re nihil legitur. Neque tamen Flodoardum haec nihil esse allatum mirari possis. G. W. 6) Iam inseruisse, sed ex altera epistola hausisse putarim. ipsa epistolae verba Flodoardus exscribere videtur. G. W.). 2) Verba sunt iterum Ann. Bertin. a. 834. quod num antea fecerit, certius intelligi nequit. G. W. 3) In eadem certe epistola; sed in ea quam habemus haec omittuntur. G. W. 4) Quam v. Lap- 7) Verba Ann. Bert. a. 835. 8) Eadem, ut videtur, 55 de qua Hincmarus epist. ad syn. Suesion., Op. II, penberg, 'Hamb. UB.' p. 9. 5) De qua v. ibid. p. 273 (Migne II, p. 53).

publice de his, de quibus impetitus et^a adhuc impetendus erat, confessus aut convictus foret, libellum suae depositionis^b dictavit et scribi coram se fecit et propria manu subscripsit secundum traditionem ecclesiasticam, eundemque libellum propriae ac vivae^c vocis confessione attestatum in abdicationem^d sui, nullo ab eo quaerente vel exigente, synodo ultro porrexit. Et, sicut videri tunc ab his qui interfuerunt potuit, sacerdotio se sponte submovit, quaerens remedium poenitendi, sicut in eodem professionis ac subscriptionis suae libello^e continetur hoc modo: 'Ego Ebo indignus^f episcopus recognoscens fragilitatem meam et pondera peccatorum meorum, testes confessores meos, Aulfum^g videlicet archiepiscopum^h et Badaradumⁱ episcopum^j necnon et Modoinum episcopum^k, constitui mihi iudices delictorum meorum et puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium poenitendi et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse secreto ipsis confessus sum. Eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alio^l succedendi et consecrandi^m in loco meo, qui digne preesse et professes possit ecclesiae, cui hactenus indignus profui. Et ut inde ultra nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria mea subscribens firmavi. Ebo quondam episcopus subscripsiⁿ. Et ut omnia secundum leges, quibus moderatur ecclesia, in synodo legaliter adimpleret, simul cum eis, quos secundum Affricae provinciae canones elegerat^o sibi iudices, dicente apostolo: 'Adversus presbiterum accusationem noli recipere^p nisi sub duobus^q 1 Tim. 5, 19. alius^r se sacerdote defuncto ei succederet, testificationis verbum, ascivit et alios tres episcopos veritatis de sua accusatione et testificatione concios in testimonium suae professionis, Theodericum scilicet episcopum^s et Achardum^t episcopum^u dioceseos suae et Nothom archiepiscopum^v. Et sic ipse professus, et sex episcopis suae professioni attestantibus, ut prediximus, libellum synodo porrexit, cunctique episcopi, qui^w synodo interfuerunt, singillatim^x ac viritim dixerunt illi: 'Secundum tuam professionem et subscriptionem cessa a ministerio^y; et coram omnibus hanc noticiam cum prescripto libello temporibus futuris conservandam Ionas episcopus^z Heliae notario, qui libellum Ebonis scripserat, cui idem Ebo subscripsit, secundum 59. capitulum et item secundum capitulum 74. concilii^{aa} Affricani pro omnibus dictavit, et idem Helias haec quae secuntur conscripsit: 'Acta est haec Ebonis professio eiusque propriae 30 manus subscriptione roborata in conventu synodali generaliter habito apud Theodanis^{ab}-villam anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 835, anno etiam imperii gloriosi caesaris Ludowici 23^{ac}. Item post aliquanta: Libellum sibi ab Ebone porrectum post dampnationem eius synodus Folconi^{ad} presbitero, qui eidem Eboni in episcopi Remensis susceptione successerat, cum synodali noticia dedit, qui^{ae} in^{ae} scrinio Remensis ecclesiae consercatur, cuius exemplar 45 sanctae memoriae papae Leoni directum didicimus, et cetera.

Igitur^{af} Ebo post hanc depositionem suam in Cisalpinis fertur regionibus conversatus usque ad obitum Ludowici imperatoris, qui contigit anno dominicae incarnationis 840. Quo 840. imperatore defuncto, Lotharius ab Italia in Franciam venit. Cui Ebo ad Wormatiam civitatem occurrit, eique Lotharius post aliquot dies sedem et diocesim Remensem per edictum 40 imperiale restituit. Cuius^{ag} edicti hoc habetur exemplar:

In nomine domini nostri Iesu Christi Dei aeterni Lotharius divina ordinante providentia

a) deest 2. b) temperantiae Ep. c) viva 1; iudicium Ep. d) abdicati 1. e) quondam add. Narr. f) Aviffum 1^b; Aviffum 2. g) Hadaradum 1. h) alii 2. 3. i) subrogandique add. N. H. k) legerat 1^b. c. 3^b. l) recipie 2. m) alius 1^b. 4; ut in alius 1^b. c. n) Achardum 2. o) quod 1^a. p) sigillatim 2. 3. q) c. A. des. 2. r. Teod. 1. 45 s) 21. corr. 3^b; ind. 13. sub die Kalendarum 4. Non. Martii add. H. t) Folconi 2. 3. u) in R. eccl. scr. c. 2. 3.

1) Edilus ap. Dacherium Spic. VII, p. 175; LL. I, p. 370. Eandem habes in Narratione clericorum Remensium, Duchesne SS. II, p. 351; necnon cum recepit Hincmarus, De praedestin. c. 36. Opp. I. p. 324. ubi de his rebus retulit. Epistola Tricass. edita eas multo brevius narrat; sed alteram etiam haec continuisse, verba ostendunt (p. 793): vestrae auctoritatis in altera schedula cum his quae eidem libello episcopi superaddiderunt dirigimus. G. W. 2) Bituricensem. 3) Paderbornensem. 4) Augustodunensem. 5) Cameracensem. 6) Noviomensem. 7) Arelatensem. 8) Aurelianensis. 9) Quae sequuntur partim cum epistola Tricassina edita conveniunt, ita ut Flodoardus haec ex eodem fonte, quo antea usus est, hamsisse putandus sit. Non tamen ipsa verba afferre videtur. G. W. 10) Hoc Flodoardus ibidem invenit. Legitur enim in Epist. Tric. p. 793: eique Lotharius . . . per edictum imperiale, quod in altera schedula vobis mittimus, sedem et diocesim, consentientibus et cooperantibus non paucis episcopis, sicut ibidem est scriptum, restituit. Ex Flod. Cod. Udalrici ap. Eccard. II, p. 42 (LL. I, p. 374). G. W.

SS. T. XIII.

imperator augustus. Quia confessio delictorum non minus in adversis necessaria est quam in prosperis, et cor contritum et humiliatum Deus non despicit, gaudium etiam esse angelorum in caelo super uno peccatore poenitentiam agente non dubitamus, nos mortales in terris eos nequam despiciamus; pro quibus gaudere angelos in caelo divino testimonio non ignoramus. Accusantes et reprehendentes in excessibus semet ipsos divina nos benignitas non condempnare, sed recreare docuit, qui meretricem non solum a legali dampnatione eripuit, verum etiam publicanum humiliatum et accusantem se non condempnavit, sed magis iustificando exaltavit; qui non dixit: 'Omnis qui se humiliat condempnabitur', sed: 'exaltabitur'. Potestatem ergo, quam pro causa nostra raptus perdidisti, repetentibus ecclesiae tuae filiis, presentibus quoque astantibus ac decernentibus presulibus, sedem ac diocesim Remensis urbis tibi, Ebo, restitimus, ut pristino sanctae largitatis apostolicae pallio indutus, concordiam atque gratiam divini officii nobiscum, humili satisfactione expleta^a, sollemni nostra a largitate recipiendo, exerceas^b. Drogo episcopus^c adsenti. Olgarius archiepiscopus^d, Hecti^e archiepiscopus, Amalwinus archiepiscopus^f, Audax archiepiscopus^g, Ioseph episcopus^h, Adalulfus episcopusⁱ, David episcopus^j, Radingus episcopus^k, Giselbertus episcopus^l, Flotharius^m episcopusⁿ, Badaradus^o episcopus^p, Hagano episcopus^q, Hartgarius episcopus^r, Ado episcopus^s, Samuel episcopus^t, Hrambertus^u episcopus^v, Haiminus^w episcopus^x, Ratoldus presbiter vocatus episcopus^y, Amalricus vocatus episcopus^z, cum ceteris plurimis presbiteris ac diaconibus publice assistentibus. Actum in Engilenheim¹ palatio publico, in mense Iunio, 8. Kal.² Iulii, regnante et imperante domno Lothario caesare, anno reversionis eius primo, successor factus³ patris in Francia, indictione tertia.

Cui restitutioni prefata, quae Suessionis habita est, contradixit⁴ sinodus, asserens, quod dampnatus a se atque a 43 episcopis a minori numero restitui non prevaluit⁵. Quod edictum Remis⁶ Ebo secum detulit et apud episcopos et plures illud diversae⁷ professionis et ordinis divulgavit et in ecclesia Remensi publice recitari fecit. Et⁸ ita eo tempore, quo⁹ Lotharius Karolum a regno expulit et ultra Sequanam fugavit, Ebo sedem Remensem post sex annos suae depositionis recepit et episcopale ministerium agere coepit; sicque ordinationem celebrans, quosdam clericos ordinavit et per totum circiter annum hoc episcopium tenuit, donec Karolus resumtis viribus in Belgicam reversus est. Quod audiens Ebo, relicta sede Remensi, ad Lotharium profectus est et in eius familiaribus mansit obsequiis, donec una cum Drogone Mettensium presule Romam petiit, ubi a Sergio papa reconciliari ac pallium sibi tribui postulavit. Cui idem papa, communiione tantum concessa, dare pallium renuit. At Ebo Roma reversus, abbatiam Sancti Columbani in Italia dono imperatoris Lotharii possedit, donec legationem in Greciam ab eodem imperatore sibi commissam exequi detrectavit. Quocirca rebus sibi ab imperatore quae datae fuerant ablatis, ad Ludovicum regem Germaniae demigravit. A quo in regione Saxoniae quoddam episcopium¹⁰ promeruit, ubi et episcopali deinceps perfunctus est ministerio¹¹.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

1. De electione vel ordinatione Hincmari.

845. Anno¹² denique dominicae incarnationis 845. Karolus sinodum episcoporum regni sui apud Bellovagum¹³ civitatem Remensis provinciae convocavit. Ubi inter cetera ecclesiae regni¹⁴que necessaria de Remensis ecclesiae desolatione, quae, Fulcone presbitero¹⁵ illam diu¹⁶ tenente et Nothone¹⁷ sibi¹⁸ in ea succedente, tanto vacare pastore videbatur

a) i. e. des. 2. b) expleas Ud. c) loc. vac. relictus 1^a; deest 1^b. ead. d) H. a. des. 1. e) Flotharius 2. 3. f) Baradus 1. g) ita 1^b. e.; Rambertus 1^a. d(?) 2. 3. h) Haiminus 1. i) Engleheim 1. k) deest 2. ubi Kal. Novemb. 45 l) contradicit 1^b. m) valuit 2. 3. n) pentis 1. o) divine 1. p) Flohardi de historia Remensis ecclesiae liber secundus explicit add. 2. q) Incipit eiusdem historie liber tertius 2. r) numeri des. 1. s) regnoque 1. t) abate sive pr. Ep. u) i. e. s. 2. 3.

1) Mettensis. 2) Moguntinus. 3) Treverensis. epistola supra laudata conveniunt. G.W. 21) Hildes-
4) Vesontiensis. 5) Tarentasiensis. 6) Epor- heimense; qua de re cf. Narr. clericorum Remen-
rediensis. 7) Gratianopolitanus. 8) Lansan- sium, Duchesne l. I. p. 343. 22) Haec ad verbum fere
nensis. 9) De quorum sede non constat. 10) Tul- cum epistola Tricass. (Mansi XV, p. 794) conve-
lensis. 11) Paderbornensis. 12) Bergomensis. niant. Cf. Hincmari tractatum ad syn. Suess. Opp. II,
13) Leodiensis. 14) Valentinus. 15) Worma- p. 272 (Migne II, p. 53). 23) Mense Aprili. Capitula
16) Brixiensis. 17) Senedensis? 18) Stras- vide LL. I, p. 386. 24) Ferè per novem annos Hinc-
burgensis. 19) Cumensis. 20) Sequentia cum mar. l. I. 25) Pene per annum et dimidium Hincmar. l. I.

tempore, cum eisdem^a episcopis coepit tractare. Qui, sicuti viderant vel audierant, depositionem narrantes Ebonis et¹ auctoritatem sanctorum patrum super^b huiusmodi negociis ad memoriam revocantes, cogente necessitate atque suadente auctoritate, communi decrevere consensu, quo tandem post decennium depositionis Ebonis in eadem^c ecclesia ordinaretur episcopus. Igitur a clero et a^d plebe ipsius metropolis necnon ab episcopis eiusdem provinciae, archiepiscopo Sennensis^e ecclesiae Wenilone² atque Ercamrado Parisiorum episcopo ampuente, cum consensu abbatis sui³ et fratrum monasterii Sancti Dyonisii, in quo debebat^f, favente quoque Karolo rege, Hincmarus electus est. Sicque decreto peracto eligentiumque manibus roborato, ecclesiae Remensis ordinatur episcopus. Is⁴ siquidem Hincmarus a pueritia in monasterio Sancti Dyonisii sub Hilduino abbate monasteriali religione nutritus et studiis litterarum imbutus indeque pro sui tam generis quam sensus nobilitate in palatium Ludowici imperatoris deductus et familiarem ipsius noticiam adeptus fuerat; ibique, prout potuit, cum imperatore et prefato abbate sub episcoporum auctoritate laboravit, ut ordo monasticus in predicto monasterio quorundam voluptuosa factione diu delapsus restauraretur. Et ut^g opere quoque^h adimpleret quod sermone suadebat, etiam ipse religiosaeⁱ conversationi cum aliis se subdidit, castigans^k corpus suum et spiritali subiciens servituti. Processu⁵ vero temporis cum prememoratus Hilduinus abbas, imperatoris Ludowici archicapellanus, offensam ipsius augusti adeo cum aliis regni primoribus incurrisset, ut, abbas sibi abbatis, in Saxoniam fuerit exilio⁶ relegatus⁷, iste per licentiam proprii episcopi cum benedictione fratrum illum secutus est^m in exilium. Cui pro familiaritatis propioreⁿ noticia tantam Dominus apud imperatorem proceresque contulit gratiam, ut studere pro suo nutritore quiverit, donec ab exilio revocatus^o duarum fuerit abbatiarum prelationi restitutus. Deinde quando Gregorius papa in Galliae venit^p regiones, et regnum Francorum a prefato defecit imperatore, voluit eum prememoratus abbas suis in obsequium suum contra fidelitatem imperatoris ducere^q; quod nequaquam potuit ab eo exigere. Restituto postea imperatore, prout potuit, abbati suo prodesse studuit. Sicque deinceps in monasterio sine querela custos sacrorum pignerum ecclesiaeque sanctorum martirum conversatus extiterat, donec, regis ascitus^r obsequiis, regimen monasterii Sanctae Dei genitricis Mariae et Sancti Germani¹⁰ regali et episcopali atque abbatis sui Ludowici diaconi iussione suscepit. Rerum quoque ac^s mancipiorum possessionem quandam regia liberalitate percepit^t, quam consecratus iam presul monasterio Sancti Dyonisii, ubi Christo militaverat, per testamenti paginam tradidit¹².

2. De reparatione iudicii pro Ebonis depositione.

Emenso¹³ denique anno post ipsius Hincmari ordinationem, Lotharius imperator pro¹⁴ contentione regni, quam erga fratrem suum Karolum habebat, cuius obsequiis idem presul fideliter adhaerebat, contra eum¹ commotus, epistolas a Sergio papa exegit pro reparando² iudicio de Ebonis depositione. Unde idem papa litteras Karolo regi mittens³, precepit, ut Guntholdum Rothomagensem⁴ episcopum cum ceteris episcopis regni sui, quos ipse Guntholdus ad hoc sibi eligeret, legatis eius obviam Treveris ad hanc⁵ discutiendam⁶ querelam

a) eiusdem 1 (corr. eiusdem 1b. c). b) pro 2. 3. c) eed. ead. 2. 3. d) deest 2. 3. e) Sennensis 1. corr. Senonensis 1b. 1; et ita 3. f) debebat 1. g) ait 1. h) deest 2. i) religione 1. k) castigatis 1. l) relegatus 3. m) deest 1. n) priore 1. 3. o) ascitus 1. p) et 1. q) eam 1. r) refricando i. Ep. conc.; refricando concilio Hincm. s) Rotom. 1. t) desituendam 1.

1) Hic epistolam paullo brevis reddidit. 2) Flo- doardus nomina episcoporum et monasterii addidisse videtur. 3) Ludovici. 4) Haec Flodoardus secundum Hincmari epistolam ad Nicolaum I, Opp. II, p. 304 (Migne II, p. 82); nota tamen, quod narrationem exornat et Hincmaro contra ipsius verba reformationem monasterii attribuit. Hoc falsum esse, docet etiam Ludovici imp. charta, Sickel, Acta Karolin. II, p. 176 (nr. 302) et 345; Mansi XIV, p. 634 sqq. 5) Haec Flodoardus. 6) A. 831. 7) Statingue post aliquot dies Transl. S. Viti, Jaffé, Bibl. I, p. 14. Cf. Simson, 'Ludwig der Fromme' II, p. 9 n. 8. 8) A. 833. 9) Hilduinum vera contra imperatorem non conspirasse, verisimile est. Cf. Noorden, 'Hincmar' p. 6; Simson II, p. 51 sq. 10) Compendiensi. 11) Chartam Karoli d. 12. Aug. 834, datam, qua Hincmaro presul hytero quasdam res proprietatis suae in pago Pinciacense (Pinceris) in proprium concedit v. Bouquet VIII, p. 467. 12) Karolus confirmat d. 19. Sept. 862, monachis S. Dionysii inter alia 'mansum Adalungi in pago Pinciacense situm', quem Hincmarus fratribus in eodem loco infirmis contulerat; Bouquet VII, p. 579. 13) Exscripsit epistolam laudatam Tricass. (Mansi XV, p. 794 sq.), quae cum Hincmari epistola ad Nicolaum I. data, Opp. II, p. 304 (Migne II, p. 82) convenit. 14) Ab hoc loco Flodoardus ipsam Hincmari epistolam ad verbum transsumsit.

846. dirigeret et Hincmarum episcopum ad ipsam synodum venire faceret. Ipse quoque Gunt-
 Apr. 19. holdo litteris mandavit, ut, cum post diem sanctae Domini resurrectionis missos suos in
 servitium imperatoris mitteret, ipse cum episcopis predictum locum hanc causam diffini-
 turus adiret. Sed et ipsi Hincmaro litteras misit, ut^a ad idem veniret concilium. Legatis
 itaque Sergii papae iuxta^b conditum non venientibus, Guntholdus, annuente rege Karolo,⁵
 cum episcopis synodum condixit, ad quam Ebonem per litteras et legatos^c ex auctoritate
 predicti papae convocavit. Quo tamen Ebo neque venisse neque vicariam pro^d se personam
 vel litteras canonicas misisse traditur. Guntholdus² tamen et ceteri episcopi, qui apud
 Parisios^e tunc conveniant, Wenilo scilicet ecclesiae Senonicae metropolitanus cum dioce-
 saneis^f suis, Lantrannus Turonensis cum suffraganeis suis et specialiter Hincmarus cum¹⁰
 omnibus Remensis dioeceseos coepiscopis, litteras suas ad eum miserunt, ei diocesim Remen-
 sem interdicentes, ut non haberet dein^g licentiam ex ea quempiam sollicitare nec scripto
 nec verbo nec misso aliquo, donec secundum iussionem Sergii papae ipsis occurreret et
 iuxta canonica et apostolica statuta diffinitionis sententiam ab ipsis coram generali conventu
 perciperet. Sed³ ille ad nullam synodum vel ad sedem apostolicam vocem postea reclama-
 tionis vel repetitionis^h de sede Remensi aut de ordine suo emisit. Qui etiam, postquam,
 res gestas Leoni papae referentibus episcopis et regalibusⁱ insuper epistolis, ordinatio
 Hincmari, quando⁴ fidei quoque suae tenorem Romam misit, rata est cum^k largitione pallii
 comprobata, per quinque circiter annorum curricula supervixisse fertur^l in corpore usque
 ad annum videlicet incarnationis dominicae 851. 20

3. De visione cuiusdam^m Bernoldi.

Vis Bern. De quo postmodum talis ostensa est revelatioⁿ cuidam homini Remensis parochiae nomine
 Bernoldo, qui depressa infirmitate pene usque ad mortem pervenit, ita ut per quatuor dies nec cibum nec potum capere
 nec loqui valeret. Quarto vero die hora nona velut oxanimis^o iacuit, adeo ut non posset in eo sentire halitum^p reman-
 sisse, nisi per vices, dum, quis manum misisset ad os eius vel super pectus illius, vix sentiebat in eo adhuc spiritum 25
 esse: rubor illi tamen in facie magnus videbatur. Et sic iacuit usque ad mediam noctem. Tunc viriliter oculos aper-
 iens et affatus uxorem suam atque circumstantes, iussit, ut quantocius currerent et presbiterum suum velociter ad se
 venire rogarent. Accito autem presbitero, antequam intraret ille domum, dixit infirmus, ut apponerent sellam, quia pres-
 biter iam domum intraturus esset. Illo vero ingresso, postquam orationem pro eo fudit, dixit¹, ut sederet iuxta eum
 et attenderet quae dicturus erat, ut, si ipse superstes illa non potuisset aduatiare, saltem presbiter ea nuntiaret. Tunc 30
 ergo coepit vehementer flere et cum singultibus dixit: "Ductus de isto seculo ad aliud, veni ad quandam locum et inveni
 episcopos 41, inter quos cognovi Ebonem, Pardulum et Aeneam, pannosos et denigratos squalentesque, sicut et alios,
 acsi ustulati fuissent, et per vices nimio frigore horribiliter cum fletu ac stridore dentium tremulantes², per vices autem
 calore nimio aestuantes. Et Ebo episcopus me vocavit ex³ nomine, dicens: "Quis tibi dabitur licentia redeundi ad
 corpus, precamur te ego et isti confratres nostri, ut adiuves nos". Et ego respondi: "Quomodo vos possum adiuvere?" 35
 Qui ait: "Vade ad homines nostros clericos et laicos, quibus benefecimus, et dic illis, ut pro nobis faciant elemosinas et
 orationes et impetrent⁴ pro nobis offerri sacras oblationes". Et ego dixi, quia nescirem, ubi homines illorum essent.
 Et ille vero ait: "Nos dabimus tibi ductorem, qui te ad illos ducat". Et dederunt mihi ductorem quandam, qui me
 precessit et duxit ad quoddam palatium magnum, ubi multitudo erat hominum eorundem episcoporum, qui de ipsis epi-
 scopis inter se loquebantur. Quibus suggesti⁵, quod mihi fuerat iussum⁶ ex parte episcoporum. Inde cum ductore 40
 meo reversus, ad locum regii, ubi erant ipsi episcopi, et quasi iam facta fuissent pro ipsis ea quae postulaverant, inveni
 eos facie iocundos, acsi a novo rasos et balneatos, albis vestitos et stolis amictos atque sandaliis calcios. Et dixit mihi
 prefatus Ebo⁷ presul: "Vides, quantum nos adiuvit tua legatio? Usque modo nimis durum custodem et custodiam gravem
 habuimus, sicut vidisti, modo vero habemus dominum Ambrosium custodem et levem custodiam". Et cetera, quae
 visa atque relata ab eodem Hincmarus episcopus descripsit. 45

4. De restitutione rerum ecclesiarum a Karolo rege peracta.

Ordinato⁸ denique, ceu premissum est, Hincmari ecclesiae Remensi⁹ archiepiscopo,
 rex¹⁰ Karolus res, quas ex¹¹ eodem episcopo suis palatinis usurpare concesserat, ipsi sanctae
 reddidit ecclesiae. Pro qua restitutione talem precepti sui dedit auctoritatem:

a) u. v. ad c. 1, ubi idem deest. b) per 1. c) Parisios 1b. c. d) dioecesanis 3. e) dei 1. 2; deinceps 3b. 50.
 f) repetitiones 1 (repetitionis 1c). g) et c. 3. h) R. c. 2. 3. i) exanims 1. k) alitum 2. l) d. et 1; d. ei 3.
 m) strom. 1. n) deest 1. o) intrent p. n. offerre 1. p) ita 1. Vis.; Et deest 2. q) Ex ambasciavi Visio.
 r) visum 2. s) pr. E. 1. t) tuus missaticus Visio. u) Ordinata 1a, corr. Ordinato 1b. c. v) Remensis 1a (?) 3.
 w) res corr. rex 1b. 2. x) deest 2.

1) Quo Ebonem litteris, quarum exemplar habemus, [ed. Mansi XIV, p. 884], Hincmarus l. I. ipse affirmat, 55
 per Erpoinum provinciae Remensis episcopum directis
 ex auctoritate predicti papae convocavit. Epist. c. 10. 5) Haec et largitionem pallii (c. a. 847) adiecit
 Flodoardus. De qua cf. Hincmari professionem fidei,
 quam ex codice Remensi vulgavit Mariot I, p. 388
 (Migne I, p. 1099); sed dubiae fidei est. 6) Secundum 60
 aliam Hincmari epistolam ad Nicolaum I, Opp. II, p. 313
 (Migne II, p. 91). 7) Exscriptis Visionem Bernoldi
 auct. Hincmaro, Opp. II, p. 805 (Migne I, p. 1115).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis Karolus Dei gratia rex. Si ea quae a predecessoribus nostris vel fidelium devotione bene tradita, statuta ac confirmata sunt, nostris oraculis roboramus; si etiam illa, quae quacumque necessitate corrupta sunt, regia nostra auctoritate corrigimus et in melius commutamus, saluti nostrae consulimus et regium ministerium susceptum a Domino exercemus. Proinde noverit omnium fidelium Dei ac nostrorum sollertia, quia res ex episcopatu Remensi, quas magna necessitate et per omnia inviti, dum a pastore sancta sedes illa vacaret, fidelibus nostris ad tempus, unde quoddam temporale solatium in nostro haberent servitio, commendavimus, electo et ordinato munere sancti Spiritus per Dei et nostram dispositionem in eadem sancta sede Hincmaro archiepiscopo, hoc nostrae auctoritatis precepto cum integritate, quicquid exinde nos fidelibus nostris beneficiavimus, presentaliter restituimus: tam Sparnacum² et Iuliacum³, vel quicquid ex eodem episcopatu Richuinus habuit, vel quicquid exinde Odo comes habuit, quam et villam Culmisiacum⁴ cum capella, quam Rabanus presbiter habuit, seu et illa quae Pardulus necnon et Adalgar⁵ abbatissa sive Rotbertus⁶ atque Amalbertus clericus vel Altmarus⁷ seu Iohannes medicus sive item Rabanus atque pusillus Pamilio⁸, Ratboldus⁹ quoque, Goderamus et Heremboldus vel Donatus seu Gilbuinus habuerunt, sive etiam illa omnia, quae tam clerici quam laici, qui in nostra dominatione aliquamdiu fuerunt, quosque iam dicto episcopo commendavimus, habebant. Et ut in calce omnia concludamus, quicquid ex eodem episcopatu, quando de manu Fulconis illud recepimus, alicui prestito beneficio concessimus, per hanc nostrae confirmationis auctoritatem, inspecto coram coetu fidelium nostrorum tam ecclesiastici quam laicalis ordinis testamento sancti Remigii, presentaliter casae sanctae Mariae et sancti Remigii atque Hincmaro archiepiscopo cum omni integritate reddimus vel restituimus, ut absque ulla refragatione, cassatis quibuscumque aliis conscriptionibus, easdem res per hanc nostram auctoritatem recipiat, ut, sicut res ecclesiae disponendae sunt ad utilitatem ipsius ecclesiae Dei, tam ipse quam successores ipsius disponant. Quam auctoritatem, in qua nos ulterius tale quiddam erga ipsam casam Dei non acturos spondemus, et ut nemo successorum nostrorum agere moliat, per omnipotentem Dominum, eiusdem virginis filium, obsecramus, ut per ventura tempora certior habeatur et contra aemulos ipsius sanctae ecclesiae sui noticia valeat, manu nostra subterfirmavimus et anuli nostri impressione roborari decrevimus. Data Kal. Octobris, anno 6. regnante Karolo glorioso rege, indictione 8. Actum in pago Andegavensi in villa Avegio.

De ceteris quoque rebus, quae tunc redditae non fuerunt, huiusmodi postmodum invenitur edidisse preceptum:

In nomine sanctae et individuae Trinitatis Karolus gratia Dei rex omnibus comitibus, abbatibus, abbatissis, missis, vassallis et cunctis sanctae Dei ecclesiae fidelibus ac nostris, presentibus scilicet et futuris, notum esse volumus, quia Hincmarus, sanctae Remorum ecclesiae religiosus nobisque valde dilectus ac venerabilis pontifex, accedens ad celsitudinis nostrae magnitudinem, innotuit mansuetudini nostrae, quod ex rebus sanctae Dei genitricis Mariae et sancti ac preciosi confessoris Christi Remigii, quae per parentum antecessorum, regum videlicet, nostrorum dationem sive per rectorum eiusdem ecclesiae imprudentiam vel concessionem vel etiam quoruncumque malivolorum machinationem ab eadem sancta ecclesia abstractae esse cernuntur, nonae et decimae ad eandem predictam ecclesiam minime, sicut rectum est, persolvantur. Unde magnificentiae nostrae petiit dignitatem, ut nostrae auctoritatis preceptum ob Dei et sanctae genitricis ipsius sive preciosi patroni nostri Remigii amorem ei fieri iuberemus. Cuius nobis amabilibus et necessariis petitionibus acquiescentes et libere placideque obsequentes, hoc nostrae magnae auctoritatis preceptum eidem fieri iussimus. Per quod

a) su. ac. c. n. i. b) deest Ud. c) se. illa sa. 2. d) i. q. Ud. e) ord. et sl. Ud. f) presentaliter i. g) tam — Gilb. habuerunt om. Ud. h) Culmisiacum 2. i) Algardis 2. 3. k) Altmarus 1. l) Ratboldus 1. m) fuerant 1. 3b. n) in conspectu Dei Ud. o) s. R. des. Ud. p) presentaliter i. q) a. q. Ud. r) causam f. s) gloriosissimo 2. 3. t) dedisse 3. u) D. g. Ud. v) esse sancto 1. w) eccl. R. 2. 3. x) nobis Ud. y) antecessorem 1. z) v. n. r. 3. nostrorum deest 2, ubi v. r. a) dationi 1. b) rectorem 1. c) i. g. 2. 3. d) pa. pr. 1. e) et 2. 3.

1) Hoc diploma ex nostro sumtum exstat Cod. Udalr. cogitaverim; cf. Kalkstein, 'Capetinger' I, p. 19 n. ap. Ecard, II, p. 42; Bouquet VIII, p. 478. 2) Epernay (départ. Marne). 3) Juilly (départ. Seine-et-Colvencris. 7) Ex Flodoardo Cod. Udalr., Ecard, II, p. 40; Bouquet VIII, p. 492. 5) De Rotberto (Forti) comite haud

precipientes expresse^a iubemus, ut, quisquis fidelium Dei omnipotentis nostrorumque ex eisdem sanctae Dei genitricis Mariae vel sancti confessoris Christi Remigii Remorum ecclesiae rebus sive episcopatus religiosissimi et dilectissimi nobis Hincmari venerabilis archiepiscopi aliquid habere dinoscitur, sive per largitionis nostrae concessionem sive per quorumcumque supra memoratorum affectionem vel machinationem seu etiam et deprecationem aliquid tenore⁵ aliquo ex predictis rebus tenere vel possidere cernitur, nonam et decimam in missorum nostrorum presentia misso ecclesiae sanctae Mariae vel sancti Remigii Remorum^b sive^c Hincmari venerabilis episcopi^d revadit et annis singulis ad eandem prefatam et memoratam ecclesiam persolvere absque ullius occasionis contradictione cum omni vigilantia studeat. Quicumque vero contra hanc nostrae auctoritatis preceptionem de hoc [inobediens^e] fieri presumpserit, sciat, secundum dignae memoriae avi et piae^f recordationis genitoris nostri capitula se emendaturum et ipsas easdem res absque alicuius intercessionis impetratione amissurum. Et ut haec nostrae preceptionis auctoritas inviolabilem obtineat firmitatis vigorem et ab omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris, presentibus scilicet et futuris, verius certiusque credatur, eam anulo nostro subter sigillari iussimus. Data 4. Nonas Septembris, indictione^g 10, 15 anno 8, regnante Karolo gloriosissimo rege. Actum in monasterio Sancti Quintini.

Immunitatis etiam secundum antecessorum suorum regum exemplaria eidem sanctae sedi suam contulit auctoritatem. Cessionem quoque genitoris sui Ludovici de exactione regia vel operariis ac muro civitatis ob restaurationem ipsius sanctae Dei ecclesiae delegata huiusmodi confirmavit auctoritate:

850. In^h nomine sanctae et individuae Trinitatis Karolus gratia Dei rex. Si petitionibus fidelium nostrorum, maximeⁱ Domini sacerdotum, precipue in his quae ecclesiasticis utilitatibus^j possunt prebere consultum, benignum commodam assensum, nobis id^k ad aeternae remunerationis credimus provenire augmentum. Proinde noverit omnium fidelium Dei ac nostrorum, presentium scilicet et futurorum^l, industria, quia^m vir venerabilis Hincmarus²⁵ Remensis urbis archiepiscopus obtulit serenitatis nostrae obtutibus preceptum piae memoriae domni ac genitoris nostri Ludovici imperatoris, quemⁿ in elemosinae suae augmento ecclesiae sanctae Mariae atque sancti Remigii fieri decrevit, de opere et operariis atque omni exactione, quae tempore avi nostri domni Karoli imperatoris ex^o eadem casa Dei exigebantur ad palatium quod vocatur Aquisgrani, ut in aedificatione et restauratione ipsius ecclesiae Dei per futura tempora usque in^p finem seculi ad utilitatem saepe dictae sanctae ecclesiae in elemosina illius proficerent, et nec ad eundem locum vel ad alium quemlibet ipsae redibitiones vel impensae ullo unquam tempore exigentur, sed remissa indulgentia illius in eodem loco proficerent. Cuius bene gesta rata iudicantes, per hoc nostrae auctoritatis preceptum decernimus, ut, quicquid de exactione vel operariis predictae constitutionis superscriptus dominus et genitor³⁵ noster, seu et de muro civitatis ipsius vel viis ad utilitates claustrum canonicorum proficientibus in suo precepto concessit, hoc totum perpetuo^q nostra indulgentia vel concessione seu auctoritate concessum vel confirmatum maneat in perpetuum. Et ut haec nostrae concessionis^r vel confirmationis auctoritas per futura tempora certior cognoscatur et permaneat inconvulsa, eam manu nostra subterfirmavimus^s et de anulo nostro eam^t sigillari precepimus. Data 7^u. 40 Kal. Iun., anno 10, regnante Karolo glorioso rege, indictione 13. Actum Vermeriae^v palatio regio. In Dei nomine feliciter, amen.

5. De reparatione Remensis ecclesiae ab ipso Hincmaro patrata.

Huiusmodi regiae^w benignitatis functus auctoritatibus et in episcopali sede confirmatus, prefatus Hincmarus archiepiscopus templum beatae Dei genitricis Mariae, quod a fundam⁴⁵entis Ebo renovare coeperat, iste pace gratiaque fruens regia preclari consummavit decoris eminentia. Insuper et aram sanctae genitricis^x Dei auro vestivit ac lapidibus preciosis ornavit. His quoque versibus titulavit:

Hanc aram Domini genitricis honore dicatam
Cultor ubique^y decoravit episcopus Hincmar

a) et presse 1. b) archiepiscopi add. Ud. c) vel Ud. d) episcopi archiepiscopi 1. e) ita Ud.; deest codd. f) ipse 1. g) ita Ud., anno 8, ind. 10, regnante codd. h) nobis vel ad eterne maxime 1. i) deest Ud. k) vel 1. l) futurum 1. m) q. v. desunt 1. n) quod 3. Ud. o) exodem casu 1. p) ita 1^b. Ud.; ad 2. 3. q) perpetua 2. 3. r) conf. v. conc. 2. 3. s) subter firm. Ud. t) illam Ud. u) vi. 2. 3. v) Vermerie 1. w) pone 1. x) Dei g. 2. 3. y) suis 2.

1) Ex Flodoardo Cod. Udalr. p. 41; Bouquet VIII, p. 510. 2) Verberie.

Muneribus gratis, functus hac sede sacerdos,
Iam bene completis centenis octies annis,
Quadragesima simul, quinto volente sub ipsis;
Cum iuvenis Karolus regeret diademata^b regni,
Hunc sibi pastorem poscentibus urbis alumpnis.*

845

Et ad imaginem Dei genitricis in ipso altari:

*Virgo Maria tenet hominem regemque Deumque,
Visceribus propriis natum de Flamine sancto.*

Tecta templi plumbeis cooperuit tabulis, ipsumque templum pictis decoravit cameris, fenestris^c etiam illustravit vitreis pavimentisque^d stravit marmoreis. Crucem eminentiorem gemmis auroque cooperuit. Alias etiam cruces tam auro quam argento paravit. Calicem maiorem cum patena sumptorioque^e fecit ex auro lapidumque preciosorum illustravit nitore. Qui calix postea pro redemptione ac salute patriae Nordmannis datus est; patena adhuc reservatur ibidem. Libellum quoque de ortu sanctae Dei genitricis Mariae, sed et sermonem beati Ieronimi de ipsius^f dominae assumptione scribi fecit et tabulis eburneis auroque vestitis munivit. Locellum etiam quendam, hoc est capsam maiorem, quae a duobus clericis ferri^g solet, fieri iussit argentoque imaginato ac deaurato vestivit; ubi ad urbis huius^h totius tutamentumⁱ multorum sanctorum pignera recondidit. Insuper et alia altaris vasa tam aurea quam et^k argentea preparavit. Euangelium aureis argenteisque describit fecit litteris aureisque munivit tabulis et gemmis distinxit preciosis. His quoque versibus insignivit:

*Sancta Dei genitrix et semper virgo Maria,
Hincmarus presul defero dona tibi.
Haec pia quae gessit, docuit nos Christus Iesus,
Editus ex utero, casta puella, tuo.*

Librum quoque sacramentorum, sed et lectionarium, quos scribi fecit, ebore argentoque decoravit. Candelabra texit argento et templum variis ornavit lampadibus et coronis diversisque tam palliorum quam cortinarum atque tapetium operuit ornamentis. Sacras etiam vestes altaris procuravit ministris. Pluribus^m denique convocatis episcopis, sedⁿ et Karolo rege in^o hanc civitatem adveniente, in honore incomparabilis et perpetuae virginis genitricis Dei Mariae [matrem^o ecclesiam], ut et antiqua fuerat sacra, sollempniter dedicavit et cum coepiscoporum cooperatione sub omnipotentis invocatione Trinitatis solemniter consecravit.

6. De miraculis in eadem^m postea declaratis.

In hac igitur ecclesia multa diversis temporibus Dei virtute sub ineffabilis Christi genitricis Mariae sunt honore patrata miracula. Quorum plurima, quae ante nostram aetatem sunt gesta, nobis habentur incognita. Nos tamen ea, quae coram positi vidimus vel personis quae viderant referentibus agnovimus, silentio^o hic quoque preterire incongruum rati sumus, licet ea versibus olim exaravimus³. Mulier quaedam civis huius urbis nomine Altrudis unicum parvulam nutrebat filiam, quae adhuc sub ubere matris posita efficitur caeca. Pro qua cum variis frustra aestuaret mater remediis, nec ulla posset iuvare medela, ad summum cogitat se vertere medicum, eiusque probat non aptius per quempiam sanctorum poscere posse misericordiam, quam per ipsius unicum, cuius etiam erat ipsa famula, genitricem. Preparansque candelarum^o munuscula tam pro se^p quam pro filia, templum hoc petit, caelitum reginae clementiam rogatura, prefigensque candelabris luminaria, tam pavimentis astrata, cor supplex effundit in vota. Nec se posse presumens sufficere, ministros suppliciter deposcit altaris, ipsius petitionem suis precibus adjuvare. Et quia fideliter^q ac devote postulavit, votum obtinere promeruit lumenque sobolis impetravit. Unde gratias agentem Deo ipsiusque genitricis piissimae cum adiutoribus sibi sacris ministris eam vidimus postea, dum sanam claque contentem suam nobis exhiberet filiam.

Quidam clericus nostrae congregationis carne nobilis Hugo nomine ita nimio dentium fatigabatur dolore, ut nec cibum^r nec somnum pro nimietate valeret aegritudinis capere. Qui requisitus a quodam seniore, exposita suae vexationis afflictione, hoc ab eo consilii accepit, ut coram altari Dei genitricis sese prosternens, eius corde tenus super hac anxietate sua deprecaretur clementiam, et surgens ab ora-

a) sacris 3. b) diadema 1. c) fenestras 1. d) p. quoque 2. 3. e) sempiternoque 1^a. c: deest 1^b. f) a. i. d. 1^b. c. g) deest 1. h) deest 2. 3. i) tutamen 1. 3^b. k) scilicet sed et 1. l) haec des. 1. 2; basi-
85 licam post sacra add. 3; m. e. suppl. ex Hinc. Ann. n) ecclesia add. 3. o) silentium 1. p) candelabrum 1. 2. 3; et m. 3; candelabrum 3^b. q) s. q. p. des. 1. r) d. ac f. 2. 3. s) s. n. c. 2. 3.

1) Cochlear, ut Gallice vertitur, quo nimirum utimur in calice sacro. COLV. 2) Haec ex Hincmari Ann. 862, SS. I, p. 458, petita sunt. 3) Haec inter Flodoardi opuscula metrica iam nota non reperiuntur.

tionem, osculato altari, supra nudum ipsius marmor in qua vexabatur deponeret maxillam, sicque sanan- dum se confidens, domum regressus, cooperiri se vestibus faceret atque sopori permetteret. Quibus ille per ordinem patris, somnum inivit. Tempus autem erat sollempnitatis Domini natalis, et fratres post celebratam vespertinam officium in coenaculo, ubi calefendi causa consueverant colligi, residebant. Prefatus vero frater videt in somnis illic se pro gradibus coenaculi astitisse atque beatam Dei genitricem in superioribus ante ipsius ostium domus consistere. A sinistris in gradu infimo sub specie cuiusdam chirurgi malignum conspexit astare spiritum. Non dubitans autem quae erat illa quam aspicebat domina, pavore tetri hostis abiecto, ad eam usque conscendit, et ante ipsius procedens pedes, eiusdem susceptus est manu, ita ut mentum illius tenens, vexatam piissima domina contingeret maxillam. Et erigens eum blande consolata est, asserens ideo se non inventam ab eo in ecclesia, quoniam ibidem ad custodiam fratrum staret. Ille, inquam, malignus, quem vides hic prope astantem, cogitat huc ascendere et vult nostros fratres conturbare. Precepitque, eum redire et de concessa sibi salute confidere. Qui rursus ad eam se prosternens pedes, erectus est ab ea, vestem tantum purpuream, qua ipsa erat induta, deosculans. Sicque mox excitatus, dari sibi precepit manducare. Quod ut eiusdem domestici audire, insanire illum pulantes, quia tam alacriter sibi cibum dari peteret, anxiosi coeperunt. Ille vero confirmabat, se a beata Dei genitrice sanatum nihilque vel aegritudinis se vel insaniae pati. Sicque celerrime redditus sospitatis, saepe postea fidenter astipulabatur, non se ulterius passurum esse talia, quem tanta saluti restitisset domina. Quod et re vera illi accidit, ut deinceps huiusmodi aegritudinem nequaquam senserit, dum pluribus postmodum vixerit annis.

Huius modo Hugonis clericus et diaconus Ebrardus nomine febris anhelae vexatur aestibus; qui huius aegritudinis agitated angoribus, in cripta, quae sub istius ecclesiae sede in honore beati Remigii consecrata est, fessus residebat, dum illic missae celebrarentur misteria. Cui vi febrium fatigato, ut assolet febricitantibus, sopor irruit. Et ecce, videt beatam Dei genitricem sibi astantem, impositaque manu eius capiti, pertransisse et post altare sese visa est intulisse. Mox ille patefactis oculis surgit, finitibus misterii, iam sanus Amom respondet et alacer officiorum inservit expletioni. Cuius caput ad tactum mirabilis dominae ita est delibutum, acsi oleo eadem hora fuisset perunctum. Quod nos quoque mirati sumus, qui eum ipsa die laetum et comedentem nobiscum vidimus.

Tres denique claudos et poplithus contractis, nullo modo gressum figere valentes in hac ecclesia diversis cognovimus erectos temporibus. Unum siquidem sub episcopatu domni Herivei presulis, qui aliorum manibus illic delatus, propriis regressus est pedibus. Alium sub presulatu Seulfii nomine Maganerum, qui gente Britannus, utroque genu claudus et scabellis inhaerens, inter nos piorum elemo-

924. Nov. 1. sollampnitate celebraremus laudes, ita subito in medio populi iacenti genuum extensi sunt nervi, ut lora quoque, quibus crura cum coxis erant annexa, rumperentur, rupta etiam pelle poplithus ei sanguis deflueret; surgensque, stupente populo, gressibus deinceps usus est propriis. Tertium vero sub huius domni presulis Artoldi pontificatu, eoque missarum sacra celebrante, die sollempni eiusdem sacratissimae virginis, qua Gabriel archangelus ad eam missus ab astris, partum illi mirabilem seculis nuntiavit. Qui claudus, pauper et miserabilis, dum per pavimenti sese marmora traheret, repente solutus extenditur, et tellurem corpore mensus, in pedes tandem erigitur, incessuque novo auxit laetanti gaudia populo, quique adhuc inter nos degens stipite sustentatur presulis.

Quartus quoque quidam ruricola Gerlatus nomine, ex familia huius ecclesiae, hanc urbem adiens oraturus, beatae Dei genitricis ingressus est basilicam. Ubi dum vota profundit, subito marcere dirigit, contractisque nervis, pene cunctis astringitur membris, sicque coartatus, ibidem se permansurum et dum viveret servitutum, si relaxaretur, promisit. Tandem post mensem his absolutis vinculis, ecclesiasticis addidit servitiis. Sicque partim in eadem ecclesia, partim in basilica sancti Dionysii extra murum civitatis per quinquennium incolumis deservivit. Post quod temporis spatium in eadem sollempnitate, hypopanti scilicet Salvatoris, hanc ingressus ecclesiam, dum precibus incumbit, ita rigentibus membris visus est adhaerisse pavimenti, ut nec os nec aliquod membrum ab his relevare valeret. Erectus autem a circumstantibus, tam cruribus quam ambabus contrahitur manibus. Quinta decima deinde die iterum absolutus nec multo post humanis exemptus est rebus. Sed quis enarrare prevaleat, quot hic languentes pene cotidie pia dona salutis sumunt, quot febricitantes, quot salvantur energumini, quis vel edicere pestes hic liberatis hominibus effugas? Sed de innumerabilibus saltem pauca commemorasse sufficiat.

7. De visione cuiusdam Gerhardi presbiteri.

Presbiter quidam de pago Porcensi Gerhardus nomine in quandam dudum deciderat validitatem, ita ut veneno potatus esse crederetur. In qua validitatem sanctorum nonnullis consolatus est visitationibus,

a) salvandum 1. b) n. D. 2. 3. c) calefaciendi 3. d) cir. 2. e) esset 2. 3. f) Precipitque 2. 3. g) deest 2. 3. h) e. p. 2. 3. i) deest 2. 3. Huiusmodi 1; Huius monasterii corr. Ley.; quaedam deesse videntur. k) angustertus 1. l) ipsius 3. m) ministerii 1. n) respondit 2. 3. o) deest 1. p) ut si 2. 3. q) f. h. 2. 3. r) conspexit 3. s) quidem 2. 3. t) Herivei 1 b. u) Maganerum 1. v) extensi — etiam des. 1. w) expelle 1. 60 x) Artoldi 2. y) diem 2. z) Marise add. 3. a) ippap. 1 b. b) deest 2.

1) A. 901—922. 2) Idem narrat Flodoardus Ann. a. 924 (SS. III, p. 374), sed brevius et nunc claudi suppresso. 3) Idem Ann. a. 934, SS. III, p. 382.

beati scilicet Petri apostoli, qui suam ei, quam regobat, præcepit etiam bis ut restaurare^a studeret ecclesiam, atque redarguit per visa, cur totiens medicos salutis suae requisierit causa. Sanctum quoque Remigium postea sibi videt assistere, suam illi pandendo personam, et^b aegritudinis huius remedia pollicentem. Qui mox urbem Remensem adiens, dum, perustralis orationis gratia beatæ Dei genitricis ac sancti Remigii basilicis, in vico noctu requiesceret, ipsius beati Remigii videt se deductum in templum quoddam splendidissimum, ad quod beatissimam conuoluit virginem Mariam properantem, sancto Remigio sanctoque Martino ab utroque latere stipantibus eam. In ipso vero templo multitudo levitici ordinis atque sacerdotalis dignitatis eam expectabat, et diacones induti dalmaticis, quidam^c cum palmis^d, quidam sine ipsis, astabant. Ceterorum quoque sanctorum plurimus hic ordo videbatur. Idem vero presbiter nullius specialiter cognoscebat vultum præter beati Petri, qui sibi iam pridem fuerat revelatus. At postquam beata Dei genitrix ad predictum templum pervenit, ubi eius adventum hic frater se prestolari videbat, requirere coepit, quis ille esset aut quid quaereret. Cui beatus Remigius: 'Famulus', inquit, 'meus est, domina, quaerens a tua pietate salutis remedia'. Quid autem ipsa responderit, iste, ut retulit, audire non potuit. Velum vero quoddam oppansum^e ibidem videbatur; post quod ubi ipsa intravit, splendidus tunc^f sole lumen ab oculis eius^g suscepit, ita ut in id præ^h splendoris magnitudine intendere minime potuerit. Post aliquot denique dies apparuit illi beatus Martinus missumque se a sancto Remigio ad eundem testatus est, asserens etiam illi donatam vitam concessamque medicinam. Restitit tamen postea huic dubietas aliqua de beatæ genitricis persona, quoniam nomen ipsius in visione sibi revelatum non audierat. Sed precabatur assidue, ut Dominus sibi monstrareⁱ dignaretur, utrum ipsa fuisset quam viderat Dei genitrix virgo Maria. Contigit autem illi post sex fere menses, ut subito, dum noctu quiesceret, gravi premeretur aegritudine, adeo ut desperaret, ulterius se posse vivere. Et dum valde anxietur, appensus supra se beatae Mariæ pigneribus, huiusmodi coepit effundere preces: 'O beata Dei genitrix, cuius hic dependent pignera, si re vera, ut credimus, de te nobis hæc superappensæ habentur reliquiae, et si vere^b de te visio est, quam nuper vidi, si tu es illa domina, quam ad illud mirabile templum sanctus Martinus et almus Remigius comitabantur^j euntem, ubi te clarissimus sanctorum coetus expectans, aspiciente^k me, lætanter excepit: fer opem mihi indigno famulo tuo et tandem impetra mihi vitam atque virtutem, ut missæ misteria Domino celebrem et munera vitæ corporis Christi sumere merear. Vosque, beati pontifices Christi, quos cum eadem comitari conspexi, adiuuate me apud ipsam, qui me vestro piissimo consolari dignati fuistis alloquio'. Interea inter angores precesque vix levis obrepit somnus, cum subito sub eodem vultu habituque, quo prius eandem aspexerat^l, beatissima se videndam prebuit regina, cisdem columpomis inmixta, quibus et antea inniti fuerat visa, luce choruscans clarissima. At ille tanto tremefactus splendore nihilque fari ausus, luminibus in terram demissis videbatur stupefactus hæerere. Quem beatus compellens^m Remigius: 'Quid', inquit, 'nos huc advocasti? Nonne vides, dominam nostram Dei genitricem te confortare paratam? Quid dubitans tardas accedere ad illam?' His dictis, tremor abscedit, allevatur animus, elevansque oculos, vires recepit, et ante pedes beatissimæ dominæ frater ille corruisse se vidit. Quem manu ipsa levare dignata, fronti signum crucis imponit et talia prosequitur: 'Ne timeas neque desperes; confide in Domino, quiaⁿ percipies donum ab^o ipso salutis; signumque pulsare iube, ut sacra misteria celebres et gratias Deo referas, eum collaudans, qui^p te post verbera sanat'. His dictis, ab eius recessit visibus, suis stipata comitibus. Sicque mox frater idem collata sibi salute laetus exurgit, et ad explenda iussa festinans, ita suavis^q et alacer effectus est, ut nunquam alacrior esse potuerit. Hæc ut eodem presbitero narrante didicimus, ita describere quoque dignum rati sumus.

8. De aliis quibusdam miraculis.

Hæc inclita caeli regina, ut subvenire solet humili se corde petentibus, sic in presump-
tores vel contemptores ultionis nonnumquam poenas exerit. Quod pie quoque fieri credi-
mus, ut hic in presenti delinquentibus digna ingerantur verbera, ne in futuro graviora eos
excrucient tormenta. Quod autem modo dicturus sum, non ipse vidi, sed multorum relatu
patrum narrari frequenter audivi. Quidam ex clericis nostræ congregationis Bernardus nomine
custos huius erat ecclesiae. Qui petitus a quibusdam levibus personis, ut ipse post scripto monstravit,
quatinus ipsis quaedam sanctorum dedisset pignera, dum quadam die cum quodam puero hic^r solus
esset in templo, correpta quadam pixide in qua sanctorum continebantur reliquiae, ausu temerario præ-
sumpsit aperire. Quo facto, nimio pavore concutitur, et nebula locus totus magna repletur, talique val-
latur horrore, ut non putaret, se amplius vivere. Sicque perdita voce, tam ipse quam puer quib^s secum
erat ultra loqui nec ea quae viderant fari potuerunt.

Quidam quoque custos huius ecclesiae, ut ipse nobis narravit, dum aliqua^s die post matutinales
laudes in ecclesia requiescere vellet, arripiens templi tapetia, lectum sibi ex his stravit ibique sese somno
dedit. Et ecce, matrona quaedam sub habitu senili eidem apparuit, quæc herbas quassdam secum vide-
batur deferre. Hæc primo quidem blandis eum coepit affari sermonibus. Ubi vero sacra sub^t eo con-
templatur tapetia, taliter inquit, eum mutato quoque vultu terrens, aggressa: 'Et tu dominæ sanctæ Dei
genitricis ausus es violare ac pedibus sacra superbe conculcare ornamenta, nec tantam timuisti dominam?

a) restauraret eccl. 1^{b. c.} b) deest 1. c) quoddam 1. d) psalmis 1^{b. c.} e) appensum 2. 3. f. hanc 1? 2? 3?; deest 3. g) huius 2. 3. h) deest 2. i) comitabantur 1. k) aspicientem me 2. 3. l) aperit 1^a. m) compellens 2. n) quod apercipies 1. o) s. a. i. 1^{b. c.} p) quod 1. q) sanus 3. r) ministravit 1. s) hoc 1. t) die a. 2. u) r. s. e. 1^{b. c.}

Modo quidem parcem; nunquam tamen ultra presumas talia'. Exemplumque dedit illi de quodam, qui sic sibi lectam solbat sternere, quem novimus olim aerumnis affectum in pauperrimo quoque stratu obisse. Ita deterritus surgit, propriamque culpam confessus, scammis tapetia reddidit et Dominum super hac correptione sua eiusque collaudat genitricem. Hanc autem dominam, quae se visitaverat, non agnovit, a beata Maria tamen fuisse credimus missam.

Novimus etiam quosdam devotos atque promissos a parentibus in hac ecclesia fore Christo eiusque genitrici servituros. Quod vatum dum vellent postea mutare parentes, prolis sunt coacti languore suam promissionem adimplere.

Dudum cum^a agricolae urbi vicini post pascha solito de more hanc petissent urbem, huius admirabilis dominae requirendo suffragia suaque vota ferendo, quaedam villae consueta quorere neglexere 10 presidia. Quarum messes, cum iam tempus instaret metendi, tanta tempestatis sunt atritae grandine, ut pene omnia eorum perierint sata, vineae quoque, adustus fractisque pampinis, uvarum amiserint fructum. Eorum vero fines, qui se huius piissimae dominatricis munere^b subsidiis, neque tangere, nedum intrare grandio presumpsit. Siquae deinceps tam hi quam ceteri quique contigui promptius libentiusque annuatim eiusdem dominae nostrae, sancti quoque Remigii celerorumque sanctorum, hanc Remensem adeuntes 15 urbem, consueverunt expetere patrocinia.

9. De^c secunda beati Remigii corporis translatione.

Prefatus denique presul Hincmarus criptam preclari operis ad pedes sancti Remigii construxit et corpus eiusdem beatissimi patroni de loco criptae prioris una cum sepulchro ipsius in eadem, collectis Remensis dioceseos episcopis, ut iam superius dictum est¹, trans- 20 tulit; et ante ipsius sepulchrum opus egregium auro edidit gemmisque distinxit, fenestram inibi, unde sancti sepulchrum videretur, fecit et circa ipsam fenestellam hos versiculos indidit:

*Hoc tibi, Remigi, fabricavit, magne, sepulchrum
Hincmarus presul, ductus amore tuo,
Ut requiem Dominus tribuat mihi, sancte, precatu
Et dignis meritis, mi venerande, tuis.*

Euangelium aureis litteris insignivit ac parietibus aureis gemmarumque nitore distinctis munivit, versibus etiam auro inditis^d pretitulavit². Sed et crucem maiorem cooperuit auro gemmisque decoravit. Librum quoque sacramentorum sub eburneis tabulis argento pre- 30 signavit, sed et lectionarium ad missas librum pari decore venustatum ibidem contulit aliosque^e libros et ornamenta nonnulla eidem venerabili loco delegavit. De corpore ipsius beatissimi Remigii non est ausus aliquid^f sumere, sicut ipse quoque testatur in epistola³ ad Ludovicum regem⁴ Transrenensem⁵, qui⁶ id sibi ab eo petebat muneris. Sed hic pontifex pro maxima presumptione asserit se duxisse corpus eius, quod Dominus per tanta 35 tempora integrum conservaverat, dirumpere.

10. De pallii usus^a cotidiani a Romanae sedis presule perceptione^b et rebus ecclesiae sub^c eo concessis.

Hic denique venerabilis presul Hincmarus pro suae sanctitatis ac sapientiae reverentia per interventionem Lotharii imperatoris¹ pallium ad cotidianum suscepit² usum a quarto 40 Leone papa³, a quo iam aliud perceperat in designatis sibi sollempnitatibus debite fruendum. Quem cotidianum pallii usum nulli unquam archiepiscopo se concessisse vel deinceps concessurum esse, idem papa in epistola tunc⁴ ad eum directa testatur. Scripsit autem prefatus pontifex ad eundem papam Leonem sexies, ut ipse in quadam ad eundem asserit epistola⁵, vel septies, sua dirigens ad eum scripta. In hac vero epistola de his, quos teme- 45 ritas corepiscopalis ordinare vel quod sanctum⁶ Spiritum consignando tradere presumebat,

a) dum 1. b) munere 1b. c. c) rubrum deest 1. d) inclitis 1. 3b; inclitis 3. e) abaque 1. f) aliquod 1. g) deest 2. h) Transyberniensem 1. i) quod 1. k) usu ... percepto 1. l) ab 2. m) recepit 2. 3. n) deest 1. o) Sp. sa. 2. 3.

1) Lib. I, c. 21, supra p. 437. 2) Haec et sequentia iam supra lib. III, c. 5, p. 479, ubi etiam versus laudati leguntur. 3) Eandem epistolam laudat Flodoardus supra lib. I, c. 5, p. 417, et infra lib. III, c. 20. 4) Responsum Leonis IV. ad Lotharium vulgavit Ewald, 'N. Arch.' V, p. 381. 5) Epistolam Leonis ad Hincmarum directam, quam Flodoardus exscripsit, vid. ibid. p. 382. Hoc secundum pallium c. a. 851. datum esse, cum Ewaldo ibid. p. 395. concordo. Cf. Noorden p. 129 sq., qui hoc saltem ante a. 853. factum esse evincit. De primo pallio (c. a. 847) cf. supra I. III, c. 2, p. 476. — De eisdem rebus agit Flodoardus 'De Christi triumphis apud Italiam gestis' (Migne CXXXV, p. 815) lib. XII, c. 1: *Pontifici nostro Hincmaro bis pallia legans, Dat primum festis, ad sedula vota secundum, Ulli quod nunquam testatur cedere patrum. I. H. Quarum epistolarum iam nulla exstat.*

requisivit¹. Et quod terrena potestas hac materia saepe offenderet, ut videlicet, episcopo quolibet defuncto, per corepiscopum solis pontificibus debitum ministerium perageretur, et res ac facultates ecclesiae secularium usibus expenderentur, sicut et in nostra ecclesia iam secundo actum fuisset. Item de his quos dominus Ebo post depositionem suam ordinaverat. In alia vero² epistola³ scribit⁴ de quodam Fulcrico⁵, Lotharii imperatoris vassallo, de quo etiam pridem ei significaverat, pro quo ecclesiae nonnullae per hoc regnum maximum patiebantur impedimentum, qui, uxore sua dimissa, postquam excommunicatus ab eo proinde fuerat, aliam insuper ducere presumpsit uxorem. Item in eadem de privilegiis huius Remensis ecclesiae, quae habuit ab initio, quo privilegia sedes habere coeperunt; et quia Remorum episcopus primas inter primates semper et unus de primis Galliae primatibus extitit nec alium se potiore preter apostolicum presulem habuit, ut scilicet ea, quae tanto tempore ab antecessoribus ipsius huic sedi sunt concessa et conservata, conservare et augmentare dignetur.

Ab imperatore quoque Lothario preceptionis imperialis auctoritatem super quibusdam rebus coniacentibus in his locis: Meuravallis⁶, Termedo⁷, Roserolis⁸, obtinuit, quae tempore Karoli imperatoris⁹, occasione quadam interveniente, a Remensi sunt abstractae ecclesiae et publicis usibus subactae, quas hic Lotharius imperator ad partem Sanctae Mariae ac Sancti Remigii sua restituit auctoritate. Qui Lotharius imperator nonnullis hunc presulem Hincmarum apud Leonem papam honorifice commendasse reperitur epistolis¹⁰ atque legatis. Sed et quando Romam petere idem pontifex disposuerat, epistolam suam idem imperator pro eo premitens, suggessit prefato papae, ut ipsum decenter amabiliterque susciperet¹¹, et quicquid ab eo postulasset, libenter¹² ei liberaliterque tribueret. Item aliam¹³ pro sinodalibus diffinitionibus, de ordinatis ab Ebone post suam depositionem a sede apostolica confirmandis et quibusdam privilegiis eidem Hincmaro sedique Remensi concedendis; et quia illum volentem Romam proficisci tam ipse quam frater suus Karolus rex¹⁴ Franciae, quando valde necessarius eis erat ad sopiendas quae tunc exortae fuerant perturbationes, retinerent. In qua epistola commemorat, quod in hac sede Remensi beati Sixti, primi eiusdem episcopi et apostolorum discipuli, predecessores ipsius papae Stephanus Pippino et Leo Karolo Magno apostolica contulerint munia, alius quoque Stephanus Ludovicum augustum in eadem sede imperiali diademate coronaverit. Ad¹⁵ hoc denique obtinendum, quod pro predicto presule petebat, idem Lotharius Petrum Spoletanum¹⁶ episcopum, mandatis super hac re per semet instructum, executores direxerat et alium Petrum Aretinum¹⁷ episcopum litteris exinde commonuerat aliosque quosdam tam suos quam premissi papae fideles ad id peragendum¹⁸ destinaverat. Eidem Lothario imperatori scribit prefatus presul Hincmarus de Fulcrico, eius vassallo, quem excommunicaverat, qualiter ad poenitentiam venire debeat. Item aliam epistolam, in qua continentur culpae ipsius Fulcrici, et quomodo eum rationabiliter excommunicaverit, quia noluerit ad poenitentiam venire. Item aliam, in qua valde collaudat eum, congaudens eius humilitati, quod

a) quoque 2. 3. b) deest 1. c) Menrav. 1. 3b. d) episcopis 1. 3b. e) I. extridueret 1^a, ubi liberaliterque, postea 40 *suprascripto* ei, deest; 1. I. extr. 1b. c. f) ex 1. g) Spoletium 1. h) Aretinum 1b. i) peragendum 1.

1) De hoc loco et de dignitate chorepiscoporum cf. ad Nicolaum I, Opp. II, p. 307 (Migne II, p. 85) quae disputavit Weizsäcker, 'Hinkmar und Pseudo-Isidor' (Niedner, Zeitschr. f. hist. Theologie' 1858), p. 367. 2) Hanc rescripsisse videtur ad epistolam Leonis IV. c. a. 851. pro Fulcrico ad ipsum directam, quam luci dedit Ewald, 'N. Arch.' V, p. 385 sq. De Fulcrici causa cf. infra c. 20. 21. 28. 3) 'Falcarius' in cod. Londinensi epistolae Leonis dicitur, sed minus recte hanc praetuli formam Ewald 1. l. 4) De qua non constat; Menneville coniecit Lej. 5) Termes (départ. Ardennes, arrond. Vouziers). 6) Haec villa ignota est. 7) Karolus c. a. 795—804. episcopatum occupaverat; cf. quae I. II, c. 18, p. 465. sunt adnotata. 8) Ita etiam in epistola Mansi XIV, p. 884 sqq., de qua v. supra I. III, c. 2, p. 477; sed hic posteriorem intelligere videtur. 9) Fragmentum huius epistolae, quam Flodoardus iam supra I. II, c. 19, p. 469, laudavit, Hincmarus in epistola ad Nicolaum I, Opp. II, p. 307 (Migne II, p. 85) prodit. Post fragmentum Hincmarus pergit: *Sicque cum ista epistola et cum legatione imperatoris per praefatum venerabilem episcopum (Petrum Aretinum) missos meos cum litteris Romam direxi, quibus in via nuntius venit de obitu papae Leonis.* Apparet ergo, epistolam paullo ante d. 17. Iulii 855. scriptam esse. — False attribuit fragmentum Leoni IV. Mansi XIV, p. 887. I. H. 10) Quae ab hoc loco sequuntur, concordant cum fragmento huius epistolae ap. Hincmar. I. l.: *Sed ad nostras petitiones exequendas et obtinendas Petrum venerabilem et dilectissimum nobis Spoletinum episcopum circa voce nostra vice exercitorem instruximus, et alium Petrum venerabilem acque et amatissimum episcopum Aretinum litteris commonimus et alios fideles vestras atque nostros similiter inde monimus.*

ipsius obaudierit monitis super prefato excommunicato, absolvitque¹ eum id humiliter deprecantem pro participatione quam habuerat cum ipso. Item postquam convalescerat idem imperator de infirmitate sua, in qua epistola eum satis episcopaliter, licet succincte, de salute admonet animae. Et alia nonnulla eidem scripsit.

A Karolo denique rege suo hic presul Hincmarus cellam in honore sancti Martini in 5 municipio Vongo² constructam cum omnibus ad eandem cellam iuste pertinentibus ad partem Remensis ecclesiae reimpetravit ac per auctoritatis ipsius preceptum recepit. Ad ipsius suggestionem dedit idem Karolus rex ecclesiae sancti Remigii vel monachis ibidem Deo servientibus res quasdam, hoc est in pago Pertinse³ in villa Baildronis - curte mansa duo et in Dodelini⁴ monte mansa duo atque in Waldonis - curte mansa duo cum mancipiis⁵ et omnibus ad easdem res legaliter aspicientibus. Preceptum quoque ipsius Karoli de via, quae impediabat ad claustrum canonicorum sanctae Remensis ecclesiae amplificandum, quoniam et numerum eorundem canonicorum augmentaverat, idem dominus Hincmarus obtinuit. Res praeterea quasdam, quae ab hoc rege dudum fuerant episcopo subtractae, ecclesiae reintegrari laboravit, id est villam Noviliacum, quam Karolomannus ad ecclesiam 15 sancti Remigii pro animae suae dedit⁶ remedio⁷, tam ipsam villam quam res et⁸ mancipia, quae diversi homines dono regis retinebant, ad eandem pertinentia. Item res aliquas in Culmissiaco⁹ et Bairaco¹⁰ sitas. Item res super fluvium Rotomnam¹ et in aliis nonnullis locis coniacentes. Itemque a rege Ludowico Transrenensi preceptum restitutionis accepit super quibusdam rebus Sancto Remigio quondam delegatis, hoc est in pago Wormacensi¹¹ Scavenheim¹² cum omnibus ad se pertinentibus, Cosla et Gleni in saltu Vosago, in Turingia¹³ quoque et Austria in loco qui dicitur Schönerunstat¹⁴ et in Helisleba¹⁵ cum omnibus ibidem aspicientibus. Res quoque nonnullas iuraque ecclesiae ac mancipia legibus per advoca- 20 tos evindicata recepisse reperitur. Res etiam nonnullas episcopi, terras scilicet atque mancipia cum diversis personis, ad incrementum ecclesiae pro partium oportunitate com- mutavit; sed et precepta regalia super pluribus earum rerum commutationibus¹⁶ obtinere curavit. Canonicis quoque huius Remensis ecclesiae¹⁷ hospitale constituit ad susceptionem peregrinorum vel pauperum, congruis ad id rebus deputatis, cum consensu coepiscoporum Remensis dioceseos atque subscriptionibus eorundem, ea conditione, ut nullo unquam tempore quilibet episcopus vel quaelibet persona easdem res cuiquam in benefi- 30 cium dare vel in alios usus quocumque modo abstrahere presumat neque aliquem censum vel redhibitionem exinde accipiat, sed totum, quicquid¹⁸ ex ipsis rebus iuste adquiri poterit, in usus pauperum atque canonicorum secundum modum descriptum in privilegio a se et ceteris episcopis confirmato expendatur. Super hoc quoque constituto regiae auctoritatis preceptum a Karolo rege fieri atque firmari obtinuit. Res praeterea et villas episcopi 35 pene omnes, ordinatis rationabiliter coloniis, describi fecit¹⁹.

11. De sinodo comprovinciali apud Suessionicam²⁰ urbem habita.

Hic honorabilis presul Hincmarus anno sui episcopatus 7¹¹ sinodum habuit comprovinci- 40 calem¹² apud Suessionicam urbem in monasterio Sancti Medardi in ecclesia sanctae Trinitatis honore sacrata cum Wenilone Sennense¹³ archiepiscopo, Amalrico Turonense¹⁴, Theoderico Cameracense episcopo, Rothado Suessionico, Lupo Catalaunense, Imnone Noviomagense, Erpuino Silvanectense, Ermenfrido¹⁵ Belvacense, Pardulo Laudunense, Hilmerado¹⁶ Ambianense, Hucherto¹⁷ Meldense, Agio Aurelianense, Prudentio Treacasino, Herimanno¹⁸ Nivernense, Iona Augustudunense¹⁹, Godelsado Cavillonense²⁰, Dodone Andegavense²¹, Guntherto Ebroicense²², Hildebranno Sagense, Rigbodo Remorum coepiscopo²³, residentibus etiam 45

a) Portinsi 2. 3. b) Dodeli 1. c) r. d. 2. 3. d) e 1. e) Culmissiaco 1^b. f) Rotomnam 1 (Rotomnam 1^b). g) Scavenheim 1; Stadenheim 3. h) Scra. 1^b; Schover. 3. i) ad — earum rerum infra post huius ponti 1^b. k) commutationibus 1. l) quicquid 1. m) Suessionicam 2. n) Senonensi 3. o) —ense 1 semper hoc loco; —ca 2. p) Ermiat. 1^b. q) Hiem. 1. r) Huberto 2. 3; Hucherto 1. s) Hermano 1. t) Augustudunense 1^b. u) Cavillonense 1. v) Andegavense 1. w) Ebroicense. 1. x) da 1. 2. 3; chorep. 3^b. 50

1) Circa a. 852. vel paulo post vituperat Leo IV. p. 108, n. 4. 7) *Trans Renam 40 solidos* etc., ibid. Hincmarum, quod imperatorem Fuleric causa ex- p. 110, n. 18. 8) Eisleben. 9) scilicet Sanctae Mariae. Cf. N. Arch. V, p. 390 sq. 396. Mariae. 10) Polyptychon Sancti Remigii usque ad 2) Vuney (départ. Ardennes, arrond. Vouziers). 3) Le . tempus Hincmari ascendere, docet Guérard p. vii. Perthois. De pago Porcinse v. supra p. 428 n. 3. 11) Octavo potius. 12) V. Acta ap. Mansi XIV, 55 De villarum situ nihil constat. 4) Vid. supra l. II, p. 982. et Hincmarum, De praedest. II, c. 36, Opp. I, c. 17, p. 464. 5) Berry — au — Bac. (arrond. Laon, p. 322. 13) *coepiscopo* legendum vel intelligendum esse patet; cf. supra p. 466, n. 19. 50

presbiteris et abbatibus, Dodone abbate monasterii Sancti Sabini, Lupo abbatē monasterii quod dicitur Ferrarium, Bernardo abbate monasterii Sancti Benedicti quod dicitur Floriacum, Odone monasterii quod dicitur Corbeiae, Heirico monasterii Corbionis, Bavone monasterii Orbacensis, et quam pluribus aliis sacerdotibus et abbatibus, astantibus diaconibus ac reliquorum graduum clero, residente quoque in medio glorioso rege Karolo. Ubi quaedam necessaria ecclesiae Dei sunt pertractata negocia. Ad quam sinodum accedentes quidam Remensis ecclesiae canonici ac monachi, videlicet Radoldus, Gisloldus, Vulfadus, Fredebertus ex canonicis ipsius matris ecclesiae, Sigismundus ex coenobio Sancti Theoderici, ex monachis autem monasterii Sancti Remigii Nortwinus, Heinradus, Mauringus, Anteus, Tetlandus, Hairohaldus, Radulfus, Huicpertus, clamaverunt, suspensos se a prefato archiepiscopo suo ab administratione ordinum ecclesiasticorum, ad quos ab Ebone quondam proveci fuerant. Super qua reclamazione elegit prenotatus pontifex Hincmarus iudices sibi Wenilonem et Amalricum supra taxatos archiepiscopos, Pardulum quoque Laudunensem episcopum, qui in hoc iudicio locum metropolitanae suae servaret auctoritatis. Ipsi clamatores eosdem indices suscipientes, addiderunt etiam Prudentium Treccasinae civitatis episcopum. Hi iudices constituti hoc indicaverunt, quod, si Ebo archiepiscopus in suo statu manens canonicè hos fratres ordinaverit, deberent ministrare; si etiam iniuste deiectus et canonicè restitutus post suam canonicam restitutionem eosdem ordinaverit, sine ulla quaestione deberent etiam ministrare. Unde interrogati sunt ordinatores Hincmari, ut edicerent, quid de Ebonis depositione et Hincmari comperissent ordinatione. Tunc surgens Theodericus Camaracensis episcopus, porrexit in conspectu principis et sinodi scriptum, continens ordinem depositionis prefati Ebonis. Tum ventilatum est, qualiter exauctoratus episcopus restitui debeat, et quia idem Ebo restitutus canonicè non fuerit, insuper et ab apostolica sede, Sergio papa confirmante deiectionem illius, dampnatus extiterit, ut in laicali tantummodo communione maneret. Tum recitata auctoritate, qualiter metropolitanus debeat ordinari, litteris quoque canonicis Erchamradi episcopi Parisiorum ecclesiae confirmatis sua suiue archiepiscopi et coepiscoporum suorum manibus, quas ad petitionem Remensis ecclesiae cleri ac plebis Hincmaro tribuerat, decreto etiam canonico Remorum cleri nobiliumque manibus roborato, qualiter eundem Hincmarum sibi postularunt ordinari episcopum: ostensum est, canonicè cum presentia vel consensu omnium coepiscoporum Remensis dioceseos eum ordinatum archiepiscopum. Post haec surgens idem Hincmarus, in conspectu principis et sinodi porrexit litteras canonicas, quas ordinatum sacri canones ab ordinatoribus accipere iubent, diem preferentes et consulem. Porrexit etiam epistolam Remensis provinciae ac pene totius Galliae manibus episcoporum subscriptam, ad apostolicam sedem pro confirmatione ipsius ordinationis datam. Ostendit etiam diploma sacrum ipsius venerandi principis manibus insignitum et sigillo subtersignatum, ex approbatione suae ordinationis ad eandem sanctam et apostolicam Romanam ecclesiam. Sicque indicatum atque confirmatum est, Hincmarum episcopum canonicè ordinatum. Deinde ventilatum est, quod decernendum foret de his quos Ebo post suam depositionem absque legitima restitutione presumpserat ordinare. Tunc surgens Inno Noviomagensis episcopus, porrexit rotulam auctoritatem canonicam et apostolicam continentem, quoniam, qui ab ipso visi fuerant ordinari in gradibus ecclesiasticis, ab eodem quod ipse non habuit nemo eorum accipere potuit, et cetera. Sicque decretum est, ut, quicquid in ordinationibus ecclesiasticis Ebo post depositionem suam egerat, secundum traditionem apostolicae sedis preter sacrum baptismum, quod in nomine sanctae Trinitatis perfectum est, irritum haberetur, et ordinati ab eo gradibus ecclesiasticis privati existerent. Tunc unus ex predictis fratribus nomine Fredebertus libellum proclamationis legit, in quo continebatur, quod ideo se ab Ebone permisissent ordinari, quia viderant suffraganeos Remensis ecclesiae, Rothadum videlicet episcopum, Lupum, Simeonem, Erpwinum in metropolim Remensem ecclesiam convenisse cum litteris imperatoris Lotharii et eundem Ebonem restituisse. Et insuper ostenderunt iidem prefati clerici litteras quasi ex nomine Theoderici episcopi, Rothadi, Lupi, Immonis ac ceterorum huius dioceseos episcoporum manibus

a) deest 1. b) q. d. Fl. s. B. 2. c) q. d. dex. 1. d) Corbiace 2. e) Heirico 2; Heirico 3. f) Vulfadus 1. g) Sigem. 1. 3. h) Nortwinus 2. 3. i) Anteus 1^a. 3. k) Tetlandus 1^b. l) Hairoldus 2. 3. m) Huicpertus 2; Wicpertus 3. n) admiratione 1. o) qui 2; quod 1; quae 3^b. p) Camerac. 2. 3. q) conspectum 2. 3. r) dampna eius 1. s) laica G. Cam. t) Erchamradi 2. 3. u) id est 1. v) ordinatur ibi 1. w) esset 1. — a) prob. 1^b. x) quid 3. y) deest 1, sed infra post auctoritatem legitur. z) ausi 1. a) L. imp. 2. b) huius 2. c) Imonis 1.

853 roboratas, quae tamen ab eisdem episcopis recitatae falsaeque sunt comprobatae; et quia talia episcopis impingere presumpserint, iussi sunt communione privari. His ita terminatis, decreto iudicum atque consensu principis Hincmarus archiepiscopus primatus sui locum recepit. Tum de presbitero quodam et abbate Altvillarensis^b coenobii nomine Halduino^c, qui ab Ebone diaconus visus fuerat ordinatus et a Lupo postea Catalaunensi episcopo^d presbiter fuerat consecratus, mota est quaestio. Surgens itaque Lupus episcopus, porrexit volumen, in quo continebatur, quomodo iussus est regis litteris Karoli regis, ut, quia metropolis Remorum ecclesia pastore carebat, in confectione crismatis aliisque negotiis ecclesiasticis pro sui possibilitate consulere procuraret. Quocirca cum epistola regia, ut ipsum Halduinum^e presbiterum ordinaret atque in Altvillari^f monasterio abbatem sacra- ret, archidiaconus Remensis ecclesiae cum aliis comministris tam canonicis quam monachis illi obtulerit, quemque ad votum prefati principis et offerentium ordinaverit. Unde iudicatum^g est a synodo, eundem episcopum nihil dampnationis de illius ordinatione attigisse; sed qui saltu sine gradu diaconi^h ad sacerdotium prosilierit, in degradationem debitam resilire deberet. Deinde requisitum est de his qui Eboni post depositionem suam communicaverant, et recitataⁱ auctoritate, qualiter sanari deberent, repertum est ex canonicis institutis, eos post satisfactionem, data illis indulgentia et communione sacra cum benedictione tributa per eorum proprium episcopum, operante^j domino nostro Iesu Christo, purificari atque sanari posse. Quod et actum est per venerabilem Hincmarum archiepiscopum. His ita peractis, benignus princeps Karolus petit Hincmarum archiepiscopum reliquosque pontifices, ut, quia prefati fratres gradus ecclesiasticos obtinere non valebant, communionem saltem recipere possent per synodi indulgentiam. Quod et pietas sacerdotalis licenter assensit et misericorditer eisdem fratribus veniam concessit. Et ita haec omnia gestis inserta et in conspectu synodi recitata et rata iudicata, predictorum manibus episcoporum et aliorum qui interfuerunt subscriptione firmata sunt.

Quae actio synodi sedi apostolicae ab Hincmaro directa et a Benedicto papa, Leonis successore, corroborata est^k. Qui etiam Benedictus papa privilegium auctoritate beati Petri et apostolicae ipsius sedis huic presuli nostro Hincmaro contulit, sanciens, ne quilibet huius dioeceseos regulis subiectus, eo contempto, impune auderet seu valeret aliena exspectare aut expectare iudicia.

866. Sed dominus Nicolaus^l, eiusdem Benedicti successor, petentibus sedem apostolicam prenotatis deiectis, prememoratae gesta synodi retractasse atque reprehendisse reperitur^m, precipue quod sola obedientia subditorum reputata fuisset in culpam, et qui prelati iudicio temere non restiterunt, sed humiliter colla subdiderunt, severissime punirentur, et qui misericordiam petiverant, nee iustum, ut asserit, iudicium meruerint. Intimat etiam, quomodo dominus Hincmarus pro his actis concilii Leoni papae non semel supplices litteras miserit, quatinus idem concilium approbans auctoritate apostolicaⁿ roboraret. Quod ille agere sollicito renuerit, eo quod per aliquos ex his episcopis qui synodo resederant, ut dubitatio foret radicibus evulsa, eiusdem synodi statuta destinari debuissent, precipue quam ibidem legati sedis apostolicae presentes non fuerint. Et quia hi, quos ille auctoritate synodi affirmabat depositos, per proprias litteras sedem^o apostolicam appellaverint et vellent iterum se apostolicae sedis audiri presentia; precepisse quoque eundem papam^p, ut Hincmarus presul ad concilium cum illis occurreret, ad quod suum ipse legatum, Petrum videlicet^q episcopum Spoletanum, e latere suo direxerat, ad renovandum scilicet iudicium vice sua. Cui audientiae^r quoniam dominus Hincmarus suam non exhibuit presentiam, voti effectus frustrato, Leo pontifex ab hac luce subtractus est^s. Benedicto autem viro apostolico succedente, eidem^t subreptum fuisse et in ipso consecrationis eius principio suasum, ut illud firmaret concilium^u; non tamen ei suaderi potuisse, ut a iustae diffinitionis tramite declinaret. Verum ita per ei concessum privilegium illius concilii^v roborasse institutum, ut

a) *deest* 2. 3. b) Altvillarensis 1; Altvillaris 3b. c) Hald. 1; *sed post* Balduino. d) Alduinum 2. e) Altvillari 1. 50
f) iudicati id est a 1b. g) *ita* 1. Act.; diaconi 2. 3. h) et recitat et a. 1; et recitati et a. 2. i) operante — archiepiscopum *des.* 1. k) Nicolaus 1 *saepius*. l) auct. synodi apostolica 1. m) ad s. 1. n) videlicet et 1. o) evidente 1.
p) *deest* 2. q) eiusdem 1. r) consil. 2 *saepius*.

1) Haec et sequentia secundum epistolam Benedicti III. (a. 866), Mansi XV, p. 738 sqq. 2) Haec tum huius epistolae a Leone IV ad Hincmarum 55 usque ad p. 487, l. 33. excerpit Flodoardus ex epistola Nicolai I ad episcopos synodi Suessonicae directae v. 'N. Arch.' V, p. 380.

auctoritatis summam sedi apostolicae reservavit, ita decernens, manere inconvulsa quae 866.
 petebantur, si ita essent per omnia, quae de illa synodo ab Hincmaro referebantur, et ut
 inde quaestio nullis aliquando temporibus oriretur. Sed quoniam non ita per omnia, ceu
 suggestum est^a, fuisse comprobaretur, merito asserit in irritum deductum, quod contra
 5 deictos non simpliciter^b fuerat impetratum. Quocirca primum quidem domno Hincmaro
 mandavit, uti commemoratos viros, Vulfadam scilicet collegasque ipsius, clementi animo
 studeret ad se revocare^c, et de restitutione ipsorum secum fraterne tractaret atque miseri-
 corditer consummare contenderet. Alioquin ad concilium cum his episcopis, quibus et ipse
 15 quoque papa pro hoc ipso scripserat, simul occurreret, quatinus omnes in unum convenien-
 tes causam eorundem clericorum examinarent et, non aliqua emergente disceptatione, Deo^d
 pre oculis habito, diffinirent. Si vero quaelibet inter partes disceptatio proveniret, ad
 sedem apostolicam suae^e suscepturae speciale iudicium personae vices^f tenentes utrius-
 que lateris convenirent. At Dei gratiae iuvamine hoc peracto iudicio, intimat, se litteras
 suscepisse amplectendae dilectionis omnium qui interfuerunt episcoporum, manifestissime
 25 significantes, crebro memoratos clericos a totius consona voce concilii dignos graduum
 suorum receptione pronuntiatos. Ubi nulla, sicut in^g litteris eorundem episcoporum repe-
 riebatur, disceptatio provenit, nulla, sicut putatum fuerat, varietas alia atque alia defen-
 dentium accidit, nullus accusator, nullus condempnator repertus est, sed cunctorum una
 eademque sententia atque in restitutione ipsorum diffinitio claruerit, eisdem innoxiiis a^h
 20 cunctorum unanimitate modis omnibus approbatis. Reprehenditⁱ autem et hoc quoque
 concilium prefatus papa Nicolaus, quod non sollempniter omnia, iuxta quod ipse diffinive-
 rat, egerint, sedi apostolicae plena relatione actionis seriem reserantes; debuisse, aiens,
 quicquid de Ebonis deiectione, reclamatione^k, horum clericorum promotione et ipsius
 Ebonis iterata repulsione ad aliamque ecclesiam migratione, vel undecumque ibi quod veni-
 25 latum est, ei scripto unanimiter, pleniter ac fideliter intimare, sed et monumentis insertum
 ad pleniorum penes se noticiam et certitudinem reservare. Precepit ergo, ut, quaecumque
 super hac re scripta tam a sede apostolica quam a nostratibus edita reperiantur, et quod
 hinc presul Hincmarus et illi deiecti clerici sedi apostolicae suggererint atque retulerint,
 in volumen unum, ordine quo missa sunt, redigerentur et apostolicae sedi, exemplaribus
 30 sibi reservatis, summo studio dirigerentur. Et si de cetero quid tale forte contigerit eve-
 nire, propter quod conventum in regionibus his fieri sacerdotum precipiat, hoc inter cetera
 nulla penitus oblivioni tradant, sed post omnia id agere maiorum more studiosissime sata-
 gant. Et cetera.

Premissi denique concilii presules apostolicae sedis obediens preceptis, ordinem 867.
 rerum gestarum de Ebonis deiectione vel restitutione iterataque^l repulsione colligentes,
 eidem venerabili papae miserunt, huiusmodi preferentes epistolam:

*Reverentissimo¹ et sanctissimo domno patri ac papae^m Nicolao episcopi, qui preterito anno
 per gratiam Dei et decretum vestrum apud Suessonicam urbem cum aliis, qui tunc nequie-
 runt adesse, convenimusⁿ. Seriem rerum gestarum de Ebonis quondam Remorum archie-
 40 piscopi deiectione^o, sed et de^p ipsius restitutione necnon et de fratris Vulfadi^q ac collegarum
 eius promotione et iam dicti Ebonis iterata repulsione ad aliamque ecclesiam migratione, unde
 a nobis investigari et vobis remandari iussistis, quia his nemo nostrum in ordine episcopali
 interfuit, nisi frater Rothadus^r, sicut ex regum et episcoporum monumentis, qui interfuerunt et
 scriptis suis posteris^s reliquerunt, breviter collegimus, vestrae sanctissimae paternitati et pre-
 45 cellentissimae auctoritati transmittimus. Quae antea^t colligere et auctoritati vestrae dirigere
 necessarium non putavimus^u, quoniam, sicut vobis per Egilonem^v venerabilem archiepiscopum
 scripto suggestimus, in quo nullam memoriam de quacumque Ebonis deiectione habuimus*

a) deest 1. b) suppliciter 1. c) vocare 2. 3. d) Deo — disceptatio des. 2. e) ita codd.; suum Ep. Nicolai.
 f) cives 2. g) in — sicut des. 1. h) a. c. des. 1. i) Reprehendat 1b; Reprendit 2. k) revelatione Ep. N. l) iteratam 1.
 50 m) universali p. M. n) deest 2. o) deiectione M. p) Vulfaldi 1 b. c. q) Rothaldus 1 b. c. r) atque relationibus add. M.
 s) ante 2. t) atque ideo ampliora scribere sagacitati vestrae supersedisimus add. M., ubi quoniam necessarium vidimus
 desunt. u) Egilonem 1.

1) In multis convenit cum epistola, quae in synodo ipsi dicunt, supra p. 473, n. 1) habuisse censendus sit.
 86. Kalendas Novembris prima indictione apud Treca^s Nota vero, neque quam ipse praebet inscriptionem
 35 data dicitur (Mansi XV, p. 791). Sed non pauca neque quae edita legitur, recte se habere, sed post
 etiam ab ea recedunt, ita ut Flodoardus etiam hoc *Suessonicam urbem* quaedam esse supplenda (*con-*
 loco alteram episcoporum epistolam ('schedulam', ut *gregati fuerunt et iam*, vel aliquid simile).

867. nec haberi tunc necessarium vidimus, nobis in eorum^a fratrum restitutione non quidem disceptantibus nec alia atque alia decernentibus, sed unum idemque secundum traditionem maiorum, quam discretioni vestrae intimare curavimus, sentientibus, quos non procacia obnoctios fecit, sed obedientia inculpabiles in adeptionem sacrorum graduum iuxta sincerissimum sententiae^b vestrae intellectum induxit, sine contradictione in suis ordinibus restituere maturaremus, nisi 5 privilegiis sanctae Romanae sedis per reverendum confratrem nostrum Hincmarum archiepiscopum nostrae unanimitati prolatis, quae de ipsis viris quaedam statuerunt, debita reverentia exhiberetur. Quorum summa, perfecta et integra firmitas, ut claruit et iustum est, in apostolicae sedis reservata erat arbitrio potestatis; quorumque privilegiorum autenticas cartas cum salvis sigillis et incorruptis scripturis idem^c confrater et consacerdos noster non ad^d predic- 10 torum fratrum nocumentum neque ad ullam contradictionem, sed ad debitam reverentiam sedi apostolicae, ut dignum est, exhibendam ostendit, cum gestis episcoporum, quorum vos acta relegisse et qualiter presignati clerici degradati fuerint reperisse, nobis aperire dignati estis. Quibus^e non subscripsit, quia et eosdem fratres suo iudicio non dececit, sicut vobis et ipse et nos scripsimus et gesta ipsa demonstrant; et sicut iam sanctissimae paternitati vestrae suggestimus, in^f eiusdem rei negotio decertantibus et quaedam deflorantibus, non tamen terminantibus nobis, eo usque causam perduximus, ut solummodo magisteriali vestro culmini eorum assignaretur restitutio, attribueretur reformatio, ascriberetur reintegratio. Unde postea unanimitas nostra in quacumque partem^g non declinavit, etsi quidam quacumque^h necessitate exinde, nobis ignorantibus, diverterunt. Egimus itaque, prout potuimus, in suc- 20 cincta collectione de gestis regumⁱ et episcoporum ex causa Ebonis et, ut precepistis, vestrae auctoritati transmittimus^l. Post harum vero^m rerum gestarum ordinem descriptum ita subiunxerant: Haec, sicut vestra iussit auctoritas, quae de Ebonis quondam Remorumⁿ archiepiscopi, quae ante triginta et tres circiter annos extitit, depositione^o et post de ipsis restitutione necnon et de fratris Vulfadi ac collegarum eius promotione et iam dicti Ebonis 25 iterata repulsione ad aliamque ecclesiam migratione in eorum qui iam nos ad Dominum precesserunt^p scriptis, verum et quae illorum qui interfuerunt veridicis^q relationibus comperimus; quae^r etiam ex magna parte in gestis episcoporum Belgicae, Galliae, Neustriae et Aquitaniae provinciarum papae Sergio dirigendis^s et Leoni papae directis cum eorum epistola, sed et in epistolis Lotharii imperatoris et Karoli regis exinde directis continentur, quas in serinio 30 Romano credimus conservari, vestrae auctoritati transmittimus. Scripta quoque, quae hinc a vestra auctoritate directa et vestrae sanctitati remissa relegimus, ordine quo missa vel remissa fuerunt secundum vestram iussionem in volumine isto congregimus. Et si forte alia ex hoc negotio aut a vobis^t aut ad nos^u missa fuerunt, nos tamen non^v legimus. Quae etiam frater et consacerdos noster Hincmarus nobis vestrae auctoritati mittenda dedit, secundum quod pre- 35 cepistis, dicentes inter alia: Quaecumque super hac re scripta tam^w a nobis prius quam nunc a vobis edita reperiuntur, et quid hinc coepiscopus Hincmarus et illi deiecit clerici sedi apostolicae suggererint atque retulerint, in volumen unum ordine quo missa sunt redigantur et apostolicae sedi, ut competens est, vobis eorum exemplaribus reservatis, summo studio dirigantur^x, his subiuncta dirigimus. Et cetera. 40

12. De vacatione Cameracensis^y sedis et coniunctione Balduini cum Judith, filia regis.

De vacatione preterea^z sedis Cameracensis, sed et de coniunctione Balduini comitis et Judith indebita, quae scilicet Judith, Karoli regis filia, Edilvulfo^{aa} regi Anglorum, qui et^{ab} Edelboldus, dudum fuerat in matrimonium copulata et reginae decore ac benedictione in- 45 signita. Post cuius obitum, venditis quas in Anglorum obtinuerat regno possessionibus,

a) delectorum fr. de quibus scripsistis M. b) sapientiae M. c) id est 1. d) ad ullam controversiam sed M. e) Quibus — suggestimus des. M. f) Nobis quoque in M. g) proterve add. M. h) q. inevitabili necessitate in aliquo eorum secus quam scripsimus peragere maturarunt, urgente quoque devotissimi filii vestri domini nostri pro regni totius discidio regali iussione. Egimus siquidem p. M. i) rerum M. k) deest 2. l) deest M. m) abiectione M. n) praecessere M. o) ut putamus add. M. p) Quae — auctoritati transmittimus des. M., ubi hic legitur: subiungentes quaedam de electione reverendi fratris et coepiscopi nostri Hincmari vestrae auctoritati destinamus, et antea: sicut in litera continetur Hlotharii imperatoris et Caroli regis et episcoporum Cisalpinarum regionum, quas sanctae memoriae praedecessori vestro Leoni directas didicimus et in serinio sanctae Romanae ecclesiae reservari credimus. q) dirigendis corr. directis 1^a; et L. p. dex. 1. r) nobis 1. s) vos M. t) nos 1. u) deest M., ubi: et nunc quam a. 55 v) Cameracensis 1^a. w) deest 2. x) Edilvulfo 2. 3. y) deest 1.

1) Hic omisit Flodoardus quae iam supra l. III, c. 1. et 2. ex eodem fonte sumsit.

ad patrem revertitur, quae sub regali tutela sic manere decernitur; sed illa Balduinum comitem, ipso lenocinante et fratre suo Ludowico consentiente, secuta est. Unde rex Karolus episcopos ac ceteros regni sui primores* consulens, post mundanae legis iudicium canonice in iam dictum Balduinum et Iudith secundum edicta beati Gregorii¹ ab episcopis deponi sententiam fecit. De Rothadi quoque Suessionicae² civitatis episcopi deiectione, quem ab episcopali ministerio iudicio removerat episcoporum; de commemoratione etiam nominis Ebonis atque de Gothescalci cuiusdam heretici dampnatione prefatus presul huiusmodi scripta direxisse³ ad sedem reperitur apostolicam⁴.

Domno unice singulariterque suscipiendo, patrum patri et summa veneratione honorando reverentissimo papae Nicolao Hincmarus, nomine, non merito, Remorum episcopus ac plebis Dei famulus. In epistola vestrae sanctitatis per Odonem episcopum episcopis in regno Lotharii pro preiudicio Cameracensis ecclesiae directa replegi vestram auctoritatem sciscitaturam⁵, cuius neglectu eadem ecclesia ultra decimum mensem pastore vacaret. Unde, ne⁶ ut negligens a vestro apostolatu succenseat, indico auctoritati vestrae, post directas Lothario et episcopis regni eius atque Hilduino, qui eandem ecclesiam irregulariter occupavit⁷, ita ut antequam ipsas mitteretis, epistolas, hactenus preiudicium permanere, meque Lotharium regem et legatis et litteris, prout potui, saepe et eo usque inde commonuisse, donec regis suis litteris mihi respondit, Hilduinum ad vestram auctoritatem suum legatum misisse, et nihil aliter de prefata ecclesia, nisi ut egerat, disponere debuisset⁸, donec a vobis inde responsum acciperet. Balduinus quoque in proximo⁹ nunc decurso mense Octobrio, 5. Kal. Novembris, per duos homines suos¹⁰ mihi litteras auctoritatis vestrae direxit, in quibus continetur, ut easdem litteras coepiscopis provinciae nostrae legerem, et Iudith¹¹ paternis ac maternis obtutibus presentandam¹² suscipere, si tamen intelligeremus, quod confestim prefatus excellentissimus rex noster, quae de illa vobis scriptis et verbis per legatos vestros apostolatu vestro renuntianda sponddit, adimplere vellet. Quod si eorum animos ad id protelandum esse intentos investigare possemus, nequaquam eam reciperemus. Alioquin, id est si aliter egissemus, gratia et communione vestra frui nequaquam valeremus. Quam vestrae auctoritatis epistolam, ut oportuit, reverenter suscepi, et coepiscopis nostris eam replegi, et pro prefata Iudith apud patrem et matrem illius, quantum potuimus, ut mandastis, communiter intervenimus et paternis ac maternis obtutibus eam presentare studuimus. Post quae volumus, quia sic nobis secundum sacras regulas, sicut eas intelligimus, visum fuerat — non enim sine dignis poenitentiae fructibus absolvi posse putamus, quod anathematis vinculo a sacris regulis innodatum videmus —, ut iuxta¹³ ecclesiasticam traditionem prius ecclesiae quam laeserant satisfacerent et sic denum quod precipiunt iura legum mundalium exequi¹⁴ procurarent. Sed quoniam litteras vestras, quae inde nihil preceperunt, immo etiam nullam protelationem in eorum coniunctione fiendam significaverunt, sibi sufficere voluerunt, et sine vestra auctoritate, ad quam clamaverant, cogi, nisi alio se modo submitterent, non debuerunt, ex altera epistola vestrae sanctitatis eis retuli, quod non leges ecclesiasticas dissolvistis¹⁵, sed preces pro eo misistis, qui puniri secundum leges mundanas poterat, quatinus locum poenitendi haberet, quod contra leges divinas admiserat. Sic et Salvator noster, qui vult omnes homines salvos fieri et neminem vult perire, in cruce apud patrem iure sacerdotis pro suis persecutoribus intercessit; quod in eis qui post passionem eius crediderunt et compuncti poenitentiam egerunt, qui cum Patre omnia donat, efficaciter impetravit. Ad cuius instar apostolorum vicarius, ad quorum limina confugerunt, et catholicae atque apostolicae ecclesiae summus pontifex, quod in hominem¹⁶ regem et in leges mundi peccatum est, perdonari, petistis, ut¹⁷, quod in Regem caeli et terrae et in leges caelestis regni offensum fuerat¹⁸, haberent inducias per poenitentiam abolendi. Econtra carnales et etiam quidam eorum, qui antea coniunctioni huiusmodi contradicebant, hac defensione, ut eis visum fuerat, se protegentes, sed, sicut se habet veritas, salute nudantes, ab istius novissimae vestrae epistolae verbis recedere noluerunt, quam sine protelatione eorum coniunctionem debere fieri demonstrare dicebant. Dicenti vero¹⁹ mihi, quia pro nulla potestate terrena quod

a) primates 1b. b) Suessionicae 2. c) d. r. ad s. ap. 2. 3. d) sciscitaturam 1. 3. e) deest 2. f) occupant 3; quae sequuntur corrupta esse videntur. g) debuisset 3. h) proprio 1b. i) deest 1. k) presentandam 1. 2. l) iuxta 1b. m) et qui 1. n) nomine 1. o) et 1. p) erat 2. 3.

1) Respicitur ad decretum 10. et 11. Gregorii II. in p. 244 (Migne II, p. 25) ex Flodoardo. Cf. Noorden synodo Romana, quo raptores virginum et viduarum excommunicare iubentur. COLV. 2) Opera II,

de ecclesiasticis regulis intelligere dimittere deberem, maxime cum etiam mecum, immo cum Deo, dominus rex noster, filius vester, Karolus faceret, quasi consulendo mihi quidam hoc dederunt consilium, in quo non meis, sed verbis eorum utar, quae mansuetudo vestra, vel exemplum et doctrix disciplinae Dei, mitis^a et^b humilis corde ac patiens, aequanimitè sustinebit^c, dicentium: ut, quia non secularis, sed ecclesiastica potestas de hoc mihi negotio impetraret, conspirationem resistentium aliquantulum declinarem, ne quisquam aemulus noster vestrae sanctitati suggereret, quasi in contemptu sancti apostolatus vestri et sedis apostolicae hoc egissem, et vestrae mansuetudinis erga me animum commoveret^d, et quaecumque excommunicationem — sicut pro Rothado actum fuerat, quod tamen ad me non pervenit, nisi quantum Odo episcopus et postea Liudo^e detulit, antequam ad^f auctoritatem vestram gestorum seriem inde mittere valuissemus, vel quomodo res gesta fuerit per legatos vestros resciretis — obtineret, presertim cum in hac epistola vestrae auctoritatis legatur, quod, si aliter egissemus quam in ea scriptum est, gratia et communione vestra frui nequaquam valeremus. Quocirca mihi dicenti, hoc in epistola vestra ob id posuisse, ne femina illa a nobis deciperetur, et non ob hoc, ne ecclesiae satisfaceret, responderunt, cur aliter vellem vestram epistolam intelligere, quam vobis placuit eam componere, cum^g de in preterito mihi transmissis eius sensum posse manifeste cognoscere. Quapropter memor preteritarum epistolarum mihi et^h episcopis regni filii vestri domni Karoli a vobis missarum, attendens etiam quae in epistola nuper per Liudonem mihi benignitas vestra mandaverat — haec enim in Autisiodoro post adventum Liudonisⁱ ventilabantur — inter metum preteritarum et spem posterioris epistolae mihi mitiora monstrantis, contentionem in hac causa dissimulando vitavi et condescensionem quasi in tempus aliud differendo dissimulavi, expectans, ut in causae huius, quae instat, dispositione vestra ex Rothado discere valeam, qualiter de reliquo in huiusmodi agere debeam. Sicque nihil nobis de ecclesiastico ministerio eis interdicens, sed tantum, quod valimus, nostram presentiam ab hoc negotio subducentibus, Balduinus et Ludith iura legum secularium, quae elegerunt, exequi studuerunt. Dominus etiam noster rex, filius vester, huic desponsationi et coniunctioni interesse non^l voluit, sed, missis publicae rei ministris, sicut vobis promisit, secundum leges seculi eos uxoria coniunctione ad invicem copulari permisit et honores Balduino pro vestra solummodo petitione donavit.

13^a. De causa Rothadi¹ Suessionici episcopi depositi.

Denique ad epistolam vestrae auctoritatis¹, ad quam me misistis obedienter^m audiendam, generaliter omnibus episcopis regni domni nostri Karoli regis gloriosi pro Rothadi causa per Odonem episcopum transmissam, sicut litteris exiguitatiⁿ meae directis sanctitas vestra precepit, conveni, et simul cum eisdem venerabilibus episcopis, quantum ex me fuit, mox antequam synodus solveretur, vestram iussionem de eodem Rothado, ne aliqua mora vestrae preceptionis^o implendae aut de superventione paganorum aut de alia qualibet causa interveniret, adimplere curavi, sicut et legati domni regis ac nostri et litterae pleniter vestrae notum facient sanctitati. Sed quoniam causa interveniente, quam vobis ipsi legati referent, statim, ut precepimus, datis litteris, et designatis nostris^p vicariis, ad vestram^q presentiam cum eodem Rothado ire non potuerunt, et ob id diutius quam voluerimus immorati fuerunt: interea Liudo^r, legatus domni nostri regis, a vestra rediens sanctitate, pridie Kal. Decembris vestras apostolicas litteras domno nostro regi, filio vestro, in civitate Autisiodoro detulit; et quia filius eius atque aequivocus Karolus, qui patris animum in quibusdam offenderat et ob id ad eius presentiam quorundam suggestionem aliquantulum venire distulerat, patrem legatis suis petiit, ut meam parvitatem cum aliis quibusdam suis fidelibus pro eo ad ipsius vestigia deducendo transmitteret, quatinus nostro interventu patrem placabiliorem invenire valeret, exiguitatem humilitatis meae dominus rex illuc in suum venire servitium iusserat. Quo mox ut veni, mihi litteras vestras legendas donavit; in quibus licet pro sua dignatione sublimitas vestra humilitatem meam sine ulla meriti prerogativa benigne tractaverit, et a mea insipientia sapientiae vestrae scripta supra id quod scio atque intelligo, non tamen absque subinducto cauterio^s, laudare dignata fuerit: tamen in eis videor mihi videre vobis multiloquium meum increescere. Unde

a) mitis 2. b) deest 1. c) sustinebat 2. d) componeret 2. e) Liudo corr. Ludo 1^a; Liudo corr. Lando 1^b. f) c. de in dex. 1^a, ubi post suppl. dicimus, et ita 1^b. g) et ep. dex. 1. h) Ludonis 1^b. i) noluit 1. k) rubrum et capituli distinctio dex. 1. l) Rothadi 2. m) obedienter audienda 2; locus corruptus videtur. n) exiguitatis 1. 2. 3. o) vestris 2. p) nostram 1^b. q) Ludo 1, et ita post. r) canno 1^a. s) 55

1) Epist. 32, Mansi XV, p. 300.

dignetur sanctitas vestra dignanter suscipere, quod beatus Augustinus de suo multiloquio, Domino dominorum audacter non dubitavit dicere, cum se inde apud eum voluit excusabilem reddere, inter alia scribens¹: 'Loqui multum non est nimium, si tamen est necessarium'. Quae de re, sanctissime domine et pater reverentissime, aequanimiter sustinete modicum quid insipientiae meae, sed et supportate me, si adhuc quiddam de Rothadi causa vobis iam sufficienter notissima quasi repetens scribo, cum quo, quia vobis placet — cui cuncta bona placent — mittimus vicarios nostros, non ut accusatores ad conflegendum, sed ut a Rothado atque a vicinis nostris, qui causam pleniter ac veraciter aut nesciunt aut scire non volunt, accusati, quod non in contemptu sedis apostolicae appellantes Rothadam secundum Sardicenses canones² sedem apostolicam, sed eum qui ad electorum iudicium de certis capitulis provocavit, iuxta Cartaginenses³ et Affricanos⁴ canones ac decreta beati Gregorii regulariter iudicavimus vestrae summae auctoritati humiliter intimandum. Absit enim a nobis, ut privilegium primae et summae sedis sanctae Romanae ecclesiae pontificis pro sic parvo pendamus, ut controversias⁵ et iurgia tam superioris quam etiam inferioris ordinis, quae Nicaeni⁶ et ceteri sacrorum conciliorum canones et Innocentii⁷ atque aliorum sanctae Romanae sedis pontificum decreta in sinodis provincialibus a⁸ metropolitanis precipiunt terminari, ad vestram summam auctoritatem fatigandam ducamus. At si forte de episcopis causa nata fuerit, unde certa et expressa in sacris regulis non habeamus⁹ iudicia, et ob id in provinciali vel in comprovinciali nequeat examine diffiniri, ad divinum oraculum, id est ad apostolicam sedem, nobis inde est recurrendum. Si etiam de maioribus causis a provinciali episcopo ad electorum iudicium non fuerit provocatum, et in aliqua causa idem episcopus fuerit iudicatus, id est a gradu suo in comprovinciali synodo deiectus, et putat se bonam causam habere, et appellaverit qui deiectus est et confugerit ad episcopum Romanae ecclesiae et voluerit se audiri, si iustum putaverit, ut renovetur examen, scribendum est ab his qui causam examinarunt^f post iudicium episcopale eidem summo pontifici, et ad illius dispositionem secundum septimum Sardicensis concilii capitulum renovabitur examen. Nam de metropolitano per sacras regulas constituto, qui ex antiqua consuetudine ab apostolica sede pallium accipit, sicut Leo ad Anastasium¹, quod et Nicaenum concilium⁸ innuit et ceteri Romanae sedis pontifices in decretis suis ex sacris canonibus monstrant, sedis ipsius pontificis etiam ante iudicium est sententia prestolanda. Is⁹ enim est, qui secundum Ezechielem prophetam moratur in gazofilacio, quod respicit viam meridianam, et^b excubat in custodia templi. Et nos metropolitani ad comparationem illius sumus, qui in ministerio altaris, quod est ante faciem templi, in quo carnes incenduntur, servimus et controversias carnalium in sinodis provincialibus laborantes dirimimus et de maioribus ac maiorum causis ad examen summae sedis pontificis post iudicium referre curamus.

35 Homines enim sub potestate¹ illius sub nobis commilitones habemus, et dicimus huic: 'Vade', et vadit, et alio: 'Veni', et venit. Quoniam, ut Leo dicit⁸, 'et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris premineret. De qua forma episcoporum quoque^h est orta distinctio, et magna ordinatione provisum, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent^h in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia et per quos ad unam beati Petri sedem universalis ecclesiae cura conflueret et nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam prepositum^m, non moleste ferre debet, aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse dependat'. Quam Rothadus a suis exigere magis quam sacris regulis saepe dependere, cum etiam sancti angeli in caelo legantur suis potioribus¹⁰ obedire; et ideo ad hoc pervenit, ut deici promeruerit^o. Quem per plures annos et beneficiis impensis et monitis atque obsecrationibus per me et per coepiscopos ac per quoscunque familiares potui ad obediendum sacris regulis commonere curavi. Multoties etiam et per litteras metropolitanas et ex apostolicae sedis auctoritate minas ei inculcare curavi et ex lectioneⁿ catholicorum, quam graviter offendebat, ei ostendere studui. Ad quae^v respondebat, quia nihil aliud facere sciebam nisi ei meos libellos tota die ostendere. Unde a multis et frequen-

a) Afric. 1 nonnumquam. b) controversus 1. c) ac 1. d) habemus 1^b. e) peraverit 1. f) examinarunt 1. g) His 1^b. h) deest 1. i) i. p. 2. 3. k) et essent 2. l) deest 1^b. m) preposituri 1. n) promeruit 1. o) elect. 1. p) Atque 2.

1) August. de Trinitate lib. XV in fine. 2) c. 3. 5. epist. 2. c. 5 (Schoenemann, Pontificum Rom. epist. Mansi III, p. 7. 3) A. 397. c. 10, ibid. p. 921. p. 504. 7) Epist. 14. c. 1, Mansi V, p. 1289. 8) c. 6. 4) c. 12, ibid. p. 715. 5) c. 5. 6) Innocentii 1. 9) Epist. laud. c. 11, p. 1285.

tissime redargutus fui, cur incorrigibilem et ministerio sacro inutilem tamdiu^a scienter contra Dei voluntatem et sacram auctoritatem portarem. Ego vero, quamvis saepissime et regem et coepiscopos ac vicinos suos et etiam me multo saepius quasi ex studio ad iracundiam provocare^b satageret, licet non posset, sciens periculosissimum esse in sacerdote perturbatam et precipitem iram precipitemque proferre sententiam et persecutionum supplere saevitiam, dissimilitudines morum, contumacias inobedientium et malignarum tela linguarum, diu illum, non sine timore de periculo animarum sibi commissarum, portavi, et cum amplius portare non debui, ad plurimorum episcoporum concilium^c, ut vel eos audiret^d, deduxi. Quorum non audire consilium, sed adversum^e me postulare iudicium maluit. Ad^f cuius petitionem, ut ei satisfacerem, ut^g vel sic erubesceret et a^h coepta se stultitia revocaret, iudicio me devinri, velut iam vestrae sanctitati plenius aliis litteris intimavi, et replicare me pro vestrae auctoritatis satisfactione cogit necessitas, ut cognoscatis, quoniam nihil in eum egi animo inimico, sed zelo divino, quantum in conscientia mea perspicere valeo. Sed et domno regi ac episcopis regni eius et quam plurimis tam ecclesiasticis quam secularibus viris haec sunt nota quae dico. Post depositionem autemⁱ illius obtinui, ut unam abbatiam valde bonam ei domnus rex et episcopi consentirent, et omnes nos illi sicut patri de nostris impendiis serviremus, quatinus, qui in deliciis vitam semper perduxerat^k, non frangeretur, tantum ut seditiosus et molestus ecclesiae, cui preferat, esse non decertaret. Quod primum quidem adquevit; sed, ut dicunt qui hoc se^l scire testantur, quidam episcoporum regni Lotharii zelo amaro contra nos ducti, quia illorum^m consilium de Waldrada non adquevimus, et etiam aliqui de Germania, ut quidam dicunt, adⁿ Ludovici sui regis suasionem^o, quoniam cum eo non feci, sicut Rothadus in fratris sui de regno expulsionem, persuaserunt eidem Rothado, ut non se a seditione movenda concrederet, et ipsi apud vos obtinerent, ut restitueretur. Nunc autem, sicut iussistis, ad vestram presentiam et dispositionem illum perducere, apud domnum nostrum regem, filium vestrum, obtinimus, credentes, quia quod Domino inde placabilis erit cordi vestro inspirare dignabitur^p. 25

De quo, quia benignissima dignatio vestra mihi servo vestro per Liudonem dignata est scribere, ut, iuncto mihi integro collegio fratrum, secundum modum ibidem^q descriptum, vestra apostolica censura fretus, studerem illum pristino reintegrare decenter officio, sciat reverentissima et amantissime colenda dulcissima vestra paternitas, hoc^r me agere nequivisse, pro his quae continentur in subditis: videlicet quia cum litteris ad vestram auctoritatem deferendis idem Rothadus iam commissus erat eis qui ad vestram presentiam illum deducerent; et mihi non erat possibile integrum fratrum collegium convocare, quoniam, ut supra scripsi, a diocesi nostra longius eram remotus in filii vestri^s, regis nostri, servitio; et quoniam sine illorum iudicio, qui in eius depositione fuerant et quibus inde scripsistis, restitui regulariter non valebat, et episcopi aliarum^t provinciarum per meam convocacionem, in multis occupati, congregari non poterant; sed et coepiscopi Remorum provinciae ab ipsa synodo, in qua epistolam sanctitatis vestrae audivimus, causa resistendi Normannis ad suas sedes festinare maturaverunt. Pauci etiam numero episcopi, qui mecum in filii vestri, regis nostri, erant obsequio, cum eis benignitatis vestrae commendationem de Rothado relegi, responderunt, non se scire, talem vitam atque intelligentiam taleque studium sacri ministerii in eo fuisse, ut in hoc se miscere auderent, presertim cum is, qui antea aliquam reverentiam de deiectione sua habebat et semper inobediens et sacris regulis et regiae dignitati et metropolitano privilegio fuerat, nunc effrenatus ad multorum malum exemplum et plurimorum benivolentium scandalum desuevit et negligentius atque perniciosius^u vivere, voluntatibus suis serviens, cum libertate deberet. 45

De eo autem quod benignitas animi vestri, pensans non beluinum, sed humanum hominis animum, scripsit dicens: 'Fortasse cognoscat delictum suum et sua sponte in iudicio quo iudicatus est perseverare deliget'. Quod si fecerit, apud regem Karolum^v — dilectissimum videlicet filium vestrum — 'agendum est, ut liberalitate sua eidem congrua beneficia, quibus sufficienter cum suis sustentari atque^w honorifice degere possit, benigno^x mentis largiatur affectu^y'; sciat dignatio vestra, non illum esse huiusmodi temperantiae; nam ab eo quod coepit nunquam

a) et t. 1. b) revocare 1^b. c) consilium 1^b. 2. d) illi add. 2; illum add. 3^b. e) adversus 1^a; adversis 1^b. f) et ad 1^b. g) et 1^a. h) et accepit, superser. a capta, a se 1^a; et accepit accepta a se 1^b. i) deest 1^b. k) duxerat 1. l) se. se 1^b. m) eorum 1^b. n) adhuc 2. o) suasionem 2. p) videbitur 2. q) ibi deinde scriptum 2. r) haec 1. s) v. reg. des. 1. t) aliarumque 2. u) perniciosus 1. 2. v) diligit 1. w) ac 2. 3. 50 x) benigne 1^a. y) affectum 1; effectum 2.

potuit revocari. Quae etiam ego famulus vestrae dominationis, meditatus* cum corde meo, et conferens cum fidelissimo filio vestro, domno meo rege glorioso, in hac causa providi, vestrae sapientissimae auctoritati scribere dignum duxi: id est, quia, licet fretus vestrae auctoritatis litteris per Liudonem meae exiguitati^b directis, quarum mentionem fecistis in epistola quam filio vestro, domno regi* nostro misistis quasque illi relegi, apud eum obtinere possem, ut missis suis, qui Rothadam ad vestram deducendum presentiam susceperunt, mandaret, quatinus ab arripiendo Romam itinere^a expectarent, donec^c oportunum tempus episcopos regionum nostrarum convocandi^d adveniret; quia non erat ratio, ut aliis notificaretur, cur Rothadi transmissio tardaretur, antequam episcopis vestrae^e auctoritatis epistola legeretur, poterat fieri, ut, qui me divina clementia et sua benignitate et^f amoris devotione colunt et aliquid aestimant esse, cum nihil sim, cognoscentes meo obtentu id^g accidisse, in me scandalum paterentur, quasi contempni aut negligi facerem vestram commendationem, qui intra constitutos a vobis dies in epistola per Hodonem^h episcopum missa ad obediendum vestram accelerariⁱ fecerim^k, quantum potui, iussionem; et si quando in unum convenirent, episcopos, qui sciunt et me una cum eis scire norunt Rothadi negligentem vitam et diutinam in sacro ministerio inubilitatem, de eius restitutione alloquerer, omnes me exsufflarent et amantem penitus^l iudicarent, si^m etiam Rothado, ut se concederet — quod non suaeⁿ salutis intuitu faciet^o —, beneficia nos impetraturos promitteremus; quoniam omnes^p pene in istis provinciis sciunt, quia secundum Cartaginenses et Affricanos canones^q et decreta beati Gregorii electorum se commisit iudicio; et amplius quam quingenti interfuerunt diversi ordinis viri, videntes, quando calix aureus cum gemmis a caupone et tabernaria per missum regis de illius pigere sumptus ac delatus fuit in sinodum, et scientes coronas argenteas a hudeo, cui illas dederat, resumptas^r, et facultates ecclesiasticas ab eo suppressas et latentel commendatas indeque receptas et ecclesiae redditas, et vascula argentea, quae non pauci ponderis a longo tempore in ecclesia peperderunt, sed et alia, quae sui decessores ac predecessores ceterique fideles pro remedio animae suae eidem ecclesiae obtulerunt, ab eo sine consensu metropolitani ac coepiscoporum et^s sine echnomi ac presbiterorum et diaconorum suae ecclesiae consensu pro libitu suo donata; cum etiam beatus Gregorius multoties in epistolis suis ex sacris canonibus scribat^t, quaecumque episcopus post ordinationem episcopatus adquisierit, omnia esse ecclesiae in qua extitit ordinatus; unde constat, quia nec ipse^u sine echnomo et conscientia clericorum illa debeat dispensare. Sed et omnes urbis incolae ac populi, qui cum rege ac episcopis ad sinodum convenerunt et ut re vera ad spectaculum currentes eum viderunt usque ad ostium sinodi venientem et inde ut mantaticum redeuntem, quique sciunt, quantam benignitatem regis et fratrum spernens, qualiter de certis capitulis, unde sacri canones expressa decreverunt iudicia, iudicatus. lacrimantibus rege et episcopis, durior saxo recesserit^v, putarent nos, qui cum secundum sacros canones, sicut eos intelleximus, iudicavimus, et postea, ut ipsi precipiunt canones, per coepiscopum nostrum, qui eidem^w iudicio interfuit, prius iudicium nostrum de eo referre, et nunc illum ipsum cum nostris litteris atque vicariis, sicut iussistis, ad apostolicam sedem, quae pater nos canones servandos confirmat et confirmatos ac observandos sua observatione demonstrat, dirigere procuravimus, de vestrae auctoritatis iustitia et aequitatis libramine dubitare, et ideo, ut se concederet, locarium^x ei promittere, sicque nos ut insanos merito denotarent; cum etiam, si fieri posset, quod^y ab illa prima et sancta sede ac^z summo apostolata vestro fiendum non creditur, ut talis a vobis cognitus restitutus in ordine nominetur, nulla de cetero nobis conscientia de sibi a vobis commissis animabus esset periculum. Et cum omnes in istis regionibus sciant, quam negligens et contemptor sacrorum canonum et quamdiu quamque patienter atque benigne fuerit toleratus, et a quam invitis, quia se corrigere noluit, secundum sacras regulas, sicut eas intelleximus, fuerat iudicatus, nullam habere possemus verecundiam de restitutione illius, si foret facta a vestri summi pontificatus potestate; quia omnes senes cum iunioribus scimus, nostras ecclesias subditas esse Romanae ecclesiae, et nos episcopos in primatu beati Petri subiectos esse Romano pontifici, et ob id, salva fide, quae in illa ecclesia semper viguit et Domino cooperante floreat, nobis est vestrae aposto-

a) sum add. 3. b) exiguitatis 1. c) n. r. 2. 3. d) retinere 1. e) deest 1^a; superstr. manu rec. 1^b. f) convocandum 1. g) deest 2. h) Odonem 2. 3. i) accelera 1. k) facerem 1. l) penitendi carent 1. m) sic 2. n) super 1. o) faceret 1^b. p) p. o. 2. 3. q) sumptus 1^b. r) e. s. ech. dex. 1^b. s) ipsi 1^b; ipsa 2. t) recessit 1^b. u) eiusdem 1. v) iocarium 1. w) et quod 2.

1) Concil. Afric. c. 89. 94. Mansi IV, p. 507 sq. 2) Gregor. Registr. VI, l. XII, 38.

Loc. 2, 51. *licae auctoritati obediendum. Nobis quippe cum aliis quibusque scriptum est^a, quia: 'Iesus
 erat subditus parentibus suis'; nobisque item scriptum est: 'Obedite prepositis vestris et
 Phil. 2, 3. subiaccete eis'; et: 'Nihil per contentionem neque per inanem gloriam'; et: 'Si quis vult
 1. Cor. 11, 16. contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei'. Propterea
 5
 Ps. 23, 1. inculcavi quodque libentissime accepit et adimplere cupit, quia, sicut Domini est terra et
 ib. 24, 29. plenitudo eius orbis terrarum et universi qui habitant in eo, et ipsius est regnum et cui
 Ge. Meth. 10, 18. voluerit dabit illud; ita ipse supra fundamentum apostolicae petrae suam fundavit eccle-
 10
 Ioh. 13, 20. siam, quam et ante passionem et post resurrectionem suam speciali cura et singulari privilegio
 1. Reg. 2, 30. beato Petro et in illo suis commisit vicariis; cuius sedem suaeque sedis pontificem qui honorat,
 15
 illum honorat qui^b dixit: 'Qui accipit si quem misero, me accipit', et ab ipso honorabitur
 dicente: 'Honorantes me honorificabo, et qui contempnunt me erunt ignobiles'. Idcirco quia
 generaliter sciunt, quoniam vestra auctoritas illum cum nostris vicariis ad suum precepti desti-
 20
 nari iudicium, dignum et iustum est, ut, quemcumque episcopum Romanus pontifex ad se
 Romam venire mandaverit, si infirmitas vel gravior quaecumque necessitas vel impossibilitas,
 sicut sacri prefigunt canones, eum non detinuerit, ad illum venire studeat; multo magis etiam
 is, quem pro tali querela ad se quocumque modo clamantem presentiae suae indicat^c exhiben-
 dum. Et quicumque^d viderit vel audierit, quod rex et episcopi apostolicae sedis summum pon-
 25
 tificem prompte^e obaudiunt et honorant, promptius et humiliter eis sui^f subiecti obediunt. Nam,
 ut beatus Gregorius dicit, sicut languente capite subiecta membra incassum vigent, ita gloria et
 honore coronato, id est honorificato ac decorato, capite, subiecta membra eius honore atque
 decore fulgebunt. Et Rothado in nullo poterat^g melius satisfieri, quam si ad vestram pergeret
 presentiam, et ei tantorum subscriptionibus episcoporum, qui Deo et vobis mentiri nolunt, et
 30
 allegationibus tot vicariorum eorundem episcoporum fuerit, illum bonam causam nequaquam
 habere, ostensum. Quam ob rem sibi ipsi^h et non vobis reputare debet, quia sine bona causa
 se et multos alios fatigavit. Unde illum vestra discretissima pietas, quae compassionem pro-
 ximo et rectitudinem debere vitis novit, suis apostolicis litteris sufficienter premonuit. Quique
 inter alias socordias tantaeⁱ duritiae esse dinoscitur, ut, cum multoties sine ullo respectu
 timoris vel amoris divini et absque ulla humana verecundia per tot annos et in tantis causis
 35
 totiens sacris canonibus et decretis sanctae sedis Romanae pontificum et suae metropolis pri-
 vilegio ac sinodalibus iudiciis resultaverit, et per tantos annos tantisperque^k toleratus a sua
 stulticia se revocare contempserit, a rege et episcopis multipliciter obsecratus, in hoc adduci
 non potuit, ut sacris canonibus et decretis sanctae sedis Romanae pontificum et^l secundum ea
 suae metropolis privilegio de cetero se obediturum subscriberet — quoniam sine horum observa-
 40
 tione nemo nostrum potest esse episcopus —, et sic pace fraterna in omnibus potiretur. Postea
 autem sua sponte in libello^m suae professionis, perⁿ quem^o ad electorum iudicium provocavit,
 haec se observasse impudenter, quia scientibus cunctis mendaciter, sinodo misit, et sic ad iudi-
 cium provocavit, quae se servaturum, ne iudicaretur, subscribere detractavit^p. Quod ideo,
 sicut postea nobis dixerunt qui ab ipso audierunt, subscribere noluit, quod et nos percepimus,
 45
 ne vinceretur; sed si in nostra rex et episcopi permaneremus sententia, Romam iret, antequam
 vinceretur, et quando illuc veniret, his per vestram iussionem, cum a vobis foret nobis nolen-
 tibus absolutus, subscriberet; non intelligens, immo intelligere non valens — excaecavit enim eum
 malitia sua —, vestram auctoritatem sapientissime intelligere, quare Dominus de caelo alloquens
 50
 Paulum et dicenti: 'Quid me iubes, Domine, facere?' non omnia quae agenda illi erant expo-
 suit, sed ad^q Ananiam, a quo agenda auditus et accepturus erat, illum direxit. Sic et ange-
 lus Cornelium, postquam illum exauditum esse denuntiavit, ad Petri doctrinam atque obedi-
 entiam misit. Quem, licet ante baptismum sancto, ut ita dicamus, Spiritu baptizatum, beatus
 Petrus illius baptismate, qui baptizat in Spiritu sancto et in quo credentium corda fide purifi-
 cantur, baptizari precepit. Unde facta quaestione contra eum etiam a minoribus suis, tamen
 fidelibus, cur ad gentes intraverit, idem apostolorum princeps, summorum gratia donorum re-
 pletus et innumerabilium miraculorum potestate suffultus, querelae non ex potestate, sed ex
 ratione respondit, causamque per ordinem ea mansuetudine exposuit, qua^r humilitate prefato*

a) erat 2; est nobisque item scr. e. quia I. e. s. p. s. Obelito 1. b) quod 1; qui m. r. c) iud. 1^b. d) quode. 1.
 e) propter 1. f) subi. sui 2. 3. g) m. p. 1^b. h) ipsum 1. i) deest 1^b. k) atque tantisper tol. 1. l) deest 1. 55
 m) quod 2. n) detractavit 1. o) ut 1. p) quia 1.

Cornelio se adorare volenti dixit: 'Fide, ne feceris; nam et ego ipse homo sum sicut et tu'. Si enim in querela fidelium, ut Gregorius dicit, aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placavit, atque in causa reprehensionis suae humiliter rationem reddidit, et^a etiam testes adhibuit, dicens: 'Venerunt autem mecum et sex fratres isti'. Cuius humilem auctoritatem et mansuetissimam potestatem et rectissimam predicationem dicens: 'Non dominantes in clero, sed forma facti gregi', secutus beatus Gregorius in decretis suis ad omnes episcopos de institutis ecclesiasticis dicit: 'Cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nil licere, et cum sedes apostolica super^b his omnibus, favente Domino, quae paternis canonibus sunt praefixa, pio devotoque studeat tenere proposito, satis indignum est, quemquam vel pontificem vel ordinem subsequentium hanc^c observantiam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere; satisque conveniens sit, ut corpus^d ecclesiae in hac sibi observatione concordet, quam illic^e vigere conspiciet; ubi^f Dominus ecclesiae totius posuit principatum'. De Barnaba quoque et Saulo dicente veraciter: 'Paulus apostolus non ab hominibus^g neque per hominem, sed^h per Iesum Christum et deumⁱ Patrem; qui, postquam diutius fructus sunt apostolorum consortio, non ipsis apostolis^j, sed iuxta fidem sacrae historiae, ministrantibus Domino prophetis et doctoribus, qui erant Antiochiae, dixit Spiritus sanctus: 'Separate mihi Barnabam et Saulum in opus ministerii, ad quod assumpsi eos'. Tunc ieiunantes et orantes imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt, vocati apostoli; et in sequenti anno, id est 14. post passionem Domini, licet, qui operatus est Petro in apostolatam circumcissionis, operatus sit et Paulo inter gentes, tamen iuxta conductum^k Jacobi, Cephae^l et Iohannis gentium magisterium una cum Barnaba Paulus accepit. Idem quoque Paulus apud Corinthios negligentibus rectoribus de incestuoso scripsit: 'Congregatis vobis et meo spiritu, traditum huiusmodi in interitum carnis Sathanae, ut^m spiritus salvus sit in die Domini'. Ipsi enim Corinthiorum rectores illum tradiderunt in interitum carnis Sathanae, et Paulus, cognito eius opere, sua auctoritate cum illis; et comperta eius poenitentia, ipsi eumⁿ restituerunt, et Paulus sua auctoritate cum illis: 'Cui', inquit, 'aliquid donastis, et ego. Nam et ego, si quid donavi, propter vos in persona Christi'. Hinc beatus Gregorius^o: 'A bono', inquit, 'vestro non dissentio. Meum sit quod ipsi fecistis'. — Cui velut si dicere presumamus, quare ita caute discipulis te copulas? quare vel te illorum vel illos tuis actionibus tam sollicita mente conformas? — 'Ut non circumveniamur', inquit, 'a Sathana; non enim ignoramus cogitationes eius; id est, ne hoc quod bene mens inchoat ipse in malitiae finem vertat'. Et Innocentius^p: 'Haec^q ad Corinthios apostolica^r est declarata benignitas, ut in uno spiritu ductam ac reductam sententiam boni semper indifferenter sequantur'. Et Leo^s ex apostolo: 'Nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius, et unusquisque proximo suo placeat in bonum ad aedificationem. Non enim poterit unitatis nostrae firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem^t soliditatem vinculum caritatis adstrinxerit. Quoniam, sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem acclum habent, ita multi unum^u corpus sumus in Christo, singuli autem alter^v alterius membra. Conexio totius corporis unam sanitatem, unam pulchritudinem facit. Et haec quidem conexio totius corporis unanimitatem requirit, sed praecipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi ordo est generalis, non tamen communis est dignitas omnibus'. Haec autem, servata aliori intelligentia, circa supradictos sunt acta et a predictis docta, ut cognoscatur, qualiter minores potioribus debeant obedire et potiores minoribus providere, et ordo a Deo dispositus ab omnibus et in omnibus valeat conservari. Unde summus ecclesiae pastor docet: 'Si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, qui servis suis commisit negocia sua et unicuique secundum propriam virtutem; sicut et de Spiritu sancto scriptum est, quod 'dona dividit singulis, prout vult'. Et hinc, iuxta Sardicense concilium^w, summus primae et sanctae sedis Romanae pontifex pro examinis renovatione ad se reclamantis et confugientis cum sua clamazione detecti provincialis episcopi non statim singularitate privilegii et auctoritatis suae restituit, sed remittens eum ad provinciam.

a) deest 1. b) superior *Ged.* c) o. h. 2. d) totum e. *Ged.*; corpus sit 1. e) observationem 1. f) illi 2. g) et ubi 1. h) homine 1b. i) deest 1b. j) dominum 1s. 22. k) apostolus 1. 2. l) m. conditum 1. m) Caphe 1s. n) Caphe 1b. o) ut — Sathanae des. 2. p) enim 1. q) Nec 1. r) apostoli apostolica 1. s) b. n. 1. u. sp. his scr. 1b. t) separ 1; in *superer. man. rec.* 1b. u) unus 1b. v) deest 1b; aut'er 1s.

55 1) Epist. 14, c. 8 (Thiel, Epist. Barnabae pont. p. 367). 2) Moral. XXXIII, 8. 3) Innocentii I, epist. 17, c. 15 (Schoenemann p. 559). 4) Epist. 14, c. 11, Mansi V, p. 1255. 5) c. 7.

ubi causa patrata fuerat, et in qua iuxta Cartaginenses canones et iura legis Romanae causa potest diligenter inquiri et quo^a non sit difficile testes producere, veritas inquiri; aut finitimis episcopis dignatur scribere; aut e latere suo mittit, qui^b habentes eius auctoritatem presentes cum episcopis iudicent et diligenter causam inquisitam diffiniant; aut dignatur credere episcopus sufficere, ut negotio terminum possint imponere. Et Innocentius, si¹ quae causae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, congregatis secundum sinodum Nicaenam eiusdem provinciae episcopis iurgium precipit^c terminari. Et Bonifacius de Maximo scribit², ut ad provinciam venire cogatur et illic se constituto presentare iudicio, et quicquid de illo duzerint provinciae episcopi decernendum, cum ad eum relatum foret, sua firmaretur auctoritate; quatinus, ut idem ad Hilarium^d scribit³, metropolitani sui unaquaqueque provincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet, sicut scriptum est in Nicaeno concilio, ut, sicut apud Alexandriam, quia et urbis Romae episcopo parilis mos est, similiter et apud Antiochiam ceterasque provincias suis privilegia serventur^e ecclesiis. Unde bene placuit, annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut, communiter omnibus simul episcopis congregatis provinciae, discutiantur huiusmodi quaestiones. Et haec dico, non, quod absit! preiudicans summae sedis apostolicae et sancti apostolatus vestri potestatem^f in aliquo, cui in omnibus sum, sicut rectum est, obedire paratus; sed quia summae auctoritati vestrae obsequium prestare me puto, cum ea quae sentio aut ad probationem aut ad correctionem humiliter sapientiae vestri magisterii pando; et Rothadi mores vobis intimare procuro, ne mea negligentia, qui eos novi, vos lateant, quatinus certius quod vobis placuerit de illo vestra auctoritas decernere valeat. Quem si nunc in depositione iudicium vestrum manere decreverit, scimus, de benignitate et modestia ac pietate filii vestri, domini nostri regis Karoli, quoniam, quicquid de illo prefato filio vestro preceperit et rationabiliter poterit adimplere, sine ulla retractatione obediet. Sed et coepiscopi nostri de ecclesiarum suarum stipendiis habundantissime illi impendent. Mea etiam exiguitas, sicut nunquam ad retributionem mali propter contemptus et contumelias ab illo mihi illatas pervenire volui, ita, quicquid benignitatis poterit, libentissime, habundantius etiam, quam unquam fecerim, impendere procurabo. Si vero sine ulla satisfactione tam diutini contemptus sacrorum canonum et sedis apostolicae decretorum ac suae metropolis privilegii atque sinodali iudiciorum, quibus nec obedire nec se obediturum de cetero profiteri vel subscribere voluit, et absque professione vel subscriptione suae correctionis et obedientiae, coram fratribus suis, quorum multotiens regularia spreverat monita, cum inde pluraliter in Leonis et Gregorii epistolis relegatur; si⁴ etiam, ut illa pretereamus, quae ob sacerdotii verecundiam et obprobrium secularium, sequentes Affricanum concilium, nec ad nominationem in sinodum deduci permisimus, parvi pensis et sine aliqua correctione dimissis eis capitulis auctoritati vestrae sub fidei astipulatione directis, pro quibus fuerat iudicatus ab episcopis ad quorum iudicium provocaverat, secundum expressa sacrorum canonum et apostolicae sedis decreta, Celestino dicente⁴: 'Quae enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum^h pro aliquorum libitu licentia populis permessa frangatur? mox vestrae potestati placueritⁱ illum restituere, ut primae sedis et matris ac magistrae omnium ecclesiarum pontificis cunctorumque episcoporum patris atque magistri regulare iudicium ferre convenit, aequo animo feram. Credo tamen diligentissimam discretionem vestram provisuram contemptum ac contumaciam subiectorum erga prelatos suos et libertatem impune delinquendi contra canones sacros, quae hinc in nostris^k regionibus poterunt, ut quibusdam videtur^l, noxias vires accipere; presertim cum sapientissimae auctoritati vestrae constet esse notissimum, demonstrare Sardicense concilium in septimo suo capitulo, quoditer deieci et ad se clamantis episcopi restitutionis vel in depositione permansionis executio cum indemnitatem simpliciter iudicantium ab apostolica sede debeat celebrari. Quod et Innocentius ac^m Bonifacius, verum Leo in decretis et Gregorius evidentius in epistolis suis demonstrant, Cartaginensis concilii⁵, immo apostolicae sedis, quae in suis videm praesedit vicariis, decreta sequentes; videlicet: 'ut, a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis absit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint, vel inimico animo

a) quod 3. b) quod 1^o. c) precepit 1. d) Hilarium 1^o. e) servatur 2. f) in a. p. 2. 3. g) sic 2. h) constitutorum 1^o; constitutorum 1^o. i) placuerit — magistre des. 1. k) sacris 1^o. l) videtur 1. m) et 2.

1) Epist. 2, c. 5 (Schoenemann p. 504). 2) Epist. 3, c. 2 (Schoenemann p. 721). 3) Epist. 3, 54) Epist. 5, c. 1 (Schoenemann p. 767). 5) Carthag. III, c. 10, Mansi III, p. 682.

iudicasse vel aliqua cupiditate aut gratia depravati. Unde nobis et conscientia testimonium^a perhibet, et omnibus qui interfuerunt notum factum fuisse dinoscitur, quoniam illum servare quam iudicare maluimus, si pro sacrorum canonum neglectu, eorum iudicio per quos sancto^b Spiritu inspirante promulgati sunt, cum eo quem corrigere nequidamus, dampnari pariter non timeremus. Et idcirco nullo inimico animo, nulla cupiditate aut gratia depravati, fentes illius incorrigibilem socordiam et irrevocabilem pertinaciam, regularia in eum iudicia executi sumus, quae ab eo suspendere diutius non presumpsimus. Vestra etiam sapiens et summa auctoritas in decernendo attendet apostolum docentem, quia quorundam peccata precedentia sunt^c ad iudicium, quorundam etiam et^d subsequuntur. Quae, sicut beatus exponit Ambrosius^e, 'acsi posita in bilance, in iudicio sunt examinanda, utrum bona opera amplius pensando remuneranda precedant, et male^f facta minima misericorditer dimittenda demonstrent; an male^f facta amplius pensando precedant, ut mereantur damnationis iudicium et bona paucula suffocent'. Quia et nos pro modulo nostro non solum inutilitatem, verum et noxietatem in Rothado cum factis suis pensavimus; et velud ficulneam infructuosam, terram rationalem diutius inutiliter occupantem, et etiam post plura tempora pluresque admonitiones quasi cophinos pinguedinis sibi appositos non recipientem, sed sterilem permanentem, non sine dolore cordis succidentium providimus. Et cum haec ita se habeant, absque dubitatione confido, quia illud, quod in prefato Cartaginensis concilii capitulo sine ulla interpolatione subsequitur, decretum vestri moderaminis nequaquam preteriet^g. 'Sane', inquit^h, 'si ex consensu partium electi fuerint iudices, etiam a pauciore numero quam constitutum est non liceat provocariⁱ'. Qui numerus constitutus in duodecimo superiori capitulo demonstratus et consensus partium expeditus in diiudicatione Rothadi constat fuisse completus. Quorum etsi iudicium, pro quacumque causa forte rationabiliore et adhuc nobis incognita, vestrae summae auctoritati, quam multa nobis occulta non transeunt, placuerit refragari, quia meum est mea vobis obediendo committere et non iudicia vestra discutere, sustinebo, et contra vestram regularem^j restitutionem, si forte in eo agenda visa fuerit, in qua vestra disponet auctoritas, qualiter isdem victor, ut solet, et voti compos, quae sunt episcopi de reliquo faciat, non recalcitrabo, ducens pro magno, si a diutinis et multis molestiis, quas ab illo et pro illo passus sum, iam tandem aliquando valeam respirare et nunquam mihi contingat ulterius contra illius inquietudines inutiliter laborare; et quod^k non solum ab ecclesiasticis personis, verum et multo magis etiam a secularibus nostra iudicia contempnuntur et pro nihilo ducuntur; dicentibus eis et ad medium devocantibus illa, quae mihi vestrae^l auctoritati non sunt ascribenda, ut non animum vestrae^m dulcedinis in aliquo moveam, quod summo opere cavere desidero. Si qui in provincia nostra, quorum querela illo restituito ad vos valeat pervenire, de maioribus causis de cetero quaedam commiserint, sicut de quibusdam rebus frequentius quamⁿ in istis retroactis temporibus committuntur, ne a Deo dampner silentio, eos commonere studebo, et si corrigere se voluerint, congaudebo; sin autem, eos^o ad vestrum iudicium provocabo. Qui si ire voluerint, vestra sancta sapientia, quid inde melius viderit, decernere procurabit. Si autem ire noluerint, facient, quod sibi utile iudicaverint. Me utinam hinc a divina damnatione sententia sancti Ambrosii liberet, qua dicit: 'Si, inquit, quis potestatem non habet, quam^p scit reum abicere, aut probare non valet, immunis est. Sicque, ut puto, quia in multis occupatus et itineris longitudine atque insoliditate obstrictus de omnibus, antequam insolentium querela ad vos perveniat, ad apostolicam sedem referre non valeo, infirmitate gravatus et, gratias Deo! termino iam vicinus, potero precavere, ne a quocumque sanctitatis vestrae animus erga me moveatur, ut aliqua mihi excommunicatio intentetur. Et licet noverim, secundum apostoli euangelium, redditurum Dominum unicuique secundum opera eius, testimonium reddente illis conscientia, et inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, in die qua iudicabit occulta hominum; et ut Leo dicit: 'Si quid per servitutem nostram, videlicet sacerdotalem, bono ordine et gratulando impletur affectu, non ambigamus, per Spiritum sanctum nobis fuisse donatum; et quod secus fuerit, ratum esse non poterit'; modis omnibus, quantum ipse donaverit, a quo est omne datum^q optimum et omne donum perfectum, providere studebo, ne a communione sedis apostolicae, quod

a) p. 1. 2. b) Sp. s. 2. c) his scr. 1^b. d) deest 1. e) mala 1. 2. f) mala 1^b. g) preteriret 1. 2. h) provocati 1. i) rest. reg. 2. j) ex 1. k) nostra 1; nostre 2. l) m. d. v. 2. 3. n) ita 1. 2. 3; in ist. q. 3^b. o) ad v. e. 2. 3. p) quem 1. 2. 3; corr. 3^b. q) dat. det., n. et o. des. 1^a; d. o. et o. des. 1^b.

55 1) Expos. in psalmos (De apol. David) I, 6. 2) Conc. Carth. III. c. 10, Mansi III. p. 882.

absit! quolibet modo extorem me ultimus dies, qui mihi incertus est et subito venire potest, inveniatur. Eril enim, quamvis tardius quam necesse sit, quoniam ego gravis peccator gravi carere corporis diu inclusus teneor, merito in multis afflicto, providentissimo Domino providente, et tempus et persona in Remorum ecclesia, quando et in qua ab apostolica auctoritate privilegium integratum sibi ex antiqua consuetudine collatum et conservatum habebitur; quae numquam, excepto Romano pontifice, primatem habuit, nisi quamdiu, eiecto sine ullo crimine ab eâ suo pontifice^a, violentia tyranni Milonis tempore Karoli^b principis pastore vacans, Bonifacio apostolicae sedis legato aliquamdiu, sicut et ecclesia Trevirensis^c, commissa fuit. Inter quas, Remensem scilicet et Trevirensis ecclesiam — has enim duas tantum provincias Belgica regio habet —, haec semper distinctio fuit, sicut in ecclesiasticis monumentis invenimus et vetustissimam consuetudinem semper obtinuisse comperimus, ut isdem episcopus non loci, sed dignitate ordinis prior secundum^d sacras regulas haberetur, qui foret in qualibet istarum ecclesiarum metropoli antea ordinatus. Mihi vero necesse erit, me taliter gerere, ne totiens auctoritatis vestrae epistolae excommunicationes intentantes et obiurgationes, quas raro et magna necessitate fiendas in apostolicorum virorum litteris legimus, ferentes de reliquo accipiam, sicut istis^e temporibus, peccatis meis merentibus, frequenter accepi. Quod si sanctitati vestrae placuerit, non vobis opus agere in postmodum erit, donec apostolica vestra iussio me inobedientem in aliquo contra regulas sacras per contemptum, quod absit! invenerit. Qui enim, quare Dominus in euangelio centurionis fidem dicens: 'Dic verbo et sanabitur puer meus', intelligit, quam operatorium sit episcopi, immo, sicut in Paulo, in se loquentis Christi, quanto magis pontificis apostolicae sedis verbum^f, et quam obedienda sit ipsius preceptio, etiam sine ulla adiurationis adiectione, cognoscit. Quod et scientibus inculcare et nescientibus intimare, sapientibus et insipientibus debitores debemus episcopi. Quibus si de reliquo verba iniquorum prevaluerint adversum nos, sicut^g iactitant^h proferentes, non erit necesse de provincialibus sinodis, in quibus hactenus laboravimus, magnopere laborare; quippe quoniam erit et lex et spes sibi quisque. Quod quidem vestra humilitati nostrae scripsit sublimitas, primo vos commotos esse ad Rothadi causam inquirendam cura qua pro universis fratribus vestris constringimini, cum debita reverentia gratanter accepi, intelligens, quia in numero fratrum nos qualescumque metropolitani computari debemus. Eapropter, sicut vestrae discretionis providendum est, neⁱ subiecti episcopi a metropolitani irregulariter condemnentur, ita nihilominus providendum est, ut metropolitani a subiectis episcopis non irregulariter condemnentur. Deinde quod perspicacissime scripsistis secundo, quoniam sedem apostolicam Rothadus noscitur appellasse, et ne videamini ecclesiae vestrae privilegiorum detrimenta diebus vestris aequanimiter tolerare: et hoc nihilominus a nobis et ab omnibus est rectissime suscipiendum et solertissime conservandum. Quod et ego pro modulo meo servandum esse volui et volo, et favente Domino in hac devotione manebo, sciens, privilegium metropolitanae sedis Remorum, cui me divina dignatio servire disposuit, in summo privilegio sanctae sedis Romanae manere, et privilegium esse sedis Romanae, si sua auctoritate privilegium sibi subiectae sedis fecerit vigere et studuerit confirmare. De eo vero quod tertio loco ad medium devocastis scribere aliud nihil presumpsit, nisi quia causa Rothadi a causis illorum de quibus scripsistis est pene in cunctis dissimilis. De eo quod tandem apostolica vestra benignitas indignitati meae scribere est dignata, ut haec vobiscum cogitem et quod de Rothado decernitis approbem et non ad mei iniuriam id vos egisse aliquantulum autem, quantum valeo, totis medullis cordis cum omni supplicatione et debita ac submissa humilitate immensa gratiarum actiones sancto apostolatu vestro rependo, cum omni sinceritate animi rescribens, quia, sicut scribere^k mihi dignati estis, ita per omnia credo. Et quia privilegium vestri summi pontificatus, ut condecet et omnes desideramus, evindicatum habetis^l, quod nemo nostrum contradixerat, in deductione Rothadi, sicut precepistis, ad vestram presentiam, ut perdonare dignati estis, videre desidero et visurum me esse confido; quia non aliud, nisi, ut supra monstravi, quod regulae sacrae precipiunt et mihi petendum et vobis concedendum est^m, postulo: videlicet, ut sic Rothado ab auctoritate vestra compassio exibeatur, ut vigor ecclesiasticus non dissolvatur, et sic vigor ecclesiasticus conservetur, ut debita misericordia et necessaria sufficientia ei non denegeturⁿ, quatinus nec ipsius exemplo ad excedendum alii provocentur; ne, quibus in istis regionibus longius ab apostolica sede remotis censura

^a Rigoberto superer. man. rec. 1^b, recepit 3. ^b Karli 1^b. ^c Trever. 2 scriptus. ^d his scripsit 1^b. ^e et estis 1. ^f suppl.: laudaverit et quod similit. COLV. ^g dicit 1^b. ^h sic 2. ⁱ iactitant 1. ^k ne — providendum est 55 des. 1. ^l m. s. 2; scriberemus d. 1^b. ^m habemus 1^b. ⁿ deest 1. ^o degetur 1.

ecclesiasticae moderatio est commissa, hinc, quod absit! conspiciant, unde aut negligentia aut dissolutione tepescant, vel terminos, quos statuerunt patres, transgrediendi materiam se sumere posse dicant, quos, sicut intelleximus, nos hactenus servasse putamus. Vos videbitis, quid inde facto melius erit; et nobis in iudicio vestro videndum est, quid Deus velit; quoniam iniusta esse non poterunt divina iudicia, quae a soliditate confessionis apostolicae petrae, adversus quam inferi portae, id est suggestiones vel operationes pravae, non prevalebunt, dictante iustitia proferentur.

cl. Forc.
22, 28:

Math. 16, 18.

Epistolam, quam mihi auctoritas vestra cum obtestatione precepit Rothado dirigere, dominus noster rex, filius vester, mox ut ad eum venit, per abbatem suum Rothado direxit.

Rodulfus quoque, eiusdem filii vestri, domni nostri regis avunculus¹, 3. Idus nunc elapsi mensis Decembris ab Ludovico Germaniae rege revertens, cum valde vesperi a corte regis nostri ad mansiones nostras super fluvium Ligerim secus confinium regni Aquitaniae festinarem², misit ad me hominem suum nomine Rodulfum, mandans, quia prefatus rex Ludovicus quendam hominem Rothadi cum epistolis vestrae sanctitatis manui et fidei suae commisit, quatinus ita ad presentiam domni nostri regis Karoli cum eisdem epistolis eum perduceret, ut nullum malum ei inferret. Est enim apud dominum nostrum regem idem homo accusatus, quod fraudatus sit res et thesaurum ecclesiae, et post peritrium inde commissum fuga lapsus, ad Ludovicum regem perrexit. Unde idem Rodulfus petiit, ut ego illum inde apud dominum nostrum regem adiuvarem, ut, quoniam predictum hominem in sua fide acceperat, nullum malum haberet. Cui respondi, ut teneret ipsum hominem secum, ne interim ullum malum pateretur, donec ad cortem redirem et quantum possem inde illum adiuvare curarem. Ipsum autem hominem nec tunc nec postea vidi, nec quo abcesserit cum epistolis audivi. Quae idcirco sanctitati vestrae scribere studui, ut, si aliquis malivolorum nostrorum more suo vobis quiddam sinistri ex hoc suggerere voluerit, quid inde verum sit, cognoscatis et erga me vestrum animum non moveatis.

Rationem denique, quam reddidi coram electis iudicibus, de quibus per libellum provocationis ad electorum iudicium fueram a Rothado impetitus, ipsi venerabiles episcopi vestrae auctoritati transmittunt. De gestis vero a Rothado post excommunicationem suam in provinciali sinodo compilatis, quas per vicinos nostros ad vos in derogationem nostram pervenisse audivimus, episcopi Remorum provinciae per communes legatos nostros vestrae sanctitati quae sciunt, intimare curarunt.

Item post aliquanta de promotione ipsius domni Hincmari ad episcopatum, quae iam superius partim prenotata non curavimus hic iteranda: Denique prefato Ebone defuncto, ecclesia, sed et parrochia nostra, secundum consuetudinem quam ex antiquo habuit etiam de his qui in episcopatu usque ad obitum in eadem ecclesia non permanserunt, ipsius nomen inter sacrosancta misteria in episcoporum catalogo recitare pietatis gratia corpiit, et hactenus facit. Quod ego, ne scandalizarem devotos quasi invidens saluti fraternae, maxime autem quiescentis in Domino animae, qui non pro exorbitatione a catholicae fidei sanitate anathematizatus, sed sua conscientia stimulante, primum a se ipso, et postea a sinodo, sed et apostolica sede dampnatus extitit, hoc prohibere sine apostolicae sedis auctoritate nequaquam presumpsi, dicente beato Celestino papa³, quia: 'Nefas est haec pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari'. Nunc autem in epistolis sanctitatis vestrae, quas Engelwinus⁴ diaconus nobis attulit, invenimus, ut Teotgaudum⁵ et Guntarium in catalogo episcoporum non recipiamus. Et Anthiocenum⁶ concilium, ut premisimus et melius ipsi scitis, de eo qui post dampnationem iuxta precedentem consuetudinem episcopale presumit ministerium, quod Ebonem fecisse non dubium est; rescribere mihi digne apostolica vestra auctoritas, utrum eundem Ebonem inter episcopos in sacris diptichis in ecclesia nostra nominare permittam, an, ne de cetero in episcoporum catalogo nominetur, prohibere debeam; quatinus vestra auctoritate fultus, quid in nostra ecclesia inde sit observandum, sine ambiguitate, decernentibus vobis, demonstrarem.

a) festinarent 1. 2; festinaremus 3^b. b) Et 1. c) deest 1^b. d) provincia 1. e) quae 3. f) cathologo 2.
g) Engelwinus 1^b. h) Teotgaudum 1. 2. i) cathologo 2. k) Anthiocenum 1^b. l) quaedam deesse patet.
m) nominet 1.

1) Frater Judith reginae; cf. de hoc loco v. Kalkstein, 'Capetinger' I. p. 15, n. 2. 2) III, c. 1, p. 475.
3) Epist. 21, c. 3 (Schoenemann p. 864). 4) I. c. 4.

14. De quodam Gothescalco^a scismatico.

Ceterum Liudo mihi dixit, quod cum eo rationem de dampnatione et reclusionone Gothescalci habuissetis. Unde, quoniam per alios iam audieram ad sanctitatem vestram verba venisse, nisi auctoritati vestrae quaedam ex verbis et catholicorum sensibus in rotula, qualiter contra ipsius^b pestiferi hominis sensum sentiam^c, per Odonem episcopum, et nihil inde responsionis accipere merui. De quo nihilominus ut redderem rationem, quidam episcopi, quorum nihil de illo intererat, quoniam nec eos, ut ipsi manifestis indiciis prodiderunt, ad hoc caritas commovebat^d nec auctoritas deducebat, me ad conciliabulum nuper Metis habitum, quod vocari sinodum vetuistis, sicut intelligo, irregulariter quarto die antequam congregaretur, cum ego longius quam 80 et idem Gothescalcus plus quam 100 milibus ab ipsa civitate disparati essemus, nihil me inde ante premonitum per quendam laicum hominem litteris vocaverunt. Et nunc ideo breviter de eo sanctitati vestrae suggero, quoniam, antequam ad episcopatus ordinem pervenirem, sicut abbas suus et^e monachi, inter quos fuerat conversatus, ei testimonium perhibent, in metropoli ecclesiae Remorum monasterio in Suessionica^f parochia, quod Orbacis^g dicitur, habitu monachus, mente ferinus, quietis impatiens et vocum^h novitate delectans ac inter suos mobilitate noxia singularis, de omnibus quae in his regionibus perverse tunc temporis sensa cognoverat quaedam sibi elegit capitula, ut novitate vocumⁱ innotesci valeat, utque simplicium^j et devotorum sensus pervertere et magistri sibi nomen usurpando post se discipulos trahere, illisque, qui ad sua vota auribus prurientes magistros sibi coacerare decertant, quaerere inebite, quoniam legitime non poterat, simulatione vitae religiosae et doctrina preesse; quique a Remorum corepiscopo^k, qui tunc erat^l, contra regulas presbiter ordinatus, a monasterio irregulariter exiens, peragratis regionibus plurimis, et exitiosa semina sator pessimus seminans, tandem in Mogontina^m civitate habitaⁿ sinodo^o, Rabano^p archiepiscopo libellum sui erroris porrigens, dampnatus ab omnibus Germaniae episcopis, cum litteris sinodalibus ad metropolim Remorum, cui iam auctore Domino preeram, est remissus. Postea autem a Belgicae Remorum ac Galliarum provincialium episcopis auditus^q et inventus hereticus, quia respicere^r a sua pravitate non voluit, ne aliis noceret, qui sibi prodesse nolebat, iudicio prefatarum provincialium episcoporum, in nostra parochia, quoniam Rothadus, de cuius parochia erat, illi nesciebat resistere, et novitates amans, timebatur a nobis, ne disceret prava^s sentire, qui noluit discere^t recta docere; neve idem Gothescalcus cum aliis communem vitam ducens, errori suo faceret esse communes, monasteriali est^u custodiae mancipatus, docente apostolo: *Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devota, sciens subversum esse huiusmodi et proprio iudicio condemnatum*. *Qui, ut Leo papa de Eutice dicit^v, 'cum videret insipientiae suae sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat, nec ita ecclesiae presules commovere^w, ut dampnationis sententiam mereretur excipere. Quam utique, si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare^x. A qua dampnatione^y si voluisset ad sensum catholicum respicere, paratus semper fui et sum, quoniam sic venerabiles iudicaverunt episcopi, cum in catholicae ecclesiae communionem recipere, sicut ei iubeo quae sunt corpori necessaria ministrare. Si autem vestra catholica sapientia vult scire, quae contra catholicam fidem ex veteri heresi Predestinatiana^z — quae primum in Africa, postea in Gallis per idem tempus quando et Nestoriana^{aa} heresis est exorta et tempore Celestini papae ipsius auctoritate et instantia sancti Prosperi est revicta — dicere videatur, de multis pauca vobis numero, sed non pondere, capitulatum significamus.*

Dicit, quod et veteres Predestinatiani dixerunt, quoniam, sicut Deus quosdam ad vitam aeternam^{ab}, ita quosdam predestinavit ad mortem aeternam.

Dicit, quod et veteres Predestinatiani dixerunt, quoniam non vult Deus omnes homines salvos fieri, sed tantum eos qui salvantur; omnes autem salvari quoscumque^{ac} ipse salvare voluerit; ac per hoc, quicumque non salvantur, penitus non esse voluntatis illius ut salventur; quoniam^{ad}, si non omnes salvantur quos vult Deus salvos fieri, non omnia quaecumque voluit fecit, et si vult quod non potest, non omnipotens, sed infirmus est. Est autem omnipotens, qui fecit quae-

a) Gudesc. 2, ubi post Gothesc. b) deest 1. c) sententiam 1. d) comonebat 1. e) deest 1, superac. manu rec. 1^a. f) Suession. 2. g) Orbacos 3. h) voluta 1. i) supplicium 1^a. k) corepiscopo 2. l) Magont. 2. m) habite 1. 2. n) et R. 2. o) respicere 3^a. p) parva 2. q) dicere 1. 2. r) deest 2, ubi mon. e. m. s. commovere 2. t) clamatione 1^a. u) predestinata 1^a. v) Hest. 1. w) etiam nam 1. x) quosque 12 22 3^a. y) et 1.

1) Richoldo. Cf. de his et sequentibus Hinem. De praedestin. II, Opp. I, p. 21 (Migne I, p. 85). 2) A. 848. 55 3) A. 849. in concilio Carisiaci habito. 4) Epist. 31, c. 3, Mausi V, p. 1404.

cumque voluit, dicente scriptura: 'Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo et in terra, ^{Ps. 134, 6.} in mari et in omnibus abyssis'. Et item: 'In voluntate tua, Domine, cuncta sunt posita, et ^{Ps. 139, 9.} non est qui possit tuae resistere voluntati; si decreveris nos salvare, continuo liberabimur'.

Dicit, quod et veteres Predestinatiani dixerunt, quod non pro totius mundi redemptione, ^{id est non pro omnium hominum salute et redemptione, dominus et salvator noster Iesus Christus sit crucifixus et mortuus, sed tantum pro his qui salvantur.}

Dicit quoque modo dispari traditione, sed pari errore, quod et veteres Predestinatiani dixerunt, exponens sententiam apostoli Petri 'Eum qui emit eos Dominum negantes': 'Baptismi', inquit, 'sacramento eos emit, non tamen pro eis crucem subit neque mortem pertulit neque sanguinem fudit. Quod autem baptismi perceptio redemptio nuncupatur, doctor gentium manifeste fatetur: "Nolite contristari", inquit, "Spiritus sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis". At illa, quae propria et specialis est solorum omnium electorum, quam eis tantummodo crucifixus impertivit pius Redemptor ipsorum, sicut a preteritis, ita mirum et a presentibus natos et nascituros, vivos et mortuos, videlicet omnes pariter electos, redemit, eruit ablutique peccatis. Ipsi prorsus, ipsi sunt mundus, pro quo passus est Dominus, ut ipse dixit: "Panis quem ego dederam caro mea est pro mundi vita". Et item alibi idem Gotescalcus scribit: 'Absit procul a me, ut vel illud solummodo velim somnari, nedum semel susurrare, ut ullum eorum perpetuo secum periturum antiquus rapere valeat anguis, pro quibus redimendis tam pretiosus Deo patri domini Dei nostri, filii sui, fusus est sanguis. Amen'. Et item loquens ad Deum: 'Claret itaque satis aperte, quod nullus tibi perit, quisquis redemptus est per sanguinem crucis tuae'.

Quod Predestinatiani veteres non dixerunt, iste, ut audacius, ita et perniciosius dicit, Deitatem sanctae Trinitatis trinam esse. Sunt et alia, quae et ipse et alii plures in istis partibus dicunt, quae nobis sanae fidei adversari videntur; quae dum per alium quam per vilitatem personae meae auctoritas vestra cognoverit, forte attendet sollertius et quae inde tenenda sunt docere studebit quantocius. Erit enim in proximo inde necessitas; quia, etsi eorum corda in insania perversi sensus ebulliunt, orthodoxi tamen regis nostri tempore prava quae sentiunt eloqui non presumunt; ita ut aperte videamus impleri quod scriptum est: 'Congregans sicut in utre aquas maris'. Aqua enim maris sicut in utre congregata est, quia amara hereticorum scientia, quicquid hodie in isto regno filii vestri domni Karoli pravum sentit, in pectore comprimit et aperte dicere non presumit. Meum quoque exiguitatem et occulte canino dente corrodunt. Facile, adiuvante Domino, portare valebo, quia et mihi paucum superest temporis spacium, et, si inter filios ecclesiae permittente Deo in me acceperint potestatem corporaliter affligendi, divina gratia adjuvante exercebunt patientiam. Sed et si tantummodo male sentiendo adversabuntur, exercebunt quantulumcumque scientiam, et ut etiam inimici secundum preceptum Domini diligantur, exercebunt benivolentiam. Prefatum autem Gotescalcum, si vestra auctoritas mihi scripserit, ut eum a custodia solvam et aut ad vos eundi, ut per vos eius doctrinam experiamini, aut ad quemcumque ex nomine designatum pergendi licentiam donem, quia, ut melius ipsi scitis, sicut absolute quisque regulariter ordinari non valet, ita nisi ex ipsius consensu, cuius esse dinoscitur, certae personae commendandus et ad certum locum monachus vel quisque sub regula constitutus a loco suo absolvi iuxta regulas sacras non valet, vestris iussionibus nullo modo resultabo; tantum ut auctoritatem vestram habeam, ne tantorum episcoporum iudicium mea presumptione parvi pendere videar. Non enim illius delector, quam iuste sustinet pertinaciter contumax, quantulumcumque reclusionis molestiam, sed doleo, a qua revocari non potest, perfidiam. Quem si cuicumque commendandum vestra auctoritas viderit, hoc in commendatione etiam providebit, ut cui commendabitur catholicus sit et gravitatem ecclesiasticam et vigorem ac scripturarum scientiam habeat, quia non solum Scripturas ad suum sensum violenter inflexas, sed et catholicorum dicta detruncata per totum diem sine respiratione aliqua prevalet memoriter decantare. Unde non solum idiotas in admirationem sua abducere, verum et sciolos et incautos atque zelum Dei, sed non secundum scientiam, habentes in sententiam suam solitus erat traducere. Et non solum doctorum suorum doctor videri appetit, sed et hoc sollertiter satis intendit, ut secum loquentes vel in sermone capere valeat;

a¹ mare 2. b) deest 1. c. r. l. 2. d. salvatis 1^b; salvare 1^a 2. e) deest 1^b. f. Emit eum quod emit 1. g) contristare 3. h) dixit 1. i) deest 2. 3. k) m. p. 2. 3. l. si et 1. m) deest 1^a. n) utrem 1. o) F. autem 3. p) quantulum, om. cumque. l.; quantulumcumque -- molestia 3.

l) Haec aliter in vulgata leguntur.

et, si de veritate non poterit, invincibiliter sacramentis affirmare curabit, ea secum loquentes dixisse quae forte non dixerant, ut ipse verax et illi qui ei contradicunt probentur esse mendaces et adversus suam doctrinam docentes.

15. De libris quos idem presul Hincmarus composuit.

Scriptis etiam prefato papae Nicolao, fidei suae depromendo tenorem et suam contra prenotati Gothescalci errorem, quam fidei catholicae dependere satagebat, defensionem¹.

Scriptis praeterea multa. Librum quoque collectum ex orthodoxorum dictis patrum ad filios ecclesiae suae, quod divinae Trinitatis Deitas trina non sit dicenda, cum sit ipsius summae Trinitatis unitas, ad refellendas prememorati Gothescalci blasphemias. Item ad Karolum regem super hac eadem re librum unum². Scripsit et ad eundem Karolum regem opus quoddam egregium metricae de gratia et predestinatione Dei, de sacramentis quoque corporis et sanguinis Christi et de videndo Deo atque origine animae, simul ac de fide sanctae Trinitatis, quod opus appellavit Ferculum Salomonis³. Item collegit atque composuit volumen ingens, plures continens libros, de predestinatione Dei et libero arbitrio contra quosdam reprehensores suos episcopos, maximeque contra Gothescalcum atque Ratramnum⁴ monachum Corbeiensem, ad eundem Karolum regem, cui talem praefert epistolam⁵:

Domno glorioso regi Karolo Hincmarus, nomine, non merito, Remorum episcopus ac plebis Dei famulus, una cum collegis domnis et fratribus meis venerandis episcopis, oratoribus scilicet salutis atque prosperitatis vestrae devotis. Deo gratias agimus, qui cor vestrum ad amorem suum accendit et ad cognitionem veritatis et orthodoxae fidei scientiam et diligentiam ignovit, prudentiam quoque et intelligentiam vobis in litteris divinitus inspiratis donavit et in earum meditatione atque exercitatione, quantum vobis pro rei publicae negotiis licet, studium vestrae devotionis cotidiano augmento ad utilitatem sanctae suae ecclesiae provehit. Ceterum capitula synodalia venerabilium consacerdotum nostrorum, trium scilicet provinciarum, sicut ibidem continetur et inferius scriptum invenietur, vobis delata, quae nostrae humilitati iusta^a Scripturam precipientem: *Interroga sacerdotes legem meam, quia et legem fidei esse legimus, praecedentium regum more ob studium cognoscendae veritatis legenda et ventilanda dedistis, revolvimus. In quibus nos, licet nomina nostra sint tacita, designatione tamen effectus velut non catholicos reprehensos et sine fraternitatis respectu despectos reperimus. Capitula quoque, quae ob notam vobis et infra innotescendam necessitatem ex catholicorum patrum sensibus et verbis excerptimus, velut inutilia, immo noxia, repulsa et abhominata invenimus. Quae capitula, sicut a nobis excerpta sunt, suis scriptis inserere noluerunt, ne ab illis legerentur, in quorum manus illorum capitula devenirent; sed quaedam de his, quae in capitulis a nobis excerptis habentur, alio sensu et aliis verbis tetigerunt, ut abhominanda illa monstrarent, quaedam autem suppresserunt, et taliter inde memoriam habuerunt, quasi nos contra sanctorum patrum sensa in Affricana et Arausica^b synodo senserimus. De quodam autem capitulo, id est quod *omnes homines vult Deus salvos fieri, licet non omnes salventur, funditus tacerunt, sicut postmodum signantius demonstrabimus, cum Dominus dicat: 'Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et aedifices et plantes'. Prius enim, si de conscientia rectae intelligentiae fuere confisi, ponentes ea quae destruere nitentur, sicut illa cum integritate sua acceperant, in quibus evellenda et dissipanda erant legentibus demonstrare, et tunc, illis per auctoritatem destructis atque dispersis, sua rationabiliter et ordinabiliter plantare debuerant ac in sublime aedificantes extollere. De quodam etiam capitulo, quasi iudificatio aliqua in sacris misteriis esse possit, ita scripserunt, ut legentes hoc a nobis dictum fuisse intelligere possint, de quo nihil a nobis est memoratum; et quare nihil a nobis inde sit dictum, et in cuius scriptis a nobis, posteaquam illa capitula scripsimus, sit inventum, suo loco dicemus. Insuper etiam in eisdem suis scriptis de quibusdam 16^c capitulis, quasi nobis debeant imputari, de quibus nil^d audivimus vel vidimus, antequam venerabilis Ebo Gratianopolitanus episcopus vobis ea, quasi a bonae memoriae fratre vestro Lothario transmissa, apud Vermeriam palatium detulit. Quorum capitulorum auctorem nec ibi adnotatum invenimus nec, cum multum quaesierimus, invenire valuimus; unde putavimus, quia ali-**

a) bis scr. 1^b; via inxtp 1^a. b) ante 1. c) 19 2. d) nihil 2.

1) Opp. I, p. 413 sqq. (Migne I, p. 473). 2) Quem p. 817). 4) Hanc tantum epistolam servatam esse intelligat, non satis constat. 3) Nonnisi Explanatio iam monit Sirmondus. 5) A. 529.

cuius invidia ad cuiusquam opinionem infamandam fuerint compilata, sicut saepe legimus: ut de multis pauca commemoremus, veluti epistola capitulorum extitit, quam venerabilis Ibas episcopus¹ suam esse in synodo denegavit; et sicut quidam aemuli de verbis beati Augustini adhuc in sua vita fecerunt^a, quae ille arguit^b et catholice reppulit, quantum ad illius noticiam exinde pervenit. Post eius etiam obitum quidam invidi capitulum^c de eius^d ipsius scriptis, ex his etiam unde nunc agitur, colligere curaverunt, ut illius doctrinam orthodoxam atque utilissimam ob personae illius invidiam vilifacere prevalerent et lectores devotos ab illius lectione^e ac dilectione et necessaria credulitate averterent. Quae videlicet aemulorum mendacia, ex^f delegatione sanctae sedis Romanae per Celestinum papam sanctus Prosper catholico et prudenti stilo falsa esse et imprudenter obiecta ostendit et memorati ac memorandi viri doctrinam orthodoxam esse lucidissime demonstravit. Unde et fieri potest, ut ista capitula, quae vobis ex nomine confratrum nostrorum ab aliis quam ab illis delata vel transmissa sunt, taliter in suggillatione^g nostra conscripta non fuerint^h, sed instigante diabolo inter cetera mala quae nuncⁱ in hoc mundo crebrescunt^k, ad immittendam^l inter Domini sacerdotes discordiam sint confecta, qui caritatem vehementer in nobis et timet et invidet, cum videt, illam a nobis servari hominibus terrenis in terra, quam ille servare nolens angelicus spiritus^m amisitⁿ in caelo. Quomodo enim fieri posset, ut sic fratres nostri nos succensorie cum adnihilationis despectu iudicarent, qui regulam dominicam, qualiter confratrem quisque admonere debeat, continue pre oculis et in usu cotidie habeant? Scriptum enim esse cognoscunt: 'Priusquam interrogas, ne vituperes quemquam, et cum interrogaveris, corripe iuste'. Sanctus enim Augustinus hereticorum et reprehensorum suorum scripta, si in eis quiddam bene dictum invenit, benignissime^o acceptavit et plura ad rectos sensus interpretari elaboravit, nulla autem de recto sensu ad pravum inclinare temptavit. Et quomodo fratres nostri talia agerent, antequam nos secundum evangelicam regulam vel viva voce vel scriptis suis inde interrogarent, ut vel volentes discere docerent vel pravum sentientes et ad tramitem veritatis et fidei redire contempnentes fraterne et saepius commonerent et auctoritates divinas et sanctorum patrum scripta nobis proponerent et ut in unum conveniremus nos cum mansuetudine et lenitate invitarent? scientes, quia episcopus ideo ad synodum consecratorum debet venire, ut aut discat aut doceat. Litteras namque quorundam eorum quidam nostrum benignas et fraternas suscepimus nostrasque illis remisimus et nihil tale de eorum parte perspeximus, audivimus, intelleximus, sensitimus vel percipere prevaluimus. Si autem talia scripserunt, si forte illi^p scripserunt, ut sapientiam^q suam de nostra insipientia demonstrarent et plus de iactantia laudis appetitum quaequerent, quam bona nostra et bene a nobis dicta, si forent, per caritatem sua facerent; si etiam secus a nobis dicta invenerunt, plus illa publicare quam nos fraterne corrigere maluerunt: miramur de tantis et talibus viris, archiepiscopis et episcoporum primoribus, maxime autem de Ebone, qui^r religiosus est, ut audivimus; quippe sicut ab ipsis pene cunabulis sub religione et habitu regulari nutritus in Remensis ecclesiae monasterio, ubi requiescit sanctus Remigius; in quo loco religioso suam exegit aetatem, quousque a domno Ebone, avunculo suo, tunc Reniorum archiepiscopo, ibidem diaconus consecratus et abbas monachorum ad regularem ordinem tenendum et gubernandum constitutione episcopali est ordinatus; quemque ita humilitatis tenore nutritum et humilitatis locum appetere et tenere velle dicimus, ut illi et omnibus scriptum est: 'Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris'. Spiritus enim potestatem habentis spiritus est superbiae, locus autem noster^s humilitas est, quam a se vere locus munitus et turris fortitudinis nos discere iubet: 'Discite a me', inquit, 'quia mitis sum et humilis corde'; quamque pro loco tuto contra elationis ac^t iactantiae spiritum prefatum religiosum virum obnixè tenere velle audivimus, et pro certo credidimus; et idcirco discredimus ista capitula ab eis^u confecta; quia, premissis aliorum consecratorum nominibus, solius Ebonis nomen cum archiepiscopis est ibidem iactanter^v, ut quibusdam videtur, expressum; et quod quam maxime ipse^w in hoc collaboraverit, quasi e regione sit sensum, ut etiam cum archiepiscopis maior ceteris et doctor in sententia fuerit. Hoc enim de sancto Augustino, qui in conciliis Affricanis scientia et labor

a) facerem 1^a; facerent 1^b. b) argue 3. c) capitulum 2. 3. d) deest 2. 3. e) d. ac 1. 2. f) et 2. g) sigillatione 2. h) fuerunt 1. 2. i) deest 1^b. k) crebrescunt 1. 2. l) mittendam 1^b. m) ang. episcopus spiritus 1^b. n) emisit 1^b. o) benignas 1^a; h. a. dea. 1^b. p) illis 2. q) suam sap. 2. 3. r) quod 1. s) nostro 1; noster est hum. 2. t) a 1. u) eo 3. v) iactanter 1. w) in h. i. 2. 3.

55 1) Hic est Ibas Edessenaec ecclesiae episcopus (saec. V), de quo in conciliis seu potius iudiciis ecclesiasticis Tyrio et Berithensi et in concilio Chalcedonensi act. 10. COLV.

ac vigilantia maior extitit, nequaquam invenimus. Nam et ipse sanctus Augustinus non solum se ceteris coepiscopis privatam gloriam quaerens non pretulit nec preferri permisit, verum se aliis supposuit, cum ipse plus aliis laboraverit, sicut in epistolis ad sanctum Innocentium papam scriptis¹ et ad alios apostolicae sedis presules, qui legere voluerit, invenire valebit. Nec^a de ullo episcoporum in ullis conciliis taliter legimus; nisi forte apostolicae litterae propter evidentem causam aliquem coepiscoporum ad hoc negotium cum archiepiscopo suo ex nomine designari decreverint, sicut de Augustidunensi^b episcopo in epistolis beati Gregorii legimus². Quanto magis iste religiosus et vir cautus in huiusmodi se efferre^c noluisse aut preferri, despectis ac pretermisissis ceteris coepiscopis, permisisset. Huc accedit, quia fratres nostri et concacerdotes surda aure non debuissent transire Salomonis dictum commonitorium^d, si ex nobis aut auditu aut scripto quiddam sinistri secreto accepissent, ut prepropere illud in publicum quacumque mobilitate nostra moti, unde^e non sumus conscii, ad contentiones et iurgia propalarent.

Prov. 25, 9. et Rom. 12, 3. *Ait enim: 'Quae viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum oportet sapere student, a proximorum^f pace resiliunt, dum eos velud ebetes stultosque contemp-*

Marc. 9, 49. *nunt. Unde per se Veritas admonet, dicens: 'Habete in vobis sal et pacem habete inter vos'; ut, quisquis habere sal sapientiae studet, curet necesse est, quatinus a pace concordiae nunquam*

Hebr. 12, 14. *recedat. Unde terribiliter Paulus admonet, dicens: 'Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum'. Praecipue autem nos eam servare et persequi, id est perfecte sequi, debemus, qui Deo cotidie sacrificare debemus, et Veritate contestante specialiter quasi pre-*

Matth. 5, 23, 24. *cipimur, ut 'si offeramus munus nostrum ad altare, et ibi recordati fuerimus, quia frater habet aliquid adversum nos, relinquamus ibi munus nostrum ante altare, et eamus prius reconciliari fratri nostro, et tunc venientes offeramus munus nostrum'. Ecce ductor et doctor noster a discordantibus non vult accipere sacrificium, holocaustum suscipere recusat. Hic ergo perpendendum est, quantum sit malum discordiae, propter quod et illud non admittitur, per quod*

50 *culpa laxatur. Non enim nos adversus fratres nostros habemus, si talia contra nos ante collationem scripserunt. Sed credendum est, quia, si illa scripsissent, ad nos, contra quos^g illa scripserant, transmisissent. Nunc autem illis quomodo rescribere possumus, cum, utrum illa scripserint, ignoremus? Veruntamen [ne^h] sine responso nostro vestra dominatio maneat, vobis, de cuius manu illa accepimus, corde, ore et stilo, non formidantes carpentium nos dero-*

30 *gationem, respondere curamus. Primo scilicet mittentes ea, quae ab eisdem fratribus nostris in sinodo conscripta fuisse leguntur, licet hinc anteaⁱ alia fuisse conscripta reperiantur. Sed tamen^j quia haec in suggillationem^m nostram et contra excerptaⁿ a nobis capitula confecta noscuntur, ea primum iudicavimus ponere, quae maioris nominis, licet non^o auctoritatis, quia*

35 *partim non veritatis, propter sinodalem^p tamen pretitulationem dignum duximus magni pendere. Deinde illa, quae a pluribus et per aliorum manus de pluribus ex his causis accepimus, propter quam necessitatem ex catholicorum patrum, ut diximus, sensibus et verbis capitula illa quatuor recerpere^q procuravimus, ea conditione, ut de singulorum scriptis ex singulis sententiis, quae in a nobis excerptis capitulis continentur, quaedam, prout necesse viderimus, ponamus. Post haec capitula a nobis excerpta de patrum sensibus et verbis, ut illa excerpti-*

40 *mus, ponere procurabimus, et si divinis et authenticis scripturis et catholicae atque apostolicae ecclesiae sanctaeque Romanae sedis fidei et orthodoxorum patrum sensibus, qui eidem sanctae matri ecclesiae presederunt, et qui ab eadem apostolica sede Romana nobis in canone recipiendi dati sunt, sensum nostrum in eisdem capitulis expressum concordari demonstrare potuerimus, agere veraciter, humiliter ac devote studebimus; quia aliorum ad stipulandum^r nostrae catho-*

45 *licae intelligentiae sensum sententias recipere nec proferre volumus, cum constet, illud esse verum atque catholicum, quod ipsa mater omnium ecclesiarum et universalis ecclesia duxerit adprobandum. Et si qui^s fuerunt^t appellati doctores ad probandam fidei sinceritatem, illorum sententias non^u recepimus neque proferimus, nisi quorum sententias ipsa catholica mater ecclesia decrevit esse probabiles. Si autem, et aliqui emergerunt, qui doctrinalem cathedram*

50 *tenuerunt, postquam ab eadem sancta sede canon sacrarum scripturarum atque doctorum*

a) Neque 1^a. b) Augustid. 2, 3. c) offerre 1. d) commonitorium 1, 3; commonitoris 3^a. e) inde 1, 2. f) proximo 2. g) Nos 1, 2. h) quod 1. i) deest 1, 2. k) ante 2. l) deest 1. m) sigillationem 2. n) excerpta 1, 2. o) t. s. 2. p) recerpere 1^a; excerpte 2. q) al. astipulandum 2. r) rem 1. s) quis 1, 2, corr. qui 1^a, 2. t) fuerit 1^a; fuerint 1^b. u) non — sententias de. 1.

1) Epist. 175. 176. 177 (Migne XXXIII, 2, p. 753 sqq.). 2) Registr. VI, 54: ad Desiderium Viennensem et Syagrium Augustodunensem episc. directa.

catholicorum fidelibus cunctis est datus, qui aliter senserunt, quam ipsi intellexerunt^b atque docuerunt^c, quos ipsa mater catholica^d suo orthodoxo sinu recepit, amplectitur atque fovet; qui nec debemus nec necesse habemus ad auctoritatem sententias illorum proferre aut recipere volumus, quoniam in istis et per istos satis ad salutem habemus. Et si qui aliter quam isti maturiore et saniore documento tenendum docuerunt^e, dogmatizant aut dogmatizare presumpserunt, totum ducimus saluti^f et fidei adversum, quicquid ab eorum salubri doctrina constat esse diversum. Eorum etiam sententias, qui divina dignatione, postquam ipse canon a beato Gelasio conscriptus est, sensu et doctrina catholica et sanctitate conversationis in ecclesia floruerunt et ab ipsorum orthodoxorum patrum, qui in eodem canone adnotati sunt, fidei quia catholica doctrina nihil dissonum, nihil diversum scripserunt vel docuerunt, reverentia pari amplectimur; veluti venerabilis Bedae presbyteri, a discipulis sancti papae Gregorii catholica fide imbuti et a sancto Theodoro archiepiscopo, utriusque linguae, Graecae videlicet et Latinae, perito et a sancta Romana ecclesia ad Anglos post discipulos beati Gregorii ad eruditionem transmissio, non mediocriter instructi, ac venerandae memoriae Paulini patriarchae Aquileiensis parrochiae atque Alcuini viri religiosi et docti. Quorum fidem et doctrinam apostolica sedes Romana non solum benignissime acceptavit, verum et multis laudibus extulit, sicut in scriptis ipsius sanctae sedis invenimus, quae ecclesiae nostrae ab eadem ecclesiarum matre acceperunt tempore divinae memoriae Karoli imperatoris, quando sinodus pro cognita infidelitate^g Felicis est habita^h et ad Romanam ecclesiam velut ad apicem ecclesiarum transmissa. Sed et eorum scripta qui legit, quam sint laudanda et recipienda, intelligit. Denique si talium, ut diximus, sententias concordari capitula quae excerptimus demonstrare non potuerimus, parati sumus doctioribus et catholicis aures accommodareⁱ, sensum subdere et sine contentione nos doctrinae illorum subicere. Et quia libellum de scrinio bonae memoriae fratris vestri^j Lotharii sine nomine auctoris suscepimus, in quo sigillatim^k per loca singula capitula a nobis excerpta^l sunt posita et assensu illius, quicumque ille fuerit, reprehensa sunt et dampnata, cum de catholicorum patrum dictis nostra capitula, si poterimus, confirmare curabimus, ipsius etiam reprehensiones ponemus, et eas^m, quantum Dominus dederit, confutare studebimus. Tunc demum ponemus de capitulo confratrum nostrorum quinto, unde notam nobis quasi tacite et e latere impegeruntⁿ, quod^o in Gothescalci scriptis invenimus, postquam quatuor^p capitula saepe memorata excerptimus, et quid inde sentiamus, Domino inspirante dicemus; et sic tandem subiciemus illa 10 et 9^q capitula, pro quibus de Scottorum^r multibus confratres nostri sine culpa nostra in hac dumtaxat causa nos pascere decreverunt^s, et quod de eisdem capitulis sentiamus, ex catholicorum patrum sensibus ostendemus.

16.¹ De his quae Karolo regi scripsit.

Item aliud edidit volumen insigne ad eundem regem contra prefatum Gothescalcum et ceteros Predestinatianos, de quo huiusmodi ad ipsum scribit epistolam²:

Domno Karolo regi glorioso Hincmarus, nomine, non merito, Remorum episcopus ac plebis Dei famulus, una cum collegis dominis et fratribus meis venerandis episcopis, oratoribus scilicet salutis³ atque prosperitatis vestrae devotis. Nuper elapso mense Iunio, per indictionem septimam, anno incarnationis dominicae 859, dedistis nobis quaedam capitula, sicut nostrae dixistis humilitati, a Remigio reverentissimo Lugdunensium archiepiscopo vestrae porrecta sublimitati, iubentes, ut tempore congruo de his vobis redderemus responsum, si unanimes uno ore eorundem capitulorum sensui concordaremus; an, quia vobis a⁴ cana patrum fide in quibusdam dissentire videbantur, noster sensus, quem a catholico tramite non deviare credebatis, ab eis in aliquo dissideret, sequentes et precepti dominici iussionem et christianam predecessorum vestrorum consuetudinem. Est enim et divinis legibus cautum et prisca anteriorum principum more suetum, ut quotienscumque in catholica fide vel divina religione quoddam⁵ novi emergerit, a principali sententia episcoporum consultu referatur, et quod eorum iudicio scripturarum sanctarum auctoritate et orthodoxorum magistrorum doctrina atque secundum auctoritatem canonicam et decreta pontificum Romanorum Christi Dei nostri vicarii et sanctae eius ecclesiae

a) qualiter 1. b) intellexerit 1. c) docuerit 1b. d) quas 1. 2. e) deest 1. f) catholico 1b. g) docuerit 1b. h) f. et a. 2. 3. i) infelicitate 1. j) acom. 1. 2. k) nostri 1. l) singill. 1b. m) eos 1. 2. n) impegerit 1. o) quid 2. p) c. q. 2. 3. q) sex 2. r) decreverit 1b. s) rubrum et capitula distinctio des. 1. post epistolam poni 2. u) archana 1. v) quoddam 1b.

55 1) Francofurtensi a. 794. 2) Iohannis Scoti librum de divisione naturae in synodo Valentiana a. 855. damnatum intelligit; cf. Noorden p. 79 sqq. 3) Opp. I, p. 1 (Migne I, p. 65).

presules credendum, sequendum et tenendum atque predicandum decreverint, id ab omnibus corde credatur ad iustitiam, ore autem^a confiteatur ad salutem, sequatur ad vocationem, teneatur ad coronam, predicetur ad lucrum. Quae siquidem capitula in conventu episcoporum habito in territorio Tullensi in villa quae dicitur Saponarias¹ ante biduum, quam vobis porrecta fuerint, sunt recitata, proferente et deponente ea² synodo domno Remigio Lugdunensium³ archiepiscopo. Quae, sicut dixit et in epigramate eorundem capitulorum continetur, in hoc ipso anno in Kalendis nihilominus ibidem descriptis et in suburbio Lingonicae urbis ad instructionem dominici populi ipse et sibi comprovinciales⁴ episcopi ediderunt; et in crastina alia quaedam capitula, de quibus post locuturi sumus, relecta fuere; super quibus, sicut quibusdam ex fratribus visum est, quorundam sensus est motus. Nam, ut vere et nos fateamur, nostrae conscientiae super pridem capitulis, quae, ut diximus, Remigius archiepiscopus synodo presentaverat, recitatis, catholicorum⁵ ad memoriam reducentes doctorum traditiones, non modice se concusserunt. Unde nostrorum quidam, fidei christianae zelo succensi, aliqua synodo voluere suggerere; sed motus nostri ab eodem venerabili archiepiscopo Remigio Lugdunensium sunt modeste compositi, eo venerabiliter perorante, ut, si quorumcumque nostrorum sensus ab eisdem prolatis capitulis in aliquo dissentiendo se commoveret, ad proxime futuram synodum catholicorum libros doctorum⁶ quique deferre curemus, et sicut melius secundum catholicam et apostolicam doctrinam in commune invenerimus, de cetero omnes unanimiter teneamus. In cuius devotione coepiscoporumque⁷ ipsius dioceseos, quorum etiam et ante ordinationem mentem catholicam atque doctrinam, sicut et vos non latet, cognovimus, quantum sensui pusillitatis⁸ nostrae fidem accommodare audeamus, percepimus; quia non ex⁹ ipsis, ut non dicamus per ipsos, synodo capitula ipsa fuere prolata. Quapropter, quamvis¹⁰ blando sibilo eos quidam caraxare voluerint de eo quod sanctus Celestinus episcopus¹¹ Gallicanos redarguit, dicens¹²: 'Quid illic, inquit, 'spei' est, ubi magistris tacentibus hi loquuntur, qui, si ita est, eorum discipuli non fuerunt? Timeo, ne cohibere¹³ sit hoc tacere; timeo, ne magis ipsi¹⁴ loquantur, qui¹⁵ permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non¹⁶ caret suspicio taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faveamus¹⁷ errori. Nos tamen plures, qui eorum¹⁸ et fidem et doctrinam et prudentiam novimus, minus in eis ista noscentibus sententiam pro dissensione baptismi de beato Cipriano a sancto Augustino conlaudatam, saepenumero in libro secundo de baptismo positam¹⁹ proposuimus. (Quo modo enim, inquit, potuit ista res tantis alterationum nebulis involuta ad plenarii concilii luculentam illustrationem confirmationemque perducti, nisi primo diutius per orbis terrarum regiones multis hinc atque hinc disputationibus et collationibus²⁰ episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis²¹, ut, cum diutius aliqua obscuriora quaeruntur, et propter inveniendi difficultatem diversas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad²² verum liquidum perveniat, vinculum permaneat unitatis, ne in parte precisa remaneat insanabile vulnus erroris. Et²³ ideo plerumque doctoribus minus aliquid revelatur, ut eorum patiens et humilis caritas, in qua fructus maior est, comprobetur: vel quomodo teneant²⁴ unitatem, cum in²⁵ rebus obscurioribus diversa sentiunt, vel quomodo accipiant veritatem, cum contra id quod sentiebant declaratum esse cognoscunt²⁶. Sciebant namque idem venerabiles catholici et docti viri, quia in multis regionibus ac provinciis haec pestifera erat recommota doctrina; et ideo silentium in suis provinciis imponere tam facile, sicut forte poterant, noluerunt errori, donec ad plurimorum noticiam perventa plurimorum iudicio quaestio sopiretur²⁷. Quia, ut dicit sanctus Celestinus in epistola ad Nestorium²⁸ directa²⁹: 'Omnes debent nosse quod agitur, quotiens omnium³⁰ causa tractatur'; videlicet³¹ ut, cum omnium in unius propositione fuerit diffinita³² consultatio, cunctorum valeat ad omnes emanare³³ solutio. Haec eadem namque capitula, sicut facile reminisci potestis, ante triennium nobis in villa Rothomagensis³⁴ episcopii quae Niepha³⁵ dicitur³⁶, quando in excubiis contra Nortmannorum infestationem debebamur, sub titulo

a) deest Op. b) deest 1. c) cum ep. 1. d) libros add. 1; deest 2. Op. e) dictorum 1^a. f) quo deest 1. g) b. q. 2. h) epus 2. i) speciem u. 1. k) ita 1. 2. Op., et ita Flod. scripsisse videtur; committero 3; ex orig. Coelestini epistola corr. connivere 3^b. l) illi 1. m) s. n. c. 2. 3. n) foveamus errorem Coel. o) et f. o. 1. p) conlaudationibus 1; collationibus 2. q) paucis 1. 2. r) deteneant 1^a, corr. reteneant 1^b. s) sepeperit 1^a; sepietur 1^b. t) Nestorium 1^b. u) c. o. 2. v) Undelicet 2. w) emanari 1. 2. x) Rotom. 1. y) Auelpa 1; Melpha 2; Nielfa Op.

1) Savonières. De qua synodo cf. Prudentii Ann. p. 863). 3) De baptismo cont. Donat. c. 4. 4) Ibid. SS. 1, p. 453; LL. 1, p. 462. et quae nuper ex codice .c. 5. 5) Epist. 13, c. 11 (Schoenemann p. 815), 55 Madritensi publici iuris fecit Ewald noster, 'N. Arch.' 6) Neaufles-saint-Martin (départ. Euro, arrond. An-VI, p. 255. 2) Epist. 21, c. 2 (Schoenemann delys). LEJ.

quasi in Valentiana synodo conscripta fuerint anno incarnationis dominicae 855, sub Lothario imperatore, dedistis, ut ad illa quae nobis viderentur catholice ex orthodoxorum magisterio responderemus, cum aliis quoruncumque scriptis, quae hinc ad vestram noticiam pervenerint. Quorum quaedam scripta recepimus, sed ea publicare nolumus, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, donec cum eis qui vobis illa transmiserant familiari colloqueremur sermone, et eos, si aliquo modo valeremus, ab hac prava intentione ad catholicae fidei unitatem, cooperante Domino, revocaremus. Sed quia partim occupationibus prepediti, partim autem in fraternis suasionibus minus quam necesse fuerat obauditi, eos quos monere disposuimus a sua intentione revocare nequivimus; unde, quia sicut dicit apostolus: Quorundam hominum peccata manifesta sunt, et quae aliter se habent abscondi non possunt, adeo quorundam exerevit dissensio, ut haec dissonantia ad vestram perveniret noticiam, et synodali decreto pro zelo fidei et unanimitatis amore, antequam haec nobis perscrutanda committeretis, quatuor capitula episcopali diffinitione vobis de catholicorum patrum dictis colligi et singulorum exigeretis manibus roborari. Postea vero et quorundam ex his qui eisdem capitulis subscriperant et aliorum etiam in tantum est accumulata vecordia, ut necesse foret, et iussionis vestrae instantia et executionis nostrae obedientia, hinc eorum quos premisimus scriptis et propositionibus litterali officio respondere. Inter quae et his capitulis, quae nobis nuper dedistis pro nostri ingenio capacitate, sub dubietate tamen, respondimus; quia non credidimus, ut fratres et coepiscopi nostri contra regulas ecclesiasticas adversum nos talia debuissent conscribere, praesertim cum non ignorarent, dominicis institutionibus et legibus sancto Spiritu promulgatis praefatum esse, qualiter, si in saepe factis capitulis fidei obloqueremur, nos compellere et tunc synodali iudicio nos nostrasque sententias a sua debuissent communione explodere. Nunc vero, quia certi sumus, cuius compositioni debemus de saepe nominatis quaestionibus respondere, servatis relationum absolutionibus, contra eos quibus a vestra dominatione proposito nobis ministerio iussi sumus reddere rationem, contra haec tantum capitula, quantum ex nobis est cum omnibus pacem habentes, ex sanctarum scripturarum auctoritate et catholicorum patrum sententia simpliciter respondere curabimus; ut, cui forte omnia illa legere non licuerit vel non libuerit, hic compendiosas pro tempore capitalium responsiones inveniatur; quas furatis horulis a diversis occupationum distensionibus, qui cogitationum ferias non habemus, sicut de sententia sanctorum patrum accepimus, ne torpore vel inobedientia a vestra denotaremur christiana devotione, committere scedulitum tumultuario sermone studuimus; quoniam in praefatis relationibus, provocati multiplicibus multiplicium illationibus multipliciter multiplicibusque collationibus, non sine, sicut scimus et confitemur, lectoris taedio, sensu sed tamen catholico, in tribus libris lacinoso sermone respondere satagemus. Sed in hoc maxime benigno lectori nos satisfacere autumamus, quia, singulorum singulas semper ponentes sententias, singulariter ad obiecta et resistentia fidei respondere studuimus; et vel in hoc solo devotum quemque lectorem nobis conciliari confidimus, quia, cum ex sua mente nostrum laborem perpenderit, nos apud se excusatos habebit. Quis vero sit istorum capitalium compositor, cui quasi a novo cogimur respondere, ipse se prodet, cum necessario urgebitur ad lucem veritatis venire; quia operator tenebrarum operum, inter quae ab apostolo et hereses describuntur, odit lucem et non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius; omnis vero qui bona agit, inter quae bona ab apostolo et fides connumeratur, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Sed et ille, quicumque est, si ad lucem venerit et veritati ex corde consenserit, esse filius lucis poterit. Si autem et pertinaciter contradixerit veritati, ipse infidelitate sua et contentionis suae vecordia heretici sibi nomen imponet; quia non statim hereticum, quod ignoranter a fide sentitur diversum, si non fiat pertinaci contentione hereticum.

17. De synodo sex provinciarum Galliae apud Treca habita.

Anno denique dominicae incarnationis 867, synodus provinciarum Remensis, Rothomagensis, Turonensis, Senonum, Burdegalsium atque Bituricensium apud Treca 8. Kal. Novembris convenit. Ubi quidam episcopi, ut assollet, gratia regis Karoli Vulfrado faventes, quaedam contra veritatem et canonum sacram auctoritatem adversus Hincmarum moliri coeperunt. Sed isdem Hincmarus eorum molitionibus ratione et auctoritate obvians, plurimorum sententia prevalente, rerum gestarum ordinem, de quibus agebatur, communi consensu epistola scriptum, per Actardum venerabilem Namnetensem episcopum papae Nicolao episcopi qui contenerant transmissit. Cuius epistolae tenor idem extitit qui fuit in epistola Hincmari Remorum episcopi, quam per clericos suos sub peregrinorum habitu propter contrariorum vitandas

55 a) cumque 1. b) recipimus 1b. c) locum plenus exhibet Op. ed. d) collegi 2. e) deest 1a. f) provocatio 1 g) urgebatur 1a; arguebatur corr. arguatur 1b. h) pondere 1. i) cooperatores 1. k) in post add. 2. l) rubrum et capituli dist. des. 1. m) Rotungensis 1a. n) ceperit 1. o) Actardum 1b, et ita post, nonnumquam etiam 1a.

Ann. Ber. insidias precedente Iulio mense Romam miserat. Epistolam autem in prescripta synodo factam et archiepiscoporum qui convenerant sigillis signatam Actardus perferendam suscipiens, cum quibusdam episcopis ad Karolum, sicut ipse preceperat, rediit. Karolus autem immemor fidelitatis atque laborum, quos pro eius honore et regni obtentu saepe fatus Hincmarus per plures annos subierat, eandem epistolam ab Actardo sibi dari exegit, et archiepiscoporum sigilla confringens, gesta synodi relegit: et quia, sicut voluerat, in eadem synodo Hincmarus non extitit confutatus, epistolam suo nomine 5 ad Nicolaum papam dictari in contrarietatem Hincmari fecit, quam et bulla sui nominis sigillavit et cum epistola synodali per ipsum Actardum Romam direxit. Prefati autem Hincmari clerici in mense Augusto Romam venientes, Nicolaum papam iam valde infirmum et in contentione, quam contra Gregorium^a imperatores Michaellem et Basilium, sed et contra orientales episcopos habebat, magno opere^b laborantem invenerunt. Quapropter usque ad mensem Octobrium ibidem sunt immorati. Nicolaus vero papa grater suscipiens quae Hincmarus ei scripserat, de omnibus sibi satisfactum esse 10 rescripsit. Sed et alteram epistolam eidem et ceteris archiepiscopis et episcopis in regno Karoli constitutis transmisit^c, innocens^d, prefatos Gregorium imperatores, sed et orientales episcopos culpam in sanctam Romanam ecclesiam, immo omnem ecclesiam quae Latina ulitur lingua, quia ieiunium in sabbatis, quod Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere dicimus, quis presbiteris sortiri coniugis prohibemus, et quoniam eodem presbiteris crismate linire baptizatorum frontes inhiemus; dicentes ipsi Graeci, quod crisma ex aqua fluminis Latini conficiamus; reprehendentes nos Latinos, 15 quod octo ebdomadibus ante pascha a carnium et 7 ebdomadibus a casei et ororum esu^e mora suo non cessamus; dicentes etiam, quod in pascha more Iudeorum super altare pariter cum dominico corpore agnum benedicimus et offerimus; succentes etiam nos, quia clerici apud nos barbas suas radunt; et dicentes, quis diaconus non suscepto presbiteratus officio apud nos episcopus ordinatur. De quibus omnibus per singulas provincias a metropolitani eum eorum coepiscopis sibi rescribi precepit, alloquens eundem Hincmarum in epistola sine hoc modo: *Tu, inquit, Hinc-* 20 *mare, curitas cum hanc epistolam legeris, mox ut etiam ad alios archiepiscopos, qui in regno filii nostri Karoli gloriosi regis consistunt, deferatur, summo opere agere studeat, et ut de his singulis in diocesis propriis una cum suffraganeis suis, in cuiuscumque regno sint constituti, convenienter tractare et nobis quae repererint suggerere curent, eos incitare non negligat; ha ut eorum omnium quae praesentis epistolae nostrae circumstantia continet, tu et strenuus executor illic existas et apud nos verax et prudens scriptorum tuorum serie relator inveniaris.* Quam epistolam Hincmarus suscipiens, in Cor- 25 banco palatio consistenti regi Karolo cum pluribus episcopis relegit et per alios archiepiscopos, sicut in mandato acceperat, dirigere stultit. Nicolaus papa Idibus proxime precedentis mensis Decembris obiit; cui Adrianus papa electione clericorum et consensu Ludovici imperatoris in pontificatu successit. Quem Actardus^b Romam veniens cum supra scriptis epistolis in apostolica sede iam ordinatum invenit.

18. Item de prefato rege Karolo.

Scripsit prememoratus dominus Hincmarus ad eundem regem Karolum libellum ex sacris scripturis et catholicorum dictis collectum ac triforini digestionem distinctum, et quae debeat esse discretio in misericordia, et de ultione specialium personarum; quem conclusit in capitulis 33¹. Scribit etiam ad prefatum regem instructionem utillimam de cavendis vitiis et de exercendis virtutibus, mittens ei pariter epistolam beati Gregorii ad Recaredum Wisigothorum^a regem². Item scribit ad eundem regem collectionem quandam multarum auctoritatum de ecclesiis et capellis contra dispositionem Prudentii Treasini episcopi³. Scribit etiam ad instructionem ipsius regis de 12 abusivis, sanctorum in his colligens dicta patrum et preteritorum constitutiones regum, sed et de promissione sua eum admonens, quam verbo ac scripto, 40 antequam rex consecraretur, primatibus et episcopis fecerat⁴. Scripsit quoque multas ad ipsum regem epistolas, ut qui eiusdem archiepiscopi de multis requirebat consilium^e et per eius prudentiae suggestionem multa industrie disponebat. Quando etiam filius suus 870 Karlomannus clericus adversus eum consurrexit⁴, et ipse rex ad Viennam contra Gerardum comitem, qui a se desciverat, profectus erat, huic presuli nostro litteras suas misit, mandans, ut convocaret coepiscopos¹ regni ac laicos ipsi fideles: ut episcopi secundum ministerium suum prohiberent Karlomanno, ne aliquod^m dampnum in hoc regno faceret, et laici resisterent illi, ne hoc facere posset. Qua de re Engilramno⁵, Goslino et Adelelmo comitibus scripsit⁶, quaerens ab eis, immo consilium dans, quid^o super hac re foret illis agendum. Litteras quoque deprecatorias regi iam pro eodem Karlomanno direxerat et pro pace inter 50 ipsum et patrem eius laborabat; multa tamen mala et depredationes ab ipso eiusque complicibus patiebatur. Accedens autem cum aliis fidelibus regis ad ipsius Karlomanni colloquium, obsides ei dedit et accepit ab ipso, ut pax fieret in regno, et homines ipsius Karlomanni pacifice in regno consisterent, et idem Karlomannus in villis Sancti Medardi⁶ cum paucis pacifice maneret, donec missi regis venirent, et Karlomannus cum fidelibus regis 55 ad patrem suum pergeret et placitum cum eo faceret vel sanus ad suos rediret. Suscepit

a) imp. Gr. 2. b) magno opere 1. c) bis scr. 1 b. d) innocentes 1 a; innocentes 1 b; ignotescens 2. e) decal 1. f) deest 1 b. g) sunt 1 b. h) Accardus h. l. l. i) rubrum et capituli dist. des. 1. k) Wisigothorum 2. l) episcopus 2, 3. m) aliquid 1 b. n) Engilramno 2. o) quod 1 b.

1) Opp. II, p. 1 (Migne I, p. 833). 2) Ibid. p. 29 5) De quibus v. infra c. 25. 6) Cuius monasterii 60 (p. 857). 3) Nondum editum; cf. 'Hist. littér.' V, abbas fuit. p. 584. 4) Cf. Hincm. Ann. 870, SS. I, p. 487.

autem missis regis, misit litteras ad Karlomannum, ut veniret ad eius colloquium, auditurus ibi, quid rex mandaret; ubi etiam fideles regis convocavit, ut ibi quod rex mandaret de pace stabilire possent agereque certarent; quod et tunc quidem factum est. Sed rex eundem filium suum cum suis postea excommunicari fecit ab episcopis totius regni, pro malis quae relinquere nolebat, insuper et comprehensum oculis privari iussit. Domno vero Hincmaro rex idem non solum de rebus ecclesiasticis, sed et de populo in hostem convocando, ut ipse hoc ageret, mandare solebat, et ipse, accepto regis mandato, tam episcopos quam comites convocare solitus erat.

De hoc rege Karolo in visione Bernoldi redivivi, de qua superius aliqua iam narravimus, talia referuntur visa. Venit in quendam locum tenebrosum, ad quem ex alia parte lux resplendebat de vicino loco satis lucidissimo et pulcherrime florido ac odorifero; ibique iacere vidit hunc regem Karolum in luto ex sanie ipsius putredinis, et a vermibus edi, qui carnem ipsius omnem in se peno absumpserant, et non apparebat in corpore ipsius aliud nisi nervi et ossa. Qui vocans hunc ex nomine, dixit: 'Quare me non adjuvas?' Cui respondit: 'Domine, quomodo vos possum adjuvare?' Et ille: 'Prende, ait, illam petram quae iuxta te est, et pone illam sub capite meo'. Quo facto, dixit ad eundem: 'Vade ad Hincmarum episcopum et dic ei, quia illius et aliorum fidelium meorum bona consilia non obaudi, ideo ista quae vides pro culpa meis sustineo; et dic illi, quia semper in illa fiduciam habui, ut me adjuvet, quatinus de ista poena sim liberatus, et per omnes qui mihi fuerunt fideles ex mea parte postulet, ut me adjuvet, quia, si inde certamen habuerit, cito de ista poena ero liberatus'. Cumque interrogasset eum, quis locus esset unde illa lux resplendebat, audivit, sanctorum esse requiem; constansque propius accedens, vidit tantam claritatem sensisque suavitatem tantumque decorem, quantum humana non potest edicere lingua. Viditque inibi multitudinem hominum diversi ordinis albis vestibus collaetantium et quaedam sedilia lucida, in quibus nemo adhuc sedebat eorum quibus preparata erant. Et in illo itinere ingressus est ecclesiam quandam, in qua reperisset visum sibi est Hincmarum episcopum, preparatum cum clericis vestitus ut missam celebraret, dixitque illi hoc quod Karolus ei mandaverat. Statim regressus ad locum ubi eundem regem iacentem viderat, invenit eum in loco lucido sanum corpore et indutum regis vestibus, dixitque illi: 'Vides, quomodo me adjuvit tuus missaticus?' et cetera. Quam visionem domnus Hincmarus sibi relatum describens et per loca ubi necesse visum est exponens, ad multorum noticiam pervenire fecit, et tam per se quam per alios regis fideles sibi quoque subiectos pro ipsius absolute anime et adipiscenda requie pie fideliterque laboravit.

Idem vero presul de multis regi necessariis saepissime suggerebat. Inter quae scribit ad eum pro electione Belvacensis episcopi post obitum Hildemanni presulis ipsius urbis. In qua epistola regem studet a simoniaca heresi compescere, asserens, sibi multo amabilius esse, istum episcopatum secundum seculum dimittere, quam episcopum contra canonicam institutionem non tam benedicere quam aeterna secum maledictione maledicere. Item pro cella vel monasterio Flaviaco, quod idem rex sibi, dum in ipsius ante episcopatum moraretur servitio, donaverat et ut in vita sua illud teneret precepto confirmaverat, quodque a quodam invasore destructum restruxerat et religionem, prout valuit, in eo restauraverat, quod postea rex idem conabatur iniuste a iure ipsius auferre. Item pro quodam refugia, qui quandam sanctimoniali sibi copulaverat, suggerens regi, ut eum comprehendi faceret atque sua regia potestate separaret ab hoc crimine, quia ipse stuprator episcopali iudicio renuerat obedire. Item pro causa Rothadi episcopi, quem rex ad causas suas vocaverat, et advocatum dirigere preceperat, qui respondeat contra hominem quendam ipsius Rothadi de beneficio ipsius, unde inter eos causa versabatur; pro qua subtiliter ac diligenter eundem regem reprehendit, ab hac intentione, sacris auctoritatibus interpositis, revocare gestiens. Item de missatico suo, quod executus est apud Lotharium imperatorem et Ludovicum Transrenensem, fratres ipsius Karoli, pro pacto pacis inter eosdem tres fratres componendo. Item aliam epistolam de eadem re, in qua eundem regem Karolum instruit, qualiter agere erga fratres debet, simulque de receptione vel reiectione eorum de quibus ratio ventilabatur. Item de causa Lotharii imperatoris, fratris ipsius, qualiter Romae habebatur, et quando venturus esset in istas partes; instruens etiam hunc regem, qualem se tam coram Deo quam etiam coram hominibus exhibere deberet. Unde reginam quoque admonet, ut regem ad honestam et regi congruam studeat exhortari conversationem. Item de rei militaris dispositione, pro solvenda Belvacensis urbis obsidione, in qua designare curavit, qualiter ecclesiam sibi commissam tractaret; ecclesiasticas scilicet actiones per monasteriorum prepositos et archipresbiteros, curam villarum

55 a) quod 1^b. b) r. m. det. 2. c) agere a rege 1; a rege 2. d) deest 1^a. e) odifero 1. f) aliquod 1. g) filiorum 1^a. h) det 1^b. i) egressus 1. k) multum 1^b. l) avasore 1. m) ad 1^b. n) Rothardi 1. o) respondet 2. p) hominum 1. q) m. r. 2.

1) Cap. 3, p. 476. 2) Saint-Germain vel Germer de Flay (Flaix). 3) Suesionensis, de quo supra p. 490 sqq. 4) Anno fortasse 847. 5) Anno 851. a Normannis capta est.

ac dispensationis domus regaliumque servitorum et hospitem querelasque clamantium vel interpellantium per fidelissimos laicos. Item de itinere ad superiorem Franciam, qualiter disponatur, et quomodo regnum istud ordinatum dimittatur. Item de sinodo, quam precipiebat rex convocari infra^a parochiam Remensem, ostendens, quibus ex causis convocari debeat sinodus; et de alijs quibusdam utilibus rebus. Item de causa Hilduini abbatis⁴ defuncti. Item de causa Gerardi comitis⁵. Item de causa Ludowici regis Germaniae, fratris eiusdem Karoli. Item^b de causa Lotharii regis Italiae⁶, nepotis ipsius Karoli. Item de opera pontis, quem rex^c cum ipso ac^d ceteris nonnullis fidelibus suis faciebat ad Pistas in Sequana. Item de causa Hincmari, nepotis sui, montis Lauduni episcopi, plures scribit epistolas^e, pro quo multum apud eundem regem laboravit. Item de infirmitate sua et de peregrinis quibusdam monachis suscipiendis. Item de rebus Sancti Remigii situs in provincia Viennensi vel Aquisi. Item de ordinationibus quorundam episcoporum et nonnullarum ecclesiarum. Item de itinere ipsius regis ad Italiam post mortem nepotis eius imperatoris Lotharii⁷, quomodo iter illud disponat et quomodo regnum istud ordinatum dimittat. Item de quaestionibus cuiusdam Mancionis. Item de villa Noviliaco et rebus ad ipsam pertinentibus⁸. Item pro litteris Ludowici regis, fratris ipsius Karoli, quas illi pro visione, qua pater suus sibi apparuit, ei miserat; quarum exemplar transmisit eidem regi Karolo cum exemplari epistolae, quam pro hac re ipsi Ludowico direxerat. Item pro causa Waltarii defuncti⁹, viri clarissimi, et de imagine Salvatoris. Item pro causa Laudunensium et ordinando eis pontifice post deiectionem Hincmari¹⁰. Item de eadem re. Item de passione sancti Dyonysii a Methodio Constantinopolitano Graece dictata et ab Anastasio Romanae sedis bibliothecario Latine conscripta, et de vita vel actibus beati Sanctini, et quod in his invenerit de commemoratione sancti Dyonysii¹¹. Item de villis Sancti Remigii in Vosago, qualiter usque ad id temporis sint habitae. Pro diversis quoque rebus alijs diversas ad eundem dedit epistolas.

19.^f De Ludowico, Karoli filio.

Item ad¹² Ludowicum regem, filium huius Karoli, quem unxerat et consecraverat¹⁰, de coniecto Normannis dando. Item de disponendis regni utilitatibus et ordinatione atque consilio patris imperatoris sequendo. Item post obitum eiusdem imperatoris de ordinandis regni sui¹³ principis, proponens ei exempla predecessorum suorum et instruens eum¹⁴ per capitula de iusto regni regimine et honore sanctae Dei ecclesiae ceterisque sibi ac regno necessariis rebus¹⁵. Item de quibusdam presumptoribus corrigendis et temperanda censura correctionis et alijs commoditatibus. Item ne quippiam contra canonicas moliretur regulas nec alicui hoc episcoporum preciperet, ne sententiam divinam incurreret. Item qualiter commonuerit ex precepto regis ipsius Hugonem, Lotharii regis filium, super malefactis quae agebat¹⁶, et de hominibus suis ad regem cum hostili apparatu dirigendis. Ad filios quoque ipsius regis¹ defuncti; Ludowicum et Karlomannum, pro electione canonice ecclesiae Tornacensi vel Noviomensi obtinenda post obitum Ragenelmi² episcopi. Item pro ipsa electione iam facta, quam³ indigne⁴ tulerant ab ipso archiepiscopo fuisse dispositam. Item pro eadem re, ostendens⁵, qualiter in electione ipsorum consenserit, 40 quando electi sunt ad regni principatum, et quae ab eis pro hac electione mandata perceperit, et quale sit ministerium regale, et quale pontificale, et qualis eligendus vel ordinandus sit episcopus, et qualis vel qualiter non debeat ordinari, et ut divinas auctoritates addiscere curent. Item pro eadem re, sacris demonstrans auctoritatibus, quam graviter in Deum peccarent, qui ordinationem⁶ illam tamdiu differri facerent, et de obiectis sibi a Gosleno⁷ super Ludowici regis, patris eorum, assensu⁸; quare Ansgardim uxorem abiectam eum recipere non coegerit⁹ et Adelaidim¹⁰ ab eo retineri non prohibuerit; et de litteris

a) infra — convocari des. 1. b) Item — Karoli des. 2. c) cum rex 1^b. d) a 1^b. e) Lotharii l. 2, ubi supercr. Ludowici, et ita 3. f) rubrum et capituli dist. des. 1. g) deest 1. h) deest 1^b. i) d. r. 2. 3. k) Ragenelmi 3. l) quis 1. m) digno 2. n) ostendis 1. o) i. o. 2. p) assensum 1. q) coegerit 1^b.

1) S. Dionysii, a. 842. 2) Fortasse Parisiensis, de impetraverit, Opp. II, p. 832 (Migne I, p. 1121). quo v. Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 143. 3) Potius 7) Fortasse comitis Mellensis; de quo cf. Dümmler Lotharingiae. 4) Unam huius argumenti v. Opp. II, I, p. 478 n. 5) De qua re v. c. 22. 6) Migne II, p. 316, aliam Migne II, p. 34. 7) Ita perperam Flo- doardus scripsisse videtur. 8) Cf. Gesta quomodo domnus Hincmarus villam Noviliacum apud domnum Karolum imperatorem, filium Ludowici imperatoris, p. 605.

Ludowici regis ad eum pro filiorum suorum profectione datis, et de mandatis istorum regum ad se indebite missis. ¹ hunc Ludowicum solum de consilio a se petito, quale sit utile regi consilium, et quantum debeant agere iudicium et iustitiam, et quid haec boni conferant observata, quidve mali neglecta irrogare soleant, et cetera. Item ad regem Karlo-

mannum adolescentem ² ad episcopos admotionem disponendo regali ministerio, per capitula ³. Item aliam admonitionem ad eundem regem, similiter per capitula ⁴.

20. ^b De his quae Ludowico, fratri eiusdem Karoli, scripsit.

Ludowico regi Germaniae, prefati Karoli regis nostri fratri ⁵, nonnulla quoque scripsisse reperitur. Ad petitionem ipsius regis de quibusdam quaestionibus, super quibus fuerat interrogatus ab ipso pro quodam Fulcrico, reddens ei rationem dignam, eam excommunicaverit ipsum ⁶, quem sub obtentu absolvit agenda poenitentiae. Item pro tuitione ac defensione rerum Remensis ecclesiae in Toringia ⁷ coniacentium. Item de pervasione regni fraternali, dignis et utilibus ei hoc dissuadens admonitionibus, ne id ad suam aggre-

15 diatur dampnationem. Item aliam ⁸ de hac eadem re cum ceteris regni huius episcopis ad eundem regem scribit epistolam, episcopali moderatione refertam ⁹. Item semel ac secundo ad ipsum per se de his quae mandaverat ab eo fieri in adventu suo Remis ¹⁰, ut non sicut disponebat nec tali veniret tempore, quia incongruum esset et animae suae inopportunum. Item ad eundem, qualiter de pace inter ipsum et fratrem eius Karolum stabilienda laborabat, referens ei gratiarum actiones pro filiis ecclesiae Remensis, qui in ipsius bene tractabantur regno; petens, ut secure liceret illis suas quas ibi habebant tenere proprietates ¹¹.

25 Item de metallo, quod ei transmisit ad faciendum signum, subiungensque de pace atque caritate servanda et voluntate Dei sequenda, ut illi mandat, admonitionem. Item pro rebus ecclesiae Remensis apud Toringiam sitis. Item de reliquiis sanctorum Remensis ecclesiae, quas illi sicut petierat transmittabat, et de libro vitae virtutumque sancti Remigii ¹².

30 Item de rebus Sancti Remigii sitis in Toringia. Item de passionibus sanctorum, et de rebus suorum hominum quas in illius regno habebant, ut de his nullum preiudicium sustinerent. Item scribit cum Remigio Lugdunensium, Arduico ¹³ Vesontionensium, Erardo Turonensium, Adone Viennensi, Egilone Sennensi archiepiscopis eidem Ludowico regi pro Bertulfo Tre-

35 virensi ¹⁴ archiepiscopo ¹⁵, reprehensibile ac periculosum demonstrans esse, quod actum ab eo compererat; de hac metropoli scilicet et Trevirensi ecclesia, ut eam invadi, discindi ac depopulari a pervasore permitteret quodam monacho eiusdem ecclesiae; ostendens, quia, licet regalis potestas presideat humano generi dignitate ¹⁶, rerum presulibus tamen divinarum devote colla submittit atque ab eis causas suae salutis expetit inque sumendis caelestibus sacramentis eisque ut competit disponendis subdi se debere cognoscit religionis ordine potius quam presse: itaque haec ¹⁷ inter illorum se pendere iudicio, non illos ad suam velle redigi voluntatem. Proinde, inquit, *sicut non leve discrimen incumbit pontificibus, siluisse pro divinitatis cultu quod congruit, ita regiae potestati, quod absit! non mediocriter periculum est, si, cum debeat parere, refugit, quod ei ex divina voce a sacerdotibus nuntiatur, Domino dicente in euangelio: 'Qui est ex Deo, verba Dei audit'. Si autem vobis aliquis minus* ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰

50 a) quod 1^b. b) rubr. et capituli dist. des. 1; sed in indice hoc caput legitur. c) deest 1. d) Thor. 2. e) alia 1. f) conventu 1^b. g) remisit non 1^b. h) Radvico 1^b. i) Trever. nonnumquam etiam 1. k) deest 1^b. l) inter hec 2. 3. m) siluisque 1. n) illi 1. o) quanta et p. q. 1. 3. p) deest 2.

1) De ordine palatii, Opp. II, p. 201—216 (Migne I, p. 933). 2) Ibid. p. 216—225 (I, p. 1007). 3) Opp. II, p. 821. Cf. infra c. 20. 25. 27. Noorden p. 84, n. 4. eum a. 849. excommunicatum dicit; sed de eo Hincmarus iam Hetti archiepiscopo Treverensi a. 847. mortuo scripsisse narratur c. 20. 4) Fortasse eam quam habes Migne II, p. 1. 5) Hanc et sequentes litteras c. a. 865. scriptas esse, putat Noorden p. 196. 6) Eandem epistolam laudat supra lib. I, c. 5, p. 417. et lib. III, c. 9, p. 482. 7) Cf. Dümmler I, p. 734.

non solum in eadem parochia, sed et in tota provincia ad eam pertinente increverint, cum nihil canonice sine primatū suffraganei episcopi agere valeant, nisi quod ad proprias parochias pertinet, ibidem commoditatem regularem inveniētes, canonice pontificem ordinavimus. Quod et secundum divinas leges agere possent atque deberent ipsius metropolis suffraganei, si tanti numeri forent, ut per se regulariter possent ordinare pontificem, qui non minus quam a tribus prevalet regulariter ordinari. Prosequitur etiam, depromens auctoritates sanctorum patrum, quibus fulti hoc egerant. Et subinde: Et quia tot in eadem provincia suffraganei non erant episcopi, ut metropolitānum regulariter ordinare valerent, quoniam ecclesie Remensis et Trevirensis com¹provinciales atque sorores et ex auctoritate et ex antiqua consuetudine habentur, ea conditione, ut, qui prior earum fuerit episcopus ordinatus, prior etiam habeatur in synodo, et sibi mutuo consilio et auxilio foveantur atque fulciantur, Trevirensis provincie episcopi a primatū provincie Remorum solatium suae ordinationis secundum sacras regulas quaesierunt; sicut sancti Sardicenses canones dicunt², scilicet, ut si contigerit³ in una provincia, in qua plurimi fuerunt episcopi, unum forte remanere episcopum, et populi convenerint, episcopos viciniae provincie debere illum prius convenire episcopum, qui in ea provincia moratur, et ostendere, quod populi petant sibi rectorem, et hoc iustum esse, ut et ipsi veniant et cum ipso ordinent episcopum. Quod si conventus litteris tacuerit et dissimulaverit nihilque rescripserit, satisfaciendum esse populis, ut veniant ex vicina provincia episcopi et ordinent episcopum⁴. Ex quibus rite colligitur, quia, si provincia Trevirensis non nisi unum vel nullum haberet episcopum, episcopi Remensis provincie petenti clero et populo Trevirensis ecclesie deberent ordinare episcopum. Cui ecclesie omnes nos, quorum nomina prescripta in capite huius epistolae legit gloria vestra, unanimi voto atque consensu fratrem et consacerdotem nostrum Bertulfum, ut premisimus, regulariter pontificem ordinavimus, sicut ex sacris regulis et ordinationis eius gestis ostendere possumus et, si necesse fuerit, ostendemus. Quapropter ipsius ordinationem et dispositionem rerum ac facultatum ecclesiasticarum, sicut sacri presunt canones, ita defendimus et perpetuo defendemus, sicut et ordinem nostrum, quia, si ipse non est episcopus, nec nos debemus nominari episcopi. Et si quis voluerit contra ordinationem eius sinistri quippiam dicere, exeat et dicat, verumtamen memor communionis suae, quia aut ipse non communicabit ecclesiastico et episcopali ordini, aut nos non communicabimus ministerio episcopali. Unde verbis beati Leonis⁵ Theodosium augustum quondam alloquentis vos, christianissime et venerabilis nobisque carissime rex, cum consacerdotibus nostris alloquitur: Implentes reverentiam clementiae vestrae sinceri amoris officio, cupientesque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis a nobis et ab ecclesiis nobis commissis supplicatur, ne ante tribunal Domini rei de silentio iudicemur, obsecramus coram unius Deitatis inseparabili Trinitate, quae tali facto laeditur, cum ipsa vestri sit custos et auctor regni, et coram sanctis angelis Christi, ut in eo statu atque immunitate seu privilegio cum suo pontifice Trevirensem ecclesiam esse iubeatis atque conservetis, quo vestri progenitores atque predecessores, sed et in quo frater ac nepos vester Lotharius, pater scilicet ac filius, canonice conservaverunt; quatinus et vos meritum inde apud Deum et beatum apostolorum principem Petrum, in cuius honore ecclesia ipsa est consecrata, habeatis, et nos amplius debitores in orationibus et ceteris debitis obsequiis adquiratis; quia, nisi pro vestra reverentia hoc differremus, iam in pervasorem ipsius ecclesiae iudicium in terris exertum haberemus, quod 630 episcopi in magna Calcedonensi synodo de huiusmodi decreverunt et de caelo super eum intentant et in iudicio divino ad aeternam damnationem exerent, nisi dignam poenitentiam egerit. Et cetera de auctoritatibus sacrorum canonum. Post quae subiungitur: Unde vestra religiosa et nobis carissima dominatio certissime sciat, quia, quamdiu iste frater noster Bertulfus a nobis in Trevirensi ecclesia ordinatus in hoc mortali corpore vixerit, alter in eadem ecclesia ordinatus episcopus non erit, nisi forte ipse, quod absit! sacris regulis obvians, per easdem sacras regulas deponatur. Et isdem presumptor et apostata monachus Waldo de monasterio Trevirensis parochiae numquam, iam iudicio sancti Spiritus super eum prolato, in Trevirensi ecclesia, quam exitiabiliter usurpavit et laesit, poterit esse episcopus. Et si, ut diximus, pro vestra reverentia hoc non

a) possent — regulariter des. 1b. b) quam 1a. c) contigerit 1. d) deest 2. e) ipse veniat corr. Lej. f) ipsi 1b. g) sacer. 1b. h) Christi 1b. i) obsecramur 1b. k) deest 1. l) et 2. m) nisi quis 1b. n) exertum 1b. 2. o) exertum 1a. p) deest 1b. q) ord. episcopus 3. r) eisdem 1. s) Sp. s. 2. 3. t) sicut d. 1.

1) C. 5. 2) Epist. 43, Mansi VI, p. 12; cuius verba S. Maximini, qui a. 868, in diplomate Lotharii regis 55 nonnulla mutavit aliaque addidit. 3) Can. 5 [6], nominatur MR. UB. I, p. 114. Mansi III p. 24 [32]. 4) Fortasse Waldo abbas

differemus, non solum per sacros canones decerneremus, ut nunquam et nusquam ad gradus ecclesiasticos presumeret accedere, verum sub anathemate eum ponentes, retrudi in ergastulo secundum sacras regulas decerneremus et^a, si in contumacia sua persisteret, sine ulla retractione modis omnibus decerneremus. A prefatis autem intemptationibus sacrorum canonum vos immunem atque exortem a Domino, per quem reges^b regnant et ex quo et per quem exordium sacer^c cepit episcopatus, fieri totis visibus exoramus, illius clementiam deprecantes, ut det^d vobis velle et perficere pro bona voluntate, quae precipit, quatinus mereamini percipere aeterna gaudia, quae se diligentibus repromittit.

Item, respondens ad litteras, quas idem rex ei transmiserat rogans, ut tam^e per se quam per quoscumque^f poterat orationes ageret pro genitore ipsius regis, qui apparuerat ei in visione^g, obsecrans, ut poenis eriperet eum quibus detinebatur. Unde et satis utilem ad eum rescribit epistolam de modo et qualitate orationis, auctoritatibus plenam. Item pro rebus Sancti Remigii sitis in Vosago; et alia plura. Ad filium quoque ipsius^h, aequivocum eius, scribit pro villa Dudiciacoⁱ, significans, qualiter sanctus Clodoaldus eam Sancto Remigio^j dederit, et quomodo Karolus, Pippini regis filius, eandem villam apud Tilpinum archiepiscopum obtinuerit in prestariam, ea conditione, ut capellas ad ipsam pertinentes cum nonis et decimis episcopus Remorum retineret, et rex duodecim libras argenti in luminaribus^k ecclesiae daret, et quod hunc censum tam ipse rex quam successores eius persolverint^l, et quod ipse quoque a patre illius eundem censum de prefata villa receperit. Sed et de villa Noviliaca, quomodo a Karlomanno data fuerit Sancto Remigio, et quid postea de ipsa fuerit actum. Item ad eundem de consilio divinarum scripturarum quaerendo et observando, et de consiliariis inconsideratis ceterisque rebus, qualiter istud regnum habebatur, et ne illud invadere presumeret. Item pro salvanda civitate Remensi et parcendo sacris locis, si veniret. Item qualiter egerint episcopi erga Ludovicum, filium Karoli, quando eum regem consecraverunt^m, quia iste aliter audierat. Item de duabus uxoribus ipsius Ludoviciⁿ, filii Karoli, qualiter actum fuerit, et cetera.

Scribit et Pippino^o regi Aquitanico pro rebus ecclesiae suae in pagis Arvernico, Lemo-vico et Pictavico sitis, pro quibus etiam litteras Karoli regis ad eundem Pippinum^p mitti obtinuit, quas res Frigidoloni^q viro illustri tutandas commisit.

Karolo quoque, Ludovici Transrenensis filio, collaudans fidei benignitatem, quam conservabat erga filios sobrii sui Ludovici, Karlomannum et Ludovicum, obsecrans eum pro ecclesiae Dei honore ac regni huius statu et defensione, atque ut prefatis pueris regis constitueret prudentes iustosque paedagogos, qui eos docerent Dei famulos honorare et mandata Dei servare, semet ipsos regere regnique gubernacula rite tractare. Item pro causa Sigeherti fidelis sui.

Item Lothario regi, filio imperatoris Lotharii, pro villa Duediciaco^r, quam pater eius reddiderat ecclesiae Remensi, ne res ad ipsam pertinentes aliquibus personis, sicut eum facere audiebat, in proprietatem periculo suo traderet vel colonos ipsius villae absolveret; si quid autem tale a se factum fuisset, emendare curaret. Item pro eiusdem^s villae male tractata dispositione et censu^t, quem cum periculo animae eum retinere fatetur, intimans, quod sanctus Clodoaldus eandem Sancto Remigio dederit; admonens, ne hoc inde ageret, unde condemnationem animae acquireret. Item pro electione^u episcopi ecclesiae concedenda Camaracensi^v. Item de utilitate animae regioque ipsius honore; in qua commemorat, qualiter pater ipsius Lotharius augustus ei se ipsum suamque commendaverat animam.

21.º De his quae quibusdam archiepiscopis vel episcopis scripsit.

Diversis etiam tam episcopis quam archiepiscopis multimoda et utilissima dedit scripta. Hetti^w Trevirorum archiepiscopo^x scribit ordinationis suae primordia, offerens se socium^y et obsecutorem in ecclesiasticis negociis ipsius paternitati. Item de eadem re,

50 a) et — omnibus decerneremus des. 1. b) reges — quem des. 1. c) r. s. 1b. d) et de 1. e) cas. 1. f) cumque 1. g) deest 1. h) Duediciaco 1b. i) Remegio 1b. j) liminar. 1. 2. l) persolverunt corr. persolverint 2. m) consecraverit 1b. n) Pippin. 2. o) Frigidoloni 2. 3. p) Duediciaco 1b. 2. q) eius 1. r) mala 1. 2. s) censum 1. 2. t) electionem 1b. u) xx. radendo corr. ex xxx. 1b. v) rubrum deest 1b. w) Hoc 1b; Heclid 1a. 2. 3. x) totum 1b.

1) V. Ann. Fuld. a. 874, SS. I, p. 387. 2) Douzy; et Adalheide; v. supra p. 510. 4) Opp. II, p. 185. 55 v. supra p. 416. Ludovicus iunior a. 880. hanc vil- 5) Mansi XV, p. 645. 6) Qui obiit d. 27. Maii a. 847. lam occupavit; cf. Dümmler II, p. 131. 3) Ansgarde

petens se ab eo instrui et pro filio haberi, significans etiam de itinere suo, quo se Romam petere disponebat. Item de Gondrico, quem excommunicaverat ille, et de Fulcrico a se excommunicato, qui refugium in Trevirensi habere videbatur episcopatu.

Guñbaldo archiepiscopo¹ scribit pro quodam presbitero de iure ecclesiastico conservando. Item pro his quae in sinodo gesta fuerant.

Amolo Lugdunensi² de placito, quod habuerat cum rege regni primoribus, et de Iudeorum in hoc regno statu. Item de sinodo a tribus regibus condita et de Ebone precessore ipsius et aliis nonnullis, in qua eum carissimum et unanimem sibi patrem se habere significat. Item de Lothario rege et aliis quibusdam rebus, in qua se filium dilectionis ipsius appellat. Item³ de Gothescalci vita vel conversatione, predicatione, deprehensione^a atque condemnatione, rei veritatem^b exponens.

850. Hrabano^c Mogontiae presuli^d super eiusdem Gothescalci, quem idem pontifex a parochia sua ob heresum semina quae spargebat repulsum ad eundem cum quibusdam complicibus ipsius direxerat, susceptione vel discussione. Item de hac eadem re, et quid^e post susceptionem ipsius^e de eodem egerit, qualemve invenerit ipsius vesaniam, consilium ab eo, quid^f sibi rationabilius adversus eum agendum sit, expetens. Item de doctrina et heresi eiusdem, et quid in eum fecerit, postquam in sinodo hereticus comprobatus fuerat nec corrigi potuit; et quid ipse contra doctrinam eius sentiat, dampnationemque ipsius, quaeve contra eundem scripserit huic discutienda direxit, quaerens etiam, qualiter de Trinitatis fide ac predestinatione diversorum patrum sint intelligendae sententiae. In qua epistola asserit, 20 hunc beatum Hrabano solum tunc temporis de discipulatu beati Alcuini relictum.

Landranno^g archiepiscopo^h de consilio, quod ab eo petierat pro monasterio puellarum, quod rex dari precipiebat inconvenienti personae, quid inde sibi foret agendum; utiliter admonens, ut ministerii sibi commissi sollicitudinem ferventius gerat.

Teutgaudio Trevirensiⁱ de primatu, quem deferri ab eo debere scripserat ille sedi Trevirorum, insiquans, id eidem sedi a sede Remorum numquam fuisse delatum, et cetera. Item secundo ac tertio de causa Fulcrici excommunicati. Item pro rebus ecclesiae Trevirensis in Aquitania sitis, pro quibus^j idem dominus Hincmarus satis egerat apud Arnoldum quendam Aquitanum, qui eas tenebat, ut ipsas ecclesiae Trevirensi restitueret, quod et se obtinuisse significat.

Amalrico religioso archiepiscopo^k, compatiens tribulationibus ipsius et consolans patientiam atque congaudens sanctitati eius; quem cariorem inter caros se delegisse significat, mittens ei quaedam ornamenta^l pretiosa, casulam scilicet diaprasinam, quam habebat unicam, et alia munuscula cum solidis centum. Item scribit eidem pro rebus Remensis ecclesiae in Aquitania sitis, quas ei rex restitui iubet^m, quasque tractandasⁿ eidem Amalrico 35 fiducialiter committit.

Rotlando^o archiepiscopo^p pro rebus Sancti Remigii coniacentibus in Provincia, et pro quodam^q presbitero in sinodo excommunicato et altero in loco ipsius ordinato.

Rodulfo Biturigensi^r pro rebus Remensis ecclesiae in pago Lemovico coniacentibus. Item pro quibusdam excommunicatis.

662. Guntario Coloniensi^s, ut intercedat apud Lotharium regem et satagat pro electione canonica Cameracensis episcopi post decessum Theoderici venerandi presulis^t. Item secundo vel tertio pro hac eadem re, adfirmans, non nisi regulariter in diebus suis illic episcopum ordinandum.

Liudberto^u Magantino^v pro rebus Sancti Remigii sitis in Vosago, significans, qualiter 45 quidam Gibero pro earum rerum pervasione sensum perdiderit et per integrum mensem sine intermissione vexatus cum dolore et periculo maximo vitam finierit. Item pro tui-

a) deest 1^b. b) veritate 1. c) Hrabano 1^b; Rabano 2. d) quod 1^b (saepius pro quid). e) deest 1. f) r. q. s. 2. 3. g) Landr. 1^b; Landranno 2. h) quibusdam domn. 1. i) p. o. 2. 3. k) iubet 1. l) tractandas corr. *Lej.* m) Rothl. 1. n) quadam 1. o) Liuth. 1. p) sta h. l. 1. 2.

1) Rothomagensi, a. 838—849. 2) A. 841—852. Rabano tributis p. x. 5) Turonensi a. 846—849. 3) Hanc epistolam recensuit Remigius, successor 6) A. 847—868. 7) Turonensi a. 849—855 Amolonis, in libro suo 'De tribus epistolis'; cf. Noor— 8) Arelatensi a. 851(?)—869. 9) A. 845(?)—866. den p. 74 n. 4) A. 847—856. Hae epistolae de— 10) A. 850—864. 11) Cf. supra c. 12, p. 488, et perditae sunt; cf. Noorden p. 91. 743. et de epistolis G. Cam. epp. I, 49. 50. SS. VII, p. 418. 12) A. 863—869, 55

tionem revivam prescriptarum et earum familiae defensione vel gubernatione saepe scribit. Item de colloquutione sua, quam habuit apud Trevas cum Iohanne papa¹, et quid boni cum eo locutus fuerit de ipso, exortans, ut litteras et missum papae benigne suscipiat et ad eum venire studeat. - Item de quodam transgressore presbitero.

5 Scribit idem venerabilis Hincmarus et ad Lotharium Italiae² regem, qui se, relicta uxore propria, cuidam feminae³ copulaverat; dans ei consilium et admonens, ut eam a presentia sua omnimodis removeret; significans, se domni Adriani papae litteras et mandata⁴ super hac re suscepisse; et ut idem rex in hac causa ipsius papae precepta conservet, suggerere curat. Item aliam epistolam de hominibus pacem recipere nolentibus, quid inde fieri debeat; collaudans, quod de quibusdam talibus regale iam ministerium exercuerit.

10 Scripsit et apologeticum contra obrectatores suos, qui calumpniabantur eum diversis detractionum appetitionibus, scilicet apud Iohannem⁵ papam, quod nollet auctoritatem recipere decretorum⁶ pontificum sedis Romanae⁷, ad⁸ quae et tunc in synodo Trevasina et postea in⁹ hoc apologetico respondit, refellens hos¹ conviciatores suos, et se decretalia pontificum Romanorum a sanctis conciliis recepta et approbata recipere et sequi discrete, prout sunt sequenda, depromens. De Hincmari quoque Lugdunensis episcopi depositione vel restitutione, qualiter actum sit manifestans. De hoc etiam unde calumpniatus fuerat a quibusdam apud eundem papam, quasi diceret, non ipsum maioris dignitatis esse papam, quam esset ipse. De ordinatione quoque Hedenu¹⁰ in episcopatu Lugdunensi et confirmatione papae ipsius ordinationis. Item de Karlomanno et aliis quibusdam rebus, de quibus eum veritas excusabilem reddidit. Quibusdam quoque calumpniantibus licet respondere posset, asserit se noluisse, ne¹¹ conviciis convicia videretur reddidisse¹, gloriosius esse ducens, eosdem tacendo fugere quam respondendo² superare, ne gloriam³ suam quaesisset putaretur.

25 Scripsit etiam quaedam ad Adriannum papam, qui Romanus pontifex nonnulla ei dirigere se scripta commemorat; cui etiam mittens epistolam suam per Actardum Namnetensem episcopum laudibus plenam, delegavit⁴, ut eius vice in istis partibus super Lotharii causa fungeretur, quatinus quod inde Nicolaus papa decreverat servaretur.

30 Respondit etiam ad capitula quaedam regni Francorum episcopis a Iohanne papa transmissa de privilegiis sedium per capitula 7, quoniam idem papa nixus fuerat Ansegisum Sennensem episcopum primatem constituere⁵, ut apostolica vice per Gallias et Germanias frueretur; cui conatui venerabilis hic presul Hincmarus efficaciter obstitit.

35 Scripsit denique ad diversos episcopos idem dominus Hincmarus plurima. Remigio⁶ archipresuli⁷ pro rebus Sancti Remigii in provincia Cisalpina contentibus⁸, quas eidem committens, petit, ut easdem in sua tuitione suscipiat. Item pro ordinatione Ysaac Lingonensis episcopi. Item de constitutione⁹ sinodica propter ecclesiasticarum rerum pervasores, et alia. Item de causa prefati Lotharii regis et de predictis rebus eidem nonnulla scripta direxit. Item ad eundem Remigium et ceteros episcopos domni papae Nicolai auctoritate in synodum apud Snessionem venire iussos pro causa Vulfadi et collegarum eius.

40 Adoni Viennensi archiepiscopo⁹ scribit inter cetera pro epistola beati Aviti ad sanctum Remigium scripta, quam quidam Rotfridus monachus ei dixerat se apud eundem Adonem legisse. Sed et, si qua preterea de sancto Remigio reperire valeret, ei super aurum et topazion pretiosa et amabilia mitteret.

45 Herardo Turonensium antistiti¹⁰ de quibusdam apostatis ad ecclesiam redeuntibus¹¹ et aliis poenitentibus suscipiendis. Item de aliis quibusdam rebus ut amico karissimo, qui eidem presuli nostro ad ipsum veniens fraterna se dilectione commiserat, petens, ut ubicumque posset regiae dominationi pro ecclesia illius suggereret. Obitu quoque suo propin-

a) Iohannem papam 1^a. b) p. 1. 2. c) decreto 1^a. 2. d) atque et 1. 2. 3. e) hoc in 2. f) deest 1. g) in locum Hincmari add. 3^a. h) me conventus vita 1. i) addidisse 1^a. k) respondebo 1^a. l. s. gl. 2. 3. m) Scribit H. 2. n) id est dominus Hincmarus scribit add. 1^a. o) consuetudine 1^a.

1) V. Hincmari Ann. a. 878, SS. I, p. 506. 2) Lotharingiae. 3) Waldradae. 4) Jaffé, Reg. nr. 2202; cf. Hincm. Ann. a. 868, p. 477. 5) Pseudo-Isidoriana intelligi videntur; cf. Noorden p. 364. Liber perditus est. 6) Supra p. 508. 7) Jaffé nr. 2260; cf. Hincmari Ann. 876, p. 499, et librum ad episcopos de iure metropolitanorum. Opp. II, p. 719 (Migne II, p. 189). 8) Lugdunensi a. 852-875. 9) A. 860-875. 10) A. c. 855-869. 11) De Graecis agi videtur; cf. Noorden p. 233 n.

quante, litteras ad eum ipse dictavit, et ei qui domno Hincmaro de obitu illius nuntiaturus erat eadem litteras ipsi deferendas dedit. Sed et missi^a Turonensis ecclesiae hac fiducia multi post obitum huius sui archiepiscopi ad eundem domnum Hincmarum venerunt, cleri^b quoque ac plebis petitionem ad ipsum deferentes, ut regiam celsitudinem pro eis deprecaretur, quatinus electionem canonicam rex ipsis concederet. Quod et idem pontifex promptissime peregit. Intimans etiam regi de quodam clerico, qui se ingerebat, non recipiendo, significat, quod episcopi^c eiusdem provinciae, clerus quoque et plebs ipsius ecclesiae, invitati auctoritate apostolicae sedis, Actardum^d sibi velint donari^e episcopum^f, qui in eadem ecclesia baptizatus, nutritus et ordinatus fuerat, licet aliae civitati datus episcopus, sed paganorum infestatione depulsus, et pallio fuerat a sede apostolica honoratus, ut etiam, si locus de metropoli adveniret, ibi incardinaretur. Datque insuper regi consilium, quid clero, quid laicis agere sit interim precipiendum; quid de rebus quas^g ex beneficio regis habebat fecerit, intimans; quid ex his quas reliquerat regi placeat, requirens. De quibusdam quoque libris sancti Augustini, quos sibi ab eodem mitti petierat, et de objectionibus Gregorum, super quibus Nicolaus papa eidem mandaverat, et alia quaedam.

Bertulfo archiepiscopo^h Trevirensi, instruens eum de ordinanda et gubernanda diocesi vel parrochia sua, et cetera. A quo etiam rogatus, Willebertum Catalaunensem episcopum misit ad ordinationem Arnaldi Tullensis episcopi, quia, eodem Bertulfo infirmitate detento, numerus episcoporum a sacris canonibus prefixus in ordinatione presulis ei non aderat. In huius etiam Bertulfi ordinatione iam pridem iussione Karoli regis Hincmarumⁱ episcopum^j Laudunensem, Hodonem^k Belvacensem et Iohannem Camaracensem transmisserat, ad petitionem Adventii^l et Arnulfi^m episcoporum eiusdem Trevirensis dioceseos, quomodo idⁿ rite fieri deberet, eos canonica apostolicaque informans auctoritate, ut a sacris regulis nulla aut negligentia aut presumptione in aliquo discederent. Scribit etiam prefato Bertulfo pro quibusdam capellis ad villam Duodeciacam^o pertinentibus, quas quidam^p ex parrochia Trevirensi usurpabat per factionem cuiusdam presbiteri, petitque sibi de his iustitiam fieri. Item pro litteris, quas Ludowico regi Transrenensi mittebat, ut eas regi atque reginae relegi faciat, et quae apud eos inde audierit, litteris sibi remandet. Litteras etiam, quas Arnoni episcopo^q transmisserat, sibi legi faciat, et regem atque reginam, sed et populum de illorum salute et pace sanctae Dei ecclesiae commoneat.

Iohanni Rothomagensi^r, respondens ad interrogationem ipsius de quodam clerico, qui ad ecclesiam quandam promotus regendam, ordinari per aetatem rite non poterat.

Rotstano^s Arelatensi^t, qui ei de suae ecclesiae vexatione scripserat, et de quadam femina potenti, quae res usurpabat ecclesiasticas, quid ei super his sit agendum, rescribit.

Adeloldo Turonensi^u petenti, ut sibi liceret oratorium aedificare ac consecrare in villa^v suae ecclesiae regio dono data^w, sita in Remensi parrochia, quae Turris vocatur, rescribit, petita concedens ea conditione, ut antiqua villae ipsius ecclesia vel presbiter eiusdem nullum privilegium sui propter hoc detrimentum patiatur.

Leoni episcopo et custodi bibliothecae^x Romanae ecclesiae litteras mittit pro susceptione legationis suae, ut^y obtineat apud papam Leonem^z, quatinus eius petitionem benigne suscipiat et paterne rescribat eidem de his quae in litteris ab eo missis continebantur.

Gregorio quoque eiusdem Romanae ecclesiae nomenclatori et apocrisario, petens, ut inter fideles amicos suos eum tenere dignetur. Item postulans, ut domno apostolico suggestionem suam acceptabilem fieri petat, benedictionis ei munuscula dirigens.

Formoso sedis^{aa} eiusdem religioso episcopo^{ab}, collaudans eius, quam audierat, sanctitatis et scientiae famam, quaerensque ipsius habere familiaritatem, et ut pro^{ac} se dignetur orare, vicem rependere spondens, et quaedam ei munera mittens^{ad}, ut sui memoriam in orationibus habeat. Item, postquam litteras suas eidem Formoso ei remiserat, in quibus de caritate erga eum significaverat, intimat, quia magnam in ipso haberet fiduciam.

a) misit 1. b) et clerici 1; clerici 2. c) ipsi 1^b. d) Actardum 1^a. e) donare 1^b. f) quas — ex his des. 2. 50
g) Tr. a. 2. h) l. ep. 2. i) Hoclonem 2. k) ad 1. l) Duodeciacam 1. m) Rotom. 1. n) Rothet. 1.
o) datae 1. 2. 3. p) bibliothecae 2. q) deest 1. r) ipse d. 1. 2. 3; ipse pro se d. 3^b. s) remittens 2.

1) Namnetensem, post Teruanensem, de quo supra 7) A. 875—c. 890. 8) A. 847—855. 9) Romanus p. 515. 2) Mettensis. 3) Tullensis. 4) Wirzburgensi papa non ante a. 891. electus; antea Fortuensis episcopus a. 864—876. et a. 883. restitutus. 55

Item Gauderico episcopo prefatae¹ ecclesiae, ut eum in suae dilectionis suscipiat gremium et Dominum sanctosque apostolos pro eo dignetur implorare.

Iohanni prefatae sedis² episcopo² eadem pene scribit, et canones Martini papae, euangelium quoque Nazarenorum sibi ad transcribendum mitti petens, quaedam etiam xenia illi⁵ transmittit.

Vulfado Biturigensi archiepiscopo³ de his qui inconsulte uxores suas interficiunt sententiam Paulini, quam sibi mitti petierat, scribens. Sed et de aliis rebus.

Frotario Burdegalensi⁴, qui sibi talem direxerat versum:

Remis^b equum nobis, mulum^c Burdegala vobis,

10 talem post remisit^d:

Remis equum^a misit, mulum Burdegala nullum.

Et alia quaedam ad eundem scripsit: pro monasterii quoque Sanctae Radegundis^e regulari electione abbatissae, et cetera. Item de ordinatione Fulcrici.

Item Weniloni Rothomagensi^f de operariis et opera quam faciebat ad Pistas in Sequana.

15 Item de causa Rothadi et Hodonis^g episcoporum⁶.

Drogoni Metensium presuli⁷, imperatoris Ludowici fratri, pro familiaritate ipsius adipiscenda. Item referens ei gratiarum actiones pro sollicitudine quam^h habere videbatur Remensis ecclesiae, petens etiam de quodam fratre, huius ecclesiae ministro, ut ita eius frueretur obsequiis, quatinus ecclesia ista necessariis ipsius posset uti solatiis, et alia quaedam.

20 Rothado Suessonicoⁱ, quem saepe ad sinodum venire differentem vel negligentem vocabat, scribit de quibusdam criminatis parrochia Suessonicae personis vel purgandis vel poenitentiae subigendis. Item pro ordinandis quibusdam ecclesiarum ministris. Item pro recipiendo et adducendo ad iudicium Gothescalco, quem dominus Rabanus^k ad diocesim⁸ Remensem remiserat, qui profectus fuerat^l ex parrochia Suessonica¹, scilicet Orbacensi

25 monasterio. Item pro ordinatione monasterii Sancti Medardi et restituenda in eo regula.

Item pro quibusdam monachis ex monasterio Altvillarensi fuga dilapsis. Item pro Godoldo,

qui clamabat indebite se communione privari, pro quo etiam tertio litteras ad eum direxit.

Item pro quibusdam presbiteris, qui clamaverant in sinodo iniuste se ab eo ecclesiae rebus privatos; et quia irrationabiliter sinodi mandata tractaverat, nisi se corrigeret, canonicae^m ultionis delegat interminationem. Item pro ordinatione Hincmari post obitum Parduliⁿ

30 Laudunensis episcopi. Item pro Adeloldo presbitero iuxta sententiam sinodi restituendo; pro quo litteras ei miserat, quas ille penitus contempnebat. Item pro mandatis regis Ludowici et firmitate ab eo quaesita, quae sacerdotio non congruebat. Item pro clerico,

quem mitteret ordinandum ad regendum ecclesiam in villa Turre^o sitam. Item pro par-

35 rochia, de qua contentio agebatur inter eum et Erpuinum Silvanectensem episcopum⁹.

Item eidem cum aliis Remensis dioeceseos episcopis de Grecorum adinventionibus, quas

contra canonicas statuere conabantur regulas; pro quibus tam ad ipsum quam ad ceteros

huius regni archiepiscopos dominus Adrianus papa litteras dederat. Insuper et alia saepe-

numero pro diversis negociis ad eum scripta direxit.

40 Immoni Noviomagensi episcopo¹⁰ pro sinodo comprovinciali Parisius^p a rege conducta⁸⁴⁶ et pro ordinatione Irminfridi post decessum^q Hildemanni Belvacensis episcopi. Item pro^{847,848}

ordinatione Parduli post obitum Simeonis Laudunensis. Item pro consilio et auxilio dando

Theoderico^r Cameracensi presuli¹¹ super quodam inobediente, qui Deum non timebat et

45 caonicam concedi monet. Item pro quadam femina, quam indebite queritur excommu-

nicanisse. Item pro colloquio episcopali habendo.

Erpuino^s Silvanectensi¹² pro quodam homine, quem irrationabiliter ab eo excommuni-

catum, ut compererat, intimat, mandans, ut obviam sibi veniat et, quid inde^t rectius sit

50 frustrato. Item pro quodam clerico, qui se prejudicium ab eo pati clamaverat. Item

a) prefatae ecclesiae sedis 1. b) Remus 1. 2. c) mulum 1. d) re-promisit 1^p. e) c. m. dex. 2. f) Rotom. 1.

g) Od. 1. h) qua 1. i) Suessona. 2. k) Rabbanus 1^p. l) deest 1. m) a. r. Par. 2. n) de 1. o) Theodrico 2.

p) cum 1. q) Erpuino 1^p. r) indirectus 1^p; indirectus 1^p; inde directus 2.

1) Potius Velitrensis. 2) Iohannes ante Gaude- 7) A. 826—855. 8) V. p. 516, l. 36. 9) A. 840—871.

55 ricum sedit. 3) A. 866—876. 4) A. 860—876. 10) A. c. 840—860. 11) A. 831—c. 863. 12) A. c.

5) Pictavensis? 6) Suessionensis et Bellocensis. 840—871.

pro mandatis Adriani papae de prenotato presbitero. Item pro mandato regis regulariter exequendo.

Lupo Catalaunensi¹ pro synodo celebranda². Item pro quodam, qui dolo deceptus fuerat, ut infantem proprium ad catezizandum³ teneret. Item, quid de hac re synodus⁴ decreverit. Cui etiam testimonium bonae vitae perhibet in epistola, quam scripsit post⁵ obitum ipsius ad regem Karolum pro impetranda electione regulari ecclesiae Catalaunensi.

Prudentio Trevasino⁶ scribens, queritur, quare sibi presentiam suam subtrahat; significans, se ab eo consilium quaerere velle de statu et compressione Gothescalci; intimens, quid de ipso actum vel iudicatum fuerat in synodo⁷, quo eum reclusum tenebat iudicio et quia multis modis eum converti temptaverit, et de moribus ac superbia ipsius; et si coena⁸ Domini vel in pascha debeat illum⁹ admittere ad audiendum sacrum officium vel accipiendam communionem; et quid sibi videatur de sententia Ezechielis prophetae qua dicitur: *In quacumque die ceciderit iustus, omnes iustitiae eius in oblivione tradentur, et quacumque die peccator conversus fuerit, omnes iniquitates eius tradentur oblivioni.* Sed et de consuetudine coenae Domini celebrandae. Item pro ecclesiis sedis Remensis in ipsius episcopatu¹⁰ sitis, quas ille aliter tractabat, quam episcopali conveniret aequitati, ut de his et aliis quae de ipso audiebat simul loquerentur; exortans, ut alterutrum se instruerent et Domino mutuo commendarent. Pro qua re librum quoque scripsisse reperitur.

Pardulo Laudunensi episcopo¹¹ scribit pro transitu domni Ebonis antecessoris sui, ut illi sacerdotalis benignitas plenis caritate votis debeat exhiberi. Item de reconciliatione¹² Liudonis¹³ inconvenienti, quod non potuerit ad eam peragendam adulationibus vel exprobrationibus hominum insipientium deflecti, corroborans eum ad rectitudinem episcopalem divinarum testimonii scripturarum, ut per auctoritatis gradiatur viam, et quid ei de prefato sit agendum Liudone significans. Item pro eadem re. Item de recognitione, humiliatione et absoluteione Fulcrici¹⁴. Item de absoluteione cuiusdam, requirens ipsius consilium. Item de ieiunio a regina mandato. Item de infirmitate et humiliatione Rothadi Suessionici, et de consilio quod ei dederat, ut illud in eo corroboret et ad obsequendum prudenter exortetur. Item pro auro, quod ei mittebat, per eum reginae offerendo ad componendum quoddam Dei genitricis ornamentum. Item de opusculo Ferculi Salomonis a se composito¹⁵, quod ei legerat, rogans, quid sibi videatur de illo. Item pro ecclesia¹⁶ Morini¹⁷ vacante pastore, ut inde cum rege loquatur, qualiter ipsa electio¹⁸ rite peragatur, et pro¹⁹ libris sancti Ambrosii de fide sibi mittendis.

Irminfrido Belvacensi pro electione pastoris ecclesiae Ambianensis canonice consecrandi post obitum Ragenarii presulis. Item pro gubernanda prudenter ecclesiae navi, quae in hoc naufragoso seculi mari inter intestina concutiebatur bella²⁰.

Eboni episcopo²¹, ecclesiae Remensis alumpno, pro quodam fratre ab hac ecclesia fugalapo et apud ipsum commorante, ut quantocius illum diligenti cura remittere studeat. Item pro ordinatione Ysaac in episcopatu Lingonensi, ut exhortetur Remigium archiepiscopum²² ad eandem ordinationem peragendam.

Theoderico²³ Cameracensi²⁴ pro quodam Hettone²⁵, Lotharii regis vassallo, cui communi²⁶ consensu poenitentiam iniunxerant, qui se absolutum a prefato Theoderico fuisse fatebatur; et pro quodam presbitero, quem idem Theodericus excommunicaverat, pro quo papa Romanus domno Hincmaro litteras miserat, quas ipse eidem Theoderico mittebat. Item pro²⁷ prefati Hettonis absoluteione²⁸. Item pro rebus Remensis ecclesiae, quas sibi per prelatiam²⁹ Theodericus episcopus delegari petebat. Item pro ordinatione Hunfridi in episcopatu³⁰ Morini. Item pro ordinatione Ercanrai post decessum Lupi Catalaunensis episcopi. Item de adventu Ludowici Transrenensis, quia Remis venerit, et quid egerit quidve sibi preceperit. Item pro³¹ Balduino, qui viduam Iudith, filiam regis Karoli, furatus fuerat, ut sciat eum a se sub anathemate positum³², et id per suam denuntiet parrochiam. Item pro

a) celebrandi 1. b) catezizand. 2. c) synodum 1 b. d) in c. 3. e) eum 2. 3. f) deest 1. g) Morini 1 b. h) electione 1. i) Hectone 1. 2. 3; et ita post. k) Teod. nunquam 1. l) absoluteiones 1 b. m) prelatiam 1.

1) A. c. 837—c. 857. 2) A. c. 846—861. 3) Carisiacensi a. 849; cf. Prudentii Ann. SS. I, p. 443. 4) A. 848—856. 5) Qui in parrochia nostra incensus homicidium perpetravit, Epist. ad Karolum regem c. a. 855—860. 6) V. supra p. 483. 7) V. supra p. 502. 8) i. e. Teruasiensis; episcopus Folcuinus obiit a. 855. 9) De tempore cf. Noorden p. 149. 10) Gratianopolitanus c. a. 855—860. 11) Lugdunensem. 12) A. 831—863. 13) A. 868, Opp. II, p. 316 (Migne II, p. 97). 14) V. supra p. 468 sqq.

quodam, qui quandam feminam in concubinato accipere persuasus fuerat a patre ipsius puellae.

Folcuino Morinensi¹ pro quodam presbitero ipsius ordinato, qui clamabat iniuriam se pati ab Immone presule²; petitque simul, reliquias sanctorum³ in Morinensi parrochia quiescentium sibi mitti, quia in consecratione ecclesiae Dei genitricis altare ab ipso Folcuino⁴ consecrandum et ex-ipsius⁵ parrochiae reliquiis honorandum preparabat.

Rainveo⁶ episcopo⁷ pro quodam presbitero, quem Notho archiepiscopus Arrelatensis⁸ ei litteris indicaverat abiectum canonicè et excommunicatum a sinodo, altero presbitero in eius loco constituto.

10 Agio episcopo⁹ pro rebus ecclesiae Remensis in Aquitania coniacentibus.
Abboni Autisiodorensi¹⁰ pro Heriboldo presule defuncto, qui cuidam fratri apparens, 857. admonuit de elemosina et orationibus atque oblationibus pro se offerendis.

Aeneae Parisiorum¹¹ pro Rothado Suessionico, de quo quaedam inconvenientia apud regem ventilata fuerant, et rex eundem Aeneam cum Immone Noviomagensi ad haec discutienda dirigebat.

15 Amalrico¹² Cumensis ecclesiae presuli¹³ pro Egilberto diacono, monasterii Sancti Remigii monacho, quem eidem episcopo id petenti ad ordinandum et regendum committit.

22.¹ Quae¹⁴ instrumenta vitae vel redargutiones Hincmaro, nepoti suo, scripserit.

20 Hincmaro, nepoti suo, Laudunensi episcopo, in ordinationis ipsius initio, instruens et 856/57. edocens eum, qualiter iuxta canonicam auctoritatem commissam sibi tractare deberet ecclesiam. Item admonens¹⁵, ut provideat, ne conspirationes inter sibi subiectos adolerent, sed et, si exortae fuissent, mox rationis moderatione succiderentur, aut sibi, si necesse foret, haec intimare curaret; et quando sinodum debeat celebrare. Pro quo valde laboravit multaque illi scribit, reprehendens eum et castigans de levitate morum et actu suorum,

25 admonensque, ut ad cor suum redeat et Deum tota intentione precari studeat, ut eum respiciat et intelligere sibi atque corrigere perversitatem suam donet; quia¹⁶ videlicet nimis sibi sapiens esse videbatur et pertinax in contentionibus, et quia leges ecclesiasticas ad suae¹⁷ voluntatis intentionem flectere nitebatur et melius eas se putabat intelligere quam seniores natu.

30 Pro quo in tantum laboravit, ut etiam senioris sui regis offensionem incurrisse se dicat; illum vero impudenti fronte erectaque cervice, trementibus labiis et inflammatis verbis petitionem et humilitatem suam respicientem¹⁸ coram multis sustinuerit. Corripitque eum, quia numquam se recognoscere de aliqua culpa, sed semper se defendere parabat; de habitu quoque, incesso, risu, iuramentis, impatienti locutione, ira precipiti et aliis multis.

35 Item quia contra sanctarum scripturarum tramitem causa suae iniuriae in parrochia¹⁹ suae gubernatione excesserat, ut haec corrigere studeat, admonens eum, qualem se debeat exhibere, verbis apostoli ad Thimotheum. Item 1. Tim. 3. de quodam sacrilego²⁰ et a²¹ se pro sceleribus excommunicato, quod illi res ecclesiasticas 870. ad turpis lucri premium dederit. Item pro Hadulfo quodam, ipsius clerico, petens, quem 870.

40 idem Hincmarus excommunicaverat²². Item de epistola papae Adriani ad quosdam episcopos per eum dirigenda. Item pro dispositione quarundam parrochiae suae ecclesiasticarum rerum, ut inde vel ad provincialem expectaret sinodum. Item pro excommunicatione Karlomanni²³, unde obedire ipsi volebat, eum saepe commonens, ut contumaciam suae mentis deponeret et ad obaudiendum sibi, ceu iam coram multis testibus professus

45 fuerat in sinodo²⁴ atque subscripserat, se inclinaret. Item pro Berthario diacono, quem metropolitani²⁵ atque comprovincialis sinodi iudicium appellentem indebite sub custodia detinebat. Unde promens ei, quod ita in eum agere non debuisset, precepit illi auctoritate sacrorum canonum et sua, ut eundem diaconum, vel si qui fuissent alii²⁶ clericorum iudicium regulare proclamantes ab ipso detenti, ad suum ac ceterorum episcoporum iudicium libere

50 a) soerum 1^a. b) Folcuino A. l. 1. c) reliquis i. p. 1^a. d) Rainvero 1; Rainnero 3. e) Amalrico 3^a. f) xxii corr. xxi 1^b. g) rubrum deest 1. h) admonentis 1^a; admonentis 1^b. i) qui 1^b. k) v. s. 2. l) respicientem 1. m) s. p. 1^b. n) se a 1^b. o) metropolitanae 2. 3. p) aliqui 1^a.

1) Qui sedit usque ad a. 855. 2) Noviomensi. Opp. II, p. 334 (Migne II, p. 279). 10) Opp. II, p. 339

3) Fortasse de Rainero (Raginario) Ambianensi a. 836 (Migne II, p. 280). 11) Fili Karoli Calvi. Cf. Libell. —848. cogitandum est. 4) A. 820—851. 5) Aurelianensi a. 843—867. 6) Qui a. 857. successit Heriboldo. 7) A. 858—870. 8) A. 840—860. 9) Nivino;

12) Cf. Hincmari Ann. SS. I, p. 487; Mansi XVI, p. 859.

13) Qui sedit usque ad a. 855. 14) Qui sedit usque ad a. 855. 15) Noviomensi. Opp. II, p. 334 (Migne II, p. 279). 16) Opp. II, p. 339

17) Fortasse de Rainero (Raginario) Ambianensi a. 836 (Migne II, p. 280). 18) Fili Karoli Calvi. Cf. Libell. —848. cogitandum est. 19) A. 820—851. 20) Aurelianensi a. 843—867. 21) Qui a. 857. successit Heriboldo. 22) A. 858—870. 23) A. 840—860. 24) Nivino;

25) Cf. Hincmari Ann. SS. I, p. 487; Mansi XVI, p. 859.

26) Qui sedit usque ad a. 855. 27) Noviomensi. Opp. II, p. 334 (Migne II, p. 279). 28) Opp. II, p. 339

29) Fortasse de Rainero (Raginario) Ambianensi a. 836 (Migne II, p. 280). 30) Fili Karoli Calvi. Cf. Libell. —848. cogitandum est. 31) A. 820—851. 32) Aurelianensi a. 843—867. 33) Qui a. 857. successit Heriboldo. 34) A. 858—870. 35) A. 840—860. 36) Nivino;

37) Cf. Hincmari Ann. SS. I, p. 487; Mansi XVI, p. 859.

venire; remitteret, et ipse eidem se iudicio presentaret. Item convocans eum ad sinodum¹, ubi Adriani papae mandata tractanda erant. Scribit ad eum preterea multa. Novissimum voluminis seriem, rememorans in eo et ad mentis eius oculos revocans, qualiter illum orphanum dulci dilectione sub religione nutrierit, litteris erudierit, per singulos gradus ecclesiasticos usque ad episcopatus apicem provexerit:

Nunc, inquit, retribuentem mihi mala pro bonis et odio me habentem gratis, quoniam non faveo tuis infructuosis operibus, quamdiu [te^a] patiar, multis a te afflictus iniuriis? Etenim ab ipsa die ordinationis tuae tam verbis quam scriptis et inordinatis actibus ac motibus tuis frequentibus adeo sum gravatus lacerationibus atque contusionibus, ut taedeat me vitae meae; quia sic pro loci mei officio tuae insolentiae sum conexus, ut non solum post primam¹⁰ et secundam correptionem iuxta apostolum, verum nec post plurimas privatim et coram communibus familiaribus nostris, sed et coram rege et episcopis ac plurimis aliis verbis et scriptis ammonitiones te valeam devitare. Et licet exoptem, ut darentur mihi pennae sicut columbae et avolarem ac requiescerem a te elongatus in aliquam solitudinem, non possum quoquam effugere, ut aut tua pertinacia contumacis presentiae aut missorum tuorum duriloquis aut scripturarum tuarum derogationibus et inutilibus naeniis, quin^b potius tragoediis, aut talibus quae non conveniunt episcopo de te auditionibus non affligar. Et iam tandem putavi te pigere talia exequi, cum ecce nunc Idus Novembris quartae indictionis prolixissimam rotulam, mendacis et irrationabilitatibus ac impropriis contra veritatem et auctoritatem repletam², mihi misisti. Et miror, cur sic exfrons factus, ut de Iudea Dominus queritur, nescis erubescere, et³ tibi non est nausia talia et tanta scribere, nisi quoniam utilibus non es intentus neque^c in necessariis occupatus, et ut de aliis taceam, quae si ex ordine voluero replicare, antea deficiet lux diurna, quam legenda exinde deficiat pagina, replicabo tibi aliqua, quae non valeo nec deo silentio preterire. Videlicet, quia statim, ut a paterna nido educationis factus episcopus evolasti, et me et eos qui te nutrierunt^d deseruisti et seculares amicitias atque familiaritates²⁵ quaesisti et adquisisti, et sic, subinde alios et alios deserens et acquirens, non solum de comparibus, sed etiam de tibi commissis, ad hoc emeristi, ut contra sacras Anthiocenas regulas³, precipientes, ut preter me agere nihil debeas secundum antiquam patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum quae ad tuam parochiam pertinent possessionesque subiectas, sine mea vel coepiscoporum^e nostrorum conscientia administrationem in palatio domni regis obtinueris⁴. Quam administrationem tibi coram eodem domno rege et aliis qui affuerunt^f ex sacris regulis interdicti, et aliquamdiu ab eadem administratione cessasti. Postea autem⁴ per exteras, id est seculares, potestates contra Sardicenses canones⁵ eandem administrationem cum abbatia in tertia provincia ultra Remensem provinciam sine mea conscientia obtinuisti. Ad quam abbatiam sine mea licentia quotiens tibi placuit perrexisti et quamdiu tibi placuit³⁵ ibidem immoratus^b fuisti contra^a Hilarii papae decreta dicentis⁶: Illud non potuimus preterire, quod sollicitudine diligentiore curandum est, ne preter metropolitanorum suorum litteras aliqui episcopi¹ ad quamlibet^a provinciam audeant proficisci, quod etiam in omni genere officii clericalis per singulas debet ecclesias custodiri. Et sic antea Zosimus⁷ et postea sanctus Gregorius⁸ decreverunt. Propterea quoque semel ac secundo litteris canonicis evocatus ad ordinationem episcopi in ecclesia Cameracensi provinciae nostrae pastore destituta, unde apostolica sedes me suggerente non modice laboravit, nec ipse venisti, nec pro te vicariam personam vel litteras tui consensus, ut regulae sacrae precipiunt, ad me direxisti⁹. Unde Symmachus¹ papa ad Eonium¹⁰ ex sacris regulis promulgavit, ut: 'si quilibet episcopus metropolitanis pontifici iuxta canonicam definitionem vocatus obtemperare noluerit, noverit succidendum^g se, quod⁴⁵ non optamus, ecclesiastica disciplina'. Sed et hinc a me conventus, nullam satisfactionem nec etiam^a humile responsum mihi ac coepiscopis nostris exhibuisti. Post haec more tuae instabi-

a) deest 1. b) qui 1. c) n. i. n. 6. des. 1b. d) tenuerunt 1b. e) episcoporum 1. f) affuerit 1b. g) ut 2. h) f. i. 2. 3. i) ita etiam Op. 55 cap. c. 47; sed deest in epistola. k) episcopi storum add. 1b. l) Symmachus 2. m) subdendum . . . ecclesiasticae disciplinae. Epist.

1) Attinacensem ut videtur; cf. Hincmari Libell. fere verba leguntur. 5) C. 15. 6) Epist. 8, ad Expostul. c. 27 (Migne II, p. 611); Epist. ad Hadrianum, Opp. II, p. 690 (Migne II, p. 175). 2) Hincmari Opp. II, p. 608 (Migne CXXIV, p. 1027). 3) Conc. Antioch. a. 341. c. 9, Mansi II, p. 1323. 4) Cf. Eonii successorem Caesarium in editis inscripta, c. 2, 55 Hinc. 55 cap. c. 2, Opp. II, p. 392 (Migne II, p. 295) Thiel p. 729. et Libell. ex post. c. 1 (Migne II, p. 567), ubi eadem

litatis ac inconstantiae contra domnum regem in tantum te sine ratione contumaciter exexisti⁴, ut et administrationem palatinam et ipsam abbatiam tibi auferret et a te exaggeratus duriora ingerenda tibi proponeret. Unde et scriptis et verbis pro te satagens, illum tibi reconciliaui. Indeque, sicut sciunt plurimi, contra illum te iterum exexisti, et mandata sua, ut ad eum venires, contempnens, adeo illum ad iracundiam provocasti, sicut omnes in istis regionibus sciunt, ut coactus te per fideles suos sicut infidelem appeteret. Tu autem ante inauditam excommunicationem in meos et multorum archiepiscoporum et episcoporum parrochianos, sed et in ipsum regem sine mea conscientia contra sacras regulas iaculasti. Unde multos scandalizasti et maximum scandalum non solum ecclesiae, sed et regi ac regno intulisti, cum lex prohibeat, ut per alienam messem transiens falcem non mittas, sed manu spicas conteras et manduces. *Falces*, inquit beatus Gregorius⁵, *iudicii mittere non potes in ea segete quae alteri videtur esse commissa; sed per effectum boni operis frumenta dominica vitiorum suorum paleis exspolia^a et in ecclesiae corpus monendo et persuadendo quasi mandendo^b convertit*. Postquam presumptionem, adhibitis mecum confratribus nostris, te et cum eo pacificavi, et episcopis, quorum parrochianos excommunicasti, ut in^c te sinodali sententia non invehent, persuasi, sed et eosdem^d a te excommunicatos, licet non sine labore, adminiculante tamen domno rege, adversum te conquisgere feci. Sed tu addens peiora prioribus, sic domnum regem, sicut mihi longum^e est enarrare et multi sciunt, iterum exaggerasti, ut causa tuae castigationis te sine mea voluntate sine meo consensu aliquantulum detineri iuberet^f. Tu vero causa tuae iniuriae, me inconsulto et sine consensu coepiscoporum Remensis provinciae, sicut petito a clericis Laudunensis ecclesiae mihi porrecta demonstrat, presbiteros et comministros ecclesiae ac parochiae tibi commissae excommunicasti^g, ut nemo in eadem parochia missarum officia celebraret, neminem parvulorum, etiam in mortis urgentis periculo constitutum, baptizaret, nullum ad poenitentiam quisquam susciperet^h, nec etiam obeunti communionem viatica munerisⁱ subveniret, nulli defuncto in sepeliendo humanitatis obsequium exhiberet, donec aut tu ipse ad eos venires, aut a sede apostolica inde relationem reciperent. Quod audiens, fateor, vehementer exhorui, et proinde ad te metropolitana sollicitudine litteras misi, monens et hortans te, ut tam exitabilem excommunicationem et impietatis colligationem in tuum et multorum periculum intentatam quantocius solveres; sed et ad ministros Laudunensis ecclesiae, timens immane^k multorum exitium, certissimas et inrefragabiles diffinitiones euangelicae veritatis et apostolicae auctoritatis atque sacrorum canonum et apostolicae sedis direxi^l, quatinus secundum easdem diffinitiones^m, quae in nullo convelli possunt, ex eadem periculosa et irregulari excommunicatione agerent et ipsi satis. Sed quia meae admonitioni obedire non voluisti, misi ad te iterum exinde litteras, sed et ad clericos Laudunensis parochiae, et neⁿ sic te ad obediendum invitare prevalui. Post haec, quaerens adinventiones, ut te a metropolitana subiectione posses exuere, libellum de antiquorum patrum scriptis ante sacros Nicaenae sinodi et aliorum sanctorum canones editis collegisti^o, in quibus sententias inter se dissonas et contra euangelicam et apostolicam atque canonicam et apostolicae sedis auctoritatem immiscuisti, et eidem libello sine metropolitana et^p coepiscoporum Remensis provinciae conscientia ac consensu subscripsisti et a clericis ecclesiae tuae necnon et a parrochianis presbiteris subscribi fecisti, volens te a subiectione tuae metropolis exutum ostentare et privilegium metropolitanae sedis annullare; quasi non possem impietatis tuae colligationem canonica auctoritate sine tuo consensu ac sine sinodali conventu in parochia tua dissolvere, cum de certis et manifestis causis, quae in nullo nobis sunt dubia vel obscura, et de quibus finitivas sententias, quae nulla possunt ratione convelli, a sanctis patribus promulgatas habemus, sinodale consultum vel coepiscoporum^q provinciae nostrae consilium vel consensum non debeam expectare, et a regulis prestitis, ut sanctus Leo dicit^r, nulla aut negligentia aut presumptione discedere, nec etiam sedem apostolicam inde inquietare, sicut ipsius sanctae sedis beati pontifices Innocentius, Zosimus, Celestinus, Leo, Hilarius, Gelasius, Gregorius et alii plures eiusdem sanctae sedis rectores in decretis suis ostendunt. Et reliqua. Item, datis auctoritatibus Gelasii papae: *Post prrfati deni-*

a) excoria 2. 3. b) mandando l. c) te in l. 2. 3. d) eodem lb. e) est l. 1b. f) derst 1b. g) susciperet 1a. h) numeris l. i) inae l. k) euangelice veritatis add. 1b. l) nec l. m) ac 1a. n) episc. l. o) n. pr. 2.

1) Cf. Libell. expost. c. 1. 4. 2) Reg. XI. 63. ad 5) Migne II. p. 531. 6) Opp. II. p. 346 (Migne CXXIV. Augustinum resp. 9. 3) Silvaci (Servais) a. 869. p. 993. cf. Libell. expost. c. 10-12. 7) Epist. 14. 55 4) Cf. Opusc. 55 cap. c. 30 sqq.; Libell. expost. c. 5 sqq. c. 2, Mansi V, p. 1281.

que, inquit, monstruosi libelli a te monstruose^a collecti tuam tuorumque subscriptionem litteris, quarum exemplar habeo, denovo te commoni^b, ut ea quae in parrochia tua contra rationem et auctoritatem egeras studeas corrigere; sed admonitioni meae non paruisti. Deinde ex prefatis epistolis Romanae sedis pontificum ante Nicaenam synodum scriptis libellum a te collectum et versiculis in nomine domni regis Karoli titulum per venerabilem quendam^c archiepiscopum Wanilonem in Gundulfi-villa coram episcopis qui affuerunt mihi direxisti^d; de quo tibi scripto respondi, cuius exemplar habeo, monens te, ut sacris canonibus et apostolicae sedis decretis ex eisdem sacris canonibus^e promulgatis fidem accommодares et debitam obedientiam illis^f deberes. Inde in Attiniaco^g Remensis parrochiae tibi coram episcopis dedi libellum in 35 capitulis^h auctoritates ecclesiasticas continentem, contra illa quae in prefatis tuis duobus libellis collegeras, monens, ut a talibus et huiusmodi reprehensionibus te cohiberes, et te sacris regulis subdens, pacem et sanctimoniam secundum apostolum sequi studeas. Tu autem nullam inde meae admonitioni satisfactionem exhibuisti, quin potius rotulum prolixissimam contra veritatem et auctoritatem ac rationem contextam in eadem synodo obtulisti et prefatum tuum monstruosum libellum a te et a tuis subscriptumⁱ in eadem synodo protulisti^j, 15 quem ibidem accipiens hactenus servo. Et cum me vidi post tot admonitiones nihil apud te posse proficere, scedulam^k porrexi in synodo episcoporum decem provinciarum, ab eisdem venerandis episcopis quaerens consilium, quid contra tuam pertinacem contumaciam agere possem, illa quae tibi ac parrochiae tuae contra colligationes tuae impietatis direxeram coram illis relegi feci. Unde et ab eisdem episcopis predictis sacri conventus auctoritatibus, quoniam iniuste ac irregulariter tantas et tales excommunicationes agere presumpsisti, et a domno rege impetratus, quoniam iuramenta illi a te super sacra prestita non observasti, sed et quia res suae proprietatis contra leges divinas et humanas invasisti; et a Nortmanno^l in synodo accusatus, quoniam eum de rebus tua concessionem atque consensum a domno Karolo sibi beneficiatis sine auctoritate regia, armata militari manu et turba vulgi collecta, cum gladiis et fistibus, 25 primum quidem uxorem suam, quae tibi sine ullo erat, et postea illum ipsum contra leges et regulas expulisti et omnia sua quae tibi habuit abstulisti; sed et a tuis hominibus accusatus, quia contra leges^m divinas et mundanas eis sua beneficia abstulisti: ut sinodalem censuram recederes, dedisti regi et mihi in eadem synodo professionis tuae libellum de regulari obedientia tuaⁿ, quem habeo et tu negare non potes, quoniam ipsius exemplar de manu mea in eadem synodo accepisti, sicut in processu monstrabo. Sed, ut vir duplex animo et inconstans in omnibus vis tuis, statim in crastina misisti mihi per Hardvicum^o venerabilem Vesontionensem episcopum ad profitendum et subscribendum tibi breviculum ita se habentem: 'Et ego Hincmarus Remorum archiepiscopus tibi Hincmaro Laudunensis ecclesiae^p coepiscopo tuum debitum, sacris precipientibus canonibus, privilegium conservabo, et in quibuscumque ecclesiasticis negociis indigeris, secundum sacras regulas debitum tibi iure adiutorium archiepiscopali auctoritate adhibebo'. Quae causa non solum non de humili, verum nec de sano sensu processit. Inustum quippe ac irrationabile videtur, ut archiepiscopus a sacris canonibus non exorbitans, excedenti episcopo suffraganeo a se ordinato professionis ac subscriptionis libello, sicut postu- 40 laveras, satisfaceret. Sicut enim secundum Scripturam minor a maiore benedicitur, ita prorsus minor a maiore, et^q non maior a minore iudicatur, ligatur vel solvitur, sicut et in decretis Gelasii demonstratur. Iuste igitur et rationabiliter tibi hinc respondetur ex Iacobo: 'Petisti et non accepisti, eo quod male petisti'. Sed et in eo quod tibi a me subscribi poposcisti, ut tuum debitum, sacris precipientibus canonibus, privilegium conservarem, petisti quod voluisti, sed nescisti quod^r dixisti, quoniam, ut sanctus Ieronimus dicit^s, privilegia singulorum communem 45 legem facere non possunt. Et sacri canones provincialibus episcopis et eorum ecclesiis vel sedibus privilegia, scilicet privatas leges vel iura privata, generaliter non dederunt^t, quia quod omnes generaliter habent, ius speciale et dignitatis lex privata esse non valet; sed metropolitanis episcopis ac metropolitanis sedibus privilegia tribuerunt^u; et cetera de sacris canonibus

a) monstruosi 1. b) cummoni. 1^b; tecum monui 2. c) quendam 1. d) et apostolicae sedis iterum add. 1. e) deest 1. 50
f) subscriptis 1. g) pretulisti 1. h) scedulam 2. i) Norm. A. I. 1. 2. 3. k) et regulas expulisti et omnia denovo arr. 1.
l) Ard. 2. m) e corr. 1; Laudunensi episcopo 2. n) adhibeo 1^b. o) e. n. m. a. m. det. 1^b. p) quid 2.
q) dederit 1. r) tribuerit 1^b.

1) Opp. II, p. 355 (Migne CXIV, p. 1001). Cf. epist. quo cf. Libell. expost. c. 15. 5) Hincmari Ann. 870, Migne II, p. 534. 2) A. 870; cf. narrat. Mansi XVI, p. 487. 6) Comm. in Ionam c. 1 (Migne XXV, p. 856. 3) Opp. II, p. 377 (Migne II, p. 282). 4) De p. 1180).

et decretis papae Leonis subnexa^a. Post quae subinfert^b: Quapropter, quando talia mihi ad profitendum et subscribendum misisti, scire debueras, quod in istis regionibus nemo pene ignorat, quia municipium Lauduni, in quo es ordinatus episcopus, ab exordio sui, postquam a Marcobrio pretore, ut produnt historiae, conditum fuit^c, nunquam inter sedes provinciales Remorum provinciae in paganismo^d vel^e in christianismo nomen vel locum habuit, donec sanctus Remigius 15. Remorum archiepiscopus, certis quibusdam accidentibus causis, primus ibidem ordinavit episcopum et eidem municipio, de rebus Remensis metropolis satis superque ditato, ipsum comitatum in quo consistit, partem scilicet ex Remensi parochia, delegavit; sed semper fuit Remensis provinciae municipium, sicut hodieque et alia municipia in Remensi parochia, quae in subiectionis loco ac nomine permanent. Non igitur privilegium, sed municipalium^f tibi debere servari convenerat petere; quia, sicut patres nostri ac magistri ecclesiae tradunt, Paulus apostolus non se civem, sed municipem appellat, dicens: 'Ego homo sum quidem Iudaeus a Tharso^g Ciliciae, non^h ignotae civitatis municeps'. Natus quidem apostolus in oppido Galileae Giscali fuit; quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tharsumⁱ Ciliciae commigravit. A quibus ob studium legis missus Ierosolimam, a Gamaliele viro doctissimo, sicut in subsequentibus ipse memorat, eruditus est^k. Et ideo non^l se civem, sed municipem, a municipio, id est territorio eiusdem civitatis, in quo nutritus^m est, appellat. Dictum autem municipium, quod tantum munia, id est tributa debita vel munera, reddat. Nam liberales et famosissimae causae et quae ex principe profiscuntur ad dignitatem civitatum pertinent. Nec mirumⁿ, si se Tharsensem et non Giscaliten dicat, cum Dominus ipse in Bethleem natus non Bethleemites, sed Nazareus^o a loco ubi nutritus erat cognominatus est. Et tu ergo in diocesi Remensi natus et in metropoli Remorum nutritus et in municipio Lauduni ordinatus, non te civem vel civicum, sed municipem, videlicet tributarium seu munerarium, utinam spiritualium donorum! episcopum^p et, excepto quod a pluribus episcopis es ordinatus, pene vicarium episcopum, quem Graeci corepiscopum vocant, debueras recognoscere, ac per hoc non privilegium tibi ascribi, sed municipalium; nec contra privilegium tuae metropolis te oportuerat rebellare, quod non ageres, si animo Paulus, scilicet pusillus et humilis, esses. Unde timendum est, ne^q et in hoc perditionis filium imiteris, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur. Cui, quantum ex te fuit, tradidisti eos quos irregulariter, ut premisi, excommunicasti, non ut secundum apostolum spiritus eorum salvi, sed, quantum furor et indignatio tua prevalere potuit, perditii essent in die Domini. Quas colligationes impietatis, ut saepe dictum est et semper dicendum est, quoniam regulariter contra votum tuum dissolvi, te adversum me erexisti. Item post auctoritates super illicita excommunicatione: De sacramentis autem a te regi prestitis non est mihi necesse aliquid scribere, quoniam pene omnes sciunt, quod de periurio — si forte illud admisisti — Dominus in lege et prophetis et in evangelio et per apostolos ac^r ecclesiae doctores atque^s magistros dicat. Et quia, ut in decretis apostolicae sedis dicitur, nolimus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod iustum^t est; quoniam quod inde tibi in synodo reputatum^u est, iudicario ordine comprobatum non est, sed regia benignitate intermissum est, omisi hinc regulare iudicium ponere, ut te ad conscientiam tuam remitterem. Pervasio autem rerum proprietatis regiae a te perpetrata manifestissime claruit, quia numquam res ipsae iuris ecclesiae Laudunensis fuisse legaliter probatae sunt, nec sua vel cuiusquam alterius donatione vel concessione ab eadem ecclesia possessae^v fuisse monstratum est. Unde super hominem tuum Tredunum^w, cui easdem pervasas beneficiasti, legaliter conquisitae^x sunt. Sed et proclamatio adversum te Nortmanni^y vera fuisse claruit, nec testibus indignuit, quoniam tam manifestissime hoc, quod inde contra leges et regulas egisti, adeo omnibus in istis regionibus patuit, ut nulla tergiversatione factum legi aut excusari valeret. Nam constat, multis esse notissimum, et tu in scriptis tuis domno regi et mihi directis hoc confiteris, quoniam ad deprecationem Rodulphi et Conradi easdem res, postquam domnus rex illas a longo tempore de ecclesia Laudunensi abstractas eidem ecclesiae sua pietate^z restituit, ipsi domno

50 a) subnexa 1. 2. b) sibi infert 2. c) v. in ch. des. 2. d) m. t. d. des. 1^a. e) Thars. 2. f) non — Ciliciae des. 1. g) deest 2. h) deest 1. i) est n. 2. k) N. m. si des. 1. ubi Et se: sit 2. l) Nazareus 1^a. m) episcoporum 1. n) nec certamine 1. o) deest 1^b. p) et 1^b. q) e. i. 2. r) reparatum 1^b. s) possessas 2. t) Tredunum 1^b. u) conquisitum est 2. v) Norm. 1. w) potestate 1.

1) Cf. Opusc. 55 capit. c. 16, Opp. II, p. 431 (Migne II, 55 p. 334): Quod, sicut Eucropius antiquus historiographus dicit, auctore Marcobrio praetore conditum, ab Eutropio nihil eiusmodi legitur.

regi illas sine meo ac coepiscoporum nostrorum et ministrorum tuorum conscientia atque consensu beneficiasti, quatinus eidem Nortmanno^a illas beneficiaret¹. Item post aliquas datas auctoritates: Et hoc a te ita irrationabiliter factum irrationabiliter dissolvisti, qui armata militari manu et permixta vulgi multitudine, cum armis et fustibus et tumultu maximo, sicut dicunt qui factum illud viderunt^b et audierunt, eundem Nortmannum, qui ipsas res a te regi^c concessas per regis beneficium retinebat, violenter et sine regis auctoritate ac verbo vel litteris expulisti et, expulso illo, illas invasisti et in eas intrasti ac possedisti; cum sint leges et regulae, sit etiam rex portans gladium ad vindictam malefactorum, sint episcopi et canones ad iudicanda crimina sacrilegorum; ut, si ipse Nortmannus pervasor rerum ecclesiasticarum foret, gladio, id est vindicta regia, puniretur, si sacrilegus comprobatus esset, episcopali et canonico iudicio iudicaretur^d. Sunt etiam iudices et sunt leges, quorum et quarum iudicio, si quid^e forte tibi et ecclesiae tibi commissae iniuste factum erat, legaliter et regulariter emendaretur. Item post quaedam, precipue beati Gregorii preceptionum decreta: Denique ex eo quod tui homines se ad regem reclamaverunt^f, quoniam ab eis sua beneficia, quae apud antecessores tuos proservierunt, iniuste et irrationabiliter abstulisses^g, post datum regi et mihi libellum in^h sinodo de regulari obedientia tua, secundum sacros canones etⁱ decreta sanctae sedis Romanae pontificum ex eisdem sacris canonibus promulgata electos iudices episcopos apud me exististi et tres secundum Affricanum concilium, scilicet Actardum^j, Ragenelinum^k atque Iohannem^l, a me tibi designatos suscepisti, et eorum atque aliorum Deum timentium iudicio, in domni regis, sicut postulasti, presentia, de quibusdam decretum fuit, ut beneficia sua, quae irrationabiliter perdidit, recuperare deberent. Quorundam autem eorum causa usque ad alium tractatum, certis causis intervenientibus, non diffinita, sed die alia diffinienda remansit; et tu ante diffinitionem contra sacros canones et sine ulla necessitate vel ratione fuga lapsus, regularem diffinitionem expectare contempsisti. Item post aliqua de canonibus: Et ab electorum iudicio, ut predicti, incaute^m ac inhoneste fuga lapsus abscedens, pitaciolum irrationabiliterⁿ confectum et manu tua subscriptum ac prefatae professioni tuae usqueaque contrarium, per Ermenoldum diaconum tuum 6. Nonas Iulii, 3 indictione^o, mihi misisti, quod ita se habet:

Reverentissimo Remorum archiepiscopo Hincmaro sanctae Laudunensis ecclesiae Hincmarus Deo miserante episcopus debitam in Christo devotionem. Vos scitis, quia ab universali sanctae Romanae ecclesiae papa, [patre^p] quoque nostro et magistro, Hadriano^q his vocatus existo, et vos ipsi in quaternionibus mihi a^r vobis in Attiniaco^s palatio coram archiepiscopis et episcopis qui affuerunt datis, quod ad eandem sedem venire totidem^t vocatus detrectem, me reprehendistis; si vitio scriptoris pro 'detrectem', quod est 'dissimulem' vel 'differam', 'detractem', quod 'valde tractem' non ab re accipi potest, intercaraxatum non fuit. Unde eos nunc pro amore Dei omnipotentis et reverentia sancti Petri exproco, sicut in eadem sinodo in eodem Attiniaco^u a vobis convocata, quod impetrare non valui, exproco, ac iam etiam per integrum efflagitavi annum, et precipue in sinodo apud Vermeriam palatium olim ab horno habita obsecrando declamavi, nunc quoque et obsecro et item declamo, ut et haecenus egi, quo vestra archiepiscopali auctoritate apud domni nostri gloriosissimi regis Karoli clementiam obtineatis, quatinus domini et universalis papae Hadriani^v preceptis ac institutionibus ecclesiasticis mihi, ut omnibus expedit, velut ei qui de omni ecclesia fas habet iudicandi, liceat obedire; videlicet ut limina sanctorum apostolorum, Petri scilicet et^w Pauli, merear, ut devovi et ab eodem insuper vocatus sum, penetrare. Alioquin me vobis abhinc, ut archiepiscopo coepiscopus^x obtemperare debet, canonicè sciatis obsequi non posse; quia, ut decernit beatus papa Gelasius^y, 'nesciunt quid loquuntur', qui decretis sanctae Romanae^z ecclesiae sedis presulum quasi canones opponunt, quibus contraire contra canones est ipso se erigere. Iste Gelasius papa venerabilis et sanctus omnes decretales epistolas venerabiliter sanxit suscipiendas^{aa}; nec eas venerabiliter suscipit, licet ad thorum caput inclinet, qui eis non obedit, sed potius porro obvias^{ab} manus inferens, quod sine periculo agi non potest, respuit, utpote qui de se iudicari non prospicit. Nam, velimus nolimus, aut eis parebimus aut eorum iudicio^{ac}

a) Norm. 1. 2. 3. b) viderit et audierit 1^b. c) iudicaretur — iudicio des. 1^b. d) quis 1^b. 2. e) reclamaverit 1^a. f) abstulisse 2. g) et — canonibus des. 1. h) Actardum 1^b. i) Ragenelinum 3. j) ut caute 2. k) iudicio 2. l) deest 1. 2. 3; suppl. 3^b. m) Adr. 2. n) deest 1^b. o) Arcin. 1. p) Attinico 1^b. q) ac 1^a. r) epis. 1. s) obviat 1^a.

1) Cf. Libell. exposit. c. 15. 2) Namnetensem, Noviomensem et Cameracensem episcopos. 3) Epist. 10, 55 c. 5, Thiel p. 343. 4) Epist. 42, c. 3, p. 458.

percellemur, quorum neminem aliqui quique reprobare valemus. De archiepiscopis autem Remigio ac Hardvico^a quod mihi per Teutlandum diaconum mandastis, privilegio sanctae Romanae ecclesiae non praedictat, sed quod eis eandem sancta sedes de me voluit ac disposuit committere, commisit, vos vero quod vestrum est agite. In domino Iesu Christo bene valete. Ego Hincmarus sanctae Laudunensis ecclesiae episcopus sponte subscripsi^b.

De quo pitacio tibi^c distuli respondere, putans te retractare et a tua contumacia respicere; tu autem non quievisti, sicut causa brevitatis omitto. Et post haec per clericum tuum Bertharium domno regi tuas litteras dirigisti, accusans te, quoniam ad illum, sicut tibi mandaverat, venire non posses, quia febricitans, ut te sol tangeret, sufferre nequibas; sed tibi^d Romam eundi licentiam daret secundum votum tuum, quod vovisti, quando altera vice febrem habuisti, ut ad sanctorum apostolorum limina, sicut coveas, veniens, ibidem ab eadem febre liberareris. Is autem domnus rex coram episcopis et aliis fidelibus suis qui affuerunt tibi per eundem clericum tuum remandavit, mirum et non verum esse quod dices, quoniam ad illum venire non posses et Romam adire valeres; venires autem ad illum, et, si ipse pro causa rationabili te illic ire velle cognoscere posset, tibi licentiam non denegaret. Tu vero ad illum venire noluisti, donec circa Kal. Septembris tertiae indictionis ad Silvacum de colloquutione fratris sui Ludovici rediit, quo^e obviam illi veniens, nihil cum eo, sed nec mecum per te vel missos aut litteras^f tuas de licentia tua eundi^g Romam dixisti. Sed et quando missi domni apostolici Remis fuerunt, cotidie per septem dies cum rege et mecum locutus fuisti et nihil^h inde dixisti. Quod dices, teⁱ in synodo apud Vermeriam indeque apud Attiniacum^j licentiam eundi Romam petisse et impetrare non potuisse, omnes episcopi qui in eisdem^k synodis fuerunt liquido sciunt, quoniam, cum de tuis insolentis increpabaris, timens regulare iudicium vel regis castigationem, licentiam eundi Romam petebas. Cum vero videbas, quia et rex et episcopi erant tibi placabiles, de ipsa licentia nihil dicebas, sicut nec modo facis, donec aliquam novitatem, ut soles, quam semper timendo expecto, iterum facias, de qua compellatus solitam cautionem de licentia tua^l recantes. Petitio autem tua apud domnum regem talis fuit, quando ad eum venisti, quia, sicut plures et pene omnes in istis provinciis scire dicuntur et pafet, addens gravibus graviora, velut ipsa sacrorum canonum demonstrant iudicia, nescio quibus machinationibus exquisitis a te iussio est principalis elicita, ut de his, de quibus electos iudices secundum sacros canones expetisti, non solum eorum querela, quorum causa usque ad alium tractatum diffinienda remansit, verum et quae, ut dixi, in domni regis presentia electorum iudicium sententia diffinita fuerunt, sine metropolitani conscientia^m sineque canonico et episcopali iudicio per iudices seculares, Helmigarium scilicet, mercati palatini telonearium, et Flotharium ac Ursionem, villarum regiarum maiores, refricarentur, contra canones, qui ab ecclesiasticis ad maioris auctoritatis ecclesiasticos iudices, et non aⁿ maioribus ad minores nec ab ecclesiasticis ad seculares neque a consensu partium electis provocari permittunt. A quibus iudicibus secularibus a te petitis quaedam ex diffinitis refricata et immutata, quaedam vero ex diffiniendis sunt diffinita, adinventitia reputatione, sicut ab ipsis qui in eodem placito fuerunt dicitur, de non necessariis et inconvenientibus iuramentis reperta et a te coram predictis iudicibus ipsis tuis accusatoribus, quos contra electos iudices, sicut expetieras, suscepisti, proposita; quatinus et is, de quo legaliter ac regulariter diffinitum fuerat, ut beneficium suum haberet, quod contra rationem et aequitatem perdiderat, eadem adinventione dimitteret; et illi, quibus iudicatum fuerat, ut, quoniam tu post expetitum electorum iudicium idem iudicium subterfugisti, beneficium sua usque ad legale diffinitionem tenerent, beneficia ipsa desererent, et tu quod incepisti vindicare: cum, sicut tibi non licet de accusatione sive criminalis^o sive civilis causar, relicto ecclesiastico, publico purgari iudicio, ita etiam non licet tibi, postposito vel contempto ecclesiastico iudicio, ad secularia iudicia convocare, vel quemcumque, nec etiam laicam personam pertrahere, neque ad forum suum sequi, si ipsa persona^p laica consenserit ecclesiasticum subire iudicium, sicut lex Valentiniani^q, quam probat ecclesia, demonstrat. Item post ostensas^r auctoritates: Et non pertranseat etiam tuam considerationem, cur domnus rex tuae petitioni annuerit, ut, unde in presentia illius electos iudices episcopos secundum sacros canones accepisti, sine conscientia metropolitani sineque ecclesiastico iudicio consenserit, ut seculares iudices ad retractanda ea quae diffinita fuerunt vel ad diffinienda de quibus iudices acceperas domum

a) deest 1^b. b) qui 1^a. c) R. e. 2. 3. d) i. n. 2. 3. e) discite 1. f) Tuniacum 1. g) qui eodem 2. h) deest 1. i) diffin. fuerunt iterum add. 1^b. k) ad 2. l) cr. caus. s. civ. 2. 3. m) l. p. 2. n) o. s. dex. 2.

1) Vesontionensi. 2) L. 47. Cod. Theod. de episcopis [16], 2).

acciperes. Scio enim et certus sum hinc^a illum canonicum scire iudicium, et miror ac doleo, cur tu hoc videre non voluisti aut Deo iudice arrogantia caecatus non potuisti. Inunge igitur secundum consilium Apocalypsis Iohannis collirio oculos tuos, ut videas et albuginem arrogantiae de oculo mentis, id est intellectu tuo, abicere valeas; et pensa, ne forte dominus rex, quem totiens exacerbasti, sciens divina iudicia atque eloquia, hinc in annuendo votis tuis cogitauerit contra te sententias divinas de his qui durae cervicis et indomabiles corde sunt: 'Qui nocet noceat adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc, ut impleant peccata sua semper'; et: 'Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis'; et: 'Nonne haec condita sunt apud me et signata in thesauris meis? Mea est ultio, et ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum; iuxta est dies perditionis, et adesse festinant tempora'. Et cum tantarum^b transgressionum inveniaris obnoxius, non cessas me provocare, ut de promissio^c pitacio tuae professionis atque subscriptionis^d, de quo tibi, ut predixi, respondere hactenus distuli, sed et de aliis tuis professionibus atque subscriptionibus vel lacessitis rescribam, quantum professionum et subscriptionum tuarum historias plures legentes, si forte sunt qui^e adhuc eas ignorent, earum diligentiam, cautelam quoque et utilitatem cognoscant. Et primum quidem respondebo tibi de prefato a te subscripto pitacio, in quo scribis in adminiculo tuo te a me reprehensum et esse me ostendis reprehensibilem. Sed ego, sprete reprehensione tua, qua me quasi sub quodam excusationis velamine de scriptoris vitio more tuo evidenter reprehendere satagis, qui aut differentiam verbi 'detractem', quod in meis scriptis tibi datis posui, nesciam, aut scriptoris vitium in eis corrigere non sapuerim vel emendare neglexerim; et ex mea reprehensione tuam ostentare scientiam, Cham, Noe filius^f, voluisti^g, non solum in verbi illius differentia, sed et^h in alio verbo, quod ad ostentationem tui in tuis adinventionibus iteratum inveni; et cum hinc meam insipientiam voluisti ostendere, tuam studuisti apud scolasticos stulticiam propalare. Pro me nil curo dicere; mihi enim pro minimo est, ut a te iudicer aut sine dilectione a tua scientia reprehendar. Sed, ne apud illos qui tecum captantⁱ rumusculos glorieris, quasi me mutum effeceris^k et elinguem, qui solus nostris temporibus thesauros sapientiae et scientiae penetrans introisti, hic causa compendii pretermittens, cum mihi vacaverit, ostendam, quid regularum grammaticae artis auctores, quid orthographiae doctores, quid sanctae scripturae tractatores inde sentiant atque dicant. Item post nonnulla: Sed et alia sunt hinc ex sacris canonibus et apostolicae sedis decretis, quae mihi hic ponere longum fuit, et in opusculo 55 capitulorum, quod ad tuam commotionem et^l correctionem atque instructionem tibi dedi, potes relegere, praeter epistolas premissas, quas tibi direxi ad redarguendam tuam temeritatem contra euangelicam veritatem et apostolicam atque canonicam auctoritatem contraque sedis apostolicae decreta in tuam et perniciem multorum presumptam, sicut in synodo plurimorum episcoporum est comprobatum; sed et praeter alias epistolas ac alia scripta, quae tibi direxi vel dedi^m ad comprimendam tuam insolentiam et commonendam ac instruendam tuam dilectionem, ut ageres iuxta Domini dictum: 'Quid quaerit dominus Deus tuus a te, nisi ut timeas dominum Deum tuum et facias voluntatem eius obediensque ipsius imperio?' Quae, frater, sollicita cordis intentione revolve; et recogita, quid sit quod dixisti: quia extunc, quando mihi litteras illas misisti, ut archiepiscopo coepiscopus obtemperare debet canonice, scirem, obsequi mihi te non posse; et revoca ante oculos tuos, quod coram episcopis 10 provinciarum professus es et manu propria subscripsisti; scilicet quia privilegio metropolitani provinciae Remorum ecclesiae secundum sacros canones et decreta sedis apostolicae ex sacris canonibus promulgata pro scire et posse te obediturum profitereris et subscripsisti. Dic, frater, quando et ubi vel in quibus a te requisivi vel extorquere volui, ut mihi contra haec in aliquo obedires? qui numquam tua, sed iuxta apostolum te quaesivi, et qui meas iniurias, scilicet meae personae, facile, Deo gratias, possumⁿ dimittere, sicut et cotidie^o pro te Domini omnipotentiam devote exorans facio; iniurias non subdaris, in eum redundantes, qui Spiritu sancto suo, a^p quo promulgati leguntur canonice. canones instituit, patienter ferre non possum nec debeo, quin tantum inde non satagam quantum potero. Nam, sicut sollicitudo et primatus totius catholicae^q ecclesiae sanctae sedis Romanae pontifici divinitus est collata, ita et unicuique metropolitanano ac primati provinciae sollicitudo sibi delegatae provinciae per sacros canones Spiritu Dei conditis et totius mundi

a) hunc 1. b) cunctarum 1^b. c) promisso 2. 3. d) scriptiois 1^a; suscript. 2. 3. e) quia 1^b. f) filius 2. g) nol. 1^b. h) deest 1. i) r. c. 2. 3. k) feceris 1^b. l) quod et 1. m) didi 1^b. n) sponsus 1. o) p. te 55 c. o. D. 2. p) deest 1. 2 (ubi pro quo vulgata). q) e. c. 2. 3.

reverentia consecratos noscitur esse commissa. Et cetera. Sequuntur denique plura de professionibus et subscriptionibus eiusdem Hincmari et correptionibus eius usque ad finem operis.

Item aliud opus incipiens ita: *Hincmarus Remorum episcopus Hincmaro Laudunensi* 870/71.
 5 *episcopo. Vir diversis flagellis a diversis attritus^a dicit: 'Qui me comedunt non dormiunt, acsi* 10b. 30. 17.
diceret: non quiescunt. Et tu, frater, me tuae linguae flagellis atterere et venenosis tuis^b scriptis
ad iracundiam provocando inficere non quiescis. Sed qui illum^c servum suum^d custodivit a
murmurationibus, me peccatorem et fragilem in se confidentem potest custodire a rancore et
malitia contra tuas falsas criminationes. Post alia multa super dolorem vulnerum meorum
 10 *addens dicit, sicut in scriptis tuis perversis invenio, quia apostolicae sedis potestati derogo;*
unde nemo sanum sapiens tibi unquam^e credidit vel credit; quoniam et ipsa scripta, quae ad
apostolicam sedem saepissime misi, et illa, quae tibi resultanti saepe transmissi, te revincunt et
 15 *in isto seculo et in futuro iudicio. Non enim de me verum esse valebis unquam vel usquam*
probare quod dicit: 'Ab his', inquit, 'a quibus pro apostolicae sedis privilegiis, quae Christi
 20 *sunt, usque ad mortem fas erat decertari, predicatur et docetur, in his quae eadem sedes sta-*
tuit velut respuendum probari'. Sed tu probaris eius privilegio resultare, qui secundum sacros
sanctorum conciliorum canones supra positos, ab ipsa prima sede atque ab omni catholica^f
ecclesia comprobatos, ut re vera Spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos, et
 25 *iuxta decreta ipsius sanctae sedis ex eisdem sacris canonibus promulgata, metropolitano privi-*
legio, semel et secundo ac tertio commonitus, obedire detrectasti, ut colligationes impietatis,
quas contra evangelicam veritatem et apostolicam atque propheticam auctoritatem contraque
sacrorum^g canonum et decreta ipsius venerandae sedis exiabiliter in tuum et multorum peric-
ulum colligasti, dissolveres. Insuper contra sacras regulas adversus metropolitanum privi-
 30 *legium libello perniciose subscripsisti et subscribi fecisti. Unde in sinodo conventus ab episcopis*
 10 *provinciarum, libellum professionis de futura tua obedientia, subscriptum manu propria,*
quod^h habeo, porrexisti. Contra quem iterum resubscripsisti. Nam ego decretales epistolas
sedis apostolicae diversis temporibus pro diversorum patrum consolatione vel consultatione ab
eiusdem sedis pontificibus datas et venerabiliter suscipio et venerabiliter suscipiendas dico et
 35 *scribo, et sacros sanctorum conciliorum canones cum decretis sedisⁱ apostolicae ex eisdem*
sacris canonibus promulgatis et recipiendos et custodiendos et servandos, sicut supra ostendi,
profiteor. Et quod dicit, te audire obloqui de iudicio domni papae Nicolai, si de me dicit,
mendacium dicit. Nam quod ille de Rothado sive de Vulfado iudicavit, non contradixi, sed
 40 *sicut ipse precepit obedire curavi. De eo quod dicit de Rothado, quia in eius depositione non*
consensisti, subscriptiones tuae manus propriae te revincunt; nihil enim inde egi, quod mecum
 35 *non egeris, nihil iudicavi, quod non iudicaveris, nihil subscripsi^j, quod non subscriperis^k.*
Habeo enim illas ipsas manus tuae subscriptiones. Et circa huius operis finem: De aliis
vero, quae in scripto apud Attinacum^l dato mihi impropere mendaciter dicit, tibi respon-
 40 *dere non curo. Sed scias, quia non sum oblitus quod scriptum est in Ysaia propheta, quoniam*
 14sq.
 50 *sanctus Ezechias artatus angustia blasphemias epistolas sibi directas in templo coram Domino*
 10 *expandit et ad eum clamavit et exauditus est. Expandam autem manus meas ad Dominum*
cum blasphemis et superbissimis scriptis tuis mihi a te directis, orans, ut, quando scit et quando
vult, et^m sicut scit et sicut vult, te convertat ad verae pacis et dilectionis atque debitae obedi-
 10 *entiae dilectionem et me liberet a labiis iniquis et a lingua dolosa. Et dominae meae beataeⁿ*
 10 *et gloriosae Dei genitricis Mariae meritis ac precibus sancti Remigii, cuius privilegio derogas,*
 10 *exaudiet me adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Et quia beatus Ieronimus de his, quo-*
 10 *rum adversum me gratis suscepisti officium, dicit^o: 'Audiant canes mei'; tu qui de filio in fra-*
 10 *tre indeque crevisti in coepiscopum, et post adeo profecisti, ut in canem meum excreveris,*
 10 *accipe hanc perversi contumaciae tuae pitacioli, exigente causa, prolixam responsonem. Cum*
 50 *autem mihi vacaverit, succinctius de aliis perversis et incompositis scriptis tuis, in quibus quae-*
 10 *dam mendaciter, quaedam reprehensibiliter me reprehendendo, quaedam fecte humiliter et vere*
 10 *superbe scripsisti^p, rescribam; et in illo scripto, quia lego dixisse Dominum: 'Iam non irascar*
 10 *tibi amplius', quantum mihi adhuc paret, de huiusmodi altercationibus tibi scribendi finem*
 10 *ex. 16. 42.*

a) attritus 2. b) s. l. 2, 3. c) ille 2. d) drest 1b. e) nuug. 1b. f) e. c. 2. 3. g) sanctorum 2. 3.
 h) ita 1. 2. 3. i) ap. s. 2. 3. k) scripsi — scriperis 1a. l) Attinacum 1b. m) et — vult dex. 1b. n) et
 55 beate 1. o) superscriptum 1b.

imponam. De hoc quod dicit, quia dicunt de me homines: 'Qualis est ille avunculus', qui talia suo nepoti scribit? dicant et de te ipsi homines: Qualis est ille nepos ab avunculo suo talis ut tunc erat assumptus et talis sicut nunc est in spiritali ac temporalis honore effectus, qui talia sibi exigit ab invito avunculo, ne talis ab aliis sicut a nepote suo depingitur aestimatus, per eum blasphemetur nomen Domini et vituperetur ministerium eius, secutus apostolum scriberem 5 ad Corinthios contra se blasphemantes et vilipendi ab aliis laborantes? Egit quippe doctor egregius, ut, dum ipse qualis esset agnosceretur, et vita et lingua male predicantium eius predicatione vilesceret. Illos videlicet commendaret, si se absconderet; cumque se non ostenderet, error locum dedisset. Dicunt etiam et ipsi homines de te: Qualis est ille nepos, qui talia contra suum avunculum et nutritorem atque ordinatorem machinatur et quantum potest mali agit et 10 plus quam potest agere cupit? Sicut tu in die magni iudicii manifeste videbis, si te antea inde non recognoveris et dignis poenitentiae fructibus non emendaveris. Multum me fatigas, et merito; non tibi imputetur! Sed fatigationem meam consolatur quod, sicut tibi scripsi, beatus dicit Gregorius: Etsi Aethiops niger in balneum intrat et niger de balneo exit, tamen balneator denarium balnei sui non perdit. Timeo de te, meo Alexandro, quod de suo dixerat Paulus: 15 Alexander acrius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus.

23. Quae Altfrido Transrenensi episcopo et ceteris quibusdam episcopis scripserit.

Altfrido Transrenensi episcopo scripsit quaedam pro rebus Sancti Remigii sitis in Toringia, quas eidem commiserat, ut reddit ipsarum ipsi tempore oportuno dirigeret; inter- 20 dicens iuxta dispositionem beati Remigii, ut nemo colonos ipsarum in suo presumeret opprimere servitio. Item, quod easdem res cuidam suo in beneficium dederit homini, rogans, ut eidem homini solatium in quibuscumque indigerit ferre studeat.

Adventio Metensium presuli super quadam fidei quaestione, de qua fuerat interrogatus ab ipso. Item de itinere, quod idem Adventius Romam petiturus debebat incipere. Item 25 de adventu suo ad denuntiata a rege sinodum pro memorata quaestione tractanda. Item pro filio neptis suae, quem eidem committebat. Item pro his quae idem Adventius ei mandaverat de Hincmaro Laudunensi episcopo, breviter intimans, quae bona erga ipsum gesserit et quae prava ille contra gerebat. Item petenti consilium, quid agere deberet, 30 Karolo in regnum Ludovici fratris sui, senioris ipsius, veniente, significans, quid egerit ipse, quando Ludovicus regnum Karoli pervaserat, et quid eidem tunc agendum foret. Item 35 pro acceleranda ordinatione Berardi Verdunensis ecclesiae electi et vocati episcopi. Item pro excommunicatione Karlomanni, quam mittebat ei, significans, qualiter eandem tractare 40 deberet. Item pro missis ipsius Adventii, quos Romam direxerat pro causa Bertulfi Trevirensis archiepiscopi, mirans, cur sibi non significasset, quid ei renuntiavissent. 35 Item pro litteris Ludovici regis, quas idem Adventius ei direxerat, et ut litteras, quas ipse domnus Hincmarus Ludovico mittebat, ipse prefatus presul ei aut mitteret aut donaret. Item pro litteris ipsius Adventii, quas ei miserat, intimans de adventu legatorum suorum pallium a sede apostolica Bertulfo archiepiscopo deferentium; exortans etiam, ut de concordia 40 regum laboraret, unde, quia semper laboraverit et laborare deceret, innotescit; et de mulo, quem sibi mitti petierat, quia hoc animal ipse domnus Hincmarus non haberet nec sedere soleret, et alia quaedam. Item pro excommunicationis discretionem, quia ex- 45 communicatos significaverat a se quosdam malefactores Mettensis ecclesiae, homines scilicet Walterii comitis et Lamberti, deprecans, ut apostolicam regulam et episcopalem servet in huiusmodi negotio patientiam. Item, quo debeant ordine consecrari metropolitanus 45 atque diocesanus episcopi.

Ercamrao Catalaunensi episcopo, de quibusdam reprehendens quae non libenter audiebat de jillo; admonens et instruens, qualiter se agere debeat et ut monitis apostolicis

a) avunculus — illo des. 1. b) predicationem 1^a. c) deest 1^b. d) deest 1^a. e) dixi 1^b. f) rubrum et capitulum dist. des. 1. g) Transrenensi 1^a. h) deest 1. i) Lauduni 1^b. k) Verdun 1^b. l) pro — direxerat des. 1. 50 m) r. c. 2. 3. n) habere 1^b. o) quoniam 1.

1) Reg. III, 67, cuius tamen verba mutavit. 2) Hil- Dümmler I, p. 728. 6) V. supra p. 511. 7) De desheimensi a. 847—874. 3) A. c. 858—875. quo cf. Dümmler I, p. 478 n. 8) Opp. II, p. 717 4) Cf. epistolam ad episcopos provinciae Lugdu- (Migne II, p. 186). 9) A. 858—867; cf. supra nensis, Opp. II, p. 353 (Migne II, p. 277). 5) Cf. p. 518. 55

diligenter attendat. Item pro cuiusdam villae incolis, quos irrationabiliter ab omni consolatione divini ministerii propter quoddam homicidium non ab ipsis patrum removerat, intimans, quomodo nec caritatem nec discretionis moderationem in hoc facto custodierit. Item pro absolutione cuiusdam ab ipso excommunicati, pro quo Guntarius Coloniensis episcopus¹ eidem litteras deprecatorias miserat, quas ille suscipere noluerat; ostendens, qualem se erga delinquentes et qualem erga recognoscentes episcopus exhibere debeat.

Hilmerado Ambianensi² pro quodam monacho, qui presbiterum et monachum in monasterio Sancti Richarii³ occidit, pro quo dominus papa Nicolaus litteras⁴ eidem domno Hincmaro direxerat poenitentiae tenorem continentes⁵. Item pro litteris Adriani papae⁶, quas ei pro quodam presbitero miserat, monetque, ut apostolicis obediat iussionibus. Item pro quodam presbitero, qui ad eum clamaverat, quia, pro eo quod arma de cuiusdam ebrii manibus, qui eum occidere volebat, extorquens proiecit et fugit, idem episcopus ab eo et ecclesiam suam et facultates eius tulisset. Unde redarguit eum, quod contra auctoritatem sacrorum canonum erga prefatum egerit presbiterum; mandans, quid fiendum et quid iuxta canonicam sit auctoritatem de hoc observandum. Item⁷ redarguens eum, quare in torpore negligentiae requiescens pravorum consiliis uteretur, cum et aetate et corporis infirmitate ad finem vitae urgeri videretur; ostendens ei ex sanctorum monitis scripturarum, quibus transgressionibus inveniretur obnoxius. Item pro quodam presbitero, mandans et interdicens auctoritate metropolitana, ut nullum preiudicium ei faciat, sed ad sinodum convocatum die denominata sibi occurrere studeat. Item pro hac eadem re, intimans, quia⁸, si non occurrerit ad sinodum secundum preceptum papae, quod sinodus de eo⁹ iudicaverit in ipsum sit exequendum.

Ysaac Lingonensi¹⁰ pro quodam regio milite ab ipso excommunicato, suadens, ut mitius erga eum ageret propter instantem de infestatione paganorum necessitatem; notificansque, qualiter ipse agere solet¹¹ in talibus excommunicatorum causis, et quia illud anathema non duret amplius, nisi quamdiu homo in peccato perseverat. Item pro nepotibus ipsius, qui apud eundem dominum Hincmarum nutriti fuerant, et alia quaedam.

Hungario episcopo¹² pro excommunicatione Balduini, qui Iudith viduam, regis filiam, sibi furatus fuerat in uxorem, unde et ab episcopis huius regni fuerat excommunicatus. Hortatur autem eundem Hungarium, ut admoneat Roricum Normannum, nuper ad fidem Christi conversum¹³, ne recipiat eundem Balduinum neque presidium ferat; sed et, si ceteri Nortmanni¹⁴ per eius consilium, ut audierat, post conversionem ipsius istud regnum depredati fuissent, hoc digna poenitentia emendare studeat.

Fulcrico¹⁵ Trevasino episcopo¹⁶, ecclesiae Remensis alumpno, gratias referens pro epistolis quibusdam Augustini ab eo sibi missis et de libro Didimi, quem sibi Fulcricus mitti petebat, ac de ecclesiis monasterii Orbacensis; admonens eum, ne contra matrem suam, ecclesiam scilicet Remensem, et patronum suum sanctum Remigium aliquid perverse agere presumeret.

Hodoni¹⁷ Belvacensi¹⁸, quem filium carissimum saepe vocat, multa fidenter¹⁹ scripsit. Pro epistola siquidem Adriani papae, quam sibi miserat super appellatione cuiusdam presbiteri ex Ambianensi parrochia, ut adsumat idem Hodo pro hac labore, quatinus Hilmeradus episcopus papae iussis obediat, et qualiter²⁰ scripta, quae presbiter idem Roma detulerat, prudenter tractare debeat. Item pro quibusdam regis hominibus inter se discordantibus, ut commoneat eos ad pacem venire indicetque ipsis, quod, nisi hoc egerint, ab eodem domno Hincmaro excommunicandi sint. Item pro sinodo, quam rex preceperat habendam non in tempore congruo, petens consilium, quid inde agere debeat; rogans etiam sibi remandari, quid rex responderit de illis hominibus, quos se significaverat²¹ excommunicatum; et de aliis necessariis causis²² quibusdam quoque scriptis et Grecorum quaestionibus²³ et omeliiis beati Petri ceterisque rebus. Item de responsionibus ad obiecta²⁴.

50 a) in 1. b) tenentes 1. c) per 1^b. d) Ita 1. e) deest 1. f) quasi n. 2. g) deo 1^b; deo corr. de eo 2. h) solet 2. i) deest 1^b. k) deest 1^b, ubi centi; quod centum perperam 3^b. l) Norm. 2. m) Fulcrico 1. — ep. Tr. 2. n) Odoni 2. 3. o) fideliter 1. p) deest 2. q) qua inter 1. r) excommunicaverat significaturum 1^b; a. e. 2. s) abiecta 1.

1) Depositus a. 864. 2) A. 849—871. 3) Cen- a. 856—866. 7) Cf. infra c. 26. De tempore 55 tulensi. Cf. Mabillon, Ann. III, p. 140. 4) Hae non constat; cf. Dümmler I, p. 488. 8) A. 862— non exstant. 5) A. 859—880. 6) Ultraiectino 869. 9) A. 861—881. 10) Cf. Noorden p. 233 n.

Grecorum, quas* idem Hodo colligens descripserat¹ et domno Hincmaro miserat. Unde gratias^b Deo refert^c; quia se ipsumque uno spiritu potatos invenit; et quid de his sibi videatur, simul conferendum esse significat; sed et apud regem semper eum excusatum fieri rogat, qui tunc in eius servitium, diversis infirmitatibus detentus, abire non potuerit; rememorans etiam de discordantibus, unde iam mandaverat, ut eos ad^d pacem redire morderet; laudans eum, quod de his quae in litteris suis ei^e significaverat ut Deum et fratrem diligens studiose ac episcopaliter egerit; et ut regem commoneat; et inde ministerium suum facere rogat, sibi quoque rescribi de quibusdam quae inter se et regem versabantur; quaedam etiam intimans, quae secreto Iohanni episcopo² notificaret, de synodo tunc, ut rex iusserat, non agenda, et quare tunc convocari non deberet; addens de quibusdam quae scriptis, quae illi remittebat vel quae sibi mitti poscebat. Item de ordinatione Willeberti, cui rex episcopium Catalaunense dederat, ne in ipsius ordinatione ab ordine debito declinaret, intimans, quod irrationabiliter Catalaunenses post obitum sui episcopi de sua ipsa necessitate fecerint, et quod ad regem litteras suas pro electione prefati Willeberti miserint, decretum vero suum ad^e archiepiscopum, sicut mittere debuerant, ut inde quae agenda essent canonice ageret, non miserint; insinuans, qualiter inde rite facere debuissent; sed quia non fecerant, quid exinde cautius agendum sibi videatur, edisserit; et prudenter attendendum mandat, ut regularis electio fiat, et postremo, sicut ipsius prudentiae melius inde videretur, hanc ita disponderet. Item de causa parochiae ipsius Odonis, quae inter ipsum et Rothadum Suessionensem^f [episcopum^g] ventilabatur, simulque de presbitero, qui epistolam papae Romani detulerat, ut regem admoneat, modificans eius animum, ne contra Dominum faciat^h aliquid in ecclesia Dei vel episcopali ordine; non pro Hincmaro, nepote suo, se tantum id dicere asserens, quantum pro ipso seniore suo rege, ne ipse taliter peccaret, unde aeternaliter periret. Item de correctione suaeⁱ epistolae, quam illi pridem miserat ab imperito scriptore corruptam, et de his quae obieiebantur Hincmaro, scandalizatori suo. Item de litteris, quas pro eodem Hincmaro regi mittebat, ut ipse Odo eas illi porrigeret, et qualiter eas^j receperit vel his annuerit; sed et de aliis sibi sciendis petit litteris sibi remandari. Item de causa Erpuini episcopi^k, qui ad conditam synodum venire non valebat, ut^l causam ipsius Odo inter eius^l personam et accusatores eius^m exequi studeret, et si ad integrum id agere non posset, eundem Erpuinum et accusatores eius ad synodum apud Pistasⁿ agendam abire commoneat. Item de litteris sibi ab Odone missis, in quibus compererat, insurgere quosdam monachos contra sacram auctoritatem, et de privilegiis Corbeiensis monasterii. Item pro itinere suo ad regem. Item gratias Deo^o referens, pro satisfactionis et correctionis dulcedine, qua in litteris ipsius Odonis multam recognitionis eius de his unde redarguerat eum reperit benignitatem. Item pro electione Suessorum episcopi post obitum Rothadi. Item pro conventu sinodali super responsione ad epistolam Adriani papae. Item pro litteris regis, quibus preceperat, episcopos regni a domno Hincmaro convocari, ut prohiberent filium ipsius regis Karlomanno a presumptione cessare, quam criminabatur contra patrem exercere^p. Item pro ordinatione Ansegisi Remensis dioceseos monachi in episcopatu Senonico. Item pro libello historiae de ortu sanctae Mariae et omelia beati Ieronimi de assumptione ipsius Dei genitricis, quae quidam monachus Corbeiensis monasterii non esse recipienda contendebat. Ad quae respondet idem domnus Hincmarus, prefatam historiam nos habere ad lectionem, non ad proferendum auctoritatem; omeliam vero eandem a sancto Ieronimo asserit catholice dictatam^q, sicut et stilus et cautela sensus et intellectus et alia certa indicia monstrant, et certae personae, per quas de partibus orientalibus tempore certo delata ad regiones nostras pervenit, fidem faciunt. Subiungit quoque de libello ipsius Odonis contra obiectiones Grecorum, quaedam se in eo commemorans^r adnotasse, quae retractanda et corrigenda forent. Item pro ordinatione Hedenulfi secundum iussionem Iohannis papae ad episcopatum Lau-

a) quasi 1. b) D. g. 2. 3. c) deest 1^b. d) deest 1^a. e) deest 1. f) Suession. 2. g) a. f. 2. 3. h) ep. 50 s. 2. 3. i) qualiteras 1. j) in 1^a. k) interrenis 1. l) deest 2. m) Pistas 1^b. n) r. D. 2. o) exercere 3. q) dictans 1. r) memorans 1.

1) Cf. aliam Hincmari epistolam, Opp. II, p. 810 *possimus, quaerere et in unum colligere stude-* (Migne II, p. 94); *secundum d. apostolici commenda-* 2) Cameracensi. 3) Silvanectensis. Cf. epistolam *tionem de his per tramitem Scripturarum et tradi-* Karoli regis, Bouquet VII, p. 458. 55 *tionem maiorum, quae illi convenienter rescribere*

dunensem diu pastore vacantem. Item pro ratione lunae paschalis et lectione, quam Adalardus abbas¹ inde composuit. Item pro eadem re, gratias agens Deo pro sollicitudine ipsius Odonis, qua studuit investigare mysticam paschalis sollempnitatis observationem, et cetera. Item pro itinere suo ad concilium papae Iohannis, ut ad id² ipse quoque venire festinet. Item de inquisitione ab ipso Odone et prefato Hedenulfo³ tractati iudicii Auriniaci² monasterii pro regimine Ricoarae abbatissae, quae contra leges idem usurpaverat monasterium; monetque, ut suggerat regi, ne ageret inde, qualiter alienis peccatis implicaretur. Item de itinere suo, non ad regum terrenorum presentiam, sed ad Regis aeterni iudicium, ad quod iam se festinare per continuas indicat aegrotationes. Item pro ordinatione Hetilonis, quem plebs Noviomagensis episcopum sibi elegerat ordinandum.⁸⁸⁰ Aliaque nonnulla eidem saepe direxisse reperitur scripta.

Hildegario Meldensi episcopo³ pro parrochianis ipsius quibusdam, qui homicidia in Remensi perpetrare parrochia⁴, scribit, exortans, ut eos salvare quocumque valeat consilio et auxilio⁴ procuret, adiuturum se spondens, ut ad pacem venire queant. Scribit quoque ad eundem quandam de iudicio aquae frigidae libellum⁴.

Iohanni Camaracensi⁵, petenti commendatitias dari sibi Romam proficiscenti litteras ex nomine domni Hincmari Adriano papae offerendas, rescribit, quod, si redditurus obsequium cesari Romam⁶ velit ita pergere, ut obsequio Deo debito cesaris contrarium non esset obsequium, canonicas libenter ei litteras tribueret; sin autem pro causa Lotharii regis, quae inter eum et ipsius uxorem diu ventilata fuerat, quoniam commendatitias in hac re dare litteras non⁷ valebat, reprehensibiles dare non audeat, quia nec debeat; praesertim cum nuper domnus Adrianus litteras ei suae auctoritatis per Actardum Namnetensem episcopum miserit⁸, in quibus significaverit, se certamina, quae sedes apostolica per antecessores suos Benedictum et Nicolaum in hac causa certaverat, sequi, monens eum, ut quod super hoc negotio gestum est nullatenus enervari consentiat, intimansque, qualiter excommunicata fuerit Waldrada. Addit etiam, quod sine consilio coepiscoporum⁹ litteras ei dimissorias, maxime pro re incerta, dare requiret. Item de obitu Lotharii regis, exortans, ut sine dilatione ad Karolum regem veniat. Item pro quodam presbitero Camaracensis parrochiae, qui se ipsum castraverat, frequenti monitus id agere visitatione, nesciens, quid inde sacri decernerent⁹ canones; consiliumque dat, monens, ut diligenter investigetur, quibus sit modis admissum, et interim per indulgentiam presbiter idem maneant in ordine suo, donec in provinciali synodo, quid exinde tenendum sit, inveniatur, quod nec preceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum reperitur adversum. Item gratiarum referens actiones pro beneficiis saepe sibi ab eo impensis; petens, ut requirat sermonem sancti Augustini de lapsu monachi et viduae ac sibi ad transcribendum mittat vel transcribi faciat et ad proximam synodum sibi afferat; expositionem quoque Bedae in Proverbiis Salomonis ad eandem synodum sibi deferri petens. Intimat etiam, quod papa Romanus Karolo regi et episcopis ipsius regni quaedam mandata direxerit, de quibus in synodo sit necesse tractari; unde et rex metropolitanis regni sui litteras miserit, precipiens, ut coepiscopos suos ad eandem convocarent synodum⁷. Item pro parte decimae, quam sibi significatum fuerat ab antiqua regia capella¹ tulissae et alteri, quam noviter sacraverat, addidisse; quod, quia contra⁸ regulas esset, emendare, si sit actum, suadet. Item pro quodam presbitero, qui ad sedem Remensem proclamaverat, preiudicium se pati questus ab eodem presule suo, interdicto sibi cum rebus suis officio quoque sacerdotali, nec sponte confesso nec regulariter convicto, pro tumultu et homicidio perpetrato, ubi interfuerat et invitus arma defendendo se sumpserat hominemque vulneraverat, non tamen eum qui occisus fuerat. In quibus litteris ostendit ex auctoritate sacra, quid discretionis in huiusmodi sit causa tenendum, et quae sacrorum canonum sint adhibenda capitula. Scribit ad eundem et alia quaedam.

Ragenelino¹ Noviomagensi² pro quodam presbitero, qui ei litteras³ ab Adriano papa

a) deest 1. b) Edenulpho 2. c) parrochias 2. d) e. a. bis scr. 1^b. e) c. R. bis scr. 1^b; infra post obsequium inser. 1^a. f) non — nuper des. 1. g) episc. 1^b. h) ita 2. 3. et G. Com.; decernant 1. i) c. t. des. 1^b. k) Ragenelino 1; Ragenelmo 3.

1) Fortasse Corbeiensis. 2) Origny-Sainte-Benoite (Migne II, p. 161). 3) A. 866—879. 4) Mansi XV, 55 (départ. Aisne, cant. Ribemont). V. Gall. chr. IX, p. 826. 7) Fortasse de Duciacensi a. 871. sermo p. 263. 3) A. c. 855—875. 4) Opp. II, p. 676. est. 5) A. 862—c. a. 880. 9) Quae non exstant.

detulerat, precipientes, ut, si episcopus idem quod iniuste fuerat actum circa eundem presbiterum corrigere differret, post primam et secundam admonitionem dominus Hincmarus hunc Ragenelinum^a canonica usque ad satisfactionem percelleret auctoritate. Unde et litteris eum monet, ut iussis obtemperet papae, et quare vel ipsi vel aliis quibusdam episcopis talia venire solerent ab apostolica sede mandata, declarat, quia scilicet in iudicandis 5 subditis regularem non sequantur tramitem discretionis, et quoniam ad auctoritatem metropolitanam interrogando atque obaudiendo recurrere negligant. Item pro visitatione Morinensis ecclesiae post obitum Hunfridi episcopi iuxta dispositionem regis. Item pro Rothado^b quodam, ipsius episcopi amico, qui sua, quae illius commiserat fidei, se fraude perdidisse querebatur; consilium dāns, quid inde faceret, ne ad sinodalem sententiam perveniret. 10

Willeberto^c Catalaunensi¹ rescribit ad ipsius consulta pro Gangulfo comite, ut de his quae contra eum se fecisse vel negabat quaedam vel confitebatur aliqua, iuxta preceptum 15 apostolicum^d leniter ageret, quatinus in hoc legem Christi, caritatem scilicet, adimpleret, et ad satisfactionem dilectionemque sui utcumque posset et industria eundem comitem provocans, illi suam clarescere benignitatem permetteret: decens enim esse^e, ut primordia sui sacerdotii devotione atque dilectione commendaret. Item pro quodam presbitero transgressore, ut secundum beati Gregorii monita de ipsius absolute faciat iuxta prophetiam de confessione poenitentis et apostolicam de iudicio et misericordia sententiam; premissum vero comitem, quem significaverat iam de culpa sua ex integro se recognoscere, 20 patris illius, qui filium prodigum laetus recepit, benignitatem sequens, benigne suscipiat, et vicecomitem pacis inter eos procuratorem tanto benignius admitteret, quanto Dei esse filium pro evangelii veritate recognosceret. Item pro duobus vasis salariis, quae rex Sancto Stephano² mittebat, et aurea cruce cum sanctorum reliquiis, quam regina delegabat altari eiusdem sancti. Item pro inquirenda causa iuxta regis mandatum, quae versabatur 25 inter episcopos Odonem et Rothadum. Item pro ordinatione Arnoldi Tulensis^f episcopi, ut eat obviam pro hoc Adventio et Berardo idem petentibus, ad eandem ordinationem^g scilicet celebrandam in pago Metensi secundum iussionem^h regis. Item, cum Odone ut loquantur simul apud regem pro sinodo provinciali convocanda. Item consulenti, si de monacho necessitate cogente valeat archidiaconum constituere. Item pro quodam homine suo ab ipso excommunicato, quem, quia irrationabiliter audierat ligatum, monet diligenter absolvi. 30

Item pro sinodo Iohannis papae domno Hincmaro ab imperatore Karolo missa, quam idem Willebertus transcripserat; iubetque, ut ad vicinos sibi episcopos Berardum et Arnoldum eandem transmittat, etⁱ cetera. Sed et alia quaedam scribit eidem.

Hildebaldus^k Suessionensis³ pro quadam ecclesia, de qua contentio agitabatur inter ipsum et Hodonem^l Belvacensem episcopum, quam rex destrui precipiebat. Item pro 35 ministris Orbacensis monasterii ordinandis, et de quibusdam fratribus, qui ab eodem monasterio irrationabiliter exierant reversisque postea recepti fuerant. Item pro quibusdam presbiteris ex monasterio Sancti Crispini^m, de quibus dominus Iohannes papa eidem domno Hincmaro scripserat, et de quibus diffinitum fuerat, ut extra claustra monasterii non pergerent, ut eadem censura eis paterne temperetur. Item pro ordinatione Hadeberti ad 40 episcopatum Silvanectensis ecclesiae. Item pro litteris Iohannis papae a quodam criminato presbitero delatis, quas a sacris canonibus et sanctorum decretis patrum manifeste discordare commemorat, unde et, qualiter agendum sit, utile dat consilium. Item ut secum simul ad presentiam Iohannis papae pergeret, qui Trecais pro quibusdam causis de-

878. finiendis advenerat. Item pro constitutione regum, filiorum Ludowici, unde mandaverat 45 ei episcopi, abbates et comites qui cum ipsis erant, ut ad eos litterasⁿ et missum suum dirigeret; quod et fecit, mandans huic episcopo, ut ad eos proficiscens, quae Deo inspirante invenerint, votis et orationibus prosequatur. Item cum Waltero, Gisleberto^o et Angelvino^o 50 episcopis⁵, ut convenirent secum ad peragendam iussionem prefati papae Iohannis inter Hedenulfum et Hincmarum Laudunenses episcopos cum sacrorum observatione canonum. Item exortatoriam ad eundem Hildebaldum, corporea infirmitate detentum, in qua, iuxta

a) Ita A. l. 1. 2; Reguelinum 3. b) Rothardo 1^b. c) Guileberto 1. d) apostolicam 1^b; apostoli tam 2. e) etiam 1^b; esset 2. f) Ita l. 2; Tulensis 3. g) sc. o. 2. 3. h) r. i. 2. 3. i) et c. des. 1; locus vocal 1^a. k) Hildebaldus 1. l) Odonem 2. m) litteras — eos des. 1. n) Gileb. 1^b. o) Angelvino 1.

1) A. 868—878. 2) Catalaunensi. 3) A. 871—884. 4) Suessionensis. 5) Aurelianensi, Carnotensi et Parisiensi.

petitionem litterarum confessionis illius absolvit eum reconciliando, licet per absentiam corporalem¹. Et alia nonnulla scribit ad ipsum.

Ottulfo^a Trevasino² de reliquiis sanctorum, quas ille significaverat ostensis mirabilibus se réperisse, qualiter easdem disponat; et de ecclesia sancti Petri, quam restruere tractabat, qualiter ageret; ac de infirmitate vel evasione sua, et^b cetera. Item de villis Boletico et Fago³, quae debitas presbiteris decimas recusabant dare, quid esset agendum. Item pro mandatis papae Iohannis de Hincmaro Laudunensi ad eundem Ottulfum^c ab ipso papa directo, quid illi sit observandum.

Wala^d Metensium presuli⁴ ad litteras quas illi direxerat pro documentis vitae pastoralis et confoederatione fraternae unanimatis atque de repentina ipsius provectione, ut confortabilia sibi verba remandaret expetenti. Item pro quodam presbitero, cui dominus Hincmarus res^e quasdam Remensis ecclesiae coniacentes in Vosago commiserat, quod^f eas male tractaverat, et nonnulla contracta fuerant ex eisdem rebus in potestatem Metensis ecclesiae. Item pro consilio, quod ab eo petierat de contentione quarundam rerum quae versabatur inter Metensem et Trevirensis ecclesiam, et de pallio a sede Romana sibi obtento^g, unde archiepiscopus ipsius litteras papae suscipere noluit. Item pro ordinatione

Virdunensis episcopi, quem post obitum Berardi contra regulas provehi compererat, hanc epistolam suam sacris institutionibus instruens, et qualiter ordinandus vel non ordinandus sit episcopus, divinis auctoritatibus ostendens, et alia preterea quaedam.

Hedenulfo, quem post Hincmarum Lauduni ordinaverat episcopum, pro quibusdam diaconis, quos ei dirigebat ad sacerdotium provehendo. Item pro quodam orphano, cui suam afferbat idem episcopus hereditatem, et alia quaedam.

Arnoldo episcopo^h pro quibusdam qui homicidium perpetraverant in Remensi parochia et pacem obtinere non valebant, sed poenitentiam facere quaerebant, quam in hac parochia non poterant agere, quid de ipsis observandum foret. Item pro consilio, quod petierat sibi dari super adventu Ludowici Transrenensisⁱ, et quid ipse dominus Hincmarus eidem regi eum venire^j ad se iubenti remandasset^k.

Franconi episcopo^l pro litteris communitatis, quas iussione regis mittebat Hugoni, imperatoris Lotharii nepoti^m, rogans, ut et idemⁿ Franco missum suum talem cum missis^o ipsius mitteret, qui eum salvum ducere et reducere posset. Item pro Evrardo, quem communem suum et ipsius filium vocat, et ut pro eo apud Ludovicum regem Transrenensem et reginam intercedat, obsecrat, et cetera.

Bernoni Catalaunensi^p pro Noviomagensis ecclesiae missis, qui ad se post obitum Rainelini^q episcopi sui venerant, ut eos idem Berno ad presentiam regum perducatur et eisdem regibus litteras huius domni Hincmari relegat et intelligere faciat et pro hac causa tam apud reges quam apud palatinos^r secundum ministerium suum intercedere satagat. Item pro electione pastoris premissae Noviomagensis^s vel Tornacensis^t ecclesiae, et quia formam visitationis vel electionis Adalberno^u episcopo^v et eidem ecclesiae transmiserit; monens, ut petat reges et Hugonem abbatem^w, ut quantocius sibi litterae a regibus super hac causa mittantur, quia ipsa ecclesia sine detrimento diu vacare pastore non poterat. Item pro eadem re et aliis quibusdam.

Adalberno pro visitatione prefatae Tornacensis ecclesiae, ut eidem suam visitationem sollerter impendat et frequenter electionis formam clero plebique relegat et inculcet, ne^x per ignorantiam ab eadem forma in aliquo deviant. Item pro electione pastoris ipsius ecclesiae, [et^y] quia multi laborarent, ut non per ostium intrarent, non timentes neque veredantes fures fieri et latrones, et quia mandandus sit ad presentiam regum, quo cum perrexerit, loquatur secum, ut, qualiter hinc de cetero sibi sit agendum, simul considerent, et cetera. Item pro querimonia et proclamatione cuiusdam presbiteri eius parochiae, ostendens, qualiter episcopi rusticarum parrochiarum ecclesias disponere debeant et gyber-

50 a) Atulfo 1. b) et c. dex. 1^b; locus vacat 1^a. c) Otulf. 1. d) Quale 1. e) q. r. 2. 3. f) qui 2. 3. g) Transrenensis 1^b. h) ad s. v. 2. 3. i) eidem 1^b. k) i. misto 2. l) Rainelmi 3. m) latinus 1^b. n) Novicom. 2. o) Tornicis superscr. a 1^a; Tornacia 1^b. p) ita 1. 2. 3. q) ac 1. r) deest 1.

1) Opp. II, p. 686 (Migne II, p. 172). 2) A. 870 —c. 883. 3) Fortasse Faux-Villecerf (dép. Aube, arrond. Nogent). L.E.J. 4) A. 876—882. 5) Mansi XVII, p. 248. 6) Tullensi a. 872—894. 7) Cf. epistolam hac occasione ad episcopos Remensis dioceseos datam Opp. II, p. 157 (Migne I, p. 961). 8) Leodiensi a. 856—903. 9) V. supra c. 19, p. 510. 10) A. 878—880. 11) Adalbertus Tornacensis intelligi videtur. 12) S. Martini Tornacensis, S. Bertini et S. Vedasti, qui summa auctoritate in regno Franciae vigeant.

10h. 2. 2. nare, monens, ut legat saepius omeliam beati Gregorii¹ ex euangelio: *Designavit Iesus et alios septuaginta duos*; regula quoque pastoralis eiusdem beati Gregorii cum sacris canonibus frequentius relegatur, et quae ibi sequenda leguntur viriliter exequantur et quae cavenda inveniuntur sollicitè caveantur.

Hetiloni [Noviomagensi²], ut in adiutorium et fidelitatem regum et orationibus et 5
882: auxilio quo potuerit satagat, significans, in magna se tribulatione vallatum a barbaris esse³, et quod ceteris omnibus depredata tanta quaerebatur pro civitate redemptio, quantum explere non valeret. Item, quia Ludovicus rex Germaniae mandaverat illi, ut iret ei obviam, quod tamen acturus⁴ non esset in cippo infirmitatis detentus; mandans huic episcopo, ut et per se et per sibi commissos precibus insistat pro pace et defensione ecclesiae, et si aliquid utilitatis contra paganos facere potuerit, agat cum primoribus regni quantum valuerit; de 10
884. incensa quoque monasteriis, quod ille mandaverat, se dolere et de his quae necdum erant incensa satis formidare.

Sigemundo episcopo⁵ de reconciliatione poenitentium⁶ et aliis ad sacrum ministerium pertinentibus, de quibus Hildegarium episcopum⁷ significat⁸ se instruxisse. Item pro benigne tuendis⁹ ac tractandis subditis, commemorans eum de corporali medico spiritali a Deo factum. Item ad interrogationem eius, quid ipse scientiae requireret a presbiteris suae parochiae.

Episcopis ad sinodum Suessionis ex iussione regis Ludovici Transrenensis convenientibus¹⁰, legatum suum sacerdotem quandam dirigens et pro infirmitatis impossibilitate semet excusans, quicquid favente Domino secundum canonicam institutionem et episcopale ministerium iuste et rationabiliter aequitate dictante decreverint, eorum decretis se annuere profitens; quicquid vero sacris canonibus poterit obviare et a recta fide ac aequitate et iustitiae tramite valuerit deviare, se in nullo assensum prehendere nec, ut idem vicarius eius assensum prebeat vel coactus, annuere. 20

871. Episcopis dioeceseos ecclesiae Senonicae¹ scribit pro electione Ansegisi Remensis dioeceseos monachi ad episcopatum Senonicum, consensum suum in ipsius adhibens ordinatione.

Episcopis quoque totius regni primoribus, commonens et exortans eos interemerat 25
872: fidem regi suo Karolo conservare, quando idem rex Romam perrexit.

Item episcopis, abbatibus, comitibus et ceteris Dei fidelibus ad quoddam collegium 30
convenientibus, quo ipse corporis infirmitate prepeditus abire non valuerat, gratias agens Deo pro quibusdam primoribus regni, qui ab episcopis aliquantulum dissenserant, at tunc, gratia Dei largiente, beneplacitae sint unanimi coniecti; significans per has litteras et missum ecclesiae suae comministrum², se³ de bonis eorum studiis ac dispositionibus congaudere; suadensque, ut secundum sapientiam eis a Deo datam, divinis obediens preceptis, 35
remotis privatis studiis et indebitis cupiditatibus ac noxiis contentionibus, primum quae ad generalitatis salutem, pacem et utilitatem pertineant, inquirent et exequi procurent; adnectens sacras auctoritates de veste Christi, quae est ecclesia Dei; hortansque, ut se ipsos tota virtute armantes iustitiae zelo erigant et iugum oneris matris eorum ecclesiae ac virgami exactoris eius confringant et vincula colli filiorum eius dissolvant: si qui sint⁴ oppressi, 40
manum allevationis⁵ porrigant; si qui forte depravati cupiditate vel gratia, ad unanimi-
tem gregis dominici reducere studeant. Amplectantur consilium beati Gregorii ceterorumque sanctorum patrum; et ipse quoque, quod illi ad pacem populi Dei et iusticiam procurandam decreverint, votis et obsequiis, quantum Dominus donaverit, prosequatur. Subiungit quoque sacras auctoritates de canonice promovendo vel eligendo episcopo. 45

24. Quae¹ abbatibus quibusdam scripta direxerit.

Aliis quoque diversis personis, tam clericis quam laicis, honestis etiam feminis diversa pro utilitate cuiusque reperitur scripta direxisse, nemini adulando parcens, sed commoda cuique pro rei oportunitate suggerere satagens.

Ludowico abbati¹ suo litteras misit pro repetendo corpore sancti Deodati, quod quidam 50
Giso, cupiditate rerum ipsius sancti ductus, ex diocesi Remensi furtim transferri fecerat in

a) deest l. 2. b) n. e. a. 2. 3. c) poenitentium l. b. d) se significat se l. b. e) deest l. f) se canonice 2. g) ministrum l. h) q' ebonis l. b. i) sunt l. k) allevationis l. b. l) rubrum et capit. dist. des. l.

1) 17. 2) A. 880. electo. 3) A. fortasse 882; a. 875. factum esse, putat Dämmler I, p. 833; a. 880, cf. Dämmler II, p. 161 n. 4) Meldensi c. a. 880. Noorden p. 150 n. 307 n. 370. 5) S. Dionysii. 55
electo. 6) Sigemundi antecessorem. 6) Quod

Parisiensem* parrochiam, inconsulto episcopo in cuius iacebat episcopio. Asserit autem in his litteris, se nemini, neque sibi vel proprio suo sanguini, contra divina parcere iura. Sed et indignantem pro his abbatem iterum litteris monere non destitit hortans^b et admonens, ut ecclesiasticis regulis satisfacere procuraret. Item pro quodam nepote suo, quem commiserat ei, et pro rebus a rege per dispositionem ipsius domni Hincmari monachis Sancti Dionisii traditis¹.

Hilduino^c abbati pro epistola regis Karoli et misso suo cum litteris ad imperatorem Lotharium perducendis. In quibus se quaedam de salute ipsius imperatoris suggerere manifestat, ut emendet quae ipsi notificat emendanda, et de censu solvendo ex villa Duceciaco. Item simul cum synodo episcoporum apud Carisiacum^d habita^e scribit Hilduino, Karoli^f regis archicapellano, et pro ecclesia Lingonica, quam Vulfadus, ecclesiae Remensis alumnus, contra canonica occupaverat decreta. Unde suggesserat eadem synodus regi, ut alterum ad regendam^g prefatam constitueret ecclesiam, et rex iusserat, ut episcopi quaererent talem, qui posset in episcopali ministerio eidem ecclesiae proficere, eorumque vota in Ysaac, ipsius Hilduini discipulum, convenerant, obsecrantes huius in hoc Hilduini consensum et deprecationem ipsius pro eo apud regem.

Brunvardo abbati^h pro rebus Sancti Remigii vel colonis Remensis ecclesiae in Toringia constitutis.

Adalardo abbatiⁱ de^j amicitia inter ipsos, et qualis^k debet esse verus amicus.

Grimoldo^l abbati^m pro Sigeberto fidei suo, ut res eius, quae coniacebant in regno Ludowici, in sua dominatione et tutela commendatas susciperet; et ut regi Ludowico suadeat, ne perversorum credens consiliis in talia se ulterius immittat, qualia contra fratrem suum Karolum tunc egerat, unde tale dedecus ipsi acciderat, quale non accidissetⁿ, si exortationibus huius domni Hincmari adquiescere voluisset.

Trasulfo Corbeiensi^o cum fratribus sibi subjectis pro quodam fratre, qui presumptive abscesserat a monasterio; quem a rege receptum in gratia preceperat [idem^p pontifex] ad monasterium festine reverti, pro quo rex rogaverat, ut mandaret, quatinus in monasterio pacifice susciperetur, donec eius^q conversationis modus a rege et eodem archiepiscopo^r tempore oportuno diserneretur. Item ad eosdem, gratiarum referens actiones pro impensa^s sibi ab eis benignitate, memorans, se plurimum in eorum orationibus confidere et eis devotum existere; communitariaque salutis eis dirigens hortamenta, ut, quique in ipsis navei dominicae gubernationis susceperant regendam, contra insurgentium tempestatum impetus impigra sollicitudine dirigere studeant, et ut persecutione imminente paganorum, quacumque recedendum sit, a bono proposito non recedant; et cetera.

Item Hilduino, ut certare procuraret apud regem pro electione canonica ecclesiae Morinensi concedenda^t, quia et ipse hoc agere satageret quantum posset.

Adalgario abbati^u, gratias referens de orationibus ab ipso et fratribus sibi commissis Deo pro se oblati, et de benedictione donorum ipsius abbatis; commemorans etiam de rebus^v ecclesiae Remensis in Toringia sitis, quas cuidam Amalrico commiserat, sed ipse male abusus eis, divinum proinde iudicium susceperit, quasque idem abbas sub censu sibi dari petebat; sed idem dominus Hincmarus id agere sine clericorum suorum consilio renuens, mandat, ut easdem ad custodiendum^w interim suscipiat et descriptionem earundem sibi mittere studeat, et postea, quod cum ecclesiasticorum consilio ministrorum rationabilius consideraverit, ei remandaturus sit. Item pro eadem re post missam sibi descriptionem, significans insuper, Ludowico regi se pro eisdem rebus litteras misisse ad petitionem ipsius abbatis, notificando, ipsas res eidem abbati se commisisse, petendo quoque, ut ei solatium ferret, quatinus ipsas ordinare quiete valeret. Sed et Popponi cuidam, compescendo cum ab harum inquietatione rerum. Familiae quoque in eisdem rebus consistenti litteris mandans, quo eidem abbati obediens in cunctis existerent.

Anastasio venerabili abbati ac^x bibliothecario sanctae Romanae ecclesiae. gratiarum referens actiones pro benedictionibus sanctissimis ab eo sibi per Actardum episcopum direc-

a) Parmac. 1^b; Parnac. 1^b. b) orians A. l. 2. c) Hildulmo l. d) Carisiacum habito 1^b. e) reginam 1^b. f. de abbati des. 1. g) qualiter 3. h) ita emendavi; Grimoldo 2. 3. i) occidisset l. k) i. p. des. 1. l) c. e. 2. corr. e. c. 1^b. m) episc. 2. n) rebus litteras R. e. 1^b. o) custodiendam 1^b. p) ac — actiones des. 2.

55 1) Cf. III, 1, supra p. 475. 2) Cf. LL. I, p. 451. Iano Ludovici regis. 6) Qui sedit usque ad a. 873. 3) Hersfeldensi a. 846—873. 4) Fortasse Cor- 7) V. supra p. 518. 8) Corbeiae novae a. 856—877. beicensi. 5) Sangallensi, ut videtur, summo capel-

tis, suas eidem quoque abbati mittens munerum benedictiones, quaedam etiam opuscula suo labore confecta ipsi delegans. Item pro beneficiis sibi ab eo collatis, et ut suggestionem suam domno papae acceptabilem faciat, et de memoria benedictionis quam dirigebat ei.

Gregorio eiusdem Romanae ecclesiae nomenclatori et apocrisario^a, asserens, quod prefatus Anastasius multa bonitatis insignia sibi de ipso suis litteris intimaverit, et quod magnam fiduciam in ipsius habere posset amicitia sinceriter mandaverit; unde et petit, ut isdem Gregorius se inter fideles amicos suos tenere dignetur.

Guntario abbati^b pro quodam irreligioso monacho, quem de monasterio irreverenter proprio libitu recedere siverat^c; unde valde reprehendit eum, ostendens ex auctoritate regulae, quod ita non debuisset eum dimittere; monetque, ut cum^d misso regis perquiratur et comprehendatur atque in monasterium reducatur et in artissima custodia retrudatur, eiusque culpa describatur, sibi que descriptio ipsa cum proprii episcopi litteris dirigatur, ut secundum sacras regulas cum consilio coepiscoporum de ipso decernat.

877
—879.
Eccles. 30, 24
Cf. Ps. 87, 29
Psal. 2, 13.
Gozlino^e pro Bernardo, nepote ipsius^f, qui seditionem contra regem moliri ferebatur, hortans, ut ab hac intentione studeat eum revocare, et ut ipse Gozlinus pro nullo carnali affectu^g a recta via declinet; fratrem quoque suum Gozfridum commoneat, ut ambo memores parentum suorum a fidei sinceritate non degenerent. Item quaerendo, cur ad se missum vel litteras non dirigeret, ut facere solitus fuerat, exortans, ut id frequenter pro mutua dilectione atque consolatione facere studeat. Item significans, quomodo de dilecto filio ei Gozlinus idem factus sit inimicus^h, et adhuc carum filium eundemⁱ nominat, et iniurias sibi ab eo illatas non solum patienter, sed et libenter se ferre depromit, ac petit, ut reminiscatur, quia Remensis ecclesia eum regeneraverit in Christo tonsuramque in clericum sub religione nutriverit et docuerit, de captione paganorum redemerit^j, ad gradus ecclesiasticos usque ad diaconatum provexerit, plurimorum monasteriorum per concessionem regum abbatem constituerit; contra quae ille potentia elevatus, seditionem, quae in hac ecclesia vel in isto regno male grassabatur, excitaverit, quibusque similia gesserit; et quantis malis obnoxius sit, prosequendo manifestat; obsecrans, ut horum^k reminiscatur et vocem Domini se revocantis^l audiat animaeque suae misereatur, ut salutem consequi mereatur. Item pro correctione ipsius Deo gratias agens et orans, ut confirmet Deus quod operatus est in eo et det illi et velle et perficere quae sibi sint placita pro bona voluntate; et cetera^m quaedam.

Grimharioⁿ abbati pro rebus Sanctae Mariae et Sancti Remigii in Arvernico^o pago sitis, quas interdixerat Bernardo comiti, mandans huic abbati, ut eas describeret et earum descriptionem sibi deferret.

Adalgario vocato episcopo^p pro rebus Remensis ecclesiae in Aquitanis partibus coniacentibus, quas Bernardus Tolosanus comes^q occupaverat et, quia pretio eas obtinere non potuit, depredatione pessumdedit, donec Deus inde suum iudicium exercuit, quasque idem dominus Hinemarus Agilmaro episcopo^r commiserat; quando etiam de incestis et usurpationibus rerum ecclesiasticarum libellum, iubente rege, ipsi episcopo dederat. Mandata quoque pro eisdem rebus ad eundem episcopum data huic dirigit; et ut cum eodem iste quoque participato consilio pro ipsis rebus satagat, hortatur, quosdam designans pagos, in quibus eadem res coniacerent: Arvernico^s videlicet, Nigrammontensem^t, Lemovicum et Pictavum; in aliis quoque pagis, quorum non meminit, sed ab hoc requiri atque describi sibi que ipsam descriptionem mitti petit.

Lamberto quoque, quem unice dilectum ac visceralem filium suum memorat, admonens^u et exortans, qualiter agere debeat erga illos inter quos conversabatur et qui eum electuri esse videbantur ad episcopatum Metensem; precipue monens pestem Simoniacae hereseos in omnibus precavere: *Quia proficere, inquit, in ecclesiastico gradu non poterit, qui ad hoc ut fiat hereticus promovetur.* Suadet etiam, ut Regulam pastorem sancti Gregorii festinan-

a) apocrisario 1^b. b) siverat 1. c) conum 1^b, 2. d) affecto 1^b. e) eum 1^b. f) eorum 2. g) revocatis 1. 50 h) Grimhario 1^b; Grimhario 1^a; Grunhario 3. i) Arvernico 1^b. k) Arvernico 1^b. l) h. f. 2. 3.

1) Cf. supra III, 21, p. 516. 2) Corbeiae antiquae a. 879, p. 511. 6) V. Prudentii Ann. 858, p. 451. inde ab a. 873. 3) Abbati S. Germani, filio co- 7) Augustodunensi, ut videtur, a. 875—893. 8) De mitis Roriconis. 4) Marchione Gothiae, de quo quo cf. Dümmler I, p. 797 sq. 9) Claromontensi cf. Dümmler II, p. 88. 5) V. Hinemari Ann. a. c. 876—890. 10) Noirmont. 55

ter^a legat ac mente recondat et secundum eandem regulam se interius et exterius in viam^b, qua ad episcopatum pervenitur, dirigat et, per quam in episcopatu ad vitam aeternam tenditur, corrigat; significans, se amicis suis tam episcopis quam comitibus regni Lotharii pro eo litteras dirigere, fidem facere, quia de ipsius^c consiliis et salubribus hortationibus non devia-
5 devia-^bbit, petitque, ne mendacem super his apud amicos eum faciat.

Hugoni abbati^d pro electione Noviomensis^e episcopi post decessum Ragenelini^f, petens, ut hortetur reges Ludovicum et Karlomannum, quatinus voluntatem Dei et antecessorum⁸⁸⁰ suorum consuetudinem in hac causa conservent. Notificat etiam illi obitum Hincmari, nepotis sui, Laudunensis episcopi, rogans, ut pro eius animae remedio per subiectos ac familiares suos Domini misericordiam deprecari satagat^g. Item, ut prefatis regibus necessarios constituat nutricos^h, quiaⁱ nimis iuvenem habebant consiliarium, et de his quae sibi idem reges pro custodienda^j Tornacensi parochia^k mandaverant, et quid ipse super his egerat, quidve illi postea remandaverint, vel quid ipse rescripserit eis nolentibus assensum prebere super electione canonica prefatae Noviomensis^l ecclesiae; et quia ipse nihil inde aliud
15 egerat, nisi quod per triginta et quinque annos in huiusmodi negotio solitus erat; et quid sibi mandatum postea ex parte regum vel ipsius Hugonis in hac^m causa per Warinum clericum fuerit, quasque litteras deinde prefati reges eidem miserint; adiungens sacrorum canonum promulgatas super electione canonica auctoritates, et ostendens, quod non episcopo de palatio precipiantur eligi, sed de propria qualibet ecclesia, et quod de ordinando episcopo non regis vel palatinorum debet esse commendatio, sed cleri et plebis electio et metropolitani in electione diiudicatio, deinde terreni principis consensus, et sic fieri episcoporum manus impositio; asserens pro certo, quod ipse in neminem specialiter intenderet, nisi ut, quisque sitⁿ, secundum sacram auctoritatem ad hoc accederet officium et quod spiritale ministerium postulat sciret ac faceret. Et cetera. Item, mittens ei exemplar epistolae,^{881,82}
25 quam regi Karolo, Ludowici Transrenensis filio, direxerat, pro regibus adhuc pueris Ludowico et Karlomanno^o; hortansque, ut, si poterit, obtineat^p, quatinus idem Karolus, quia filium non habebat, unum ex his regulis sibi adoptet in filium et sub manu boni ac strenui baiuli ad hoc eum nutriri faciat, ut sibi heredem aut in totum aut in partem statuatur; et ut secrete Hugo apud Karolum obtineat, quo et horum puerorum et regni huius causam super
30 se totam suscipiat et quaeque disponenda regio sunt in ministerio ipse disponat; premit- tens etiam, ut scripta sua, quae Karolo mittebat, ipse Hugo, si haberentur utilia et rationalia, suo sapienti consilio et prudenti prosequatur studio; sin secus quam inibi deberet inveniretur, sapienter illud commutare vel, si foret necesse, quid addere vel oblinere^q sata- geret. Item pro mandatis Ludowici Germaniae regis ac suasionibus^r: primo scilicet, ut
35 episcopus Remensis dioceseos eidem regi apud Attiniacum obvius ire precipiat; secundo, ut ei consilium remandat, qualiter istud regnum disponat, quid videlicet ad^s haec missis eiusdem regis^t respondeat, et si Ludowicus ipse advenerit et rogaverit ut eum in regem consecret, quid et qualiter inde sit illi agendum; et cetera. Preterea et alia quaedam abbati scribit eidem.

40 25. Quae^u sacerdotibus vel monasteriis quibusdam scripsit.

Gautuino sacerdoti et ceteris fratribus Deo et sancto Dionisio servientibus scribit pro quadam domo sibi quondam ab ipsis^v concessa et ex parte ab eodem coempta, quam quidam eorum sibi subripiens usurpaverat. Unde miratur, si hoc fratres ita fieri cohiberint de eo, qui in nullo^w, quantum meminit, inutilis eis^x fuit, sed, sicut ipsis^y tunc visum fuerat,
45 in multis utilis et necessarius apud eos mansit et non modica eis obtinuit et reobtinuit; non haec ideo dicens, ut sibi pretiosa sit illa domus ad tenendum vel corticula, sine caritate, inquit, vestra; et cetera.

Item Wiligiso cum ceteris eiusdem monasterii monachis de eo quod audierat eos a quodam presbitero pretium quaerere pro decima; unde maximam se verecundiam dicit
50 habere propter alios homines qui hoc audituri erant. Quod quantum periculum sit, eis ex divina ostendit auctoritate et canonum promulgatione, ac deinde: Absit, inquit, fratres, ut

a) fest. — regulam des. 1. b) via 1^b. c) de c. et s. ips. exort. 2. d) Noveom. 2. e) Ragenelini 1. Ragenelini 3. f) satagant 1. g) nutricos 1^a. h) qua 1. i) custodia 1. 2. k) parochia 1^b. l) c. h. 1. m) fit 1^b. n) obtineat quo et horum puerorum ut infra etiam h. l. 1^b. o) ob-pitiner 1. 2. p) ad h. des. 1. q) deest 1^b.
55 r) rubrum et captivi dist. des. 1^b. s) his 1^b. t) illo 1^b. u) ei 1^b. v) illis 2. 3.

1) V. supra p. 533. 2) V. supra p. 513. 3) Cf. Dümmler II, p. 132; Noorden p. 370.

alii ecclesiastici et religiosi viri hoc audiant, quia monachi de monasterio Sancti Dionisii decimam vendere^a quaerunt, ut de ipso pretio infernum comparent^b. Multo magis autem absit, ut hoc laici audiant, quod nemo etiam peccatis publicis implicatus in mea parrochia facere audeat. Si enim aliquis de alio monasterio quam de nostro hoc temptare, quanto magis facere presumat, ab omni communione illum de parrochia mea excommunicarem; et cetera. Item eisdem monachis pro visitatione divinae miseracionis, qua admonitus dies suos sicut umbram declinasse dicit et se sicut fenum aruisse^c; mittens eorum obsequiis tantulam benedictionem, ducentos scilicet solidos de meris denariis; petensque, ut apud communem patronum beatissimum Dionisium in sacris orationibus sui memoriam iugiter haberent; poscens etiam pro Haimone fidei suo pene in extremis posito, quem dilectum filium suum nominat.

Fulcranno^d preposito et fratribus monasterii Corbeiensis scribens pro electione abbatibus eis a rege concessa proque litteris regis super eadem re et adventu ipsius domni Hincmari ad eos, unde illum consuluerant, instruit ipsos, qualiter in hac electione eis sit agendum secundum doctrinam beati patris Benedicti, ut in omnibus magistram sequantur regulam, nec temere ab ea declinetur a quoquam, utpote rationem reddituri pro omnibus ante tribunal domini nostri Iesu Christi.

Magenardo^e preposito et fratribus in monasterio Sancti Richarii degentibus^f pro litteris, quas apostolicus papa regi Karolo sibi que miserat pro quodam qui monachum atque presbiterum interfecerat; in quibus litteris tenorem iniunctae poenitentiae exposuerat, admonens, ut divinis monitis in his^g quae ipsae litterae precipiunt obedire procurent.

Monachis coenobii Sancti Medardi pro Hainoardo monacho^h, qui veniam pro excessibus suis apud regem postulaverat; de quo ex verbo regis mandat, ut eum vel ad habitandum regulariter inter ipsos recipiant vel iuxta petitionem illius litteras dimissorias illi ad certum locum faciant et absolutum abire cum pace permittant.

Sigebodo sacerdoti et preposito monasterii sanctimonialium Laudunensis ecclesiae super interrogatione, qua requisierat ab eo, qualiter oporteret eum agere de inquisitione sibi commissa in Oriniaco monacharum monasterioⁱ super abbatissa et preposito ipsius monasterii, unde interroganti responderat, quia non verbis de talibus, sed scriptis respondere deberet. Quocirca rescribens quoque ostendit, quae in legibus, quas catholica probat ecclesia, et in regulis ecclesiasticis de his scripta sint; precipiens etiam, ut privilegium ipsius monasterii sibi afferatur, et notificentur ei per certas personas de certis rebus accusationes ipsius abbatissae atque prepositi, ut secundum sacras regulas cum consilio coepiscoporum et visitatoris Laudunensis episcopii, quia tunc episcopus ibi non habebatur, inde Domino inspirante decernat.

Quibusdam decanis parrochiae Suessonicae pro quodam presbitero, qui preiudicium passus iustitiam et iudicium apud episcopum suum Rothadum non valebat obtinere; unde et ipse dominus Hincmarus eundem presulem monuerat, ut, si propter infirmitatem non valeret ipse ad sinodum venire, vel missos suos, comministros videlicet ecclesiae sibi commissae, mitteret, ut res canonicè diffiniri valeret; admonetque per has litteras eosdem decanos et metropolitana precipit auctoritate, ut presbiteros decaniae suae ad denominatum placitum venire commoneant, et cum eis ipsi veniant; quod si non fecerint, sinodalem sententiam apud proxime futuram sinodum se noverint accepturos.

Sigeberto cuidam sacerdoti pro Heidilone episcopo^j ipsius, de quo talia se audisse dolebat, qualia de bono laico dici non conveniret, et quia culpabatur, quod talem episcopum ordinaverit; asserens, se de illo, quem ante non cognoverat, fidei et testimonio ipsius Sigeberti credidisse, precepitque ipsi Sigeberto ad se venire, ut ore proprio ei dicere possit quae de episcopo audivit, et si vera forent, simul considerarent, qualiter illa corrigeret, si vera non essent, qualiter mendacia esse docerentur.

26. Quae^k viris quibusdam illustribus.

Viro illustrissimo Ebarardo^l ex principibus imperatoris Lotharii^m litteras dirigens pro adipiscenda familiaritatis apud eum gratia quondam sibi ab ipso gratis oblata, congaudet bonis, quae de ipso per certas audiebat personas, maximeque per Amolum presulemⁿ, quem

^{a)} dereliquerant ut 1. ^{b)} comptaent 1. ^{c)} us scr 1 b. ^{d)} Fulcranno 2. 3. ^{e)} Agenardo 1. ^{f)} in bonis 1 b. ^{g)} rubrum et capit. dist. des. 1. ^{h)} Ebarardo 2.

1) V. supra p. 529. 2) Cf. Mabillon, Ann. III, p. 24. 3) V. supra p. 531. 4) Noviomensi; cf. supra p. 534. 5) Marchioni fortasse Foroiulensi, qui Gotescalcum e terra sua expulit. 6) Lugdunensem a. 841—852.

sincerissimum et carissimum vocat patrem suum, mittens ad ipsum cum litteris etiam fidelissimum quendam missum suum. Item, laudans sinceritatis ipsius devotionem erga Deum et sacrae auctoritatis cultum principumque unanimitem et ecclesiasticae pacis studium debitumque religionis; monens quoque pro caritatis officio, ut, sicut coepit, melius ac melius proficiat; quia natura humana, testante Iob, numquam in eodem statu permanet, et quia in isto saeculo quacumque peditus quis potestate contra fluminis tractum navigat, quae de re aut viriliter navigans superiora petet, aut remissis manibus habet ad ima relabi. Studeat autem precipue, ut Deo super omnia placeat; deinde, ut ecclesiae pacem provideat; tum, ut principibus bona non solum suggerat, sed etiam ingerat; viris ecclesiasticis et locis sanctis debita privilegia adquirere insistat, populo christiano pacem et unanimitem procuret, bene agentibus congaudeat, male agentibus resistat, se ipsum sobrie, iuste et pie vivendo solleter custodiat, et cetera exhortationum valde necessaria. Postque suggerit etiam de quibusdam necessitatibus tam ex monasteriis quam et aliis, pro quibus et imperatori litteras direxerat, quae in parrochia sua ab illius erant auctoritate corrigenda, et reliqua de utilitate animae et consilio spiritali conservando.

Fulcrico cuidam, premissi imperatoris magnati, qui uxorem legitimam inlegittime dimiserat alteramque insuper duxerat, vocans ad sinodum, excommunicationis iam in eum datae atque in provinciali sinodo confirmandae pandit modum. Item, postquam poenitentiam pro hoc admissio visus est suscepisse, iteranti vias suas et reverso ad vomitum suum manifestam dat excommunicationis sententiam, cunctisque id notificare satagit fidelium Christi personis, quibuscumque audire contigisset, maximeque episcopis, in quorum videtur parrochiis conversari vel frequentare.

Vulfrigo cuidam, ministeriali eiusdem imperatoris Lotharii, commemorans familiaritatem, quam quondam poposcerat ab eo, et dilectionem, quam illi spononderat, rogans, ut innotescat imperatori super epistola, quam frater ipsius rex Karolus eidem dirigebat, quatinus eam suscipiens familiariter distinguat et secreto legat. Censum quoque de villa Duodeciaco anni preteriti cum censu presentis anni sibi transmitti iubet, unde in illius memoria aliquid ornamenti in sepulchro sancti Remigii facere posset, quod ornare et corpus ipsius sancti in crypta disponebat a novo preparata transferre. Item pro repetitione premissi census de villa Dudeciaco sex librarum; ne forte suggerat imperatori, quod cupiditate inlectus hunc censum repetat, quem in suos usus numquam redegerat; sed cupiens evadere periculum, ne silentio suo in diebus suis census ipse deperat, et ipsa villa in alodem vertatur, et ecclesiastica mancipia in servos et ancillas dispertiantur, sicut et de multis tam rebus quam mancipiis huius ecclesiae, sed et de ipsa iam villa fiebat; enitens etiam, ut senior suus inde periculum non incurreret, vel ipse cum illius periculo partem non haberet; asserens, quod, si cupiditas in hoc eum vexaret, duodecim libras repperet, quas avus et pater huius regis inde solverunt; et cetera. Subinfert etiam quaedam de prefato Fulcrico, qui Roma veniens iactabat, epistolas papae pro absolutione sua tam regibus se quam huic archiepiscopo deferre. De quo monet hunc Vulfringum, ut suggerat regi, ne seducatur in hac causa, sed omne cum ratione cavens periculum, faciat, ut veniant ipsae epistolae coram illo et episcopis, et quicquid melius inventum fuerit, inde sequantur, et quia interim, quod rationabiliter et canonice factum fuit, non debeat contempni.

Nantario amico suo fideli pro rebus Sancti Remigii disponendis in Wormacensi pago, inferens, quod quidam homines eum petierint, ut prestaret illis colonos earum rerum ad diversas operas, et quidam, ut venatores illorum in ipsis rebus per aliquod tempus manere concederet; quod neutrum se concessisse vel concessurum esse fatetur, quoniam sui antecessores hoc facere non sunt ausi, quia sanctus Remigius cum grandi maledictione vel interminatione hoc fieri vetuerit, et cetera.

Immoni comiti pro rebus huius ecclesiae in regno Aquitanico coniacentibus, ut auxiliium ferret earum provisorii, cui committebantur.

a) hoc 3. b) deest 1. c) suggesterit 1. d) supercr. 1b; deest 2. e) ab eo p. 2. 3. f) K. r. 2
g) distingit 1. 2. h) Dudeciaco 1. i) iubebat 1. k) sta h. l. 1. 2. l) suo s. 1b. m) deest 1b.
n) ipsius 2. 3.

1) V. supra p. 511 (ubi lege: c. 26. 28). 2) Nantarius comes 'de parte Lotharii' regis nominatur Hincmari Ann. 869, p. 459. 3) Petragoricensi. L.EJ.

Gerardo comiti nobilissimo¹ pro Ysaac Lingonicae sedis electo, ut per eius hortamen
 859. ordinaretur episcopus, quia Vulfadus, qui ipsam occupaverat ecclesiam, canonicè non potuit
 ordinari². Item pro his quae sibi litteris idem Gerardus significaverat, scilicet quod Ka-
 861. rolus Franciae rex senioris ipsius Karoli Cisalpinæ Galliae regis regnum sibi vellet sub-
 ripere³, quod ipse dominus Hincmarus nequaquam fieri asserit. De rebus quoque Sancti 5
 Remigii in Provincia sitis, pro quibus audierat dominum Hincmarum ad regem proclamasse,
 quod se penitus negat egisse, nec, quotienscumque necesse fuit, pro ipsius rebus ad alium
 quam ad ipsum Gerardum et ad suos fideles inde suggestionem direxisse. De hoc etiam
 quod scripserat hic comes se audisse, quod rex iste Karolus monasteria vellet usurpare,
 quae beato Petro apostolo idem Gerardus tradiderat, et quia, si res ipsius, quae in hoc 10
 regno coniacerent, ab eo forent ablatae, ipse licet invitatus res huius regni, quae in illo habe-
 bantur regno, presumeret: respondet dominus presul, quia sua voluntate nemo res ecclesiae
 in suum periculum usurparet; timere se, asserens, ne coram Deo dignus habeatur, ut hoc
 in tempore sacerdotii sui commissa sibi patiatur ecclesia; verumtamen, si quis presumpserit,
 plus illi dolere quam sibi, periculum presumptoris ex divinis pandens auctoritatibus; adiciens 15
 quoque de eo quod se monuerat, ut sacri causa ministerii regem a talibus revocaret exces-
 sibus, quia prius in illius dispositione talia non perceperat, et de vanis suspicionibus suum
 non erat seniorem corripere, ideo nec inde monuerat; nunc autem certam et causam habens
 et personam, debita devotione ac fidelitate studebit dominationem ipsius monere. Item pro
 prefatis rebus Sancti Remigii, de quibus idem Gerardus huic archiepiscopo litteris signi- 20
 ficaverat se condolere, quia devastabantur a multis, et plures earundem devastatores dice-
 rent, quod per concessionem regis Karoli et huius domni Hincmari easdem res occuparent.
 Unde notificat eidem Gerardo, quia, ex quo ipsas⁴ res eidem commiserit, nullius alterius
 eas provisioni delegaverit, nisi tantum Hildoardo cuidam nutrito suo iniunxerat, ut maiori
 villae in his quae necessaria fuissent auxilium ferret, sub defensione famen et tutela prefati 25
 Gerardi comitis; addens, de ceteris earundem rerum usurpatoribus quid agendum sibi vide-
 retur; ipsas autem res nulli homini suo vel alterius in beneficium dare auderet, quia sanctus
 Remigius hoc in suo testamento terribiliter contradixit. Ipse vero comes, qui pro amore
 sanctae Dei genitricis et sancti Remigii res ipsas in sua tuitione susceperat, sicut bene coe-
 pit, ita viriliter de cetero agere procurat, quoniam in Remensi ecclesia per decem mona- 30
 steria tam canonicorum quam monachorum atque sanctimonialium amplius quam quingenti
 pro ipsius presenti et perpetua salute in psalmis et canticis spiritalibus atque sacris obla-
 tionibus continui oratores existant. Et cetera. Item pro eisdem rebus pene similia. Item,
 mittens ad easdem res ordinandas per ipsius comitis consilium⁵ atque disponendas mona-
 chum atque presbiterum de monasterio Sancti Remigii nomine Rotfridum. 35

857. Rodulfo illustri comiti⁴ pro infirmitate coniugis ipsius et pro eo quod ferebatur idem
 comes inter regem et quosdam subiectos ipsius quaedam contraria seminare; asserens sibi
 quoque dominus Hincmarus, qui ab huiusmodi re valde se immunem putabat, hoc ipsum
 reputari; et quia de his qui erant cum rege talia mandata venirent, quae non convenissent;
 unde nihil eidem comiti scribere posset neque per alium mandare, donec simul loquerentur⁴ 40
 et de talibus, quae vidissent melius ad utilitatem et honestatem senioris sui pertinere,
 multo conferrent; quantocius autem potuisset, ad regem pergeret, et cum illo degens,
 quantumcumque valeret, certaret, ut se coram Deo corde et opere custodiret orique suo
 41. 140. 2. ab ipsis etiam qui putabantur amici custodiam imponeret; et de convocatione fidelium regis
 et directione ipsius animi atque discissione huius regni, sed et interfectione Britonum Heri- 45
 spogii, Salomonis et Almarchi⁵, atque de itinere reginae ad regem, prout ipse mandaverat,
 et quia multum de rege timebat. Item de eo quod in litteris ipsius comitis inter ipsum
 comitem et regem commotionem cognoverat esse indebitam, unde satis tristis effectus erat.
 Et quia de his quae sibi litteris significaverat apud regem prout potuisset satageret, et quic-
 quid inveniret, si ad eum remitteret, ipsi remandare curaret; adiciens, quid sibi de homini- 50

a) vastatores 1^a. b) easdem 2. 3. c) auxilium 3^a. d) decem 1^a.

1) Viennensis, ut sequens epistola docet, non Burdigalensis intelligendus est. De illo cf. Longnon, 5) V. Prudentii Ann. a. 857, p. 451: *Respogius duz imperatricis; de quo cf. Dümmler I. p. 394 n. 'Revue hist. VIII, p. 241 sqq.* 2) De Vulfado ab *Britonum a Salomone et Almarcho Britonibus . . . Ebone presbytero ordinato v. supra p. 485 sqq. interimitur. Flodoardus igitur Hincmari verba per-* 53
 3) Cf. Hincmari Ann. 861, p. 456. 4) Fratri Iudithae peram retulisse videtur.

bus* suis acciderit, quos secum super Ligerim habuit; monens et confortans in Domino, ne commoveatur leviter pro talibus, quibus illi qui Deum timere nesciunt commoveantur^b, sed suum bonum nomen, sicut bene coepit, usque ad finem perducere studeat; et quia regis animum iam bene cognosceret, qui, licet aliqua sit perturbatione commotus, statim ut cum eo locutus fuerit et ei suam devotionem manifestaverit, sicut decet, sicut^c et rectum est, eum habebit; admonens, ut iuxta apostolum omnis indignatio auferatur ab eo cum omni malitia. Quod si fieret, pro eo quod rex nepos ipsius esset, plus piium animum erga eum haberet, pro hoc quod senior ipsius esset, plus humilem haberet animum circa ipsum. Et cetera.

10 Welfo cuidam nobili viro¹, multas gratiarum referens actiones, quod talem erga se conservasset amicitiam, ut hominem ipsius sine consensu eiusdem recipere noluisset, et quod idem homo se sine causa dimiserit et sine licentia sua irreverenter abcesserit, quod nemo suorum adhuc alius fecerat; intimans, qualiter eum susceperit et quam benigne nutrierit multaque illi bona fecerit, qualiterque iste inter seniore suum et regem missus ad ipsum inconvenienter egerit. Petit autem, ut nullatenus eum recipiat, antequam secum loquatur, et sciat, si rectam contra se idem homo rationem habeat; adiciens, non id se de illo ideo replicare, ut aliquid odium illius teneat, sed ne ille contra iustitiam recipiens hunc in Deum peccet et in se amicum ipsius offendat, presertim cum salva amicitia per eius licentiam illum habere poterit.

20 Folconi comiti palatii regis pro quodam presbitero parrochiae Suessionicae², qui relicto ecclesiastico ad civile iudicium proclamaverit super accusatore suo, qui probaturum se promiserat esse, quod adversus eundem presbiterum proferebat. Mandat autem huic comiti, ne in hac se causa commisceat, antequam ab eo tractetur, an id rationabiliter fieri debeat, quia de presbiteri et ecclesiae causa ad episcopos et ad sinodum diffinitio pertineat, non ad mali vel civitium iudicium dispositionem. Et cetera.

Maioni illustri comiti, gratiarum referens actiones pro benignitate et sollicitudine, quam domno Theoderico* Camaracensi presuli, viro sancto, et ecclesiae ipsius exhibere curabat, petitque, ut, si in eorum diebus idem Dei servus ad communem Dominum transiret², pro electione concedenda clero et plebi ecclesiae ipsius apud Lotharium imperatorem sateret. De pace quoque procuranda inter reges, unde sibi scripserat, rescribit, quia semper eam desideraverit et, ut inviolata inter eos maneret, prout potuit, commonere curaverit, et quantum Deo cooperante valuerit, inde laborare curabit.

Rorico Nordmanno³ ad fidem Christi converso³, ut semper in Dei voluntate et mandatorum illius observatione proficiat, sicut et eum velle ac facere per multos audiebat, et ut nemo ei persuadere valeat, quo contra christianos paganis⁴ aut consilium aut adiutorium prestat, quia nihil ei proderit baptismum christianitatis accepisse, si contra christianos aut⁵ per se aut per alios quoscumque perversa vel adversa fuerit machinatus; et cetera, quae prosequitur, episcopaliter intimans, quantum in tali sit machinatione periculum; monens etiam, ut Baldinum, a Dei Spiritu, quo canones sancti sunt conditi, per episcopalem auctoritatem propter filiam regis, quam in uxorem furatus fuerat, anathematizatum, nullo modo reciperet neque solatium vel refugium aliquod apud se habere permetteret, ne illius peccatis et excommunicatione involvantur tam ipse quam sui atque dampnentur; sed talem se exhibere procuraret, quatinus ei orationes sanctorum proficere valeant.

Liutardo illustri viro pro his quae de ipso audiebat ad animae illius periculum pertinentia: precipue de quodam presbitero, quem contra leges de ecclesia eiecerat et alterum ibi constituerat, efficaciter et episcopaliter monens, ut a talibus se presumptionibus compescat; quia, si non fecerit, ipse quod sacrae leges precipiunt facturus sit in eum, et per omnia regna episcopis usque ad papam Romanum eum esse mandabit excommunicatum. Presbiterum vero advenam, quem miserat in eadem ecclesia, ab omni Remensi parrochia excommunicatum esse designat. Item, vocans eum dilectum filium, et ideo sic eum vocare se dicens, ut talem se faciat, quatinus in eius dilectione recte inanere possit, velut idem presul exoptat. Sed audiens eum non talem se exhibere, qualem deberet erga Remen-

a) omni. 1^b. b) commoveantur 1^b. c) et s. 2. 3. d) Suession. 2. e) Teod. 1. — Camer. 2. f) Normanno 2. g) paganos 1. h) ut 1.

55 1) Konradi Parisiensis comitis fortasse fratri, de quo v. Dümmler II, p. 117 n. 2) Obiit c. a. 863. 3) Cf. supra p. 529.

sem ecclesiam, de qua multa bona habebat, ut famulos ipsius ecclesiae inquietans cum pace non sineret degere, mandat illi ex auctoritate Dei et sanctae Mariae et sancti Remigii et sua episcopali, necnon ex banno regis, cuius missus ipse pontifex erat, ut nullum impedimentum vel ipse vel homines sui hominibus Remensis ecclesiae faciant nec per aliquod ingenium vel per consensum suum; sed si quid rationabile quaerere vult contra potestatem Remensis ecclesiae, per legem quaerat; quia, si aliter fecerit, tam per episcopalem auctoritatem quam per missaticum regis quod inde rectum fuerit sustinebit. Excommunicat etiam quendam diaconum ipsius, qui adversabatur famulis Sancti Remigii. Et cetera.

Teodulfo comiti pro presumptione ecclesiastici ministerii, qua, defuncto quodam presbitero, abstulerat quae idem presbiter in elemosina pro se dari preceperat, et insuper usurpaverat quae ad ipsam ecclesiam rite relicta fuerant. Ostendit ergo manifeste, quam maximum crimen sacrilegii commissum sit ab eo, sed et quomodo contra humanas egerit leges, et quid inde fieri debeat, et qualiter ecclesiae in potestate et ordinatione sunt episcopi secundum sacros canones et imperialia capitula. Unde mandat ei, ut iuxta sacras auctoritates et regum precepta quicquid de facultatibus ipsius ecclesiae acceperat presentialiter ecclesiae reddat et presbiteris, quibus res commendatae fuerant, restituat, deinde ad se veniat, ut inde medicinam accipiat, quatinus sanus fiat, dans illi spatium septem dierum, postquam litteras ipsas acciperet^a, ut octava die ad se veniat, quo^b vel, si non est ita, debitam rationem reddat, vel, si est ita, congruam satisfactionem agat; quod si non fecerit, exemplar istarum litterarum ipse regi transmittet, ut ille suum inde^c ministerium faciat, et post^d idem^e presul suum exinde perficiet. Et quoniam audierat, quod ipsam ecclesiam idem comes denominato pretio vendere pararet, adiecit: *Propterea scias, inquit, quia, si vel unum denarium tibi aliquis clericus pro ipsa ecclesia vel pro alia aliqua in mea parochia per se aut per immissam personam dederit, per me ordinatus in ea non erit. Si autem vis ibi habere presbiterum, adduc mihi talem clericum, qui aptus sit sacro ministerio, et ego illum inquiram, et illi ecclesiam dabo, et tunc illum ordinabo, si mihi^f satisfactionem fecerit, quod nullum pretium inde donaverit. Et si tu ita facere non volueris, ego ordinabo, qualiter populus ibi officium habeat, usque dum ibi ordinem presbiterum. Cui si aliquod impedimentum contra divinas et humanas leges feceris, et manifestum fuerit, presbiter ibi permanebit, et tu et^g omnes qui tibi consenserint ab omni christianitate usque ad satisfactionem eritis separati. Haec, care fili, ideo mando tibi et taliter commoneo, quia salvum et honoratum te cupio et inter filios ecclesiae te in loco filii habere volo. Et si me coegeris, ut, sicut Dominus dicit in evangelio, sis velut ethnicus et publicanus, non mihi, sed tibi reputare debebis. Postquam istas litteras dictavi, dictum est mihi, quod matricularios a ministro meo constitutos de illa matricula eiecisti et ibi bovarium¹ misisti et pro illa matricula in pretio unum asinum accepisti. Quod si ita est, non solum criminaliter fecisti, quia contra omnes leges ecclesiasticum ministerium homo laicus usurpasti et elemosinam, id est misericordiam pauperum, ac per hoc Deum, qui misericordia miserorum est, sicut Iudas proditor vendidisti. Sed etiam turpiter in hoc nimis fecisti, ut de mendicitate, de qua mendici vivere debent, comes et honoratus regis consiliarius in pretio asinum accepisti, et omnes qui haec audiunt pensare possunt, qualiter de aliis causis pro amore et timore Dei et reverentia tui ministerii iuste et recte facis, qui de tali miseria sine ulla verecundia turpe lucrum requiris.*

Anselmo illustri viro pro quodam presbitero, quem apud se accusaverat, sed ad denominatum placitum non venerat; significans, purificasse hunc presbiterum canonice se ipsum a crimine coram missis ipsius Anselmi in conspectu plurimorum tam clericorum quam laicorum, non tamen misisse, quia nec debuerit, in sacramentum plures sacerdotes ipsius testes. Hortatur autem et monet, ut omnem rancorem, quem contra prefatum presbiterum habebat, a corde suo expelleret, ostendens, quantum malum sit odium retinere in corde. Interdicit etiam auctoritate Dei et sanctorum eius, ut eidem presbitero nullum preiudicium vel machinationem inferat, quia, si fecerit, ipse inde suum ministerium faciat. Precatur etiam, ut iusticiam Deo sibi faciat de hominibus suis, qui presbiteris quibusdam testibus premissi presbiteri ausi sunt iniurias intulisse, quia, si non fecerit, et de ipsis quoque suum facturus sit ministerium.

a) Teodulfo 2. 3. b) acciperat corr. acciperet 1^a. c) quod 2. d) m. i. 2. 3. e) postea 2. 3. f) eadem 1. g) talem clericum iterum add. 1. h) deest 1. i) Bonarium 3. 55

Bernardo comiti Tolosano¹, propinquo suo, pro rebus Remensis ecclesiae in Aquitania coniacentibus, quas ille in prestariam sibi concedi petebat; quod idem presul se facturum negat, quia non audeat propter testamentum sancti Remigii, quod id omnino fieri prohibuerit. Unde alteri quoque Bernardo comiti Redonensi² scribit, ut loquatur cum hoc Bernardo, ne res easdem suis hominibus in beneficium donet, ut eum fecisse audierat, et de inquisitione harum rerum, si rex iuberet, per ipsum agenda. Item prefato Bernardo Tolosano pro eisdem rebus, adiurans illum per Deum omnipotentem, dominum Iesum Christum et per eius genitricem sanctumque Remigium³, ut nihil inde presumat nec ullum impedimentum mancipiis in eisdem consistentibus faciat, neque Bernardo comiti Arvernico⁴, cui easdem commiserat ad defendendum, inde molestiam ingerat; quia, si fecerit, eum a liminibus sanctae ecclesiae et a communione fidelium cum plenitudine episcoporum tam Aquitaniae quam aliorum regnorum segregabit. Item, admonens eum pro eadem re, ut conciliet sibi amicitiam sanctae Mariae et sancti Remigii de prefatis rebus; ostendens⁵ ex sacris auctoritatibus, quantum periculum sit res sacras iniuste retinere, caveatque, ne ecclesiasticum iudicium proinde mereatur in hoc seculo et aeternam perditionem in futuro. Item, quia preiudicium et non modicum dampnum Remensi faciebat ecclesiae, ostendit eum predampnatum a sacris canonibus sanctorum iudicio et a se ceterisque presulibus, quorum res ecclesiasticas usurpabat; legationem pro hoc preiudicio directam et tunc iterum cum imperatore⁶ ad papam Romanum dirigendam, quatinus eius auctoritate congregata sinodus eum ceterosque rerum ecclesiasticarum pervasores dampnationis sententia percellat⁷. Ideo secundum euangelicam auctoritatem prius eum episcopali auctoritate commonet atque per crucem Christi et sanguinem ipsius interdicat, ne de rebus ecclesiae Remensis sibi presumat neque a quocumque, nisi ad ipsarum rerum contra pervasores defensionem, presumi consentiat.

Engelranno⁸, Goslino et Adelelmo⁹ comitibus scribit, mittens eis cum litteris suis litterarum regis exemplar, in quibus continebatur, ut convocaret¹ episcopos et laicos fideles regis ad prohibendum vel resistendum Karlomanno diacono, regis filio, qui insurrexerat contra patrem suum; in quibus litteris, quaerens quid eis super hoc regis sit agendum precepto, designat, non esse Karlomannum suae provinciae, utpote qui sit ordinatus ab Hildergario Meldensi episcopo², et secundum canones non possit aliquid disponere de illo, episcopos quoque de alia provincia convocandi potestatem non habeat, sed neque suffraganeos suae sedis tunc tempus habeatur convocandi, cum dies instet natalis Domini; et licet episcopi conveniant et Karlomanno suas parrochias interdicant, non sibi videtur, ut pro eo quod coepit dimittat, si alia potestas illi non contradicat. Considerandum vero monet rationabiliter, quid iuxta mandatum regis super hac re sit agendum, ne malum maius accrescat; significans, qualiter conveniendum et alios eis sit convocandum, dansque consilium, ut idem Karlomannus adversum se non provocet Deum et patrem suum, episcopos quoque regni huius et populum ad iracundiam contra se, ne et in animo et in corpore tam ipse quam illi qui eum secuti fuerint pereant. Ipse vero presul et hi comites militant ad regem, ut eum faciant, prout melius potuerint, illi placabilem; sin autem aliter eis videtur, sibi remandent; et cetera. Item eisdem pro hac ipsa re, designans, bonum sibi videri fuisse consilium, quia non commoverint populum, antequam simul loquerentur, considerantes, si quid boni possent invenire cum Karlomanno; credens, quia suum et ipsorum debeat obaudire consilium; et cetera.

Item Karlomanno, Goslino et Conrado⁷ pro iussione regis, qua mandaverat, ut ipse presul cum ceteris fidelibus regis conveniret ad mandatum regis audiendum et Karlomanno denunciandum; designans, ubi et qua die vel hora simul convenire debeant, et ut Karlomannus Gozlinum et Conradum ad ipsos mittat, vel ipse Karlomannus, si placuerit ei, ad eosdem veniat, ut missaticum regis simul cum ipsis audiat, et ibi pariter considerarent, qualiter ei ad salvationem et honorem suum de cetero sit agendum.

a) Tolosano 1^b; Tholosano 2 (*et infra*). b) Rodomensi 1. 3^b. c) Remigium 1^b. d) Arvernico 1^b. e) u. e. s. a. dex. 1^a. f) percellant 1. 2. g) Engelranno 2; Eugelranno 3. h) Adelelmo 2; Adelelmo 3. i) e. c. 2. 3.

1) Idem qui marchio Gothiae. 2) Rennes. 3) Qui c. 18, p. 508. 4) A. 854. tonsus; v. Prudentii Ann. nominatur Hincmari Ann. 877. 878, p. 503. 508. 510. p. 448; post diaconus ordinatus, Regin. chron. a. 870, 55 4) Post a. igitur 876. 5) A. 864. cum Hincmaro p. 583. 7) Comiti Parisiensi, de quo v. Dümmler Ann. Fuld. p. 378. De Gozlin v. supra ler II, p. 117 n.

Harduino comiti¹ pro causis supradictis de Karlomanno, quomodo tunc res se haberet; et quia obsides inter se dederant et cum Karlomanno locuti fuerant eique suaserant, ut pacifice in hoc regno degeret ac veniente patre cum ipsis ei obviam pergeret. Sed quia regem citius^a quam sperabatur audierat advenire, quid idem Karlomannus tunc facturus esset, se nescire fatetur. Monet tamen, ut preparatus sit hic comes ad mandata regis, si qua iusserit, exequenda. Item pro quibusdam malefactoribus hominibus cuiusdam Wiperti^b, qui rapinas^c, incendia et homicidia et alia mala faciebant; commonens eundem Harduinum, ut cum fratre suo Hadeboldo decertet, quatinus haec mala legibus emendentur et cessent, ne ipsi, qui missi erant^d regis in hoc regno, pro talibus offensam illius incurrant; quod ipse quoque certaret agere, nisi corporali detineretur infirmitate. Insuper et cum Gangulfo^e, regis fideli, loquatur, qui hos malefactores recipere ferebatur, et ostenderet illi, quantum periculum suum in eos recipiendo faceret, admonens, ut a talibus deinceps se custodiret. Item de his quibus significaverat se accusatum apud regem, et quia non expresse litteris eandem intimaverat accusationem, mandat, ut ad se missum fidelem et rationalem dirigat, et per quem rei veritatem diligentius agnoscere possit, et ei verum consilium dare, et ipsum inde pro viribus^f adiuvare.

Maingaudus cuidam amico suo² pro rebus Sancti Remigii in Vosago coniacentibus, de quibus quidam homines quoddam mansionile conabantur auferre. Unde iam missi regis Ludowici requisierant et invenerant, quod Remensis ecclesia iuste illud teneret, et manifestum esse, quia infra fines illarum rerum quas ibi sanctus Remigius comparavit nulla potestas aliquid haberet nisi Remensis ecclesia. Unde precatur istum, ut, si res ipsas evindicare quiete potuerit ad partem huius ecclesiae, faciat; sin autem, vel detineat, ne reddantur aut addicantur aliae potestati, donec ipse et Liutbertus archiepiscopus³ simul veniant, et secundum legem per ecclesiae advocatum res rite diffiniatur. Et cetera. Item pro eadem re, exhortans et petens, ut de ipsis rebus maiorem curam adhibeat, et cetera.

Erluino⁴ amico etiam suo pro prefatis rebus et mansionili quo supra. Item gratiarum referens actiones pro auxilio quod impendebat premissis rebus et mancipiis, precans, ut quod bene coepit periciat et, ut monasteria servorum Dei picem de prefatis rebus habere possint, adiutorium prebeat et, ut quaedam mansa, quae ab ipsa potestate iniuste auferantur, iuste revocentur, solatium adhibeat; mittens ei dona in auro et argento, et obsequium dignum tam spirituale quam temporale promittens. Item significans quod audierat pro eisdem rebus; petens, ut regi Ludowico suggerat, quatinus pro redemptione animae suae res quae abstractae sunt ecclesiae Remensi restitui faciat et eas ipsi Erluino commendet ipsi quoque missum faciat ad inquirendam et peragendam de rebus ipsis iusticiam; mittens eidem Erluino quoque vasorum argenteorum munera. Item; significans, quod audierat quendam Lanfridum se iactantem, quia impetraverit res prefatas apud imperatorem Karolum, ut haberet ipsas eodem domino Hincmaro consentiente in beneficium, quod per omnia dicit esse mendacium, nec obtinere posse apud se omnes reges qui sub caelo sunt, ut illas res nunquam ab aliquo teneri consentiat propter alligationes quas sanctus Remigius in testamento suo disposuit.

Odalrico illustri comiti⁵ et amico suo pro causa suorum hominum, quorum res Ludowicus rex Transrenensis, dominus huius Odalrici, male tractabat, iniuste agens contra ipsos; monetque, ut inde iudicium Dei regnum regis timeat et quod iniuste egit emendare procuret. Et quod audierat idem rex, suasisse donum Hincmarum regi suo, ut proprietates auferret, quas fideles Ludowici in regno ipsius possidebant, et ideo abstulisse ab huius fidelibus⁶ proprietates ipsorum, dicit, non decuisse regem de catholico et fideli suo episcopo talia credere, antequam veritatem inde cognosceret, et quia contradixerit etiam consiliariis regis, qui seniores suum id hortati sunt agere; ostenditque, qualiter Karlomannus rex, frater Karoli Magni, villam Noviliacum Sancto Remigio tradiderat⁷, et qualiter deinceps usque ad id temporis eadem villa tractata fuerit, et quia de honoris et animae periculo ei res agebatur, si fraudem rerum ecclesiae sibi commissae consentiret et periculum senioris sui regis

a) q. c. 1. 2. b) Uniperti 1. c) rapinis 1. d) r. e. 2. 3. e) Gangulfo 1^a; Gainulfo 2; Grimulfo 3; Gaufo 3^a. f) pro rebus viribus 1. g) fidelitatibus 1^a. h) tradiderit 1^a. i) decet 1^a.

1) A. 870. legatus Karoli, Hincmari Ann. p. 487. p. 847 n. 3) Moguntinus a. 563—589. 4) De Hardoinus missus iam a. 853. occurrit, LL. I, p. 426. quo nihil constat. 5) Neque de hoc certi quid- 55
2) Comiti fortasse pagi Nahgau, de quo cf. Dümmler I, quam compertum habemus.

illi celaret, qui nec etiam pro toto mundo suum gradum et suam animam perdere vellet. Item, gratias agens de his quae pro petitione ipsius erga fideles eiusdem decenter executus fuerat, et quia in eius dilectione manebat, petens, ut^a deinceps idem agere non desinat.

Bertrano illustri comiti Tardunensis pagi¹, propinquo suo, pro sacramento regi agendo, qualiter regi fidelitatem iurare deberent qui in ipsius comitatu consistebant. Item pro loco vacante sine presbitero, ubi sancta Patricia² requiescit^b; monens, ut quantocius ministris ecclesiasticis clericum sacro ministerio^c aptum ostendat, qui valeat ibi ordinari, sciens pro certo, quia post ordinationem, quae fieri debebat in proximo, ipsum locum sine presbitero non dimitteret, quia nec^d cum mercenario nec sine pastore proprio ipsos homines audebat dimittere; et si ipse non presentaverit eum, qui dignus possit inveniri, ille ordinaturus esset, qualem meliorem potuisset invenire. Item pro Haimone fidei suo, quem idem comes ad placitum suum per bannum^e vocari iusserat, qui rege iubente in ipsius servitium profectus erat.

Bosoni illustri comiti³ de agenda electione Silvanectensis episcopi⁴, ostendens, quod non sit sui ministerii quamcumque specialem designare personam. Et cetera.

Item Bosoni viro inclito, gratiarum referens actiones pro rebus ecclesiae Remensis in Provincia sitis, quas, ut sibi promiserat, tutabatur^f; monens, ut se talem prepararet, qualiter orationes ipsius et ecclesiae sibi commissae illi proficiant; idque, quod de ipso periculosum audierat, non tacens, videlicet quod res diversarum ecclesiarum suis hominibus dedisset, unde satis timendum esse denuntiat, ne orationes fidelium Dei pro ipso impediuntur a clamoribus sanctorum in caelis cum Deo regnantium. Et cetera.

Goiranno^g comiti⁵ propter quendam hominem ipsius, qui gravia quaedam commisisse ferebatur crimina, et quia non audebat ea dominus presul indiscussa dimittere, precatur hunc propter dilectionem, ut eum ad se venire iubeat discutiendum ab ipso; quia, si non fecerit, distringetur^h gravius ab illo tam de ministerio episcopali quam de missatico regis.

Isemberto illustri viro⁶, amico suo, precans pro Hincmaro nepote suo, quem miserum appellat, utpote qui pro excessibus suis tam gravia sustinebat, petensque, ut illum in suis necessitatibus adjuvet.

Rainoldoⁱ comiti pro rebus Remensis ecclesiae, quas receptas se habere significaverat et de manibus diripientium^k ereptas.

Theuderico^l illustri comiti⁷, mittens ei nomina suorum in expeditionem regisque servitium properantium. Item pro muneribus argenti, quod regi moranti ad Dei servitium in terra per paganos deserta mittebat. Item pro sollicitudine, quam tempore Ludovici regis nuper defuncti susceperat idem Theudericus de filiis ipsius regis, ne moleste acciperet, si eum commoneret causa dilectionis vigilem esse debere apud filios eiusdem regis; ostendens, quia non solum grandis presumptio, sed etiam magnum periculum est, uni soli generalem regni dispositionem tractare sine consulto et consensu plurimorum; notificans quoque de his quae sibi mandaverat, qualiter quondam inter reges Ludovicum, Lotharium et Karolmannum⁸ fuerit actum, et qualiter tunc sit agendum; subiungens capitula quaedam, quae a tribus regibus Ludowico, Karolo et Lothario simul convenientibus constituta et confirmata fuerunt. Item pro quodam episcopo religioso, petens, ut det ei locum loquendi secum, ut per^m ipsius interventionem pervenire valeat ad regis presentiam et ea quae rationabiliter postulaverit obtinere; et alia quaedam scribit etiam eidem.

Hugoni etiam, filio Lotharii regis, significans, se amicos et familiares habuisse patrem et avum ipsius Lotharium imperatorem; et quia salutem ipsius optabat, idcirco quod audierat de periculo eius causa dilectionis ei notum faciebat: multos scilicet predones conspirasse et conspirare secum, ipsoque principe atque auctore innumeras et horrendas fieri depredationes aliaque multa [sceleraⁿ] perpetrari, quae omnia in caput ipsius redundarent;

a) et 1^a; ut et 1^b. b) requiescere 1^b. c) ministerium 1^b. d) e. n. 1^b. e) bannum 1. f) tutabatur 1. g) Goiranno 1. h) distringatur 1. i) Rainoldo 3. k) eripientium 1^b. l) Teud. 1^b. m) deest 1^b. n) deest 1

1) Tardenois. 2) Alia certe ac illa cuius vita exstat AA. SS. Aug. V, p. 210. 3) Provinciae, post regi electo. 4) Post mortem Herpului; cf. supra p. 532. 5) Eius mentionem facit Hincmarus, Ann. 513. 6) Karolum legendum et de pacto Viridunensi a. 841. cogitandum esse, Lejeune recte attulisse videtur. 7) Idem procul dubio qui camerarius regis, Hincm. Ann. a. 878 sqq., p. 508—513. 8) Karolum legendum et de pacto Viridunensi a. 841. cogitandum esse, Lejeune recte attulisse videtur.

ostendens, quam horrendum sit pro tantis sceleribus perpetuas poenas mereri; demonstrans, haec eadem pervasione ad sinodum episcoporum in Neustria gestam¹; insuper etiam, quod regni moliretur pervasionem; sibi quod mandatum de prefato conventu, ut ad eum mitteret atque moneret, iuxta quod leges precipiunt, a tantis malis respiscere ipsosque malefactores a se disiungere et a seditione ac regni pervasione se cohibere. Si vero ipsius communitio-
nem et mandata sinodi obaudire non vellet, tam suae dioceseos quam de vicinis provinciis episcoporum sinodum convocaret et sinodali episcoporum sententia eum suosque complices atque factores² excommunicaret³. postea vero omnes hi episcopi eandem excommunicationem Romano pontifici et omnibus episcopis ac principibus per circumiacentia regna notam facerent. Unde monet eum tamquam filium, ut recogitet, in quanta periculo sit, pro-
ponens ei divinarum sententiarum auctoritatem, ut periculum suum recognoscere possit; hortansque ac monens, ut nulli adulatori credat ad pervasionem regni aggrediendam; inferens, ut attendat, quid profuerit patris eius⁴, ut contra Dei voluntatem⁵ regni pervasiones⁶ inceperint, et quod pater eius pro labore, quo contra Dei⁴ voluntatem laboraverat, et vitam perdidit et regnum; adiciens, quid leges de pervasione regni precipiant; subiungens etiam, quod rex eidem promiserit et ex parte ostenderit, eum se velle honoribus ampliare et honoratum habere, si culpa ipsius non fuerit; admonens etiam, ut non auscultet⁷ hominum pravorum orationes neque imitetur malignantes, qui florent ad tempus et cito, sicut
P. 36. 2. fenum, arescent, sed obaudiat scripturam sanctam veridice dicentem: *Expecta Dominum*
P. 36. 31. *et custodi viam eius*, et cetera. Subnectens quoque, ut sibi de his certam et veram respon-
sionem remandet.

Engilgario cuidam illustri litteras direxit huiusmodi:

Hincmarus episcopus Engilgario salutem. Pervenit ad nos, quia hominem tuum Rathrammum irrationabiliter et inconvenienter periculosum sacramentum iurare fecisses, qui, licet tibi servitium debeat, tamen sub⁸ hostra cura et tu et ille de salute vestra esse debetis. Propterea tibi⁹ mando, quia valde miror, te non intellexisse, gravius esse periculum, cum hominem aut suadendo aut terrendo in periurium mittas, quam si te solus periurares; quoniam in te unum periurium, immo pro periurio homicidium perpetraves; cum autem alium periurare facis, et te et illum perdis. Et ideo mandamus, ut, si ita causa habetur, sicut ad nos pervenit, ab ecclesia et altario¹⁰ te abstineas, donec ad nos venias et de tali incautela aut dignam excusationem¹¹ facias aut dignam¹² penitentiam accipias.

Ludovino, amico suo, pro rebus et mancipiis Remensis ecclesiae in Provincia consistentibus saepe litteras direxit.

Item Letuardo et Hilduardo aliisque in eodem pago degentibus tam pro ipsis rebus quam pro animarum salute scripta direxit.

Achadeo comiti pro rapinis, quas audiebat ab eius hominibus fieri in ipsius comitatu, et pro villa Spantia⁴, de qua ille annonam ecclesiae Remensis auferri disponebat; notificans ei, quod, si aliquid inde raperet, tam ipsum quam suos excommunicaret et alienos ab omni christianitate faceret atque per suum missaticum, quod de illo comite fieri debet, qui in suo comitatu iniustitiam faciat⁵, exequi procuraret.

Amalberto illustri comiti⁵ pro iniustitia, quam audierat eum in suo perpetrasse iudicio, exigendo res cuiusdam interfecti ab eo qui secundum commendationem ipsius eas in illius elemosinam distribuerat; perhorrescens, quod christianus et moriturus admittere talia non expaverat, timens Dei futurum iudicium; et ostendit per divinam auctoritatem, quam grave perpetraverit flagitium, reducens ad mentis oculos, ne forte mercennarius, non pastor, haberetur iniustitiam videndo et tacendo, et quia missus imperatoris erat et capitula ipsius pro defensandis advenis et necessuosis habebat. Unde tam eidem comiti quam omnibus exactoribus atque iudicibus, qui in⁶ hoc resederant iudicio, ex verbo Dei omnipotentis et banno⁷ imperatoris episcopali auctoritate precipit, ut eundem hominem nullus pro hac re condempnet⁸ aut inquietet vel contradictionem faciat, donec ipse presul per se ipsum vel so

a) v. d. 1. b) deest 1; legem Dei 3. c) pervasionem 1. d) v. D. 1. e) auscultet 1. f) m. l. 2. 3. g) hareo corr. altari 1. altaris 1. h) p. d. 1. i) facit 1. k) deest 1. l) hanno 1. m) condampnet 2.

1) De synodo provinciali cogitat Dümmler II, p. 88 n. vix regnum Karoli pervasisse dicendi sunt. 4) Epense. 2) Quod in synodo Trecensi a. 878. factum est, (départ. Marne, arrond. Sainte-Menehould). 5) Amalbertus quidam Karolo regi fidem iuravit a. 854, 55 vico imperatori et Karolo regi Provinciae; sed hi LL. I, p. 429.

per missos suos hanc causam diligenter inquirat et secundum leges ecclesiasticas et humanas hoc iuste et rationabiliter diffiniat; denuntiatis, quod, quisque hoc contra Dei preceptum presumpserit agere, primo secundum capitula legalia hoc eum emendare faciat, deinde secundum leges ecclesiasticas illum a communione christianorum usque ad satisfactionem repellat. Denuntiat etiam, quia, quoscumque ad placitum suum venire mandaverit, ut hanc causam diligenter inquirat et legaliter atque regulariter diffiniat, si venire neglexerint, post tertiam ammonitionem^a ab omni christianorum consortio usque ad satisfactionem repellat, nisi rationabilem ostenderit excusationem; adiciens de flagellis quae patiebantur multi, et ostendens, quod ideo haec tam duriter ex Dei verbo annuntiet, ut intelligant, quanta sit offensa in hac causa contra Dei preceptum et sacras presumere scripturas, admonens, ne de peccatis alienis peccata sua accumulent^b.

Sigeberto^c pro presumptione et preiudicio, quod egerat^d pro quadam ecclesia cuidam presbitero, mandatque, ut hoc presentialiter emendet et a talibus levitatibus vel presumptionibus se caveat; quia, si non fecerit, suum de eo ministerium facturus sit, et ceteris episcopis, ut idem faciant, notificabit.

27. Quae^e aliquibus reginis scripta miserit.

Irmingardi augustae^f scribens congratulatur, audito religionis ipsius fervore, asserens, se in precibus assidua pro ea dependere munia. Item, respondens ad litteras^g, quas ipsa sibi direxerat, significantes, intinasse illi quosdam homines, quia per eiusdem episcopi iusionem multa mala fierent erga res Avennaci^h monasterii Bertae, ipsius imperatricis filiae; asseverans, quod diabolus per eorum sit ora locutus mendacium, velut est pater mendacii. Si quid vero homines ipsius iniuste fecerint in rebus ipsius monasterii, non denegat; tamen, quia et ignoraverit et non consenserit necⁱ voluerit, indicat. De quodam preterea manso, quod illa significaverat iniuste abstractum a prefato monasterio, asserit, quod nulli homini, quantum sibi conscientia testimonium perhibebat, iniuste umquam mansum abstulerit, sed apud regem pro eo petierit et obtinuerit, ut missos suos dirigeret, qui diligentissime hoc inter ecclesiae Remensis et Avennaci monasterii possessiones aequa lance indagantes decernerent. Nam ipse, qui sua pro Christo dimiserat, nec vellet nec indigeret ut aliena raperet; ea tamen quae sibi commissa erant sine ratione et lege negligenter dimittere non audebat; adiciens, esse multa de ipso monasterio, unde ipsius filiaeque suae indigebat auxilio; petique, ut mittat missum suum strenuum et fidelem cum misso filiae suae, qui una secum quae corrigenda sunt ibidem corrigat et videat, quam intentionem et voluntatem ipse in talibus habeat, ne ipsis et sibi periculum, quod absit, exinde manent; petique, ut animus ipsius sit semper sollicitus, ne alienae linguae facile credat, maxime de sacerdotibus Christi; quoniam diabolus, si non potest in alio^j, in hoc velit intentionem ipsius fuscare, ut eam faciat in opinione indebita sacerdotum errare. Denique, quod adiecerat ipsa, se pro eo suggestisse animo imperatoris Lotharii, contra ipsum fecisse illam, testatur, non ut magnam et Deo devotam decet facere coniugem. Ego, inquit, scio, quia ei^k multa de me dicta fuerunt contraria; sed, si vult, poterit cognoscere, non esse vera. Tamen cum non audeo reprehendere, quia dominus est, nec in eius persona dico, sicut legitur in Scripturis: *Qui libenter audit verba mendacii, ministros quoque habebit impios, videlicet qui de erga eum^l pius voluntarie loquuntur impia. Qui illi ea dixit ex mea parte, sicut^m mihi mandastis, aliter quam verum sitⁿ dixit, male autem interpretatus est bene dicta. Si voluisset cognoscere verum, et aliquis missus mihi de sua parte veniret, ut vera^o ex me cognosceret, sicut venit et me qualemcumque Christi Domini sacerdotem suggillavit^p, libentissime suo animo satisfacerem. De meo autem misso, sicut dominatio benignissima vestra mandavit, ut ad eum dirigam qui ei hoc affirmet, quod de eius infidelitate^q nihil velim tractare, scitis, quanta mendacia nunc per istud vadunt seculum, et quanta sinceritas debeat esse in sacerdote^r, et quantam merito domino meo velim servare fidelitatem; et idcirco, ne mali interpretes male bonum interpretentur, hoc adhuc facere non pos-*

50 a) communionem 1^b. b) acculent 1. c) legerat 1^b. d) et rubrum et copitis dist. des. 1. e) ne 2. f) alieno 1. g) m. ci 1^b. h) er. eum p. corr. p. er. eum 1^b. i) deest 2; sicut - sua parte h. l. des. 1. k) deest 1^b. l) veram 1. m) suig. 2; hic inserit 1 supra omnia sicut mihi mandastis etc., et repetit omnia usque suggillavit. n) infidelitatem 1^a. o) sacerdotem 1.

1) V. ibidem. 2) Uxori Lotharii I. 3) De tempore v. Noorden p. 43. 4) Avennay; quod a. 864. 55 Thietbergae, Lotharii II, uxori, datum est.

sum. Tamen si vult credere dominus meus Lotharius, potest veraciter cognoscere, quia non tatum illi, nulli homini in mundo sum infidelis; et si vult credere, credat; sin autem, cum ille inter principes et ego inter episcopos ante Regem regum et episcopum episcoporum venerimus, tunc, quid inde verum sit, plenissime sine alicuius indicatione cognoscat. Et cetera.

Bertae abbatissae Avennaci monasterii pro impedimentis, quae fratres ac servientes 5 monasterii Altvillaris aliarumque villarum Remensis ecclesiae patiebantur ab hominibus ipsius, postquam in hoc regnum illa devenerat. Unde petit, ut diligentiam studiumque adhiberi iubeat, ne tanta et sic insolita preiudicia haec patiatur ecclesia de ipsius vicinitate, de qua solamen et gaudium pro ipsius bona vita et sobria conversatione habere debebat. Quod si egisset, Deum proinde placabilem sibi faceret et sanctam Mariam sanctumque Remigium sibi conciliaret, ab ipso quoque obsequium episcopale haberet. Si vero suos corrigere parvipenderet, ipse, licet invitus, aures regis inde pulsaret, ut, si necesse foret ut in tantum causa excresceret, ministerium ecclesiasticum secundum regulas canonicas in eam suosque exereret.

Imintrudi reginae¹ pro Belvacensis ecclesiae dispositione in pastoris electione, petens, 15 ut suggerat regi, ne a quocumque in quacumque partem animus illius indebite possit inflecti de huius ecclesiae dispositione, donec ipse in eius servitium veniens, quae ipsi necessaria fuerint notificans, ipsius auribus pandat, et sic, quae Deo sint placita et illis utilia, Domino annuente, disponere procuret.

Rotrudi² Deo sacrae et ceteris sororibus monasterii Sanctae Crucis et Sanctae Rade- 20 gundis³ pro electione abbatissae ipsius monasterii, pro qua rex preceperat Frotario archiepiscopo⁴ et Erardo⁵ atque Angenoldo⁶ ad prefatum monasterium pergere et electionem regularem ibi facere; et si cuncta concurs congregatio vel pars quamvis minor tamen melior Rotrudem elegisset, constitueretur in ordine abbatissae; si autem omnis congregatio concurs illam abiecerit et aliam eligeret, illa, quam concorditer elegisset, in ordine 25 abbatissae maneret, donec regi renuntiaretur; et quaecumque ibi fuisset electa, onus abbatissae susciperet, et Odila ad suum monasterium reverteretur; primores autem clerici et vassalli ad regnum venirent, sub cuius defensione post Dei et sanctorum eius consistere deberent. Propterea, inquit, diligite sorores ante omnia et in privatis colloquutionibus et in publico vestro conventu remittite et abicite funditus a cordibus vestris omnes iniurias et scan-

Math. 5, 24. sicut Dominus protestatur, sine concordia quicquid ei obtuleritis, non illi placebit; sive enim oraveritis sive sacrificium obtuleritis sive vos afflueritis, sine hac caritatis concordia nihil

1 Cor. 13, 3. Deo placabile erit. Quia, sicut dicit¹ apostolus: 'Etiam si tradidero corpus meum, ut ardeat, 35 caritatem autem non habeam, nihil sum'. Et scitis, quia regula, quam professae estis, propter scandalorum spinas, quae oriri in monasterio solent, orationem dominicam in matutinis et vespertinis officiis, ita ut omnes illam audiant, a priore orari precipit, ut, timentes convenientiam², qua dicimus: 'Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris', omnem rancorem de corde nostro pellamus. Quae dum prius egeritis³, ne per vestram dis-

40 cordium, quod absit, regularis electio⁴ de vestro monasterio pereat, adunate vos ad Dei voluntatem et regularis devotionis unanimitatem vestramque ipsam salutem, presentem scilicet aeternamque⁵, cum caritatis concordia, quae est omnium virtutum mater, et cum humilitate, quae est custos ipsarum virtutum, atque cum vera obedientia, quae scala est qua ad caelum pertingitur; et in vobis salubri electione concordate et vosmet ipsas ad regularem normam reducite et constringite ac conservate; quia aliter, sicut melius ipsae scitis, salvae esse nequaquam

55 vales. Et sicut animos ab inquietis motibus, ita et linguas a provocativis iracundiae vobisque nocivis sermonibus custodite, contestante apostolo: 'Omnis clamor et indignatio auferatur a vobis cum omni malitia, et omnis sermo malus ex ore vestro non procedat'; ne, sicut solent

a) tamen 1. 2. b) sed nulli 3. c) Engenoldo 2. d) fuerit 1. e) non — obtuleritis his scr. 1P. f) ap. d. 2, 50 g) egerimus 1. h) electo 2. i) atque aeternam 3.

1) Uxori Karoli Calvi, quae obiit a. 869. 2) Filiae Karoli Calvi. 3) Pictaviensis. 4) Bituricensi inde ab a. 876; sed antea Burdigalensi. 5) Turonensi a. c. 855—869. 6) De Engelmodo Rothado Suesionensi a. 862. suffecto cogitant. 7) Respicit ad pactam orationis dominicae et ad c. 13. regulae S. Benedicti, in quo dicitur: ut concenti per ipsius orationis sponsonem, qua dicunt: 'Dimitte nobis' etc. COLY.

homines, prius dolore commoti, et postea aliquo gaudio, quasi victoriosi obtinentes quae desideraverant, exhilarati, de quocumque homine quae non conveniunt aliqua vestrum dicat; ne et patientiae meritum inutilibus sermonibus coram Deo perdat, et si aliquis fuerit qui aliqua provocatione quaecumque vestrum ad hoc instigare voluerit, ut, quaecumque indebita de quocumque proferat, qualiter illam comprehendere possit, ut rationabiliter dampnare prevaleat, locum nec diabolus nec astutus homo. exinde aliquo modo habeat; sed tales vos exhibete, ut interius exteriusque decenter ornatæ dignas atque exaudibiles orationes et pro vobis et pro seniore ac domina vestra^a, proque non solum amicis vestris, verum etiam et pro inimicis, ad aures Dei mittere valeatis.

10 Teutbergae abbatissae pro ordinatione Avennaci monasterii, quam ipse quondam cum Irmintrude regina disposuerat¹, de numero clericorum et nonnarum² atque de rebus villarum ipsius monasterii, videlicet mille centum quinquaginta mansis; significans, se disposuisse, viginti clericos et quadraginta nonnas ibidem consistere posse, victumque eis providisse et res necessarias ac ministeriales instituisse preter luminaria et cetera monasterii necessaria;

15 ostendens, quod Nivardus Remorum archiepiscopus de rebus ecclesiae³ Remensis monasterium Altvillarense construxerit², et frater eius de suis proprietatibus et quae alii boni homines ad eundem locum dederunt Avennacum extruxerit monasterium³, quodque ad ecclesiam Remensem tradiderit, unde et cartae habebantur id aperte⁴ pendentes⁵; sed per regium donum, sicut et aliae res huius ecclesiae, ab externis a longo retro tenebatur tempore. Et cetera.

Richildi reginae¹, significans, quod, quando¹ Laudunensis parochia episcopo vacans in sua specialiter erat providentia, sit² malefactum de elemosina Irmintrudis reginae per quendam prepositum Oriniaci monasterii³, postea vero huic Richildi per Winifridum⁴ presbiterum contra sacras leges male sit obeditum, ut regularis abbatissa de ipso eiceretur monasterio. Ostendit autem ex auctoritate sacra, quantum inde regina periculum habeat, et quia miserit ad eam qui moneret illam hoc evadere malum; illa vero non solum non emendaverat, sed malo peius superaddiderat, contra divini auctoritatem, neofitam scilicet in religione novellam⁵ provchendo ad regimen propter res terrenas acceptas ab illa; adnectens, qualiter, Hedenulfo episcopo in Laudunensi ecclesia¹ ordinato, monuerit illum,

20 ut suggereret regi Karolo tam perniciosum factum dissolvere et se atque reginam a tanto discrimine liberare; sed, quia quod monuerat perduci ad effectum non viderat, ipse prefatum regem inde commoverit; sed ille, ne reginam contristarét, quod male factum sciebat non correxit. Reducit etiam ad memoriam, qualiter prefatus rex, petente Irmintrude regina, de rebus tunc suis per consilium Parduli Laudunensis episcopi privilegium ad idem

25 Oriniacum monasterium a se dictari et a ceteris episcopis firmari rogaverit, et ipse rex confirmaverit; hic autem presul iussioni regis obediens, non suis verbis illud privilegium composuerit; sed, sicut beatus Gregorius papa de quodam monasterio a quadam regina aedificato, ipsa petente, dictaverat⁶, et ipse quoque dictaverit⁷ vel transtulerit, repetens maledictionis intentionem⁸, quam dominus idem Gregorius contra presumptorem illius monasterii iaculatus sit; adiciensque, quod illa, quamdiu in hac presumptione et⁹ malefacto permanserit, quotienscumque corpus et sanguinem Domini accipere presumeret, iudicium, id est dampnationem, sibi accipiet; obsecratque, monens illam, ut non sensus ipsius aut alicuius suggestio eam decipiat, sed de remedio regis animae⁹ ac de redemptione sua⁹ cogitet et quod male actum est⁹ corrigere festinet. Illud etiam quod audierat illam perpetrasse, scilicet quia prefatum privilegium et preceptum regale de ipso monasterio abstulerat, quantum malum fecerit, pandit, et hoc⁹ ideo, ut se corrigat, ne dampnationem incurrat; et quia, si res, ut audierat, et mancipia de premissa muliere neolita acceperat pro committendo regimine monasterii, simoniacam heresim incurrerit; et quod, quamdiu eidem heresi quisque favorit, in corpore unitatis ecclesiae catholicae coram oculis Domini esse nequibit; monens,

30 ut legat capitula⁷ regulae sancti Benedicti de ordinatione abbatis vel abbatissae, et inveniet, quam graviter pro hac ordinatione in Spiritum sanctum, quo ipsa regula promulgata, pec-

a) nostra 1. b) monachorum 1, quod fortasse Flodoardus minus recte scripserat. c) H. c. 2. 3. d) a parte 1. e) pendente 2. f) quondam 1. g) m. sit 2; malefactumque sit 3. h) Winifridum 2. i) c. L. 2. 3. k) ditaverit 2. l) intentionem 1. m) vel 1^b. n) sue add. 2. 3. o) deest 2. 3. p) i. h. 2. q) est pr. 3.

55 1) V. supra p. 547. 2) V. II, 7; supra p. 455. 3) V. supra p. 531. 4) Gregor. Reg. XIII, 8. 5) Origny; Guntheri, conditum esse, narratur. 6) Alteri Ka- 64. et 65.

caverit; ex divinis institutionibus propalans, quantum periculi malum tam ipsa regina quam ematrix^a illa subierint; petens, ut, quae ille ex debito ministerii sui cum genuit scribit pro salute ipsius et remedio animae regis, benigne suscipiat et, quia ex^b magna fidelitate haec scribere curaverit, agnoscat.

Leutgardi, Ludowici Transrenensis¹ coniugi, pro suis missis, quos ad eundem Ludowicum² cum regem mittebat, ut per huius interventionem ad illius presentiam pervenirent, et eius intercessione ac dispositione rex idem strenuos missos ad Remensem dirigeret urbem, qui eam et monasteria sibi subiecta salvare possent ab impetu supervenientis exercitus Transrenensis³.

Irmingardi⁴, coniugi Bosonis incliti viri, pro rebus ecclesiarum Dei, quam audierat sufficienter litteris sacris imbutam ab Anastasio quodam didascalo; unde petit, ut, qui eam dedit scire, det bonum velle et posse atque perficere; monens, ut hortetur virum suum timere Deum et eius custodire mandata. De rebus etiam ecclesiasticis, quas, sicut audierat, ab ecclesiis abstractas suis hominibus diviserat, ut ostendat illi ex scripturis sanctis, quam grave iudicium proinde sit a Deo prolatum. Et cetera.

Item Bertae, uxori Gerardi comitis⁵, pro rebus ecclesiae sibi commissae in Provincia sitis, quas eidem Gerardo tuendas atque ordinandas commiserat, petens, ut ipsa strenua sit interventrix apud conjugem suum pro rebus eisdem.

Irmisindae cuidam matronae pro quodam diacono, quem illa comprehendit iusserat et in servitium suum redigi, reddens rationem, qualiter idem diaconus liber legitime factus fuerat, et quomodo eius recipiens libertatem diaconum licenter ordinaverat; ostendens, quod, si servus ipsius fuisset neque libertatem habuisset et⁶ tanto tempore post ordinationem suam sine ullius⁷ repetitione mansisset, secundum sacras leges iam in servitium repeti non posset; quanto minus ille, qui colonus ecclesiasticus et⁸ non alicuius servus fuerat, et legaliter liber factus, canonicè ordinatus et ecclesiae atque ordinatori suo proprius erat effectus; monensque⁹, ut talem presumptionem ulterius de ipsa non audiat, quia, si haec illa presumeret, ipse hoc legaliter atque regulariter vindicare studeret; adiciens, eam se taliter commone, quia caram familiariter ipsam habebat.

28. Quae¹⁰ sibi subiectis monita salutis ediderit.

Sibi quoque subiectis nonnulla scribens, ut pater filios de multis sollerter instruit necessariis, tam spiritalibus quam temporalibus.

Richaldo corepiscopo¹¹ et Rodoaldo archipresbitero pro synodo comprovinciali¹² apud Carisiacum palatium regium habenda, mandans, ut notum faciant omnibus per omnem parochiam Remensem, ut qui se laesos existimant ad ipsam synodum convenire procurent, quosdam vero cum auctoritate invitent et venire commoneant; sed et Milonem cum filia sua, qua Fulcricus¹³ abusus fuerat, et omnes qui consentanei fuerunt in illa indebita conjunctione presbiteri, et in quorum parochiis consistebant, ex verbo Dei et suo atque ex habito regis ad eandem synodum convenire inbeant.

Ausoldo¹⁴, Gerolo et Hadrico pro inquisitione cuiusdam fratris Raganfredi¹⁵, ministerialis sui, et ut, si necesse esset, libera salvaque custodia detineretur, ne aufugeret, sibi adduceretur; mandans etiam eidem Raganfredo¹⁶ ex auctoritate Dei ac sua precipiendo, ut cum ipsis in eadem permaneat inquisitione. Cui etiam, postquam recesserat, in alienis parochiis immoranti litteras mittit, revocans eum auctoritate canonica, ut ad metropolim suam redeat et eius se humilitati representet, vel, si de ipsius iudicio queritur, synodo regulari adesse festinet.

Gisloldo canonicorum preposito pro facultatibus sibi commissis et indebite usurpatis, qui pro hac re irregulariter ab ipso discesserat, monetque auctoritate canonica, ut redeat et de his quae illi opponantur satisfacere studeat.

Theodachro¹⁷ quoque preposito pro eodem Gisloldo, pro quo Irmintrudis regina precabatur, ut partem collaborationis suae, quae rationabiliter ei competebat, dare¹⁸ iuberet; si qua vero illi debebantur in hoc episcopo, eidem redderentur; quod et idem epi-

a) imperatrix 2. b) m. ex 2. 3. c) deest 2. d) illius 2. 3. e) et non — factus des. 2. f) monetque 1. g) rubr. Net capit. dist. des. 1; in 2 post temporalibus ponuntur. h) coop. 2. i) Ausoldo [?] 3. k) Raganfred. 3. l) Theodachro 2. 3. m) corr. dari 1^o; et sta 1^o?

1) iunioris. 2) V. supra c. 20, p. 513; Dümmler II, tur, ac illa a. 857, de qua c. 24, supra p. 535, agitur, p. 132. 3) Filiae Ludovici II. imperatoris. 4) Vienne. 5) Cf. supra p. 511. 6) Cf. supra p. 511.

scopus fieri iubet; et quia dixerat se missaticum habere ex parte reginae ad canonicos, mandat, ut, si venerit ad eos, sicut missus reginae venerabiliter suscipiatur.

Gerhardo decano pro quodam Radulfo excommunicato, qui ad se venerat petens poenitentiam. Cui precipit^a, ut Remis eandem accepturus veniret cum femina sanctimoniali, quam sibi coniunxerat. Iubet autem huic presbitero, ut commendet aliis presbiteris, quatinus magnam sollicitudinem de illis accipiant, quatinus scilicet^b, si quilibet eorum infirmitate preventus fuerit, de qua se putet, evadere non posse, si promiserit, quia de peccato suo ex corde poeniteat et per^c dignos poenitentiae fructus illud se coram testibus emendare ac episcopi iussioni obedire profiteatur, absolutus existat.

10 Sigloardo archipresbitero, Ausoldo^d quoque et ceteris quibusdam, quos inquisitionem facere de quodam presbitero iusserat; quibus huic ordinem in eadem inquisitione tenere precipit, ut, quoniam audierat eundem presbiterum suis quibusdam facultatibus contra leges expoliatum, suis omnibus revestiretur, antequam suis accusatoribus respondere cogere-
 15 tur, ne contra legem fieret, et ipse presul a presbitero legem tollendo eandem sibi^e quae auferret; precipiens etiam^f, ut, si comes ipse presbiterum rebus expoliari iusserat, hoc illi emendare^g per vadium faciat, disponens, qualiter inde fiat. Si vero ipse^h comes hoc fieri nonⁱ rogavit, ipsi qui ab eo res suas abstulerunt eidem presbitero legibus emendent, de poenitentia illorum ipse presul dispositurus secundum illorum recognitionem. Quod si comes ita facere noluerit, renuntiet illi, ut ipse hoc indicet regi. Postquam haec acta
 20 fuerint, ita rationem huius aggrediantur iudicii, ut provideant, ne per ignorantiam accusatores ipsius presbiteri rem talem alicuius impulsu presumant, unde dampnari possint, sicut provideri debet, ne presbiter iniuste dampnetur. Post haec adiurent accusatores vel testes eorum in illorum baptisma et aliis diversis adiurationibus, ne odio vel invidia aut timore alicuius vel^j ornamento^k de ipso presbitero mendacium proferant nec pro gratia vel amore
 25 aut premio inde veritatem reticeant. Notificetur etiam eisdem accusatoribus et testibus, quales personas ad accusationem presbiteri vel ad testimonium super eum sacri canones recipi non permittunt, et qualiter discuti debeant et accusatores et testes. Omnia vero quae accusatores vel testes de singulis causis testificati fuerint describantur et coram omnibus relegantur, ut ita fuisse dicta comprobentur. Describantur quoque omnes qui in ipso
 30 placito fuerint, tam de presbiteris quam de laicis, prout necessitas esse visa fuerit. Et ut accusatores suam presentiam, testes vero iuramentum iure polliceantur se daturos in proximo placito, quod canones presbitero donant^l ad licentiam se defendendi vel respondendi. Quod placitum eidem presbitero denuntietur ad triginta dies, ut ita preparatus veniat, quo se vel canonicè purificet vel concedat. Quod si non fecerit, canonicam se suscepturum sententiam sciat. Mittant quoque bannum Dei et sacrorum canonum auctoritate regisque ac^m presulis interdictione, ut nemo ipsi presbitero ulla insidias prepararet aut aliquam violentiam faciat, sed nec eius accusatoribus vel testibus, donec ista causa legalem
 35 diffinitionemⁿ accipiat; precipiens etiam, quid fieri deberet de illis hominibus qui altera vice, quando ipse presbiter fuerit accusatus, iuraverunt et suum sacramentum^o iudicio^p
 40 approbaverunt, tunc autem se^q periurasse dicebant. De terra quoque ecclesiae pertinenti, unde contentio ventilabatur inter comitem et presbiterum, quid fieri deberet, et ut his quae mandabat comes obediret, aut, si nollet, proinde ad placitum coram rege et fidelibus ipsius, tam episcopis quam laicis, veniret. Quod si presbiter, aliis obedientibus, obedire nollet, ad sinodum comprovincialem canonicè provocaretur.

45 Item Sigloardo et Ausoldo^d pro eadem inquisitione, succensens eos, quod negligenter illam sint exsecuti. Et cetera. Item pro quodam presbitero, qui ea^r quae de suo ministerio quondam didicerat post ordinationem suam per incuriam fuerat oblitus, unde iusserat, eum aliquamdiu sub custodia reclusum servari^s, ut saltem per hoc amaritudo aliqua mentem illius tangeret et a peccato purgaret. Et cetera. Item pro ieiunio triduo, quod rex
 50 cum episcopis et ceteris fidelibus suis disposuerat fieri pro pace sanctae Dei ecclesiae, qualiter fieri deberet. Item pro quodam presbitero Avennaci monasterii, qui denotabatur super thesauro ipsius ecclesiae dudum perditio.

a) precipit 1^b. b) deest 2. 3. c) per et 1^a, corr. et per 1^b. d) Ausoldo 1^a? 3. e) q. s. 2. f) deest 2. g) emendari 1^b. h) e. i. 2. 3. i) negavit i. 1^b, 3^b. k) imp. presum. unde (corr. inde 1^b) dampnari ex tu. 21. Iterum
 55 perperam inser. 1. l) ornamento 1. m) donent 2. 3. n) atque 2. 3. o) defin. 2. 3. p) iuramentum 1^b. q) iudicio 2. r) semper iurasse 1. s) eo 2. t) servare 2. 3.

Item Sigloardo et Rodoldo pro quodam presbitero, cui consenserat, suadente Sigloardo, ut libello suae professionis a regimine plebis sibi commissae redderet se alienum et alium in suo loco expeteret ordinandum; sed colludium quod habebat factum sibi celaverat, videlicet ut alumpnus eius sine consensu senioris sui in loco ipsius ordinaretur, et quia exenium revadiare dolose fecerit eundem suum alumpnum contra episcopale interdictum; et cetera quid inde fieri deberet exequentia.

Item Sigloardo pro presbitero ecclesiae sancti Iuliani, qui furatus fuerat lampadem Sancti Remigii; unde valde redarguit istam, quia id factum compererat et sibi tacerat, cum idem presul vices suas eidem Sigloardo teste Domino commendaverit, qui eundem presbiterum in artissima custodia debuere retrudere, non per fideiussores dimittere; quod, quia prius non fecerat, vel nunc faciat; carcer quoque firmiter a vicedomino restauretur^a, et custodes, si necesse fuerit, adhibeantur.

Item Rodoldo^a, succensens eum pro eo quod^b incaute solverit, quod ipse presul canonicè alligaverit, et aliis presbiteris missam celebrare permiserit in quadam capella basilicae cortis ecclesiae subiecta, precipitque^c, quid inde fieri debeat.

Anselmo cuidam monacho, precipiens, ut desinat^d ibat omnia quae in monasterio, ut videtur^e, Altvillarensi, ante ipsius presulis ordinationem facta vel collata fuerunt, et quaeque postea, numerum quoque fratrum ac famulorum eis servientium, et si qua exinde suo tempore dispensata fuerunt, et in quos usus vel per^f quas personas, et ita veraciter omnia describantur, ut missi dominici nihil ibi falsum possint^g invenire.

Ratramno^h preposito monasterii Orbacensis similiter. Item Ratramno pro quadam prestaria, quam Amalraus canonicus habuit, et post ipsius obitum collaborationem eius idem prepositus diripi iusserat. Quapropter excommunicat eum, in pane et aqua constituens tam ipsum quam complices eius in hoc facto, donec restituantur haec quae iniuste abstulerant.

Althario cuidam sacerdoti vel decano pro presbitero de ecclesia Vindonisseⁱ, quem Leutardus senior ipsius villae contra legem et omnem auctoritatem de ipsa expulerat^j ecclesia, et alteri presbitero ex alio episcopatu eandem ecclesiam commiserat. Quem presbiterum superinductum excommunicat, ne in omni Remensi parrochia missam celebrare presumat neque communionem ecclesiasticam accipiat, nisi forte munus viaticum gravis aegritudinis causa^k, et hoc ita ut, mox si convaluerit^l, de parrochia ista recedat. Parrochianis autem ecclesiae predictae auctoritate Dei precipi iubet, ut nullus presbiteri missam in eadem ecclesia audiant, nisi illius iniuste expulsi^m presbiteri, donec ipsius causa diffiniatur, nisi forte idem presbiter pro infirmitate eis missam celebrare non potuerit. Et cetera.

Altmanno monacho atque presbitero, quem procul obedientiae causa direxerat, pro his quae invenerat in quibusdam litteris sibi per hominem quendam Harduiciⁿ archiepiscopi^o datis; scilicet reputari eidem Altmanno, aspirare velle ad beneficia et negocia secularia, quae non convenirent eius professioni et saluti. Unde precipit, ut quantocius ad monasterium suum redeat, ubi lectioni et orationi, deflendo delicta suae iuventutis, vacare procuret. Et cetera.

Lantardo cuidam sacerdoti, qui de parrochia Remensi Ebonis episcopi causa discesserat; quem petit, ut, si qua, prout audierat, de vita et actibus beati Remigii apud eundem habebantur conscripta, praeter illa quae^p ex antiquo in ecclesia Remensi legebantur, ea quantocius aut ipse sibi afferat aut sub sigillo transmittat, offerens se postea eidem, in quibuscumque indigerit, promptum et prodesse paratum. Si vero ad locum suum redire voluerit, eum libenter atque benigne recipere et, mox ut venerit, canonicam prebendam et ordinem pristinum inter fratres concedere, et secundum quod sibi commodum et illi opportunum fuerit, solatium, ut eum apud se manere delectet, impendere; pandens rationem, unde ille metuere ferebatur, quare scilicet ipse ordinator ab Ebone post suam depositionem a gradibus acceptis removerit, et qualiter postmodum sententiam suam temperaverit.

Rodoardo preposito et ceteris fratribus canonicis ecclesiae Remensis pro receptione Odalhardi^q et Waltarii, nepotum Ysaac episcopi Lingonensis, qui ab ipsa congregatione

^a) deest 1. ^b) restauraretur 2. ^c) Rodolgo 1b. ^d) deest 1a. ^e) precepitque 2. ^f) videretur 1. ^g) deest 2
^h) possent 1. ⁱ) Ratramno 2. 3. ^j) Vindonisse 2; Vindonisi 3. ^k) ercl. exp. 2. 3. ^l) sicut valuerit 1. ^m) depulsi 2. 3. ⁿ) Arduici 2. 3. ^o) Odalhardi 1a; Odalardi 2. 3.
 1) Vesontionensis a. c. 859—872.

inregulariter discesserant^a; precipitque, quo modo recipi et qualiter haberi vel conversari debeant; quibus etiam pro reversione ipsorum commonitorias direxerat litteras. Pro receptione quoque^b Adalgaudi diaconi tam canonicis quam monachis scribit, ostendens, eum, qui se recognoverat per suam negligentiam ipsius offendisse animum, se in gremio suae dilectionis et paternitatis recepisse, quemque benigne ac familiariter fratrem et filium suscipi et benignitatis ei beneficia iubet impendi. Pro quo rex etiam Ludovicus precatórias ei per eundem direxerat litteras.

Rotfrido preposito pro correctione^c Odecalci monachi, quem audierat inobedientem existere et duris moribus suaeque voluntatis esse pertinacem, dans exempla sacrae auctoritatis, quae illi legerentur, ut se corrigeret.

Gonthario^d et Odelardo^e archipresbiteris commonitorium ministerio ipsorum aptum describit in capitulis tredecim.

Gotramno^f preposito pro famulis monasterii sibi commissi, qui suas terrulas et debita sibi stipendia quegebantur auferri ab eo, quod emendari secundum quod iustum fuerit iubet.

Gothescalco^g monacho^h, qui erat prolapsus in heresim, de quibusdam sententiis auctorum, quas ille non bene intelligebat vel exponebat, maxime Prosperi, quarum sensum per sententias precipue beati Augustini exponit, et ceteros idoneos proponit testes apostolicae fidei doctores; quorum sequendam in omnibus admonet esse doctrinam, ostenditque testimoniis manifestis, Deum et bona prescire etⁱ mala, sed mala tantum prescire, bona vero et prescire et predestinare; unde et^j prescientia esse potest sine predestinatione, predestinationis autem non potest esse sine prescientia; et quia bonos prescivit^k et predestinavit ad regnum, malos^l autem prescivit tantum, non predestinavit^m nec ut perirent sua prescientia compulsi. Cui definitioni subscribere idem Gothescalcus pertinacissime recusavit.

Scripsit quoque idem dominus Hincmarus ad monachos Altvillarensis coenobiiⁿ pro eodem Gothescalco, ut, si se recognosceret, antequam anima illius egrederetur de corpore, et spiritalem et corporalem humanitatem exhiberent illi, ostendens auctoritatem ecclesiasticam ex verbis orthodoxorum super huiusmodi^o excommunicatis.

Amalgiso et Ragberto fidelibus suis pro rebus ecclesiae suae in Aquitania^p sitis, pro quibus Reginundo litteras miserat, deprecans, ut eisdem^q missis suis adiutorium pro rebus ipsis evindicandis impenderet, precipitque istis, ut easdem res ex integro recipiant et habeant^r in sua providentia^s.

Petro fidei suo pro rebus in Provincia consistentibus, mittens ad eum quosdam fratres, qui cum ipsius consilio de fidelitate sua et utilitate rerum tractarent et res ipsas ac redditus atque facultates ipsarum disponerent. Et quia audierat, quod quaedam sine consilio^t ipsius Petri exinde facta fuissent, quasi eius^u auctoritate, excusat se non id iussisse nec voluisse; mandans ei per capitula, qualiter easdem res disponi volebat, et quae personae ab ipsis rebus et de quibus villis ad se venire deberent.

Evrardo, sororis suae Hildegundis^v filio vel genero, instruit scripto, qualiter erga Ludovicum regem^w Transrenensem se gerere deberet, ne suum alodem, quem in Alemannia^x habebat, ab eo auferret, pro eo quod ipsius dominium idem Evrardus dimiserat. Pro quo etiam prefatae sorori suae scribit, petens, ut illius domum prudenter ordinet atque disponat.

Plebeis quoque quibusdam personis, villarum scilicet ministerialibus, pro rebus ministeriorum suorum nonnumquam scribens, prudenter atque rationabiliter disponebat, qualiter res^y sibi commissas tractare deberent. Generaliter etiam omnes sibi commissos tam verbis quam litteris instruens, edocebat, qualiter iuste, pie et caste viverent, quam reverenter atque devote ieiunia constituta tractarent; pro his qui obissent, tam episcopis quam aliis quibuscumque^z personis, qualiter Domini clementiam exorarent et, ut personae Deo placitae in vacantibus eligerentur episcopis, tam ieiuniis quam orationibus Dominum postularent.

In diversis quoque sinodis capitula nonnulla et valde utilia edidit suisque servanda

a) discesserat 2. b) deest 1^b. c) correptione 2. d) Gontario 2. 3. e) Delhardo 1^b. f) Guntr. 2. 3. g) Gothescalco 1^b; Gotesc. nonnumquam 2. h) deest 2. 3. i) prescicit 1^b. k) m. a. p. t. o. p. bis scr. 1^b. l) pred. ad regnum 1^b. m) huiusmodi 1^b. n) Aquitania 2. o) idem 1^b. p) in sua h. 2. 3. q) provincia 1. r) sinod. i. P. c. 2. 3. s) ex corr. eius 1^b. t) Hildegundis 1^b. u) deest 2. v) sibi res 1^b. w) quibusque 1.

55 1) Paulo post synodum Carisiaci habitam a. 849. hanc epistolam scriptam esse, docet Noorden p. 64. 2) Opp. II, p. 314 (Migne II, p. 91). De tempore mortis non satis constat; Noorden p. 100.

dedit. Diversis necnon ecclesiis suae dioceseos, maxime si contigisset pastoribus viduari, consolatoria dirigens scripta, qualiter a Deo primum huiusmodi solamen requirerent, instruebat; qualiter etiam a terrenis principibus liberam sibi concedi quaererent electionem, et ut impetrarent, tam per se ipsum quam per litteras et legatos suos elaborare studebat. Impetrata vero qualiter exercerent, et quomodo immunes ab omni perversitatis fraude se ipsos in exequendo custodirent, data forma electionis, edocere curabat, ad nullam specialiter intendens personam, sed quae concorditer ab omnibus vel utiliter a pluribus ac melioribus eligeretur, attendens.

29. De libro qualiter sint Domini vel sanctorum imagines venerandae, et cetera.

Scribit etiam librum¹, flagitantibus coepiscopis fratribus suis, qualiter imagines Salvatoris nostri vel sanctorum ipsius venerandae sint², cum epilogo quodam metrico digesto. Respondet³ quoque ad interrogationes cuiusdam: cur apostatae baptizati et per⁴ impositionem manus episcopalis consignati, extra ordinem diaconi vel presbyterii ad agendam poenitentiam manus impositionem accipiunt. Scribit⁵ et cuidam archiepiscopo, de precibus tractans sacramentis humanae salutis. Item cuidam episcopo⁶, ad interrogata ipsius respondens de ordinationibus episcoporum vel translationibus de civitate ad civitatem; et de Actardo⁷ Namnetensi episcopo, qui expulsus a quodam Brittonum⁸ duce, in vacante Morinensi ecclesia aliquamdiu demoratus, petente clero ac plebe provinciae Turonensis, et convenientibus episcopis, in eadem metropoli fuit incardinatus. Item cuidam fratri de homine qui cum quadam femina concubuit et postea sororem ipsius in coniugium duxit. Scribit etiam apologiam⁹ pro se cunctis eam legere volentibus contra eos qui calumpniati sunt illum apud Iohannem papam, qui sinodum habuit Trecae, a quo et benigne idem presul suscipiebatur, quibus et in¹⁰ sinodo tunc respondit pro tempore, postmodum vero excusare se litteris non neglexit, asserens, se decretales epistolas pontificum Romanorum venerabiliter suscipere atque tenere, cum calumpniarentur inimici, has eum nolle ad auctoritatem recipere. Item de Nicaena sinodo et de abiectione vel restitutione Hincmari Laudunensis episcopi⁴. De hoc quoque quod calumpniabantur eum dicere, non maioris dignitatis esse papam Romanum, quam existeret ipse. Sed et de Karlomanno et aliis conviciis sibi per calumpniam illatis, de quibus eum veritas excusabilem reddidit. Scripsit praeterea plura, ad quae nos 30 enumeranda sufficere non putamus.

30. De translatione corporis sancti Remigii a monasterio ipsius et obitu Hincmari episcopi.

Excrescentibus tandem flagitiis, contra quae veluti murus inexpugnabilis semper obstiterat, gens Normannorum per omne Francorum diffunditur regnum. Et quoniam civitas haec absque muro tunc habitabatur, accipiens ille quod sibi carius in thesauris habebat, corpus videlicet beati Remigii, silvestria loca trans fluvium Matronam expetit et apud villam Sparnacum idem sacrum corpus aliquamdiu custodivit. Denique, dum ibidem moraretur, apud eandem villam diem clausit ultimum. Cuius corpus ad monasterium Sancti Remigii relatum et post ipsius sancti tumulum in sepulchro, quod ipse sibi preparaverat, est 40 sepultum. Cuius epitaphium ab eo dictatum habetur huiusmodi:

*Nomine, non merito, presul Hincmarus ab antro
Te, lector tituli, quaeso: memento mei!
Quem grege pastorem proprio Dionisius olim
Remorum populis, ut petiere, dedit;
Quique humilis magnae Remensis regmina¹ plebis
Rexi pro modulo, hic modo verme voror.
Ergo animae requiem nunc et cum carne vestumpta
Gaudia plena mihi haec quoque posce simul!*

a) rubrum et capit. dist. des. 1. b) sunt 1^a. c) et impositione 2. 3. d) Actardo 1. e) Brittonum 2. 3. f) deest 1. 50
g) atque 1^a. h) rubrum et capit. dist. des. 1. i) t. a. m. 2. 3. k) Quinque 1. l) regmina 1^a.

1) Haec perdita sunt. 2) Opp. II, p. 741 (Migne II, p. 210). 3) Eadem, ut videtur, cuius c. 21, supra p. 513, mentio fit. 4) Opp. II, p. 826 (Migne I, p. 1197).

Christe, tui clemens famuli miserere fidelis!

Sis pia cultori, sancta Maria, tuo!

Dulcis Remigii^a sibi met denotio prosit,

Qua te dilexit pectore et ore, manu!

Quare hic suppetiit^b supplex sua membra recondi:

Ut bene complacuit, denique sic obiit.

Anno incarnationis^c dominicae 882, episcopatus autem sui 37, mense 7, et die 4.

INCIPIIT LIBER QUARTUS^d.

1. De episcopatu Folconis^e, et quae scripta quibusdam Romanis pontificibus direxit.

10 Premisso viro Dei ad patres suos apposito, successit in episcopatu Remensi Folco, vir valde nobilis et palatinus^f assuetus officiis; qui fidei suae tenorem Marino^g papae delegans, pallium ab eo antecessorum suorum de more suscepit. Cui etiam litteras misit pro concedendo debito Remensis ecclesiae privilegio atque pro commendatione regis Karlo-

15 manni; in quibus se significat ab eodem papa dudum fuisse cognitum tempore Iohannis papae; quando cum Karolo imperatore idem^h Folco fuerat Romae. Item pro quodam monasterio, quod frater ipsius nomine Rampo ab eo construi testamento delegaverat ex rebus suae proprietatis, quas postea Erminfridusⁱ, quidam pervaserat, qui uxorem ipsius Ramponis^k viduam sibi copulaverat. Pro quo idem papa Evrardo^l Senonensi^m archiepiscopo,

20 in cuius parochia idem constructum fuerat monasterium, litteras direxit. Sed et Iohanni archiepiscopo Rothomagensi, in cuius idem Erminfridus diocesi degebat, precipiens, ut eum admoneret ab hac sacrarum rerum pervasione cessare; quod si facere nollet, canonican subiret ultionem.

Adrianumⁿ quoque papam, ipsius Marini successorem, litteris initio pontificatus eiusdem visitare studuit, congaudens ipsius honori; et se Romam velle petere significat, si Deo pacem tribuente, valuerit. Exemplaria quoque privilegiorum a Leone, Benedicto et Nicolao pontificibus Romanorum Remensi sedi concessorum huic petit recitanda et ab eo sibi conservanda et roboranda atque augmentanda. De prefato quoque monasterio, cuius res predictus Erminfridus invaserat, suggerit, ut premissis etiam archiepiscopis Evrardo et Iohanni suae auctoritatis preceptionem dirigat, iubens, quid in eum fieri debeat. Et cetera. Item pro commendatione prememorati regis Karlo-

30 manni atque pro defensione Frotharii Bituricensis^o archiepiscopi², qui ferebatur accusatus apud eundem papam per quendam suae dioceseos monachum, quod scilicet post suae civitatis deiectionem a paganis factam in alterius sedis invasionem temere insiluerit²; ostenditque, quod ab episcopis ipsius dioceseos omnique clero et populo eiusdem civitatis petitus³ sit et electus, et quod predeces-

35 sor ipsius Marinus ad eorum petitionem pium⁴ in hoc prebuerit assensum, insuper et pallio eum donaverit et ipsius in Bituricensi⁵ ecclesia promotionem scriptis roboraverit. Et cetera.

Stephano⁶ quoque⁷, huius Adriani successori, litteras mittens⁸, gratiarum actiones referre curavit, quod eum et ecclesiam ipsius litteris apostolatus sui visitare et inter varias mundi pressuras consolari dignatus fuerit, et quia fratris eum et amici vocabulo voluerit honorare, quod ipse tamen nolit appetere, sed magis servus et subiectus existere. Significatque, se ad ipsum papam videndum properasse, nisi paganorum vallaretur obsidione, hosque deno tantum miliario a sua civitate abesse, civitatem quoque Parisiorum ab ipsis tunc obsideri. Hanc infestationem huic regno ab octo annis iam preteritis inferri, ut nemini

45 extra castella procul liber aditus patere videretur. Addit denique, audisse se de insidiis quorundam pestilentium, quas ipsi papae moliebantur, et satis acre tulisse openque ferre, si licuisset, optare, unum quod quibat agere, precibus videlicet pro eo insistere. Pro Widone

a) Remigi 1^b. b) supplex petiit 1. c) d. i. 2. 3. d) lemma, rubrum et capit. dist. des. 1; Flodoardi de historia Remensis ecclesie liber tercius explicit. Incipit eiusdem historie liber quartus 2. e) Fule. 2 saepius. f) palatinus 1^b. c. g) Marino corr. Martino 2. h) deest 1. 3. i) Crimenfr. 1^a; Criminfr. 1^b. e. k) Raponis 1. l) Evrardo corr. Everardo 1^a, et ita 1^b. e. m) Synoduensi corr. Senonensi 1^a. n) deest 2. o) precommemorati r. 2. p) Butur. 1^a. q) s. p. 2. 3. r) deest 2. s) Butur. corr. Bitur. 1^a.

1) Cf. quae Flodoardus in Carmine tradit XII, c. 4, infra p. 556. 2) Exstat Goussel, 'Actes de la province Migne CXXXV. p. 823. 3) Cf. Hincm. Ann. 876, vince eccl. de Reims' I, p. 520. — Cf. Flodoardi p. 489: a Burdegala ad Pictavis, indeque ad Bituricum . . . se contulit. Hoc a. 876. factum est. Cf.

quoque, affine suo, quem idem papa in filium adoptaverat, memorat, tam se quam ceteros consanguineos suos, quibus id notificaverat, debitam exhibituros eidem papae reverentiam. De eo etiam quod illi scripserat, roborare se promptum fore quaecumque necessaria Dei ecclesiae significarentur, eius suggestionem se multum per omnem modum effecisse ipsius fidelitati obnoxium, seque cum suffraganeis coepiscopis in cultu debito sanctae sedis Romanae perseveraturum, et si quid contrarium sanae fidei contra ipsam emerisset, omnimodis confutare, Deo auxiliante, paratum existere. Sedem vero Remensem, notum habeat, ab antecessoribus suis potius¹ Gallicanis omnibus ecclesiis semper fuisse honoratam; utpote cum primus apostolorum beatus Petrus primum destinaverit huic urbi sanctum Sixtum episcopum et totius Gallicanae regionis dedit ei primatum, Ormsida² quoque papa sancto Remigio vices suas in Galliarum partibus commiserit³. Hoc ideo se commemorare, ne sedes Remensis suis in diebus sineretur dehonestari; adnectens etiam de privilegiis sibi in cunctis quae petit ab huius predecessoribus Marino et Adriano concessis. Itemque de iam dictis rebus Ramponis et earum pervasore, quem premissi pontifices iusserant ab archiepiscopis Senonicae ac Rothomagensis⁴ urbis excommunicari; quibus eandem excommunicationem differentibus, idem pervasor adhuc rapta possidebat. Unde petit, ut ab ipso apostolica feriat sententia, precipiatque hic papa prefatis archiepiscopis, ne ullam in eundem excommunicando afferant amplius dilationem. De quibusdam preterea rebus Remensis ecclesiae, quas quidam abstulerant invasores, poscit, ut ipse papa suggerat imperatori Karolo, qui iam magnam ex his partem restituerat, ut bonum quod coepit eius precatu per-

886. ficiat, et de his quae egit ipse gratias ei agere dignetur. Et cetera. Ad quae ille respondens, asserit, oppido⁵ se fuisse laetatum, quod cum circa sedis apostolicae reverentiam cognoverit anhelare, hortans, ut in hac dilectione semper ardentius accendatur. Memoriam quoque Widonis ducis gratissime se suscepisse, quem unici loco filii se tenere fatetur. De Nordmannorum infestatione, quam regnum nostrum patiebatur, dolere uti propria; Deum-
25 que⁶ deprecari pro huius populi defensione per apostolorum principum interventionem, et ut incolis hic presul perducat⁷ ad apostolorum limina, quatinus etiam corporeis eum valeat ulnis amplecti et conferre de privilegiis, de quibus sibi scripserat. Ad archiepiscopos etiam quas petierat litteras se direxisse, necnon ad imperatorem pro ecclesiae⁸ Remensis iustitia deprecatorias et pro collata⁹ benignitate grates illi referentes.

30

Item litteras idem presul ad eundem papam dirigens, ac de prosperitate ipsius laetificari se inter multas tribulationum, quas a paganis patiebatur¹⁰, angustias, petens prefati quoque Widonis satagit commendare favorem. De prenominato necnon Erminfrido querimoniam repetens, qui admonitus a prememoratis archiepiscopis inobediens extiterat, flagitat, ut iterum commoneantur ab auctoritate papae archiepiscopi hunc asperius increpare,
35 et, si pervasa non reddiderit, ecclesiastico feriat iudicio. Interrogat preterea sibi que remandari poscit, si rite valeat episcoporum fieri ordinatio in qualibet sanctorum festivitate

887. nisi tantum dominica die. Et cetera. Ad haec etiam rescribens idem papa, gratias agit pro ipsius erga sedem apostolicam caritate et sollicitudine, condolens de ipsius afflictione, ac pro ipsius preces se Domino fundere pollicetur allevatione, et confortans monet in
40 Domini confidere consolatione.

Item scribit eidem presuli pro quodam Dominico a filiis et cognatis propriis oppresso vel expulso, hortans, ut id¹¹ diligenter inquirat et eius inde adiutor existat. Item pro quorundam susceptione Anglorum. Item eidem cum Aureliano Lugdunensi¹², Adalgario¹³, Geilone¹⁴, Emmenone¹⁵ et reliquis per Galliam constitutis pro querimonia Bituricensis
45 ecclesiae super invasione Frotharii Burdegalensis episcopi, qui etiam Pictavensem aliquandiu tenuerat sedem, cui postea Bituricensis fuerat ad tempus a Iohanne papa propter infestationem barbaricam tali tenore concessa, ut, hac remota necessitate, id etiam removeretur quod necessitas imperarat. Unde precipit hic papa Stephanus prefatis archiepiscopis, ut ad propriam sedem illum remeare compellant. Quod si apostolicis monitis obedire contempserit, noverint, cum sancti¹⁶ Spiritus iudicio perpetuis anathematis vinculis innotatum.

a) Horm. 2. b) Rotam. 1^a. Rotom. 1^b. 2. c) ap. ab i. 2. 3. d) oppi 1^a. b. apice 1^c. e) dnuque 1^b. c. f) produc. 1^a.
2^a. R. e. 2. 3. h) collocata 1^c; corr. collata 1^a. i) ad 1^a. b. k) patiebantur 2. l) deest 2. 3. m) Gerlone 3.
n) Emmenone 3. o) sancti post sp. suppl. 1^c, et ita 1^b.

1) t. e. prae. COLV. 2) Cf. l. c. 3, supra p. 414; l. 15, p. 426. 3) A. 875—895. 4) Augusto—55
dunensi a. 875—893. 5) Lingonensi a. 880—889. 6) Nivernensi a. 883—892.

Item pro Teutboldo Lingonensi episcopo, significans, ad se huius Lingonensis ecclesiae querimoniam pervenisse, quod, obeunte Ysaac episcopo¹, inconsulto clero et populo Egilone² quendam monachum nuper de seculo venientem in episcopum Aurelianus Lugdunensis ordinaverit eisque illata vi preposuerit nolentibus. Quo divina vocatione hominem excedente³, ne in id ipsum incurrerent, concordati voto clerus et populus Teutboldum ipsius ecclesiae diaconem⁴ eligentes, ab ipso papa sibi in episcopum consecrari petierint. Sed illeni⁵ uniuscuiusque ecclesiae privilegium inconcussum servare volens, id agere distulerit, eumque prefato Aureliano direxerit, scribens ad eum, ut, si cleri populique vota in eum concordarent, et sacri canones illi non obviarent, manus huic imponere nequaquam differret. Quod fieri si ratio prohiberet, et id ipsum sibi rescriberet; interim tamen alterum inibi ordinare nullo modo, se inconsulto, presumeret; simulque et Oirannum Senogalliensem episcopum a suo latere direxerit executorem. Quem deludens Aurelianus ad Lingonensem premiserit urbem, pollicitus se citissime subsecuturum. Quo⁶, cum diu expectaretur, nec ipse advenerit, nec suae⁷ morae causam innotescere vel papae remandare previderit. Quocirca iterato clerus et populus cum decreto manu omnium roborato prefatum electum Romam remiserunt⁸, obnixi sibi illum consecrari petentes. Sed nec tunc id agere adqueverit, volens Lugdunensi ecclesiae collatum privilegium immutatum consistere; ideoque iam dicto Aureliano iterato rescribens mandaverit, ut, quia concordati voto clerus et populus iam dictum diaconem expetebat, aut ipsum consecraret aut quid in eo reprehensibile iudicaret rescribere⁹ maturaret. Sed is priori inobedientiae contumaciam adiciens, non solum oblatum consecrare seu quid in eo reprehensibile iudicaret sibi rescribere contempserit, verum etiam¹⁰ contra interdicta et sacrorum canonum statuta quendam extraneum et eidem ecclesiae ignotum, in angulo ordinatum, illis ingerere niti presumpserit. At hi potius laborem subire quam subici ignoto eligentes, ad se redierint, implorantes, ne patretur ecclesiastica iura violari. Nos autem, inquit, qui omnium ecclesiarum in beato Petro apostolorum principe curam suscepimus, scientes, inter episcopos non haberi eum, qui neque a clero electus neque a populo est expetitus, saepe dictum Teutboldum venerabilem diaconem, ipsorum lamentabilibus precibus inclinati, Lingonensi ecclesiae episcopum consecravimus, condigna sententia prevaricatoribus illata, licet et aliis prevaricationibus fuerint impediti. Quapropter tuae iniungimus sanctimoniae, ut, his nostris apostolicis litteris perceptis, postposita dilatione, ad Lingonensem accedas ecclesiam et eundem Teutboldum a nobis sollempniter consecratum episcopum exinde revestias, omnibusque archiepiscopis et episcopis innotescas, pro tanta contumacia ultione nos eiusdem ecclesiae specialem sollicitudinem suscepisse, pro tanti laboris maceratione et oppressionis¹¹ illatae revelatione¹². Quicquid autem idem venerabilis episcopus Teutboldus vobis¹³ ex nostra parte retulerit, credite et effectui mancipare nullo modo ambigite, utpote tuam reverentiam circa nos devotam consistere credimus.

Ad haec idem presul Folco rescribens, gratias agit pro consolatione litterarum ipsius, asserens, se paratum fuisse et esse, quaecumque sibi ab ipsius papae celsitudine iniuncta fuerint adimplere, prefatam vero preceptionem de Teutboldo episcopo explere sine mora voluisse, sed Odonis regis sui consultu interim intermissum, dum rex idem legatos suos ad eundem papam dirigeret ac per eos iussionem ipsius certissime cognosceret. Super his autem quae litterae ipsius papae prosecutae sunt, velle scilicet se omnibus ecclesiis sua instituta et privilegia inconfuso ordine intemerata servare, valde gavisos universos episcopos, in quorum presentia haec recitari fecerat. Consulit autem eius auctoritatem, deposcens, ut sibi scriptis remandet, si liceat coepiscopis suffraganeis suis, qui in eius diocesi consistunt, ordinationem vel regis vel alicuius alterius personae sine sua licentia et conhibentia¹⁴ seu permissione agere vel aliud aliquid inconsulto¹⁵ suo metropolitano aut contra interdicta sui primatis presumere.

Privilegium denique¹⁶ a sede Romana quaesitum idem papa huic concessit scriptum, quae transmisit presuli super rebus ecclesiasticis huic Remensi ecclesiae collatis vel conferendis, ut nemo eas invadere vel detinere presumeret, et ut post eius decessum nullo

a) diaconum 1^a. 2. b) Quod 2. c) m. s. 2. 3. d) remiserunt 1^a. 2. e) rescribere — iudicaret *has scr.* f) deest 1. g) deest 2. h) apprehensionis 1. i) revelatione 1^a. c. k) nobis 1^a. c. l) s. 1. 2. 3. m) ita pro convenientia *cod.* n) inconsulto 2. o) Privilegium quoque denique 1 (*den. post suppt.* 1^a).

55 1) A. c. 880. 2) Idem esse videtur qui paulo ante Geilo nominatur. De quo cf. Dümmler II, p. 315. 3) A. 880, ut videtur.

modo aliquis hunc episcopatum vel^a episcopi res occupare illicite auderet, cum interminatione haec inbibens apostolicae sedis censurae.

891. Item scribit eidem pro altercatione quae versabatur inter Herimannum Colonensem archiepiscopum et Adelgarium^b Amburgurensis^c et Bremensis^d episcopum, pro qua Herimannus eidem papae et suam direxerat querimoniam^e, Adelgarius^f autem et suam direxerat et postmodum per semet accesserat, proclamans, ab Herimanno ecclesiae suae privilegia violari, ideoque in suam presentiam commonuerat utrumque venire. Sed quoniam, Adelgario veniente, Herimannus defuit^g, tantae liti finem imponere papa distulit, ne quippiam prepropere iudicare videretur, unde rediiviua contentio futuris temporibus oriretur. Quocirca iniungit huic presuli nostro sua ipsius papae vice sinodum convocare apud Van- 10 gionem^h civitatem cum vicinis suffraganeis limitaneisque episcopis, ad quam Herimannum Agripinaeⁱ Coloniae et Sonderoldum Mogontinum cum suis suffraganeis necnon et eundem Adelgarium^j occurrere iusserat, quatinus, quid cuique debeatur, diligens examinatio declararet. Monet etiam fraternitatem ipsius domni Folconis, ne sibi suam specialem presentiam, si omnimodis fieri possit, exhibere cum eis quoquo^k modo differat, quoniam et haec et alia 15 quae imminabant ecclesiastica negotia cum ipso tractanda eiusque terminanda consulta providerat. De quo scilicet ipsius adventu satis gratularetur, volens ad ecclesiastica deliberanda negotia eius habere presentiam. Alioquin monet, ut assertionem veridicam per strenuum episcopalis ordinis virum una cum ipsis abeuntem notificet, qualiter se super hoc veritas habeat. Quibus si veniendi facultas defuerit, suos cum eo dirigant legatos, qui 20 eorum vicaritione^l perfuncti, disceptandi et deliberandi libertatem possideant, ut nullo ulterius tempore, percepta^m finitivaⁿ sententia, de hac re necessarium sit vertere^o questionem.

Super his quoque successori huius Formoso domnus Folco litteras mittens, qualiter haec a prefato Stephano papa sibi sint iniuncta, significavit, et^p ut sibi auctoritatis suae in 25 his exequendis scripta dirigeret, expetiit. Unde et iterum scribens, vehementer admirari se dicit, si litterae suae ad eius presentiam pervenerint^q, quid causae fuerit, cur hinc responsum huius papae non meruerit recipere. Grates inter haec referens, quod sui memoriam dignatus sit habere et per abbatissam Bertam^r verba sanctae consolationis sibi mandare, eumque se videre velle et collato sermone mutuo verba conferre. Quam rem fatetur immen- 30 sum sibi peperisse gaudium, ut magis eius^s desideret videre presentiam; adiciens, sibi ab eo tempus, quo ad eum veniat, remandari locumque, et eius sataget preceptis obtemperare. Preterea postulat, ut privilegium ecclesiae Remensis^t sui nominis auctoritate fieri iubeat, sicut etiam predecessores suos fecisse constat, et res huic ecclesiae per suam humilitatem adquisitas perpetua firmitate contra omnes adversarios muniat. Adnotat^u etiam, 35 qualiter Evrardus marchio sancti Calixti^v papae et martiris venerabile corpus a Romana sede impetraverit atque in eius honore monasterium in predio suo constituerit^w. Quod predium post eius obitum ad filium ipsius Rodulfum abbatem hereditario iure devenit; qui res ipsas simul cum^x memorati martiris gleba vitae suae diebus absque ulla contradictione tenuerit, et de seculo migraturus easdem [res^y] cum monasterio et corpore sacro Remensi 40 sanctae Dei genitricis ecclesiae delegaverit eandemque rerum suarum heredem instituerit. Tunc vero Hucholdus quidam, sororis huius Rodulfi maritus, munus eiusdem abbatis calumpniabatur et ab ecclesiae Dei genitricis iure conabatur auferre. Proinde precatur, ut, quid sibi sit^z in talibus agendum, suis eum sacris instruat litteris et harum collationem rerum aeterna stabilitate corroboret atque contradicentes digna excommunicationis ultione^a 45 percellat. Scrupulum denique sibi dicit^b ac^c singultum movere, quod audierat a quibusdam^d, sanctam Romanam^e ecclesiam turbari, paratumque^f se totis viribus pro ipsius honore^g omnimodis decertare et eidem papae veluti domino et magistro in cunctis obsecundare.

s) et 2. b) *ita h. l. 1. 2. 3.* c) Amburgurem 1; Amburguoen 2. d) Bremensem 1^a; Bremenem 1^b; c; Bremenem 2; Bremenensem 3^b. e) querimoniam — *direxerat post suppl. alba manu 1^a.* f) Adegarius 1^a; Aldergarius 1^b; Adelgarius 1^c. g) Wang 2. 3. h) Agripina 1^b; c. i) Adelegarium 1. k) quomodo 1^a. l) vicaritione 1. m) perfecta 1. n) finitima 3. o) veteri *curr. nequire 1^a; nequire 1^b; c.* p) *dent 2.* q) pervenerunt 1. r) Betham 2; Bertam 3. s) *deest 1.* t) Remensis 1^a; c. u) *At notat 1^a; b.* v) Calixti *h. l. 1^a.* w) *commem. 1.* x) sententia 2. 3. y) dixit 2. 3. z) a 1^a; b; ad 1^c. a) episcopis Galliarum *h. l. add. sed del. 1^a.* b) s. sedem Romanam t. 1^b; c. c) et p. 2. d) a. h. 2. 3.

1) Cf. Stephani epistolam ad Herimannum datam, Lappenberg, 'Hamb. UB.' p. 778. 2) Cisionium, Cisoing, dioec. Tornacensis a. 855; v. Transl. S. Calixti; AA. SS. Oct. VI, p. 443.

Subnectit etiam de quibusdam episcopis Galliarum, qui sibi pallium indebite a Romana poscebant sede, metropolitanos suos tali spernentes tenore; asserens, quod res eadem, nisi prudenti precauta foret sollicitudine, confusionem non mediocrem generaret ecclesiae magnumque caritati dispendium valeret inferre. Unde tam se quam omnem precari dicit ecclesiam, ne cito alicuius irrationabili petitioni sine generali assensu et litteris consentiat; ne per hoc ecclesiasticae dignitatis honor vilescere incipiat, si res indebita, quae temere affectatur, inconsulte tradatur.

2. Quae Formosus papa Folconi vel Karolo regi atque Odoni scripsit.

Cui rescribens idem papa Formosus, monet, eum compati debere Romanae ecclesiae atque imminenti eius subvenire ruinae nec ei suam presentiam denegare; adiungens, hereses undique ac scismata pullulare, nec qui ad resistendum occurreret esse. Dicitque, longo retroacto tempore perniciosas hereses Orientem confundere, et Constantinopolitanam ecclesiam nociva scismata perturbare; simul etiam regionis Africanæ legatos insistere, responsa petentes pro dudum exorto inter episcopos ipsarum provinciarum scismate. Diversarum quoque partium legationes diversa responsa petentes instare. Cuius rei gratia generalem sinodum die Kalendarum Martiarum indictionis undecimae se inchoare disposuisse, ad quam eundem remota omni dilatione admonet festinare, ut colloquendo largius de his valeant pertractare et affluentius ad consulta singula respondere. Nordmannicæ gentis procellas, quibus assererat se perturbari, plurimum dolere, et ut eos Excelsi dextera reprimat, apostolorum principum suffragiis intervenientibus, implorare. Litteras vero, quas significaverat ad eum per quasdam personas primum se direxisse, ad ipsum minime pervenisse. Miserat etiam alias pro hac eadem synodo celebranda pridem huic quoque presuli nostro litteras, quam decrevisse se asserit incipere mediante Maio mense indictionis decimæ. In quibus litteris fatetur, Italiam tunc semel et secundo horrida bella perpressam et pene consumptam, Orientalium vero partium se deflere vesanam heresim in Christum Iesum blasphemiam concipientem. Mittit ei preterea petatum super quibusdam prestariis privilegium, commemorans beatum Remigium genti Francorum Romanae sedis auctoritate cum gratia Dei apostolum constitutum; Bernam quoque villam, quae inique dudum subtracta fuerat, ecclesiae Remensi restitutam; Duodecimam quoque, sed et ea quae dominus idem Folco per precarias obtinuerat, Todenham videlicet et Margolium, Lestennam et Gingleium atque Virtudem, necnon abbatiam quae dicitur Campellis, Ateias etiam et Maniacum, aliasque res, quae dudum ablatæ, tunc redditæ fuerant ecclesiae Remensi, restitutas auctoritate confirmat apostolica, ut eas vel ceteras ecclesiae possessiones nemo presumat auferre vel invadere; sanciens insuper auctoritate beati Petri, ut nemo regum, nullus antistitum, nemo quilibet christianus, decedente Remorum episcopo, ipsum episcopatum vel res ipsius ecclesiae suis compendiis applicet neque sub suo dominio teneat, preter ipsius civitatis episcopum; sed et eandem metropolim non ultra constitutionem canonicam sine regulis ecclesiasticis conveniente pastore manere cogat, neque aliter ibidem episcopum, nisi ut sacri canones iubent, constitui faciat; promulgans etiam ac statuens, ut ea quae idem venerabilis presul Folco de villis huius ecclesiae ac facultatibus earum usus ecclesiasticorum ornamentorum vel luminariorum seu sub stipendiis canonicorum ac monachorum atque sanctimonialium seu matriculariorum et hospitem vel pauperum constituerat, perpetuo inconvulsa permaneant, hanc auctoritatem sui decreti sub anathematis vinculo violatoribus innodatis corroborans; imperatorem quoque Widonem coronatum eodem anno significans, indictione decima.

a) deest 1c. b) a sede l. c) in confessionem corr. confusionem 1a; confuonem 1b; consonem corr. confusionem 1c. d) generant 1a, corr. generaret 1b; generare 1c. e) Fule. h. l. et deticeps etiam l. f) deest 2. g) Martinianum corr. Martianum 1b, et ita 1a. h) quem 2. i) Norm. 2; Normannæ 3 k) perturbare 2. l) aio (anime) 1a. b. m) a. e. 2. 3. n) quoque — Maio des. 1. o) indictionis 1a. p) continentem 1. q) prestarus 1a; prestarius 1b. r) constitum 1a. s) quao — et ea bis scr. 1b. t) R. e. 2. 3. u) Duodecim cum 1a. v) Rodemiam 3. w) Capellis 1b. x) Ateias 2; Ateias 3. y) Maniacum 2. z) restitum 1a; restituta 1b; deest 2. a) eiusdem e. 2. 3. b) quodlibet 1. c) i. e. des. 1b. d) xpm 1a. e) deest 1. f) l. sensu l. g) inmod. 1a; unnod. corr. innod. 1b.

1) Fortasse Mareuil (départ. Marne, arrond. Reims). (départ. Marne, canton Fismes). 7) Im anno 891, LEJ. 2) Létanne (départ. Ardennes, arrond. Sedan). Febr. 21. a Stephano papa coronatus est Wido imperator. Sed Jaffé, Reg. p. 299, opinatur, eum illepeaux (départ. Seine-et-Marne, arrond. Melun). rum cum Lamberto filio a. 892. coronam accepisse. 5) Athies (départ. Aisne, arrond. Laon). 6) Mugneux

892. Item ad ipsius domni Folconis petitionem misit aliud eidem privilegium pro monasterio^a Avennacae atque pro eo monasterio quod Rodulfus abbas in honore sancti Calixti martiris, et papae ex hereditario proprietatis suae iure constructum huic Remensi concesserat ecclesiae¹, tam eadem coenobia quam omnes possessiones liberalitate regali vel aliorum chisticolarum munificentia Remensi collatas ecclesiae, sive quas idem presul adquisierat aut deinceps adquisiturus erat, eidem ecclesiae apostolica corroborans et stabiliens potestate. Hic^b quoque, Lambertum, filium Widonis, anno secundo imperii patris ipsius novum imperatorem factum fuisse², designat.
892. Item pro diocesanis provinciae Remensis episcopis, quod audierat eorum quosdam huius archiepiscopi sui audientiam contempnere, scribens eidem, ut suos conveniat coepiscopos, ceterorum quoque quos ipsi visum fuerit episcoporum collegium convenire denuntiet, ut de tanto neglectu^c sinodali simul actione perquirant et quicquid oportuerit canonica atque apostolica muniti^d auctoritate decernant; subiiciens, ut nemo a tam Deo digno se subtrahat opere, qui apostolicae ipsius particeps voluerit communionis existere.
893. Item pro evectio^e Karoli ad regimen regni, quem dominus idem Folco ad regium culmen adhuc puerum provexerat³, et de criminibus Odonis regis vel correptione^f ipsius, qualiter esset agenda; pro quibus [rebus^g] idem archiepiscopus huic papae scripta sua, consilium et auxilium ab eo petendo, direxerat. Unde et ad eundem regem Odonem litteras suas idem papa delegavit, ut ab illicitis recederet^h nec eundem regem Karolum vel quaeque ipsius essent infestaret induciasque belli differendo daret, donec idem presul, Folco scilicet, apostolicam sedem adire studeret.

3. Quae Franciae quibusdam presulibus scripta legaverit.

893. Item ad archiepiscopos et ceteros episcopos Galliarum, monens, ut conveniant atque commoneant eundem regem Odonem, ne illicita perpetrentur et ne aliena usurpentur, sed bellum sedetur, et omnis hostilis commotio sopiatur, vel induciae belli, donec Folco Romam, 25 cuiⁱ dictum est, adeat, edicantur; ipsique studeant interim cuncta differre et pacem ac unanimi^k concordiam recreare.
- Item huic quoque regi Karolo congruam dirigens admonitionem eiusque congratulans eminentiae atque devotioni, quam rex idem se significaverat erga sedem apostolicam gerere, qualiter ei sit in regno agendum, succincte^l lucideque demonstrat. Quem petierat, ei panem 30 benedictum pro pignere mittens, et de itinere praefati presulis nostri ad sedem apostolicam monens.
- Eidem quoque domno Folconi litteras suas dirigens, haec supradicta ad premissas personas se destinasse scripta commemorat, ipsius videlicet suggestionem, de pace vel induciis 35 belli inter Odonem et Karolum differendi. Item scribit ipsi pro discordia sedanda, quam audierat insurrexisse pro Maingaudi^m ab Albericoⁿ perpetrata interemptione⁴. Item petens eundem pro cuiusdam Grinlaici, dilecti sibi sacerdotis, ad episcopatum, ubi se locus obtulisset, promotione.
- Idem quoque presul Folco nonnulla praefato papae praeter premissa reperitur direxisse scripta, tam pro sua vocatione, qua vocabatur ab ipso ad sedem apostolicam, quam pro contentione^o, quae versabatur inter reges Odonem et Karolum, necnon pro oppressionem, quam Remensis^p patiebatur ecclesia; petens, ut papa regibus scribendo pacem impetraret^q, Arnulfo quoque Transrenensi auctoritate apostolica preciperet, ne Karoli regnum inquietaret, quin potius ei auxilio esset, ut propinquum propinquo deceret, Odoni^r vero mandaret, ne regnum istud invadere aut depredari presumeret; quod si auderet^s, apostolicae sedis sententiam reformidaret.
894. Item, quia post admonitionem ipsius papae nec Arnulfus orbitati Karoli subvenire voluit, nec Odo a pervasione regni, rapinis ac depopulatione cessavit, sed et Arnulfus^t res ecclesiae Remensis, tam eas quas^u aliquamdiu iniuste sublatas ipse restituerat, quam

a) m. A. a. pr. des. 1^b; pro eo post add. 1^a. b) Hii 2. c) uelertu 1^a. d) munita 1. e) vectione 1^a; provec-
tione 1^b. f) correptione 2. g) deest 1. h) illicitas proderet 1^a; illicitas redderet 1^b. i) seu 2. k) unami-
tatis 1. l) succincte 1. m) Manigaudi 2. 3. n) Albericum 1. o) contempnere 1. p) Remis 1. q) impa-
raret 1^b? 2. 3. r) Odonem 1^a. s) audiret 1. t) Arnulfo 1, corr. Arnulfus 1^a. u) quam 1.

1) Cisoing, de quo supra p. 558. 2) A. 892, mense Aprili, ut videtur: cf. Dümmler II, p. 371. 3) A. 893,
Ian. 28. 4) Mevingaudus, nepos Odonis regis, interfectus d. 28. Aug.; Rogin. 892, p. 604.

eas etiam quae nunquam prius subtractae fuerant abstulit, ob id tantummodo quia temerariam eius invasionem hic presul recipere noluerit; et quod Odo civitatem Remensem obsederit¹, innumeras etiam caedes et depredationes exercuerit et res ecclesiae Remensis suis satellitibus dederit, huius ecclesiae insistens rapinis, donec Karolus cum valido exercitu apparatu adveniens eum ab obsessa civitate depelleret; significans etiam, quod Robertus², homo Arnulfi ex parrochia Herimanni Coloniensis episcopi, res huius ecclesiae invaserit ac diriperit, donec eum vi acsi canem rabidum ab earum³ devastatione repulerit. De quo petit, ut, nisi admonitus resipuerit, auctoritatis apostolicae sententia feriat. His se⁴ perturbationibus regni obsessum, impossibile fore significans, ad eius apostolicam se properare⁴ presentiam, dum semper expectetur bellum, nec aliter posse res regni componi credantur⁵; sed ipse semper bellum distulerit, non quo⁶ inferiores vel impares fuerint aut de⁶ iniusta causa dubitaverint, sed ne vires regni bellis attritae⁶ paganorum proderentur invasionibus; unde dato placito inter se dexteris securitatis invicem usque ad tempus profinitum dederint. Et cetera.

15 Item pro eodem rege Karolo et imperatore Lantberto¹, gratiarum referens actiones, ⁸⁹⁵ quod notificaverit sibi, de ipso Lantberto patris se curam habere filiique carissimi loco eum diligere atque inviolabilem cum eo concordiam se velle servare; asserens, quod non illum tantum diligeret pro consanguinitatis necessitudine, qua illi devinctus habebatur, verum multo magis, quia huius papae venerator et amator existeret. Precatur autem, ut idem Karolus rex cum predicto Lantberto in amicitia iungeretur, et Odoni vel proceribus regni pro causa pacis papa rescribat, quo Karolus ad regnum hereditario sibi iure debitum proficiat, et quamvis nunc² totum non posset suscipere regnum, saltem partem aliquam honori suo condignam³, concorditer et iuste regnum dividendo, illi conservent; subiungens, acturum se quod sibi apostolicus idem pontifex preceperat super transgressoribus et sacrorum violatoribus Richardo⁴, Manasse⁵ atque Rampone, mox ut coepiscopos suos in unum potuerit congregare. Id⁶ tantum papa remandet, quoniam aeterno illos anathematis vinculo innodaverat, si liceat eis ad poenitentiam conversis aliquid impendi misericordiae vel eos ad poenitentiam suscipi, seu quis modus ipsius esse debeat poenitentiae. De Rampone vero asseverat, quia in solum Teutboldum⁶ episcopum reus existeret; nihil culpa in Walterum Senonensem admiserat, ad quem comprehendendum⁴ nec presens fuerat nec adiutorium vel consensum ad id agendum prebuerat. Et cetera.

Item pro Herilando Tarwanensi⁶ episcopo, cuius episcopio a Normannis depopulato, eum necessitate cogente¹ ad se venientem², sicut oportebat, susceperat, quemque visitatorem cuidam viduatae ecclesiae³ constituerat, ut⁴ visitando sustentationem interim, dum episcopus ibi ordinaretur, ex illa caperet. At quia homines prefatae Tarwanensis parochiae barbaricae videbantur esse feritatis et linguae, supplicat, ut responso papae mereatur certificari, si hunc viduatae debeat preponere plebi, et alterum ei liceret in prememorata ipsius ecclesia subrogare, qui acceptior⁴ propter parentelam et linguam in eodem loco posset existere.

40 Idem⁶ vero papa rescribens ei, laudibus attollit eundem, congratulans eius dilectioni atque sollicitudini, quam gerebat erga Lantbertum imperatorem, de cuius fidelitate et stabilitate monet eum fieri¹ semper sollicitum, veluti consanguinitatis propinquum; asserens, se cum ipso tantam² pacis et dilectionis habere concordiam, ut nequeant aliqua iam ab invicem pravitate seiungi. Notificat quoque, Richardum³, Manassem⁴ atque Ramponem⁵ excommunicatos a se atque perpetuo ligatos anathemate, pro eo quod tam nefandissima perpetraverint, ut Teutboldo⁶ Lingonensi² episcopo oculos eruerint, Waltarium⁷ Senonensem propria depulsum sede custodiae² mancipaverint; mandans, ut⁸ secum de his sentiat et, convocatis omnibus suffraganeis⁸ suis episcopis, canonicum super his quod exercuerat

a) Robertus 2. b) earundem 2. c) semper inebationibus 1. d) properasse 2. 3. e) credatur 2. 3. f) quod 2. 3. g) debrista 1. h) stricte 1^a. i) Lamb. 2. 3, et ita post. k) tunc 1^a. l) cum dignam 1^a; cum digna 1^a. m) Ricard. 2. 3. n) deest 1. o) Teuthb. 2. p) Tarunacenensi corr. Tarunacensi 1^a, et ita 1^a. q) et add. 1. r) veniente 1. s; p. a. 2. 3. t) s. f. 2. 3; semper per s. 1^a. u) (s)htum (corr. tantam 1^a?) 1^a. 2. v) Maniassem 1^a; corr. rec. m. 1^a. w) Theobaldo 1. x) Lig. 1^a. y) Walt. — mancipaverint dex. 2. z) custodia 1. a) deest 1^a. b) contrafrag. 2.

1) V. Ann. Vedast. 894, p. 528. 2) Duce Burgun- cf. Kalckstein p. 94. 3) Catalaunensi; v. mox
55 dieae. 3) Comite Divionensi; Ann. Vedast. p. 529; sequentem epistolam Formosi. 6) Hae litterae
cf. Kalckstein p. 93. 4) Anno 895, Iunio mense; ante praecedentem Folconis scriptae videntur esse.

895,896. iudicium pari modo determinet. Item scribit eidem archiepiscopo pro Bertario^a quodam presbitero, quem clerus et plebs ecclesiae Catalaunensis consensu regis Odonis ad episcopatum dicebatur elegisse, succensens, quod hunc vocatum canonicè noluerit consecrare, sed in transitu defuncti episcopi ecclesiam ipsam Herilando, Tarwanensi episcopo beneficiali more ferebatur contulisse; postea quendam Mancionem^b, nonnullis criminibus irretitum, in eadem ecclesia quasi episcopum ordinaverit; cumque prenomiatus Bertarius^c apostolicam presentiam vellet adire^d, comprehensus sit a quodam Conrado, huius domni Folconis vasallo, de ecclesia tractus et in exilium per unum mensem delegatus. Unde et evocans hunc nostrum presulem, mandat expresse, sed fraterne, ut suam denominato tempore non differat^e ei exhibere presentiam, habens secum prefatum Mancionem^b et iam 16 dictum Conradum cum quibusdam denominatis coepiscopis suis. Et cetera.

4. Quae Stephanus papa Folconi, eidem^a papae quae Folco rescripserit.

896. Stephano quoque, huius Formosi successori¹, scribens idem domnus Folco, devotionem, quam^f erga Romanam sedem gerebat, conabatur^g ostendere, et quod limina creberrime cupiverit apostolorum adire, sed diversis obstantibus^h discriminum causis haec vota ne- 15 quiverit adimplere; ubi significat, Odonem et Karolum reges in pacis tandem concordia, se studente, conexos.

Cui remittens hic papa litteras, suas a se suscepisse fatetur, ipsius non admittens, immo reprehendens excusationem; eo quod alii homines eandem sedemⁱ adirent, et ipse fateretur, fas sibi^j adeundi non fuisse concessum. Denuntiat ergo, sinodum se^k per mensem 20 Septembrem imminentis indictionis^l quintae decimae certissime celebrare statuisse; ad quam^m censendo vocans hunc archiepiscopum, monet expresse, quatinus, omni mora repulsa omnique excusatione amota, eodem tempore suam specialem presentiam eidem sinodoque omnino exhibere maturet; quod si pretermiserit, canonicam in eum ferre sententiam minime retractabit. 25

Rescribens autem hic venerabilis presul eidem, quamⁿ semper habuerit devotionem circa gloriosam principis apostolorum sedem eiusque sanctos presules, pandere nititur; asserens, se tunc variis oppressionibus aggravatum^o ac diversis astrictum perturbationibus, presentia^p corporali eandem adire sedem non valuisse; dilectos autem filios huius ecclesiae illuc destinasse ad itineris sui enarrandas^q incommoditates viva voce; quendam quoque 30 consacerdotem suum ad id exequendum se direxisse; plura se scribere^r non presumpsisse, quia senserit in epistola sibi ab ipso directa dura se satis invectione multatum et hoc sibi non modicum incussisse miraculum, quod ita tunc primae ipsius litterae graviter eum perculerint^s, cum eatenus ab ipsa sede nil^t aliud nisi mellitum ac dulce, predecessoribus^u suis^v sibi scribentibus, venire consueverit^w. Quod peccatis tamen suis imputans, ut de malo 35 suo se merito contristari, sic de correptione^x ipsius se fatetur laetificari; revolvens, fieri potuisse, ceu^y quodam designat ad se perlatum^z rumore, ut a quibusdam minus caritate repletis^{aa} aliter de se audisset, quam veritas se haberet. Unde petit, hic facile huiusmodi personis aurem accommodet, donec, ut scriptum est, rem quam nescit^{ab} diligentissime in- 40 vestiget; adnectens simpliciter, uti ab ipsis pene cunabulis educatus canonicis fuerit disciplinis, donec a glorioso rege Karolo, imperatoris Ludowici filio, in palatinis ac domesticis^{ac} eius sit assumptus obsequiis, sicque in aula palatii perseverans usque ad tempora Karolomanni^{ad} regis, Ludowici iunioris filii, nepotis eiusdem Karoli, quando a sanctis provinciae Remensis episcopis necnon a clero et plebe huius^{ae} urbis electus sit et ordinatus^{ae} episcopus.

Ubi qualiter hanc ecclesiam paganorum infestatione^{af} laborantem repererit, et ut pro pace 45 ipsius ad posse desudaverit, legati sui^{ag} vel aliorum haec scientium petit explorari narratione; asseverans, premissa se non arrogancia explicare, sed ut noverit coniciens, quia, qui sic enutritus et taliter fuerit ante episcopatum conversatus, hoc sibi potius honus quam honorem, non elationis instrumentum, sed humilitatis esse servitium. Subnectit autem,

a) Berthar. 2. 3. b) Mancionem 1. c) deest 1. d) differat 1^a; deferat 1^b. e) et q. F. e. p. r. 2. 3. f) qua 1. 50 g) conatur 2. 3. h) optant. 2. i) deest 1^b. k) semper m. 2. l) deest 2. m) quem 1^b. n) aggrav. — perturbationibus des. 1. o) presentiam 1^a. p) enarrantes 1^b. q) scripsisse 2. r) pertulerunt 1. s) cum p. 2. 3. t) consueverat 1. u) de cor correptione 1^a. v) seu 2. w) perlato 1^a. x) repletus 1. y) nesciant 1. z) demodestus 1^a; demodesticis 1^b. aa) Karolomagni 1^b; Karolom. 2. 3. b) u. h. 2. 3. c) ordinatus sit 1^b; ep. ord. 2. 3. d) infestatione 1^a; infestatione 1^b. e) ligatis | vi 1^a.

1) Cf. Carmen XII, 6, p. 829.

quod, si aliqua regno quies concessa fuerit, et ab Odone rege licentiam impetrare valuerit, ad ipsius beatitudinis vestigia tandem aliquando properare studebit^a, dum sibi viae pa-
 5 fuerint, quae tunc ab Zendeboldo^b, Arnulfi regis filio, erant obstructae, qui ecclesiam quo-
 que Remensem [multis^c] affligebat iniuriis, res eiusdem suis impertiens subditis. Cuius
 5 tyrannidem apostolica petit auctoritate reprimi, dicens, quia in tam periculoso et necessi-
 tudinibus pleno tempore [se^c] suam ecclesiam noxium esset^d deserere.

5. Quae regibus quibusdam Folco^e direxerit scripta.

Totius itaque regni curam agens idem dominus archiepiscopus Folco, litteras dirigit⁸⁸⁵
 imperatori^f Karolo, regis Ludovici Transrenensis filio, pro tutela et defensione regni^g
 Francorum, quod in his partibus a Nordmannis^h multipliciter opprimebatur; asserens, illud,
 10 auxiliante Deo, hactenus fuisse protectum, quamdiu patrum et aequivocei eius ac filiorum
 ipsiusⁱ regebatur dominatione. Tunc vero illis feliciter humana excedentibus, postquam se
 proceres regni eius imperiali commiserant tuitioni, eos undique secus multi superaggravent
 15 casus. Memoratque, civitatem Parisiorum, quam caput asserit et introitum regnorum Neu-
 striae atque Burgundiae, barbarica cingi obsidione, citoque capiendam, nisi Dei subventum
 fuerit clementia; quae si capta fuerit, totius dispendium regni se perpessuros, tanque peri-
 culose haec iam mala grassari, ut a predicta urbe Remos usque^k nihil tutum remanserit;
 nulla nisi perversorum^l christianorum barbarisque consentientium secuta sit habitatio,
 20 quorum multi, christianam^m deserentes religionem, paganorum seⁿ societati commiserant
 ac tuitioni subdiderant. Scripsit et ad eundem imperatorem pro percipiendi a sede Ro-
 mana pallio roborandisque datis^o olim a Romanis pontificibus ecclesiae Remensis^p privi-
 legiis.

Arnulfo regi Transrenensi litteras mittens pro causa regis Kardli, quem parvulum⁸⁸³
 adhuc unxerat in regem^q, reddit causas eius profectionis, eo quod audierat, motum fuisse
 25 animum ipsius Arnulfi contra se pro hac perpetracione; commemorans, quod, decedente
 Karolo imperatore, huius Arnulfi avunculo, in ipsius Arnulfi servitium fuerit profectus, cu-
 piens eius^r suscipere dominium^s et gubernacionem, sed ipse rex eum sine ullo consilio vel
 consolatione dimiserit. Unde cum nec in eo sibi spes ulla remansisset, coactus sit eius ho-
 minis^t, videlicet Odonis, dominatum suscipere, qui ab stirpe regia existens alienus, regali
 30 tyrannice abusus fuerit potestate, cuius et invitus actenus dominium sustinuerit; et, quo-
 niam huius Arnulfi dominatum desideraverit, idcirco in^u ipsius servitium profectus fuerit;
 at, postquam nullum consilium in ipso reperire valuit, hoc solum quod restabat egerit, eli-
 gens eum regem habere, quem solum post ipsum de regia ipsius habebant progenie et
 cuius predecessores ac fratres extiterant reges. De hoc etiam quod idem rex in culpa tra-
 35 hebat, quare non id ante fecissent, reddit rationem, quod, quando Karolus imperator de-
 cessit, et idem Arnulfus regimen huius regni suscipere noluit, hic Karolus adhuc admodum
 corpore simul et scientia parvulus existebat nec regni gubernaculis idoneus erat, et, in-
 stante immanissima Nordmannorum^v persecucionem, periculosum erat tunc eum^w eligere.
 Ut vero ad eam viderunt illum^x productum aetatem, in qua salubre sibi consilium dantibus
 40 assensum prebere noverat, susceperunt eum secundum Dei honorem, ut regno consuleret,
 volentes eum ita instituere, quatinus huic regno et ipsi Arnulfo proficius valeret existere.
 De eo quoque quod sine ipsius Arnulfi consilio presumpserint hoc agere, morem Francorum
 gentis asserit secutos se fuisse; quorum mos semper fuerit, ut, rege decedente, alium de
 regia stirpe vel successione sine respectu vel interrogatione cuiusquam maioris aut poten-
 45 tioris regis eligerent. Hoc more hunc regem factum ipsius fidelitati et consilio committere
 voluerint, ut ipsius adiutorio et consilio uteretur in omnibus, et eius subderetur tam rex
 quam universum^y regnum preceptis et ordinationibus. Preterea quod audierat huic regi
 suggestum, quia contra fidelitatem ipsius et propter privatam hoc egerit commodum, in-
 fert, quod Aschericus^z ipse, qui haec iactitasse videbatur, antequam de re huiusmodi ali-
 50 quid idem archiepiscopus agere conaretur, venerit ad se, presentibus Heriberto² et Ec-

a) studebit corr. studebit 1^a. b) Zendebold. 3. c) deest 1. d) esso deferre 1. e) deest 2. f) impe-
 ratorem 1^a. g) Fr. r. 2. 3. h) Norm. 2. 3. constanter. i) eius 2. 3. k) deest 1^a. l) perversorum 1. m) christia-
 norum 2. n) deest 1. — sociati 2. o) o. d. 2. 3. p) Remensis 1. q) regnum 1. r) deest 2. 3. s) dum 1^a.
 t) nominis 1. u) deest 1^a. v) Normandi. 1^a. w) centum 1. x) deest 3. y) universorum 1. z) Aschericus 1^a.
 55 Adelericus 1^a.

1) Parisiensis episcopus. 2) Veromandensi.

frido^a comitibus, et consilium simulque auxilium quaesierit, quid agere deberet de ius-
sionibus Odonis, qui res importabiles ei precipiebat. Ex parte quoque filiorum Godfridi^b
consilium petierit de malo, quod eis Odo^c facere conabatur; rogaveruntque^d, ut tale caput
communi consilio statueretur, per quod securi possent^e esse subditi, intendentes vel in
Widonem^f vel in hunc regiae prosapiae Karolum, et simul considerantes qui^g affuerant, 5
ad quem melius attendere deberent, visum illis est propter acquirendam^h regni utilitatem
et ipsius Arnulfi cavendam contrarietatem propterque rectum congruumque regi generis
principatum, ut ad hunc Karolum se converterent, credentes, quod Arnulfus hoc de propin-
quo suo gratum haberet ipsique et regno presidium ferretⁱ. Quod autem iactitatum audierat,
causa Widonis hoc eum fecisse, ut hac arte illum subintroduceret in regnum et, di-
misso^j puero Karolo, se verteret ad Widonem, asserit, livore invidiae contra se scienter
haec falsa fuisse iactata; aut etiam, qualis erat ipse qui talia diffamabat, talem eundem
posse fieri sentiebat; ipse vero nec se talem fore nec talibus ortum^k natalibus recognosce-
bat. Predecessores quoque ipsius regis nequaquam talia ingenia in progenitoribus suis ex-
pertum fuerant, quos in omni fidelitate ac regni utilitate probatos habuerint, ideoque^l illos 15
honorifice sublimaverint. Quapropter erubescendum eidem regi fuisse, ut hoc de se cre-
deret vel infamia se tali notaret. Denique quod audierat, ipsi Arnulfo dictum fuisse, quod
hic Karolus filius Ludowici non fuerit, asseverat, neminem se posse credere fore, qui, eum
si viderit et parentum ipsius effigiem^m cognoverit, non recognoscatⁿ, illum de regia pro-
cessisse progenie; quaedam quoque patris sui Ludowici signa gestare, quibus^o agnoscat^p 20
filius ipsius fuisse. Poscit ergo Arnulfi regiam maiestatem^q, ut haec vera^r dignanter acci-
piat, nullusque animum ipsius contra hunc^s regem innocentem, propinquum suum, com-
moveere valeat; sed, utrum haec quae asserit ita se habeant, in sua presentia fideliumque
suorum examinari faciat et ad debitum finem perducatur, cogitans, qualiter antecessores sui
regni statum gubernaverint, et quomodo regalis^t culminis successio semper hucusque vi- 25
guerit; tunc vero ille tantum princeps et hic^u parvus propinquus eius Karolus de tota re-
gali stirpe remanserint^v; perpendatque, quid contingere possit, si eum debitus cunctis
casus repositus, cum tot iam de^w aliena stirpe reges^x existant^y, et adhuc sint plures qui
sibi regium nomen affectent. Quis post ipsius decessum adiuvabit^z eius filium, ut ad debi-
tam sibi regni conscendat hereditatem, si contigerit, hunc sibi propinquum cadere Karolum? 30
Adnectit etiam^{aa}, quod in omnibus pene gentibus notum fuerit, gentem Francorum reges ex
successione habere consuevisse, proferens super hoc testimonium beati Gregorii^{ab} papae³;
subicit etiam ex libris Teutonicis de rege quodam Hermerico nomine, qui omnem pro-
geniem suam morti destinaverit impiis consiliis cuiusdam consilarii sui^{ac}, supplicatque, ne
sceleratis hic rex adquiescat consiliis, sed misereatur gentis huius et regio generi subveniat 35
decidenti, satagens, ut in diebus suis dignitas successionis suae roboretur, et hi qui ex
alieno genere reges extabant vel existere cupiebant non prevalerent contra eos quibus ex
genere honor regius debebatur; asseritque, se misisse Aledramnum^{ad} ad eundem Arnulfum,
suggerendo, ut quoscunque sibi placeret ex his qui Karolum regem constituerant in suum
servitium^{ae} pergere preciperet, qui coram sublimitate ipsius haec ita esse rationabiliter 40
ostenderent. Flagitans etiam orat, ut haec premissa benigno rex tractet animo et hanc
sciat ipsius esse devotionem vel intentionem erga ipsius fidelitatem, ut [hic^{ae}] Karolus ad^{af}
ipsius consilium in omnibus quae acturus est respiciat et ipsius pietate tutus consistat, et
ut nemo huius regis animum ab auxilio istius regni vel eiusdem Karoli deflectere valeat.

Item ad eundem^{ag} regem, significans ei de fidelitate et devotione, quam erga ipsum 45
habebat, et quia in eius servitium ad ipsius iussionem properare desiderabat; promissionem
quoque, quam rex suus Karolus eidem Arnulfo, qui regnum sibi contradiderat^{ah}, promississet,

a) Erfrido 1. Erfrido 3. b) Godfridi 1a-3; Godfridi 3b. c) deest 2. d) rogaverunt quia 1. e) e. p. 2. 3.
f) Widone 1a. g) quas fuerant 1. h) querendam 2. 3. i) demisso 1. k) oriam 1. l) que deest 2. m) effiem 1a;
effiem 1b. n) cognoscat 1b. o) maiestate 1a. p) verba 3. q) deest 1b. r) regalem 2. s) deest 1a. 50
t) remanserit 1. u) deest 1. v) regis 1. w) existant 1b. x) iuvabit 1. y) eam 1. z) Gregori 1a. aa) Ale-
drannum 1. b) p. s. 2. 3. c) deest 1. d) ab 1. e) eundem 1.

1) Fortasse idem qui Egfridus Ann. Vedast. 892. 'D. Heldensage', ed. 2, p. 31. 5) Fortasse idem
p. 527; v. Kalckstein p. 77 n. 2) Similiter Carmen cuius mentionem faciunt Ann. Vedast. 895, p. 522.
XII, 6, p. 829: *pietate Sceptrigeri quoque cognati* 6) Anno 894; v. Ann. Fuld. et Vedast. h. a.; Dümmler
pro culmine certet. 3) Hom. 10. in Euang. (Migne) ler II, p. 386.
LXXVI, p. 1112. 4) Sibichonis; cf. W. Grimm,

manere inconulsam, tam in ipso rege^a quam in subditis sibi; et quia proponeret idem^b Karolus Odonem, inimicum sibi regem et insidias sibi magnopere parantem, armis aggredi.

Widonem imperatorem legatione suarum visitans litterarum, admodum se de ipsius^c gaudere fatetur gloria et exaltatione; mirari vero atque turbari, quia nullis nuntiis iam^d longo tempore^e transacto sibi aliquid de statu et prosperitate sua notificaverit. Exorat autem, ut regi suo Karolo suffragium impendat et talis erga ipsum existat, qualem eum erga propinquum existere decet, et ut celerius illum scire faciat, qualem voluntatem circa ipsum habeat. De Arnulfo quoque rege significat, quod non velit eidem Widoni pacem servare; Karolum denique sedi apostolicae suam epistolam dirigere, orationibus se com-
mendando papae, atque ipsius petens roborari benedictione, et ut idem papa huius Widonis eum coniungat amicitiae. Poscit etiam, ut eidem regi de amicitia sua per suum missum aut per^f sua scripta Wido remandet, sed et suis vel ecclesiae sibi commissae compatiatur iniuriis, quas fidelitatis ipsius causa tolerabat. Notificat etiam, abbatiam Sancti Martini a rege sibi commissam^g, rogans, ut res eius, quae in regno ipsius erant, in sua tutela Wido recipiat.

Odoni regi litteras dirigens, rogat pro concedenda ecclesiae Laudunensi post decessum^h Didonis episcopiⁱ electione libera; ostendens, non oportere, violenter eos ad eum quem nolint suscipiendum compelli. Precatur etiam, ut eandem ecclesiam absque inquietudine degere iubeat neque res ipsius a pervasoribus depredari sinat, ne^j particeps diripiuntium fiat, si talia fieri permittat.

Karolo regi suo scribens, indignatur^k valde sibi perlatum, quod pravis quorundam^l consiliis vellet idem rex se sociare Nordmannis^m, ut illorum auxilio ad regni decus obtinendum iuvari posset. *Quis enim, inquit, qui vobis sicut oportet fidelis est, non expavescat, vos inimicorum Dei amicitiam velle et in cladem acⁿ ruinam nominis christiani pagana arma et foedera detestanda suscipere? Nihil enim distat, utrum quis se paganis societ, an^o, abnegato Deo, idola adoret. Nam si, ut ait apostolus, mores bonos^p colloquia mala^q corrumpunt, quanto magis corrumpitur castitas animae christianae ethnicorum^r consiliis et^s societate? Neque enim poterit non imitari quod assidue viderit, quin potius assuescet paulatim et quasi vincula malae consuetudinis trahetur ad facinus. Certe progenitores vestri reges, deposito gentilitio errore, divino cultu^t se sublimiter subdiderunt et a Deo semper auxilium expetierunt, propter quod et feliciter regnaverunt et regni hereditatem ad suos posteros transmiserunt. Vos contra nunc Deum relinquitis; dicam certe, licet nolens, quia Deum relinquitis, cum vos eius hostibus sociatis. Unde et merito prophetica illa vox ad vos dirigitur, quae quondam ad regem Israel similia facientem directa est: 'Impio prebes auxilium et his qui oderunt^u Deum amicitia iungeris'. Et certe cum deberetis malis preteritis terminum ponere et rapinis et depredationibus pauperum renuntiare ac pro his omnibus poenitentiam agere, nunc ad maiorem iram Dei provocandam his qui Deum ignorant et in sua feritate confidunt vos coniungitis. Credite mihi, quia nunquam sic agendo ad regnum pervenietis, immo velociter disperdet vos Deus quem irritatis. Hactenus quidem de vobis meliora sperabam; nunc vos^v video cum omnibus consentaneis^w vestris periturum, si tamen hoc vere vultis agere et talibus consiliis adquiescere. Re vera qui tale vobis dant consilium non fideles, sed per omnia infideles esse comprobantur, quos si audire volueritis, terrenum simul et caeleste regnum amittetis. Deprecor itaque^x vos per Deum, ut tale deseratis consilium neque velit vos in aeternum precipitare interitum et mihi ceterisque, qui secundum Deum vobis fideles sunt, aeterni doloris afferre dispendium. Melius enim fuerat, vos non nasci quam diaboli patrocinio velle regnare et illos iuvare quos deberetis per omnia impugnare. Sciat enim, quia, si hoc feceritis et talibus consiliis adqueveritis, nunquam me fidelem habebitis, sed et quoscumque potuero a vestra fidelitate revocabo, et cum omnibus coepiscopis meis vos et omnes vestros excommunicans, aeterno anathemate condemnabo. Pro fidelitate, quam vobis servo, haec gemelundus scribo, quoniam cupio vos secundum Deum et seculum semper esse honoratum et non Sathanae, sed Christi adiutorio ad debitum vobis conserndere regni fastigium. Regnum enim quod Deus dat firmum*

a) deest 2. b) eidem Karolo 1^a. c) deest 1^a. d) p. s. des. 1^a. e) concessam 2. 3. f) nec 2. g) ut dignatur 2. h) quorum 1. i) Normannis 1^a. j) deest 2. k) prava 2. 3. l) m) et inimicorum 1. n) cultu 1^a. o) oderint 1^a. p) video vos 2. 3. q) consanguineis 3^a. r) v. i. 2. 3.

55 1) Si Ann. Vedast. fides habenda, vixit etiam a. 895. Cf. Dümmler II. p. 434² Kalkstein p. 104 n.

habet fundamentum; quod vero per iniustitiam et rapinas acquiritur, caducum est et cito deciduum nec diu poterit permanere.

892. Lamberto imperatori congratulationis^b apices dirigens, notificat, quod^c sibi de ipso domnus papa Formosus suis litteris intimaverit: quod scilicet eundem imperatorem multum diligeret et in omnibus ei consulere loco carissimi filii atque indissociabilem vellet ad eum servare concordiam. Hortatur ergo hunc principem et admonendo flagitat, ut tantae benignitati eiusdem papae gratus existat, illum ut patrem piissimum diligat omnemque illi fidelitatem et obedientiam servet eiusque sacris monitis ut verus filius obtemperet et sedem Romanam digna veneratione honoret. *Ha enim vestrum, inquit, perhenni^d soliditate stabilitur imperium, et contra omnes inimicos et hostes vestros divinum vobis auxilium suffragatur, fietque, ut omnibus adversariis vestris^e divino adiutorio semper superior et fortior sitis. Recordamini, quaeso, avunculi vestri et aequivoçi Lamberti illustrissimi, qualis erga^f sanctam Romanam sedem fuerit qualemque exitum consecutus sit^g, et cavete, ne in idem exemplum deveniatis, si aliquid simile agere volueritis. Domnum etiam apostolicum deprecamini, ut eum dignetur absolvere et pro illo apud Deum intervenire. Pro me quoque attentius postulo, ut eius mihi benevolentiam concilietis, quatinus tam de me quam etiam de sede Remensi mercedem dignetur habere et sui illi privilegia inviolabiliter custodire, sicut omnes sancti predecessores ipsius^h semper fecisse noscuntur; et si aliquis umquamⁱ aures clementiae ipsius inquietare^j et de nobis sinistra aliquid dicere presumpserit, non prius obloquentibus credere, donec per me aut certe per suum vel meum missum, quod verum sit, possit agnoscere. De cetero cognoscat^k imperialis^l dignitas vestra, Rampōnem, propinquum vestrum et meum, ab eodem domno apostolico excommunicatum; sicut ex eius^m litteris agnovimus. Pro quo obsecro mansuetudinemⁿ vestram, ut eum deprecemini, quatinus illi^o locum poenitendi et quod admisit^p emendandi non denegat, nec eum perpetuo anathemate innodatum irrecuperabiliter perire sinat, sed quam illi placet poenitentiam et satisfactionis mensuram illi iniungat; nobis etiam et universis Italiae^q vel Galliae^r episcopis, quibus de eius damnatione scripsit, vicissim de sua misericordia, quid^s illum agere et qualiter esse conveniat, rescribi iubeat.*

Albrado² regi Transmarino amicales litteras mittens, grates refert, quia tam bonum virum et devotum ecclesiasticisque regulis congruentem destinaverit episcopum in civitate Cantaburg nomine³. Audierat enim, quod perversissimam⁴ sectam, paganis erroribus⁵ exortam et in illa gente tunc usque relictam, verbi mucrone satageret amputare. Quae secta suggerere⁶ videbatur, episcopis et presbiteris subintroductas habere mulieres, ad propinquas quoque generis sui quisque vellet accedere, insuper et sacratas⁷ Deo feminas incestare, uxorem⁸ habens concubinam simul habere. Quae omnia quam sanae fidei sint adversa, documentis manifestat evidentissimis, ex sanctorum patrum prolatis⁹ auctoritatibus.³⁵

Richildim¹⁰ reginam vel imperatricem¹¹ litteris commonens atque redarguens, dolore multo se fatetur esse correptum pro fama non bona quae ad ipsum de vita vel actibus eiusdem reginae pervenerat; quod scilicet esset diabolus, ubi fuisset illa¹², magis quam Deus, cum forent circa illam quae contra salutem militant¹³ animae, id est irae, rixae, dissensiones, incendia, homicidia, luxuriae, rapinae quoque pauperum, perversiones ecclesiarum. De quibus omnibus debita sollicitudine et pastoralis diligentia commonet eam, ut transferat se de tantis malis ad fructum aeternae salutis; proponens ei quadrivium¹⁴ vel quadrigam virtutum, quam¹⁵ assumens et ascendere nitens, apprehendat ea quae sunt sapientiae atque sanctimoniae ac felicitatis aeternae. Velamen quoque Christi, quod assumpserat causa¹⁶ viduitatis, incorruptum servare studeret, ut illud inviolatum Deo representare posset; nec properare velit ad inferos, ut inveniatur inaestimabile malum multarum, quas ei propalare nititur, miseriarum. Perpendat, si est amica Dei vel soror. Quod si non est, sine intermissione det operam, ut esse possit¹⁷, etsi non candore virginitalis, studio tamen continentiae salutaris, recte credendo, Deum ac proximum diligendo, pietatis opera

a) p. d. 2. 3. b) congratulationis 1. c) quid 3. d) perhenni 2. e) deest 2. 3. f) s. c. 2. 3. g) illius 19. 50
h) nequam 3. i) inquietare 1. k) v. imp. auctoritas 2. 3. l) ex 1. ipsis 2. 3. m) magnitudinem 19. n) ille 14.
o) admansit. 1. p) Galliae 1. q) quod 2. r) perversissimam 1. s) suggere 1. t) sacrata 1. u) et n. 3.
v) probata 30. w) Richildim 1. x) et illa 2. y) a. m. 2. 3. z) quid ruinam 1. a) quem 19. b) deest 1. 30.
c) possit 1.

1) De hac re nihil constat; cf. Dümmler II, p. 94 n. 2). Alfredo. 3) Cf. infra c. 6, p. 568. 55
4) Uxorem Karoli Calvi. De tempore non constat.

faciendo, sobrie et^a iuste et pie vivendo; attendat, ut vitam corrigat, donec hodie cognominatur, ne incidat^b in laqueum confusionis aeternae, dum non recogitat^c, quam velociter praesens hodie transeat. Parcat animae suae et attendat, ut Deo proxima fiat et habeat^d columbae simplicitatem et innocentiam, ut audire mereatur a Christo, cum exierit e^e corpore: 'Hiems transit et recessit, columba mea, veni mecumque requiesce, sedens in dextera patris mei'. Multum se ideo loqui asserit, quod de ipsius salute plurimum sollicitus sit, optans, ut vere fiat regina, ornando virtutibus viduitatem suam, pre oculis habens diem mortis vel resurrectionis suae, audiatque apostolum dicentem: 'Evigilate, iusti, et nolite peccare'. Det tandem^h Deo suo gloriam et operetur salutem [proprian], devertat a malo et faciat bonum. Oratque exoptans, ut correptio sua et emendatio necessaria salubrisque compunctio tangat cor eius, ut tandem aliquando respiscat a diaboli laqueis, gratia quoque Dei resuscitet eam de sepulchris vitiorumⁱ; et cetera. Fabricantem quoque in malis faciat eam firmam et stabilem Deus fixamque in bonis, ut hic et in aeterna vita possit gaudere cum sanctis. *Quod si^l consilium nostrum, inquit, audieritis, tales vobis erimus quales esse debemus in omni fidelitate et reverentia atque debito servitio, et, quod his omnibus maius est, erit vobis Deus propicius, sicut optamus et oramus. Alioquin volumus, ut sciatis re vera, quod pro vobis nolumus incurere offensionem Dei, sed secundum ministerium nostrum faciemus de vobis quod canonica nobis^m iubet auctoritas. Quod quam invitum faciemus, Deus testis est; non enim possumus discedere ab apostolo qui dicit: 'Quandiu apostolus sum gentium, ministerium meum honorificabo'; et: 'Dei adiutores sumus'; et: 'Deus est, qui operatur in nobis'; et: 'An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus? Unde precor Deum in conscientia mea, ut adhaereant cordi vestro verba mea, et ipse qui per me loquitur haec in auribus vestris per se ipsum loquatur in corde vestro. Deus omnipotens ad vota nostra mittat manum suam de alto et liberet vos de coenulo huius seculi profundo!*

6. Quae diversis scripserit episcopisⁿ.

Diversis etiam presulis^o diversa reperitur direxisse scripta, pio sale respersa et divinis auctoritatibus referta.

Flothero^p archiepiscopo^q pro rebus Remensis ecclesiae in sua coniacentibus diocesi, quae ab invasoribus non modicum patiebantur^r dispendium; monens et rogans, ut memor^s ministerii sibi a Deo collati et apostolicorum preceptorum, quorum plura subiungit exempla, his pervasoribus auctoritate^t canonica interdicit, ne de rebus huius ecclesiae amplius presumere audeant, sicut offensam Domini sanctorumque ipsius incurere nolint.

Rostagno^u Arelatensium presuli^v grates referens, quod eum de rebus ecclesiae Remensis sollicitum esse compererat, quas sub ipsius providentia et tutela constituerat; sed audiebat, eas a quibusdam pravis invasoribus infestari vel usurpari; unde hortatur, ut eosdem pervasores, nisi respiscant, districta^w percussat excommunicatione, si non vult^x rem huiusmodi^y ad apostolicam sedem deferri.

Herimanno Agripinensium^z archiepiscopo^{aa}, significans, se desiderare cum ipso ceterisque dioceseis ipsius episcopis loqui et de necessariis ecclesiarum causis, ut ab eodem sibi suggestum fuerat, pertractare; id tamen insurgentibus Nordmannicae persecutionis turbinibus impediri; ut autem oportunitas se temporis aperuerit^{ab}, maturata^{ac} facilitate adimplere conari. Intimat preterea, res quasdam Remensis ecclesiae in ipsius parrochia perverso iure a quibusdam pervasoribus possideri; qua de causa expetierat Arnulfum regem apud Warmatiam^{ad}, ut ipse Willeberto presuli^{ae}, huius predecessori, preciperet, quatinus ipse super hoc negotio secundum edicta canonum ageret. A quo scilicet rege idem etiam Herimannus super hoc ipso legatus ad premissum episcopum fuerat destinatus. Sed quia idem Willebertus^{af} preceptum regis in hoc adimplere non potuit, hunc monens rogat, ut eosdem pervasores, vel qui res ipsas inquietare conantur, animadversione canonica feriat, nisi a coepta presumptione respiscant. Decretum quoque Symmachi^{ag} papae^{ah} eidem Herimanno

50 a) et p. et i. 2. 3. b) incendat l. c) cogitat l^b. d) habeatur columba per s. 2. 3. e) a l. f) sit soll. 2. 3. g) vigilate l. h) tamen l^b. i) deest l. k) et c. v. l^a. l) deest l. m) vobis 2. n) s. a. s. 2. 3. o) sua 2. 3. p) epistolae l (corr. episcopis man. rec. l^b). q) Frothero 2. 3. r) patiebatur 2. s) memor l^a, corr. memor l^b. t) c. a. 2. 3. u) Rostagno l. v) destr. l. — proc. l^a. w) iudi l; iudicet 3^b. x) huiusm. 2. 3. y) Agrippina. l. z) appar. 2; o. t. appar. 3. aa) maturato l. ab) presub l^a, presul e corr. l^b. ac) Wileb. h. l. l. ad) Simachi 2.

55 1) Bituricensi a. 876—c. 889. 2) A. 871—913. 3) Qui Willeberto a; 890. successit. 4) Anno, ut videtur, 880, cum Odo cum eo convenerit. 5) Epistolam 6. intelligere videtur (exemplar constitutum de rebus ecclesiae conservandis), Thiel p. 692.

dirigit, ubi quid de talibus sit agendum manifestissima possit assertione^a cognoscere. Item eidem pro quibusdam rebus huius ecclesiae super Remm sitis, in loco qui dicitur Bobert^b, quas Maingaudus^c commendaverat; quo defuncto^d, petit, ut idem presul Herimannus eas tutandas^e suscipiat. Quendam etiam Wibertum, qui res alias Remensis ecclesiae tenere videbatur, admoneat, ut eas cum amicitia sibi restituat. De rebus quoque cuiusdam abbatae sibi a rege concessae, quae in partibus ipsius Herimanni^f coniacbant, rogat, ut eas ab extraneorum pervasione defendat. Et cetera.

Waltero Senonensis ecclesiae archiepiscopo^g pro causa Hildegardis abbatissae, de qua placita quaedam constituerat, sed ad nullum idem Walterus, partim occupatione partim infirmitate pressus, attenderat. Unde prescribit eidem, qua res ipsa finem legitimum sit habitura^h; precansque monet, ut nullatenus omittat, quin ad id placitum veniat; si vero non venerit, ipse tamen salva caritate, quod agendum est, auctore Deo inde perficere conabitur; et quod haec id distulerat, non, quasi auctoritatemⁱ aut privilegium hoc agendi non haberet, egerat, sed potius causa dilectionis ipsius, quam per omnia inviolatam^j servare cupiebat. Petit etiam, ut prefatam abbatissam idem Walterus, utpote diocesaneam^k suam, premoneri^l faciat, quo ne velut ignaram^m se a conventuⁿ ipsius subtrahere, sed potius die prenominata^o presentem studeat exhibere. Item consolatorias^p eidem dirigens^q super ipsius aegrotatione litteras, et de absolutione, quam sibi petierat idem Walterus tam ab eo quam a fratribus ipsius fieri; simulque de ipsorum providendo ab eodem domno Folcone, quando fieri posset, colloquio^r.

Pleonico archiepiscopo Transmarino^s, congratulans bonis eius studiis, quibus eum laborare compererat pro abscedendis et extirpandis incestuosus luxuriae fomentis, supra^t in his litteris, quae Albrado regi^u scripserat, commemoratis, quae in ea gente videbantur inolevisse; sacris eum instruens et armans auctoritatibus censurae^v canonicae, particeps nimirum piis ipsius laboribus cupiens existere.

Iohanni cuidam Romano presuli, commemorans affectionem dilectionis quam habebat erga eum, ita ut diceret, nullum se invenisse recordari, cum quo sic concorditer mutuo^w coniungeretur caritatis affectu; rememorans, magna se quondam benivolentia susceptum ab eo fuisse liberalissimaque humanitate tractatum magnisque beneficiorum impendiis accumulatum. Assertitque, se quantocius, pace reddita, dignis servitiis ostensurum tam erga eum quam erga domnum papam Stephanum grata^x animi devotione; precaturque, ut eum suo favore tueatur apud ipsius excellentiam papae et, in quibuscumque necessarium viderit, ei, sicut optime in ipso confidit, assistat.

Dodiloni Camaracensium presuli^y pro placitis sibi ab eo datis, ad quae minime attenderat; monens et rogans, ut satagat venire ad proximum placitum, ubicumque rex Odo fuerit ac cum episcopis, quando rem, de qua tunc agebatur, de Hildegarde et Hirmingarde^z terminare deberent. Accusatores quoque ipsius Hirmingardis^{aa} eosque qui presbiterum luminibus privari ac suspendi iusserunt, cum his^{ab} omnibus, qui eidem^{ac} nefandae iussioni paruerunt vel factores^{ad} huius sceleris extiterunt, commoneri faciat et canonice convocari, ut^{ae} huic conventui se studeant presentare. Item pro eadem causa^{af}, gratias referens, quia devote ipsius commotionem susceperit et ad constitutam diem paratissimus occurrerit. Illud vero succensere videtur, cur, cum de negotiis ecclesiasticis ageretur causa, non per clericum, sed per laicalis ordinis hominem sibi mandare voluisset; ipse vero domnus Folco, partim senioris servitio detentus, partim corporeae incommoditatis molestia prepeditus, iuxta conductum venire nequiverat. Admonet etiam, eum meminisse debere, qualis ipse erga eum quondam extiterit, qualiter sine rege, sine ullo^{ag} ipsius parti^{ah} consulente modis omnibus institerit, ut ad hunc episcopalem perveniret honorem, cum adhuc sibi^{ai} perfecte notus non esset. Ita tamen pro eo egerit veluti pro fratre carissimo, quia crediderat et credebat in eo simplicem prudentiam,

a) assertionem 1^a, corr. assertione 1^b. b) Bothert 1. c) Maingaudus 1^b. d) tutendas 1. e) Herimanni 1^a, deest 2. f) habitura 2. g) auctoritate aut privilegio h. a. h. 2. h) inviolata 2. i) promovendi 1^b. j) ignara 1. k) conventus 1^a. l) moneri 2. 3. m) consolarias 1. — eodem 1^a. 4. d. e. 2. o) et c. 1. p) regis 1^a, corr. regi 1^b. q) fort. scripturae. COLV. r) [tuo 1^a, et ita 1^b. s) ita 1. 2. 3; gratiam a. devotionem 3^b. t) Herm. 1^b. u) fr. 2. v) deest 2. 3. w) ita 1 et G. Cam.; i. e. fautores, quod habent 2. 3. x) et 2. y) causam 1^a. z) i. u. 2. aa) partim 1. b) deest Cam.

1) Boppard intelligi videtur. 2) A. 892, occiso; logo archiepiscoporum Cantuariensium vocatur Plei- 55 v. supra c. 3, p. 560. 3) A. 887—923; a. 895. mundus. COLV. Alibi Plegemund. 5) c. 5, p. 566. a Richardo duce captus. 4) Hic est qui in cata- 6) A. 887—901.

fidem non fictam, firmam et indemutabilem stabilitatem; speraverat etiam in omnibus sibi cooperatorem et adiutorem fore. Per illam ergo sinceram dilectionem, quam in ipso credebatur, eum se dicit monere; mandat, ut, posthabita omni dilatione^a vel occupatione, ad condictum conventum episcoporum presens adesse studeat, nulla causa excepta nisi tantum infirmitate corporea. Personas etiam premissas, quas per alteram significaverat epistolam, commoneri canonice faciat, ut preparatae ad sollempnem coetum episcoporum die prefixa se satagant presentare.

Item cum ceteris coepiscopis, Didone scilicet Laudunensi, Hetilone Noviomensi^b, Riculfo Suessorum, Herinando^c Morinensi, scribens, huic presuli Dodiloni significat, hos premissos in urbem Remensem convenisse presules^d ad tractandum de pervasione Balduini, de quo scripserat eidem Dodiloni^e, admonere illum, ut respiceret a pravo temeritatis suae fastu. Sed quoniam idem presul rescripserat, occurrere eisdem^f presulibus se nequissime, quia suum iter Nordmannorum^g preripuit gladius, ceu^h de communi compatitur exitio. Ceterum quod petierat de Balduinoⁱ, in hoc adquiescit^j ei, ut admonendo, exortando et in-crepando sedulo eum corripiat, ut a sua corrigatur pravitate, divinas ei proponens sanctorum sententias patrum; litteras etiam eidem Balduino ab ipsorum episcoporum parte dirigi significat. De quibus hortatur, ut, si fuerit presens^k, ei recitentur; si absens fuerit, per suum archidiaconum ipsi transmittat, qui etiam illas^l eum intelligere faciat. Quodsi et^m eum ille nequiverit adireⁿ, litteras ipsas^o publice coram se legi faciat in loco ubi Balduinus religionem pervasit, et deinceps, nisi respuerit, non ei vel monachus vel canonicus vel quilibet^p rite christianus adiungatur, si non anathematis vinculo implicari voluerit. Si Hetilo^q quoque ad civitatem Atrabatensem venerit, Dodilo^r illi occurrat, ut de hac re quod agendum est canonice peragere possint; et quicquid inde fecerint, litteris sibi significet.

Hetiloni presuli litteris mandat, ut proficiscatur cum fidelibus regis ad^s Atrabatensem, agens pro posse, quod in alio scripto agendum^t sibi repererit significatum. Item, pro his quae a Dodilone Cameracensi patiebatur episcopo, asserens, quomodo pro beneficiis ab eo sibi contumeliosa retribuuntur^u, adsciscensque^v hunc sibi testem, qualiter eundem Dodilonem^w paterno simplici beniguitatis affectu ad potiora provexerit; sed et quomodo Rodulfus vir devotus abbatiam quandam^x in huius Hetilonis parochia^y sitam Remensi dele-gaverit ecclesiae, committens simul eidem corpus beati Calixti papae et martiris, quod impetratum a Romana detulerat urbe. Intimat ergo, qualiter precatus sit amicabiliter prefatum Dodilonem, ad Atrabatensem^z castellum venire et inde pignera prefati martiris honorifice levare atque usque ad coenobium Sancti^{aa} Quintini deducere. Hunc etiam Hetilonem expetierat, ut ad ipsum coenobium occurreret, et tandiu cum sacro comitaretur corpore, donec ipse dominus Folco veniret et decenter^{ab} illud excipere atque^{ac} ad^{ad} Remensem valeret urbem deducere; ubi tandiu servaretur, quousque, pace reddita, loco proprio ipsius Hetilonis parochia sito^{ae} restitui posset. At Dodilo, cum debuisset agere quod petebatur, econtra, filiationis ac fraternitatis posthabita reverentia, in medio occurrens viae et de manibus gestantium sanctum pignus abripiens, apud se reposuit, dicens, non illud se cuiquam^{af} redditurum, nisi eidem Hetiloni, in cuius dinoscebatur^{ag} fuisse parochia depositum; et hoc ipsum novae fraudis argumento gessisse, quo valeret prefatum corpus sacrum cuidam Hucholdo^{ah} comiti tradere. Quocirca petit hunc Hetilonem, ut missum suum ad eum dirigat et paterno ac fraterno amore ipsum redarguens corrigat, et in memoriam ei revocet, quomodo religionis solius et fidei, quam in eo fore credebatur, intuitu illum absque regis aut principis alius cuius expectatione in sede pontificali locaverit, moneatque, ut a^{ai} coepta temeritate pedem revocet, ne aliquid hunc eundem archiepiscopum contra se, quod idem nolit, agere compellat. Hunc quoque precatur Hetilonem obnixè, ne illi assensum in re tali prebeat, sed iustae parti in omnibus faveat et thesaurum caelestem, Remensi ecclesiae a prememorato

a) dilect. 2. b) Novecom. 2. c) Heirgardo h. l. 1. 2; Herinando Cam. d) Dodilo 1. e) eidem 2. f) Nortm. 50 h. l. 2. g) seu 2. h) Hald. 1^a. i) ita Cam.; adquiescitur 1. 2. 3. k) in p. Cam. l) eas illum Cam. m) et e. des. 1. n) audire 2. o) deest 2; ipse Cam. p) quodlibet 1. q) Atrab. f. semet etiam 2; Atrab. Cam. r) Dodilo 2. s) deest 2. 3. t) retinuitur 1. u) abs. 1; asc. 2. v) Dodilonem 1^a. w) parochiam 1. x) Atrahensem 1^a; Atrahensem 1^b. y) Sancti — cenobium des. 1. z) i. d. 2. 3. aa) usque 2. Cam.; atque usque 3. ab) hac corr. man. rec. hanc 1^a; ac 1^b. ac) suo 1. ad) cuidam 1. ae) dinoscitur 1. af) Burhaldo 1. ag) accepta 1.

55 1) Qui supra c. 3, p. 562. rectius Herilandus dicitur. 2) De tempore cf. Kalkstein p. 74. 3) Episcopus Noviomensis. 4) Cisoing; v. supra p. 560.

viro traditum, urbi ac basilicae ipsius restitui non solum consentiat, sed etiam totis viribus adiuvet.

Diloni Laudunensi episcopo pro reconciliatione animae cuiusdam^a Walcheri, qui reus maiestatis inventus supplicium mortis incurrit. De quo audierat, quod in articulo mortis poenitentiam per confessionem et sacrae communionis viaticum ab ipso expetierat, nec impetrare valuerat^b, insuper et sepulturae beneficium fuerat ei denegatum et orari pro eo prohibitum. Succenset ergo eundem presulem, horrens, cur sic voluerit agere, cum sciret optime, quod auctoritas sacra de non neganda in ultimis statuerit poenitentia; adhibetque nonnulla sanctorum patrum super hac re testimonia, monens, uti, considerato communi periculo, imitetur communis Domini pietatem et huic peccatori remedium poenitentiae in ultimis deprecatu impendat misericordiam, ut et orari pro eo faciat et per se ipsum reconciliationem^c animaeque commendationem more christiano persolvat, eumque de loco pervio, in quo non sepultus, sed proiectus erat, ad cimiterium fidelium transferat. Item pro hac eadem causa, postulans et adhibens exemplum beati Gregorii^d de quodam monacho, quem iusserat nec sepulturae communi tradi nec orationibus iuvari, at post longum^e spatium reconciliationem eidem precepit^f impendi; asciscens etiam illud euangelicum, quia: *Filius hominis venit quaerere et salvare^g quod perierat*; sed et Nicaeni concilii^h testimoniumⁱ, quo^b generaliter cuilibet in exitu posito et poscenti gratiam communionis tribui precipitur.

Petro cuidam Romano scribit episcopo pro his de quibus Formosum papam consulerat^j super Herinando Morinensi episcopo, quem Catalaunicae preficere^k decernebat viduatae ecclesiae^l, petitque, ut suggerat papae^m pro hoc suo consulto, quatinus optatum super eo citius adipisci mereaturⁿ responsum; commemorans, quod gestum reminiscatur [super^o] Actardo Namneticae urbis episcopo, quod eum Nicolaus papa Morinensi ecclesiae postea censuerit proficiendum ac demum in archiepiscopatu sedis Turonicae decreverit incardinandum^p. Precatur etiam, ut idoneam super hoc exquirat auctoritatem repertamque sibi destinat exequendam.

Honorato Belvacensium presuli^q scribens, asserit, se mirari vehementissime, quomodo id potuerit contingere, ut animus ipsius tam contrarius et adversus sibi existeret, cum sciret, qualis erga^r eum fuerit et qualiter eum^s loco fratris ac filii semper habuerit qualique^t affectu, ut ad eundem honorem perveniret^u, decertaverit; nec tamen ideo^v desperare^w debeat, sed quantocius ad pacem et concordiam secum tenendam redeat. Monet igitur^x eum tamquam filium carissimum, redire ad semet ipsum et cogitare, cuius sit ordinis cuiusque professionis, perpendatque, [quod^y] in nullo ab ipso laesus existat, et, si possibile sit, ad se veniat, quatinus de his collato sermone melius conferant; si vero id fieri nequit, quendam^z familiarem sibi^{aa} dirigat^{ab}, per quem^{ac} quae fert animus eidem remandare valeat. Notificat etiam, se audisse quaedam de ipso quae non facile credere potuerit, scilicet quod rapinis insisteret, alienas possessiones invaderet et pecunias diriperet; nominatimque^{ad} designat Rotbertum^{ae} quendam^{af} apud se fuisse conquestum, quod universa mobilia sua ei abstulerit. *Ego autem, inquit, non hoc de vobis credere possum, sed puto esse aliquem^{ag}, qui vestra gratia et auctoritate fretus haec agere presumpserit, et ideo vobis ascribitur quod ab alio gestum est. Si ergo a quocumque vestro hoc factum est, obsecro, ut auctorem huius mali digne coherceatis et^{ah} dampnum omne emendare iubeatis. Si autem verum est, quod vos ipsi^{ai} hoc egeritis, precor, ut a^{aj} tali intentione desinatis^{ak} et ei qui dampnum passus est sua ex integro restitui faciatis.* Item, redarguens eum de nonnullis quae ad se non simplici profes-^{al}sione scripsisse videbatur, quasi dominus Folco pacem et concordiam perturbasset. Significaverat etiam, a pravis quibusdam suam vexari ecclesiam, et super hac re nullum ab hoc archiepiscopo petentem se^{am} suscepisse responsum. Unde revocat ad memoriam, quia^{an}

a) cuius 2. b) valet 1. c) reconcil. 1. d) legitimus 3. e) precipit 1^b. f) salvum facere 2. 3. g) consil. 2. h) quod 1. 2. 3. i) perf. 1. k) deest 2. l) mereamur 2. m) deest 1. n) eum erga 2. o) l. fr. ac 50 l. cum 2. 3. p) pervenire 1^a. q) deest 1^b. r) desperare 1^a. s) e. i. 2. 3. t) quendam 1. u) se corr. sibi 1^a. sic 1^b. v) diligit 1. w) quam 1. x) nominatimque 1^a. y) Rob. 2. 3. z) quendam corr. quendam 1^b. et ita 1^a. a) aliquam quod 1. b) deest 1^a. c) ipse 1; ipso coeger. 2. d) deest 1. e) designatus 1. f) deest 2. g) quod a 1.

1) Dial. IV, 55. 2) Can. 13. 3) V. supra p. 561. 4) V. supra p. 516. 5) A. c. 884—901. 55

precatu quam precepto apud ipsum maluerit obtinere, illis hominibus induciâs interim dari, quousque simul quivissent ipsi presules loqui. De quodam quoque Aledramno¹, quem tunc excommunicare minabatur et archiepiscopo [suam^a] exequi censuram precipere videbatur; asseritque, se nunquam destinasse communibus et collatis coepiscoporum preceptionibus ac suggestionibus non parere^b; Belvacensi tamen ecclesiae singulariter ecclesia Remensis parere, nesciret; et quia in hac^c excommunicatione non ecclesiastica vigere censura, sed preceps prevalere cernebatur animositas, cuius rei erat initium desertio regis Odonis et institutio Karoli. Annectitque post aliquanta de viduatione ecclesiarum, Silvanectensis videlicet atque Catalaunensis, quarum Silvanectensis tunc elegerat Otfredum^{d,2}, quemque ad presulem Remensem perduxerant sibi petierant ordinandum pontificem; ad quam petit hunc ordinationem venire, remota, ut canonica iubet auctoritas, omni excusatione. Subiungitque^e, monens, ne intendat eius animus haec ita dicta, tamquam eundem non liceat episcopum ultra in ipsius sperare amicitiam, quam sibi mutuo coniunxerant quamque inconvulsam omni tempore archiepiscopus tenere cupiebat et ad honorem suae sedis sedem^f ipsius honorare ac sublimare desiderabat. Sed quia se mordaci reprehensione viderat eius latenter corrodilitteris, a tanta subreptione se voluerit excusabilem reddere, ne videretur in hoc ei silendo adsentire. Item pro ordinatione Mancionis^g Catalaunensis episcopi, ad quam eundem Honoratum venire mandaverat; sed ille non veniens, etiam ipsam ordinationem reprehensionis elogio notarat; quam tamen reprehensionem archiepiscopus caritatis studio patienter ferebat, mandans et poscens, ut ad ordinationem premissi Otfridi occurrere studeat. Et cetera. Item pro litteris ab eo sibi directis, in quibus hortatus fuerat, ut statui et religioni sanctae ecclesiae labentis^h succurrere deberet. Unde gratiarum vota Deo seⁱ persolvere archiepiscopus asserit, qui ad hoc suadendum eius excitaverit animum, cum priores ipsius episcopi epistolae tumidum^k viderentur preferre rancorem, haec vero tota fratrum testaretur amorem. Si vero quod verba resonabant Honoratus corde teneret, paratum se^l dicit eius caritati respondere eamque inviolabiliter conservare^m. Sed quia tunc oportunum tempus, quo simul convenire valerent, non videbatur, cum Domino iuvante tempusⁿ arripisset^o, id competenter tam ipsi quam ceteris suffraganeis prenuntiare curaret. Item pro⁸⁹⁶ 15 20 25 30 35 40 45 50 55 60 65 70 75 80 85 90 95 100 105 110 115 120 125 130 135 140 145 150 155 160 165 170 175 180 185 190 195 200 205 210 215 220 225 230 235 240 245 250 255 260 265 270 275 280 285 290 295 300 305 310 315 320 325 330 335 340 345 350 355 360 365 370 375 380 385 390 395 400 405 410 415 420 425 430 435 440 445 450 455 460 465 470 475 480 485 490 495 500 505 510 515 520 525 530 535 540 545 550 555 560 565 570 575 580 585 590 595 600 605 610 615 620 625 630 635 640 645 650 655 660 665 670 675 680 685 690 695 700 705 710 715 720 725 730 735 740 745 750 755 760 765 770 775 780 785 790 795 800 805 810 815 820 825 830 835 840 845 850 855 860 865 870 875 880 885 890 895 900 905 910 915 920 925 930 935 940 945 950 955 960 965 970 975 980 985 990 995

Teutbaldo Lingonensi episcopo amicabile et caritatis utrimque coniunctrices^a dirigit litteras^b, significans de privatis inter se rebus, quas ei Teutbaldus^c per suum significaverat missum, et de communi colloquio secum, de regia quoque et ipsius Teutbaldi^d consanguinitate atque amicitia ipsius episcopi regi Karolo grata. Rogat etiam sibi remandari, de Richardo Burgundionum principe et de Aquitanis quod eum contigerit^e scire. Et cetera. Rodulfo, iam dicti Didonis^f episcopi successoris^g, gratulando^h de honore ipsius et profectu in Domino. Item pro quodam ipsius Rodulfi subiecto, sed ab eodem abiecto, monens cavendum, ne laedatur in hoc episcopalis opinio, dum quod agitur zelo rectitudinis feratur fieri exercendae ultionis; inferens, ecclesiam Remensem hoc ex antiquo privilegium habuisse, ut, quicumque diocesaneorum proprios episcopos quolibetⁱ offensisse se modo sensissent, ad hanc ceterarum matrem confugerent ecclesiarum, auxilium sibi veniae^j flagitantes ab ipsa. Ast, inquit^k, ego nulla in hoc negocio uti volui auctoritate, sed, sicut amicus^l ab amico, immo sicut a specialiter dilecto filio postulare, eo quod me apud vos, non dicam aliquid^m, sed bene posse confidebam. Subiungensⁿ quoque post aliqua, quia^o miseratio non est prevaricatio, cum Deus cotidie post minas districtae ultionis ad se conversis paternae consueverit impendere viscera pietatis, et quia nemo sic unquam cadit, ut ei resurgendi copia debeat denegari. Et cetera.

50 a) deest 1. b) pararo 1. c) e. h. 2. 3. d) Etfredum 1. e) Subiungit quoque 2. 3. f) semen 1. g) Mancionis 1. h) labenti 2. i) semper solvere 1. k) tum idem 1^b. l) observ. 2. 3. m) post suppl. 1^a. n) aris. 1^b. o) visione 2. p) preceptioni 2. 3. — obtemperaret 2. q) coniunctrices 1. r) Teutbad. 2. s) contingerit 1. t) Didoni 1^b. u) deest 1^b. v) quod 1. w) deest 3. Forte legendum: venire. COLV. x) ego i. in h. neg. nulla v. u. a. 2. 3. y) aliquid 1^b. z) Sed iungens 1^a. a) quam 1.

55 1) V. supra p. 564. 2) De anno non satis constat. 3) Ante a. 895, quo captus et oculis privatus est; supra p. 561. 4) A. 893.

7. Quae* abbatibus vel illustribus viris quibusdam.

Stephano cuidam abbati ac nobilissimo viro, qui ad episcopatum electus videbatur, tunc autem forte reiectus vel reprobatus, consolatorias dirigit litteras, amicitiam quam ei promiserat asserens perpetuo se servaturum; dolens vero et ingemiscens, quod eum, quem preelectum regimini gaudebat ecclesiae, hoc videbat tunc effectu^b frustratum; hortatur⁵ tamen, ut, licet elusus sit^a fortiter, validius resurgat; cupiens eidem, omnes propinquos et amicos suos, vel quoscumque alios posset, ad pacem et concordiam revocare. Et cetera.

Balduino comiti Flandrensi pro admissis^d ipsius, de quibus cum coepiscopis suae^e dio-
 892. ceseos quae forent agenda tractaverat. Qui Balduinus inter alia quaelibet prava etiam
 presbiterum flagellaverat. Quod factum quanti sit sceleris, ex divinis ostendit auctoritati-
 bus. Basilicas etiam quasdam abstulerat a presbiteris rite^f inibi^g ordinatis et aliis dederat,
 inconsulto ipsorum episcopo. Possessionem quoque quandam, quam rex ecclesiae Novio-
 mensi^h tradiderat, idem Balduinus invadens, per violentiam retinebat. Adnectit ergo cano-
 nica et legalia super huiusmodi facinoribus capitula. Redarguit etiam eundem pro eo quod
 monasterium monachorumⁱ sibi usurpaverat et insurrexerat contra regem cum infidelitate¹⁵
 et periurio. Super quibus rebus iam dudum data sibi dilatione, et adhibita episcopali
 admonitione, hanc de loco ad locum sese convertendo videbatur subterfugere. Unde et his
 cum litteris paterna vocans admonitione¹, hortatur emendationem profiteri; quod si non
 faceret, extorem se sciret esse [a^k] christiana communionem¹. Et cetera. Item ad eundem
 892. cum coepiscopis suis scribens ex sinodo Remis habita dominicae incarnationis anno 892. 20
 Arguit eum, quod ecclesiastica^m simul et legalia iura contempneret, res ecclesiasticas et
 honores sibi non concessos invaderet, timoremⁿ Dei a se proiciens et fidem, quam in bap-
 tismate Deo promiserat, operibus abdicans, locum sacrum monastici ordinis pervadens et
 abbas sibi nomen usurpans. Unde communi decreto episcoporum iudicatum fuerat, eum
 auctoritatis canonicae anathemate feriendum. Sed quoniam [et¹] ecclesiae et publicis regni 25
 utilitatibus videbatur accommodus, censura suspenditur adhuc animadversionis^o ecclesia-
 sticae, recogitandique sibi et emendandi spatium reservatur, et obsecratur per misericordiam
 Dei, ut ab hac presumptione animum revocet, nec amplius iram Dei contra se provocet,
 ne^p illi quodammodo gladium prebeat; et cetera. Divinarumque secuntur auctoritatum
 testimonia ad correptionem ipsius^q prolata; quibus si adquiescere nollet, ab omni se nos-
 set^r ecclesiae consortio sequestrandum perpetuoque anathemate feriendum; ipsius quoque
 pro palat excommunicationis sententiam in eundem, si^s se corrigere noluerit, quantocius
 iaculandam.

Clero et plebi Silvanectensis ecclesiae pro^t pastoris sibi preferendi scribit electione²,
 succensens, cur ad se^h venire distulerint vel apicibus alloqui se quam viva voce maluerint; 35
 mandans, ut electas e collegio suo personas tam aetate quam sapientia maturas et idoneas
 ad se mittere maturent, qui nec gratia nec odio aut ullius avaritiae obtentu a tramite recto
 exorbitare ullatenus appetant^u.

Ministris quoque Laudunensis ecclesiae pro eo quod audierat, inter eos contentiones
 esse et conventicula seorsum facere; quapropter monet eos ut filios, quo^v, si haec ita 40
 fiunt, omnimodis amputentur, conventus autem ipsorum fiat moderatus atque iocundus,
 in quo secundum aetatem vel datam sibi a Deo probitatem, omni deposito supercilio, quis-
 que loquatur; et cetera. De concordia et caritate^w vera constituenda atque servanda,
 mittens eis exemplar epistolae ad Odonem regem pro^x obtinenda ipsis^y canonica electione
 a se missae, et exortans, ut unanimes cum sancti Spiritus adiutorio congregati magnopere 45
 satagant et Dei clementiam attentissime implorent, ut eorum pastorali adesse^z dignetur
 electioni¹.

Fratres Corbeiacensis coenobii litteris suae visitans admonitionis, redarguit et vehe-
 menter increpat super abiectioe sui abbatis³, quem gravi correptum infirmitate, crudeli

s) rubrum et capit. dist. des. 1. h) aff. 1^b. c) sit — vel des. 1. d) amisis 1. e) d. a. 2. 3. f) e corr. 1^a; me 1^b. 56
 g) michi 2. h) Noviom. 2. i) admonitionem 1^b. k) deest 1. l) communicatione 1^a. m) ecclesiasticas 1.
 n) D. 1. 2. 3. o) adim. 1^a. p) nec 3^a. q) quoque add. 3^a. r) nollet 1. s) se 1. t) deest 1, ubi post:
 electionem. u) appateant 1. v) quod 3. w) veritate 1^b. x) deest 2. y) ab i. 2. 3. — canonice 2. z) d. a. 2. 3.
 a) dilectioni 1^b.

1) S. Vedasti; v. Ann. Vedast. 892, p. 527. 2) Post mortem Hadcherti; v. supra p. 371. 3) Heilonis, 55
 ut videtur, qui paucos menses sedit. Cf. Gall. christ. X, p. 1271.

abdicaerant^a temeritate, nec eum ad ipsos venientem saltem ut peregrinum susceperant aut ei ullam humanitatem impenderant; sed eum de communi habitatione perturbantes, in vilissimo extra claustra monasterii loco retruserant, et communi statuto firmaverant, ut ad eum^b visitandum vel consolandum venire nullus auderet, sed neque moriens communi sepultura dignus haberetur. Unde admirans talem sensibus eorum obrepere potuisse improbitatem, et apostolicas atque regulares super obedientia prepositis exhibenda proponens preceptiones, ostendit, non eis licuisse abbatem regulariter electum et archiepiscopi ordinatione rationabiliter institutum ita contra fas omne dehonore et divina humanaque in eo iura vel instituta convellere atque confundere; cum non sit in eorum arbitrio vel potestate, cum voluerint, abbatem deponere et alium ad libitudinem^d suae voluntatis instituire. Proponit etiam maledictionem Cham, qui pudenda patris irrisit, et eiusdem complices eos^{gen. 9.} ostendit esse maledictionis; ac proinde, interposito ordinis ipsorum periculo, monet, auctoritate et ministerio sibi a Deo iniuncto precipiens, ut ab hac pertinacia respiciant eundemque sui loci patrem sicut abbatem honorent ac diligant, donec, si convaluerit, et ipse tale onus ferre^e potuerit, ipse ad regem excusaturus accedat, ut eius preceptione et archiepiscopali auctoritate ipsius in loco alius substituat abbas.

8^o. De rebus quibus episcopium auxit et ceteris bonis quae egit.

Multa denique bona in hac sede Remensi presul hic operatus est. Nam et episcopium, rebus impetratis pluribus, tam monasterio Avennaco quam nonnullis aliis a regibus ac diversis personis obtentis possessionibus amplificavit atque diversis muneribus et ornamentis hanc Remensem ecclesiam decoravit. Urbem quoque, cuius murum ob aedificationem basilicae Dei genitricis Ebo destruxerat, iste novo circumdedit muro. Quaedam etiam castella a novo instituit, Altmontem scilicet^f et aliud oppidum apud Sparnacum, quod Odo rex, quia desciverat ab eo propter eversionem^g Karoli, subvertit. Venerabile quoque beatissimi Remigii corpus ab Orbacensi monasterio Remensem revocavit ad urbem. In qua relatione multa et magna sunt ostensa miracula superius^h a nobis partim declarata. Eo tempore Nordmannis Francorum terras infestantibus et diversa loca depopulantibus, hic pontifex plures tam sacerdotes quam ceteros clericos et monachos ad se undecumque confluentes benigne suscepit et paterne fovit. Inter quos etiam monachos Sancti Dionisii cum ipsius martiris pretioso corpore aliorumque sanctorum pigneribus recepit et aluit. Corpus etiam beati Calixtiⁱ, concessa sibi vel ecclesiae Remensi abbatia eiusdem sancti, Remis deduci fecit^j et post altare sanctae Mariae venerabiliter collocavit iuxtaque illud pignera beati Nicasii^k et sanctae sororis eius Eutropiae, ab ecclesia tituli sancti Agricolae^l honorifice delata, constituit^m.

9^o. De sancto Gibriano et fratribus eius.

Delata sunt etiam tunc temporis ad ecclesiam beati Remigii membra sancti Gibriani a pago Catalaunensi, ubi peregrinatus fuisse noscitur et humatus. Advenerant siquidem in hanc provinciam septem fratres ab Hibernia peregrinationis ob amorem Christi gratia, hic scilicet Gibranus, Helanusⁿ, Tresanus^o, Germanus, Veranus, Abranus, Petranus, cum tribus sororibus suis Franda^p, Promtia^q, Possenna, eligentes^r sibi super fluvium nomine Materna^s oportuna degendi loca. Quorum hic Gibranus sanctus sacerdos quandam vicum elegit ad habitandum Cosla^t vocatum, ubi plurimis annorum curriculis sobrie, iuste et pie vivens, usque ad exitum vitae bonum studuit certamen certare. Cuius corpus primo iuxta publicum fertur aggerem sepultum^u fuisse, ubi postea supra tumbam ipsius est^v oratorii aedicula constructa, ob insignia scilicet quaedam miraculorum ibidem manifestata. Ad quam confluere populi solita fuerat frequentia, maxime cum depositionis eiusdem celebrarentur festa. Multa^w namque inibi sanitarum tribuebantur remedia, ex quibus quaedam habentur descripta, sed plurima celantur ignota. Tres^x tamen mulieres nominibus ascriptis ibidem^y notantur

a) abdicaerant 1. b) eum 1. c) deest 2. d) libidinem 2. 3. e) onus conferro 1^b; us ferre post suppl. 1^a. f) viii, postea vadendo corr. vii. 1^b. g) et c. b. q. e. des. 2. h) basol. 1. i) electionem 1. k) Calixti 1^b. l) Nicasii 2. m) et ab 1. n) sancte 1. o) instituit 1. p) x, ut videtur; postea manu rec. eras. et corr. 8. 1^b. q) deest 1, sed manu rec. in marg. add.; Telanus 2; Tessanus 3. r) Resanus 1. s) Franda 2; Franda 3. t) Promptia 2. 3. u) elegente 1. 3. v) Maternam 2. 3. w) Coila 1^b. x) f. s. 2. 3. y) deest 1^a. z) Multe 2. a) testamen 1^a. testamentum 1^b. b) ibidem — manus des. 1.

55 1) Haec valde ampliavit Chron. Signiacense, quod 4) Haec hodie est Sancti Nicasii. COLV. 5) I. Mo-Gennilulo abbati tribuitur (Bibl. de l'école des chartes' lanus in additione ad Usnardum, 7. Oct.: 'In pago IV. sect. II, p. 357 n.; cf. ibid. p. 352). 2) V. I. Remensi, vico qui vocatur Buxiolus depositio sancti c. 21, supra p. 436. 3) Cf. Carmen XII, 5, p. 825. Helani presbyteri et confessoris'. COLV.

illuminatae. Cuidam preterea nomine* Grimoaræ* manus cum integra est^a sanitate resti-
tuta. Tempore denique regis Odonis, grassante Nordmannorum crudelitate terrasque
Francorum vastante, huius sancti ecclesiola igne cremata est cum aliis multis eiusdem
pagi^d. Post cuius combustionem saepius audita feruntur voces^e inibi psallentium perso-
narum non apparentium; luminaria tamen quaedam noctibus inibi videbantur ardentia.
Cumque fama huiusmodi virtutum circumquaque percrebuisset, superno ductus amore
sanctique veneratione, Haidericus* religiosus comes accessit ad Rodoardum episcopum
ecclesiae Catalaunicae, obnixè flagitans, ut, quia locus ille, ubi hoc sacrum corpus sub divo
iacebat, funditus erat^f destructus, daret ei licentiam illud^g transferendi, ubi devotius et
venerabilius esset^h. Qui dum diu persistens in precibus tandem suae petitionis obtinisset
effectum, vocato nauta, fertur ei nautum dedisse, eo tenore ut noctu ante galli cantum ad
oram fluminis eius prestolaretur adventum. Cumque statuto noctis tempore viri tres cum
quodam sacerdote adessent fluvii ripae missi ab hoc comite, nauta defuit, nave ulteriori
defixa fluminis orae. His quoque viris adventum navigeri diu prestolantibus et vicissim
clamantibus, cum nemo eis responderet, dolore percussiⁱ corruunt in terram proni, devote
precantes, ut, si Deo placitum foret corpus illius sancti de loco eodem transferri, aliquibus
id eis dignaretur ostendere signis. Moxque navis^j soluta divina virtute nexu quo tenebatur
affixa, ripae qua expectabatur mirabiliter accedit appulsa. Quod admirando perspicientes
et maximas Deo gratias referentes, ascendunt navem, de voluntate Dei securiores effecti.
Accedentesque ad locum sepulchri, et aperto saxeo^k, in quo sacra membra iacebant^l, sar-
cofago, reverenter elevant, transponentes haec in preparato ad id opus noviter scrinio^m;
sique cum ingenti gaudio remeantes ad navem, transeunt celeriterⁿ flumen, hoc pignus
[cum^o laudibus] deferentes ad vicum Balbiacum², ubi per triennium constat honorabiliter
observatum^p. Post haec ad ecclesiam beati Remigii honorifice est delatum et custodi eccle-
siae devote commissum iuxtaque sepulchrum huius sanctissimi patris honorifice collocatum.
Post biennium prefatus comes cum uxore sua Herisinde^q domnum Folconem presulem hu-
militer expetiit, postulans, ut ei^r locum sepulturae concederet in dextera huius ecclesiae
parte iuxta hostium criptae. Quo impetrato, et altari statuto atque argenteo decore cooperto,
illic decenter haec venerabilia deponuntur membra. Denique, postquam a prefato sepulturae
suae sublata sunt loco, quaedam mulier caeca Eretrudis nomine illo candelam deferens
accessit impetrandae causa medelae. At comperta sacrum corpus inde sublatum penitus
esse, nimio angore affecta, coepit flendo conqueri, cur sanctus hic Domini abinde se^s per-
misisset auferri, cur deseruisset vicinos^t, quibus beneficia solitus erat prebere divina.
Subveniri ergo sibi gemitibus exposcens, visum sibi est proficisci debere ad vicum Matus-
gum³, ubi frater eius sanctus quiescebat Veranus. Ad cuius sepulchrum candelam ponens
seseque in oratione^u prosternens, coepit flendo utrumque invocare fratrem. Dumque sancti
nomen crebro repetit Gibriani, coepit caligo albuginis ab oculis eius abrumpi, sique divina
propiciante pietate prisco redonatur^v lumine.

Prefatus denique presul honorabilis Folco, sollicitus circa Dei cultum et ordinem eccle-
siasticum, amore quoque sapientiae fervens, duas scholas Remis, canonicorum scilicet loci^w
atque ruralium clericorum, iam pene delapsas, restituit, et evocato Remigio Autisiodorensi^x
magistro, liberalium artium studiis adolescentes clericos exerceri fecit; ipseque^y cum eis
lectioni ac meditationi sapientiae operam dedit. Sed et Huchaldum Sancti Amandi mona-
chum, virum quoque disciplinis sophicis nobiliter eruditum, accersivit et ecclesiam Re-
mensensem preclaris illustravit doctrinis.

10. De interemptione Folconis episcopi.

960. Accidit autem, ut abbatiam Sancti Vedasti, quam Balduinus comes tenebat cum Atra-
batensi^a castro, rex Karolus pro infidelitate Balduini ab eo auferret atque huic presuli eam
concederet, Altnaro quodam^b comite abbatiam Sancti Medardi tenente. Quam sibi visum est
oportunitatis gratia cum eodem comite commutare debere; quod et^c egit. Accepit itaque ab

a) am. 3^b. b) Grimoart 3. c) deest 1. d) voce 1. e) Hader. 2. 3. f) bis scr. 1^b. g) illustrandi 1. h) ser-
vari valuisset 2. 3. i) percussi 2. k) navi 2. l) saxo 1. m) iacebat 1^a. n) del. 1^b; deest 1^b. o) e. l. des. 1.
p) conserv. 3. q) Herisinde 1. r) eo 1. s) deest 2. t) et vicinos 1^b. u) honore 2. v) donatur 1.
w) deest 1^b. x) Autisiod. 1. y) que deest 2. z) archiepiscopi 2. 3. a) Attrab. 1^b. b) c. quondam 2. c) deest 1.

1) Quod a. 888. factum esse, censet Kalkstein p. 61. 2) Balby. COIV. 3) Matongues (départ. 55
Marne, arrond. Châlons).

eodem Altmaro abbatiam Sancti Medardi et dedit illi abbatiam Sancti Vedasti, recepto^a per vim obsidionis a Balduino Atrabatensi^b castro. Cuius anxietatis dolore succensus tam Balduinus quam omnis eius comitatus, dum quaerunt^c qualiter ulcisci se possint, amicitiam cum eodem presule^d resarcire^e se fingunt; quaerentes ultionis^f locum explorantesque, quomodo [a^g] metatu suo ad regis colloquium stipatoribus vallatus proficisci soleret, quadam die, dum paucis admodum comitatus regis peteret alloquium, eum in via duce quodam Winemaro aggredientes, interceptiunt^h. Et primumⁱ quidem quasi de amicitia et recuperatione Balduni affantur, demum vero improvisum lanceis impetunt, prosternunt ac perimunt. Quidam vero suorum sese ob nimium eius amorem super ipsum prosternentes, pariter cum eo transixi et interempti sunt. Ceteri qui superfuere his qui ad hospitalia remanserant haec maximi doloris sui nuntia portant. Qui rei novitate percussi armisque muniti, percussores episcopi conantur ultione adoriri. Quibus minime repertis, exanime^k, immensis eulantes plangoribus, corpus levat et cum ingenti suorum omnium luctu Remensem ad urbem deferunt. Ibi tandem, lotum et dignis exequiis honoratum, decenti est sepulturae^l mandatum. Cuius antistitis hoc habetur epitaphium^m:

*Hoc tumulo magni Fulconis membra teguntur,
Remorum sedis presulis egregiiⁿ,
Germine nobilium quem Francia protulit ortum,
Aulaque de scolis sumpsit et excoluit.
Hinc Deus assumptum statuit virtute probatum
Ecclesiae speculum pontificemque pium;
Septenos denosque simul cui preluit annos,
Tres menses, denos insuper atque dies.
Auxit episcopium, superaddens plurima rerum,
Urbis et istius moenia restituit.
Orbis honor, patriae tutor, pietatis amator,
Pro studio pacis confoditur iaculis.
Septenum denumque diem iam mensis agebat^o
Iunius, ut dira morte peremptus abijt.
Cui matris Domini, pariter quoque presulis almi
Remigii pietas obtineat requiem! Amen.*

Denique^p Winemarus, eius interemptor, ab episcopis regni Francorum cum suis complicitibus excommunicatus et anathematizatus^q, insuper insanabili a Deo percussus est vulnere, ita ut, computrescentibus carnibus et exundante sanie, vivus devoraretur a vermibus, et dum propter immanitatem foetoris nullus ad eum accedere posset, miseram vitam miserabili decessu finivit.

11. De presulatu domni Herivei.

Sequitur in pontificatu Remensi dominus Heriveus^r, ex aula quoque regis ad episcopatum assumptus, vir genere nobilis, nepos videlicet ex sorore^s Hucbaldi comitis, qui iuvenis quidem ad hunc proventus est honorem, exequentibus et rite celebrantibus eius^t ordinationem Riculfo Suessorum episcopo, Dodilone Camaracensi, Olgario Ambianensi, Mancione^u Catalaunensi, Rodulfo Laudunensi, Otrifido Silvanectensi, ceterisque diocesaneis consensum prebentibus et decretum huius ordinationis corroborantibus. Qui mox huic adeo gradui exhibere^v sese studuit habilem^w, bonis omnibus prebens amabilem, ipsis etiam senibus imitabilem; benignus amator existens pauperum, largus solator religiosorum multumque^x misericors recreator indigentium^y miserorum; ecclesiasticis adprime cantilenis eruditus ac psalmodia^z precipuus et huius exercitatione limatus, animo vultuque iocundus, suavis atque mitissimus omnique bonitate conspicuus, pater cleri atque totius populi pius

a) deest 1. b) Atrab. 2. c) querit 2. d) presulem corr. presule 1^a. e) sarcire 1; se l. r. 2. 3. f) l. u. 2. 3. g) q. p. 2. 3. h) corp. e. i. ei. pl. 1. 2. 3. i) atramento rubro superscriptum s. Fulconis l. k) R. s. p. e. in loc. ras. 1^a l) hsg. corr. ag. 1^a. m) rubrum add. 1^a. De obitu Winemari. n) orare 1^a; coriare 1^a. o) deest 1^a. p) Mansionione 1^a; Mansionione 1^a. q) s. e. 2. r) ab. 2. s) que deest 1. t) lugentium 2. u) salmodia 1.

1) Cf. Ann. Vedast. a. 900, p. 531, ubi 16. Kal. Iulii chronico auctoris, obierit a. 922. die 2. Iulii, et (16. Iun.) occisus dicitur. Hanc narrationem suo sederit, ut ibidem dicitur, annis 22 demptis diebus 4, more ampliavit Richerus I, 17. 18. 2) Cf. Goussier, Actes I, p. 549. 3) Cum Heriveus, ut est in COLV.

patronus, tardus ad irascendum et velox ad miserandum, amator ecclesiarum Dei et fortissimus ovis sibi commissi cum Dei virtute defensor. Recepit denique res diversas et villas ecclesiae, quas antecessor suus per precarias sive prestarias diversis contulerat personis. Cui sedula intentione sectanti spiritalia affluenter exuberabant^a temporalia, quae ipse honesta dispensabat prudentia, disponens competentibus quæstorum ministerialibus, ipse orationibus incessanter intentus. Replentur igitur ecclesiae diversa bonis uberrimis tam horrea quam promptuaría, disponuntur cuncta tum rationabiliter tum misericorditer predia, sed et quaedam reparantur ab eo vel etiam instituuntur municipia^b.

12. De relatione beati Remigii ad monasterium suum.

Hic presul corpus beati Remigii, quod aeternis in civitate servabatur locatum post¹⁰ altare Dei genitricis maioris ecclesiae, ad basilicam sepulturae ipsius sancti referre disposuit. Erat autem hiemale tempus et ad celebrandam^d dominici natalis sollempnitatem tam rex Karolus quam nonnulli proceres eius in hanc convernerant urbem. Cumque his diebus, multis imminentibus inbribus, nimium per totam urbem et circumquaque haberetur lutum, conquiri multi coepere, qualiter illud sanctum corpus tunc ad locum destinatum vale-
Dec. 25. rent efferre. Factum est autem, ut nocte post sanctorum Innocentium natale, cuius insequente die id operis disponebatur expleri, borea ex improvise media nocte insurgente, totius subito coeni gelaretur immanitas, ita ut, humi limique^e humore desiccato, per glaciei repente datae superficiem siccò liberoque vestigio membra sacri^f valeret deferri^g pontificis. At ubi extra civitatem ventum est ac locus^h ipsius directo iam peteretur itinere, claudus¹⁵ quidam, de quo iam supra retulimusⁱ, virtute divina erectus et incolunitati est restitutus. Ubi cum multis^j haberetur populis, turbis undique confluentibus, principi Burgundiae Richardo^k vaginae auro exornatae gemmisque decenter excultae^l, agminis densitate stipato, abscinduntur^m a balteo. Quas quidam negotiator emptas per diversa detulit fora, nec alicubi venditare potuit, donec post annum ad eundem principem in Burgundiamⁿ retulit, 25 quas ille cum gratiarum actione et sancti Remigii benedictione recepit.

13. De reparatione castri Mosomi^o aliarumque^p munitio- narum ecclesiarum^q.

Hic pontifex castrum Mosomum reparatis munit muris et ecclesiam inibi^r dirutam a novo restauravit atque in honore sanctae Dei genitricis, ut olim fuerat, dedicavit, collo-
catis^s ibi sancti Victoris ossibus, quae haud^t procul ab eo fuerant castello reperta. Muni-
tionem quoque apud Codiciacum tuto loco constituit atque firmavit^u. Aliam nihilominus
munitionem apud Sparnacum super fluvium Maternam construxit. Ecclesias etiam non-
nullas, quae sub persecutione Nordmannorum dirutae fuerant, restaurari fecit atque conse-
cravit. Sed et in Vosago infra^v possessionem Beati Remigii ecclesiam construxit ac per 35
assensum Mogontiacensis^w episcopi, depositis inibi pigneribus eiusdem sancti, dedicavit. Remis quoque ecclesiam in honore sancti Dionisii extra murum civitatis a canonicis urbis
constructam consecravit, ubi [et] membra sanctorum beati Rigoberti episcopi et sancti
Theodulfi^x abbatis^y servanda deposuit. Ciptam quoque sub ipsa sede maioris ecclesiae, quae
diu tellure manserat oppleta, ubi beatus Remigius secreto preces Deo fundere fertur assue-
visse, mundatam et excultam in honore ipsius sancti presulis consecravit. Multis quoque
donariis Remensem ecclesiam perornavit, coronis argenteis atque lampadibus tam aureis
quam argenteis illuminavit. Aliis etiam vasis utriusque huius pretiosi metalli, sed et gem-
meis^z locupletavit. Insuper et altare in medio chori sub honore sanctae Trinitatis edidit
atque dicavit et tabulis argento coopertis circumdedit. Crucem quoque maiorem auro 45
cooperuit et gemmis cum sacrosanctis pigneribus decenter insignivit. Ornamentis etiam
olosericis quam pluribus aliam decoravit aulam. Mihi quoque et ceteris tam clericis cano-
nicis quam monachis et sanctimonialibus omnibusque^{aa} pro diversis eum petentibus necessi-
tudinibus multa largitus est bona.

a) exuberant 1^a. b) cum — cum 1^a. c) municipia 2. d) celebrandum 2. e) humilimi quique 1. f) ita 1. 2. 3; 50
sacra 3^a. g) deferre 1^a. h) ad locum unde monasterium ips. 2. 3. i) multis 1^a. k) Ricardo 2. 3. l) exculpte 2.
m) abscid. ab altero 1^a. n) Burgundia 1. o) Mosomi 1. p) et aliarumque 1^a. q) vel e. 3^a. r) i. d. his scr. 1^a. b.
s. collatis 2. t) aut 2. u) confirm. 2. 3. v) in 1^a. w) Mog. 2. 3. x) deest 1. y) Teod. 1^a. z) gemmis 3.
aa) que deest 2.

1) l. 22, supra p. 441. 2) De quo v. l. 25, supra p. 445.

14. De sinodalibus conciliis habitis et Nordmannorum conversione vel expeditione contra Hungaros.

Conventus denique sinodales saepe cum coepiscopis suae^a dioceseos habuit; in quibus de pace et religione sanctae Dei ecclesiae statuque regni Francorum salubriter competenter tractavit¹. De Nordmannorum quoque mitigatione atque conversione valde laboravit, donec tandem post bellum, quod Robertus^a comes contra eos Carno tenus^a gessit², fidem Christi suscipere coeperunt³, concessis sibi maritimis quibusdam pagis cum Rothomagensi⁴, quam pene deleverant, urbe et isdem^a subiectis. Ad petitionem quoque Wittonis⁵ tunc Rothomagensis⁶ episcopi collecta ex diversis auctoritatibus sanctorum patrum 23 capitula, qualiter ipsi Nordmanni tractari deberent, eidem archiepiscopo delegavit³. Insuper etiam Romanum pontificem super huiusmodi⁴ negotio consulere studuit. Ad cuius consulta⁷, quae circa gentis huius conversionem⁸ exequenda forent, insinuare non destitit. Hungaris denique regnum Lothariense depredantibus, dum Karolus proceres Francorum in 919 auxilium sibi contra gentem ipsam convocaret, solus hic presul ex omnibus regni huius primatibus cum suis tantum in defensionem ecclesiae Dei regi¹ occurrit, habens armatos secum, ceu fertur, mille quingentos.

15. De Karoli regis^a sustentatione.

Sequenti vero anno cum⁵ pene cuncti Francorum optimates apud urbem Suessonicam 920 a rege suo Karolo^a desciscerent, propter Haganonem^a consiliarium suum, quem de mediocribus electum super omnes principes audiebat et honorabat, eum penitus reliquissent, hic pontifex fidelis et pius atque robustus in periculis semper existens, regem intrepidus ab eodem loco suscipiens, ad metatum suum⁶ deduxit, indeque secum ad urbem Remensem perduxit, et per septem fere menses eum prosecutus atque comitatus^a est, donec illi comites suos eundemque regno restituit.

16. De Erlebaldis^a comitis excommunicatione vel absolutione.

Excommunicaverat^a hic presul Erlealdum^a comitem Castricensis pagi propter Remensis episcopi terram, quam pervaserat, ibique munitionem quandam¹ super Mosam construxerat indeque² frequentia ecclesiasticae familiae mala ingerebat. Insuper et castrum Almontem furtim irruerat. Sed cum nec ita cessaret a malis quae coeperat, pergit archiepiscopus cum suis ad capiendam munitionem, quam ille construxerat Maceriasque nominabat⁷. Quam per quatuor pene ebdomadas obsidens, deserente tandem illam⁸ Erlebaldo, cepit, et dispositis inibi custodiis, Remis rediit⁹. At Erlealdus profectus ad regem, qui tunc morabatur in pago Warmacensi contra Henricum principem Transrenensem, ibidem ab hostibus regis sibi supervenientibus interemptus est. Quem tamen postmodum⁸ in 35 synodo, quam apud idem Troslegium¹⁰ idem dominus archiepiscopus cum diocesanis suis 921 habuit, intercedente rege et obnix flagitante, a vinculo excommunicationis absolvit.

17. De obitu Herivei presulis.

Excrescente denique discordia inter regem Karolum et Rotbertum⁷, cum pene cuncti 922 regni proceres ad constituendum regem Rotbertum apud Sanctum Remigium congregati essent, idem archiepiscopus⁷ langore depressus vita decessit, tertia die scilicet postquam Rotbertus rex factus fuerat¹⁰, quarto vero die antequam vicesimum secundum sui episcopatus expleret annum. Contigit¹¹ [autem⁸], ut ipsa die sui decessus plures qui advenerant episcopi Remensem ingrederentur urbem, quique funus ipsius dignis exequiis celebrantes, cum inaximo suorum sed et⁹ exterorum luctu decenti tradidere sepulturae.

45 a) v. c. des. 1. b) deest 1^b. c) Rob. 2. d) ita 1. 2. 3. 3^b. Carnoto tenus emend. Lej. e) receperunt 2. 3. f) Rotom. 1. g) aliis eidem 2. 3. h) Wittonis 1. i) huiusmodi — gentis des. 1. k) conversionemque 1. l) post suppl. 1^a. m) a suis derelicti add. 3. n) Karolo 1^a. b. o) Haganonem 1. p) comitatus 1^a. q) Heriboldi 1; Erleboldi 2. nonnumquam. r) Excommunicavit 1^a. c. 3^b. s) Erlealdum 1^b; Heriboldum 1^c. t) quam ille c. post corr. ut edit. 1^a. u) indeque — quae coeperat des. 1. v) deest 2. 3. w) rediit 2. x) Trosleium 1. y) Robert. 50 saepius 1 et 2. z) archiepiscopus — postquam des. 1. a' deest 1.

1) Cf. praesertim Acta syn. Trosleiensis a. 909. 2) Cf. Annales a. 920. 3) Cf. hospitia sua Ann. Gousset, Actes I, p. 562. 4) V. Hist. Senon., SS. IX. 5) Maisieres ad Mosam. 6) Annal. a. 921. 7) Trosly-p. 365; Hugon. Flor. ib. p. 380. Cf. Kalekstein Breuil (départ. Aisne, cant. Attichy). 8) Die p. 131. 9) V. Gousset, Actes I, p. 550. 10) Y. 29. Iunii. 11) Haec Annalium relationi addita sunt. 55 Iohannis IX. epist., Mansi XIII, p. 189 (Jaffé nr. 2707).

18. De successione Seulfii episcopi.

922. Successit huic presuli Seulfus, qui tunc urbis huius ministerio fugebatur archidiaconatus, vir¹ tam ecclesiasticis quam secularibus disciplinis sufficienter instructus, qui quae apud Remigium Autisiodorensem^a magistrum in liberalibus studium dederat artibus. Quo per consensum et iussionem Rotberti regis ab Abbone Suessonico ceterisque Remensis provinciae presulibus ordinato episcopo, delati sunt Odo, frater quondam Herivei archiepiscopi, et Heriveus^b, nepos ipsius, apud eundem^c presulem, quod fidelitatem quam ei promiserant minime servarent^d. Qua de re, quia noluerunt ad reddendam venire rationem coram eodem pontifice vel singulari certamine cum accusatoribus decernere, sublatis sibi ecclesiae possessionibus, quas plures ex hoc retinebant episcopo, per Heribertum comitem deducti sunt^e ad Rotbertum regem, et sub custodia usque ad mortem regis Rotberti. Odo quidem penes eundem Heribertum, Heriveus vero Parisius^f detenti sunt. Fertur autem tunc ab hoc archiepiscopo et a consiliariis suis Heriberto comiti depactum de electione filii sui in hac sede pro predictorum virorum expulsionem. Hic denique presul legatos huius ecclesiae Romam dirigens pro consensu papae Iohannis in ordinatione sua, pallium ab eodem sibi^g missum cum litteris privilegii huius sedis suscepit^h.

19. De synodo quam habuit et ceteris actibus vel fine ipsius.

924. Hicⁱ etiam synodum habuit in villa Trosleio cum episcopis Remensis dioceseos^j, ubi affuere nonnulli quoque comites. In qua et Ysaac comes ad satisfactionem venit pro his quae prave perpetraverat adversus ecclesiam Camaracensem, quoddam castellum Stephani^k presulis eiusdem urbis dolosa comprehensum pervasione succedens. Pro quo facinore vadatus in hac synodo centum libris argenti, pacatur cum prefato Stephano episcopo, satagente Heriberto et aliis qui aderant Franciae comitibus. Hic^l presul monasterium Sancti Remigii cum adjacentibus ecclesiis vel domibus muro cingens, castellum^m ibidem instituit, domum episcopalem cameris reparans, picturis excoluit. Fecit et calicem aureum maioremⁿ cum gemmis in honore Dei genitricis pondi decem^o librarum; sed et alia quaedam ecclesiae preparavit ornamenta. Ciborium quoque super altare sanctae Mariae argento aggressus est operire, quod opus morte preventus explere nequivit. Fertur^p autem veneno potatus a domesticis vel familiaribus Heriberti comitis vitam finisse^q.

20. De electione Hugonis, filii Heriberti.

30. Nec^r mora, post obitum ipsius Heriberti comes Remis venit, advocans Abbonem episcopum Suessonicum et Bovonem Catalaunicum. Quibus sibi iunctis, tractans super electione rectoris huius Remensis ecclesiae, tam clericos quam laicos ad voluntatem suam intendere fecit. Sequentes igitur eius consilium, ne forte per extraneas personas episcopatus divideretur, eligunt filium ipsius nomine Hugonem admodum parvulum, qui nec^s adhuc quinquennii tempus explesset^t. Qua^u re patrata, ad regem properant eius auctoritatis impetrandae gratia. Rodulfus igitur rex, hac electione comperta, prefatorum episcoporum consilio Remensem episcopatum committit Heriberto, aequitatis censura disponendum atque regendum ab ipso. Qui etiam legatos ecclesiae cum Abbone presule Romam mittere satagit, huius electionis decretum secum ferentes et assensum papae super ea^v petentes. Iohannes itaque papa, interveniente Abbone presule, petitioni eorum consensum prebens, episcopium Remense Abboni episcopo delegat, quae sunt episcopalis ministerii ab ipso in eodem episcopo^w tractanda ac^x finienda decernens. Heribertus itaque comes potestate potitus Remensis episcopii, iniuste privavit tam me, qui non interfueram premissae^y electioni suae, quam nonnullos alios et clericos et laicos beneficiis possessionum^z ecclesiasticarum, quibus a precedentibus episcopis munerati videbamur obsecundationis.

a) Autisiod. 1^a. b) archiepiscopus add. 1^b c. c) quae sequuntur usque ad finem cap. 20. desunt 2. d) Parisiens 1^a b. e) Sic 1^a b. littera init. desit 1^c. f) castestum 1^a. g) desit 1. h) explesse 1. i) Q. r. des. 1; Quo facto 3. k) episcopatu 1^b c. l) at 1^a. m) premissio 1.

1) Haec ex litteris Artoldi archiepiscopi a. 948. synodo Ingelheimensi traditis, infra c. 35, sumpta esse videtur. 2) Perdita sunt; v. Jaffé p. 311. 3) Eius litteris c. 35; quas etiam post adhibuit auctor. 4) Haec addit Historia. 5) Etiam de 50 hoc re nihil in Annal. Sed leguntur in Artoldi litteris c. 35; quas etiam post adhibuit auctor. 6) Die 1. Sept., Necrologium S. Remigii, Varin. 7) Haec accuratius quam in Annalibus exponuntur. 55

gratia. Quae pro libitu suae voluntatis quibus sibi placuit impertivit. Nec longum postea tumultu infra claustrum canonicorum inter clericos exorto, supervenientibus quibusdam militibus cum armis, duo interempti sunt ibidem clerici, quorum alter diaconus, alter habebatur subdiaconus.

21. De infestatione Hungarorum et discordia inter Rodulfum regem et Heribertum comitem.

Hungaris¹ Renum transgressis et usque in pagum Vonzinsem² depopulationibus³ incendiisque baccantibus, corpus sancti Remigii, aliorum quoque⁴ quorundam sanctorum pignera Remis hoc⁵ metu a suis sunt locis delata. Sequenti denique anno simultas⁶ inter⁷ Rodulfum regem et Heribertum comitem exoritur pro Laudunensi comitatu, quem Heribertus Odoni filio suo dari petebat, concedente illum rege Rotgario, Rotgarii comitis filio. Acies igneae Remis in caelo visae quadam dominica die in Martio mense. Cui signo pestis e vestigio successit quasi febris et tussis; quae prosequente quoque mortalitate per cunctas Germaniae Galliaeque gentes desaevit⁸. Heribertus comes legatos suos trans Renum dirigit ad Heinrichum⁹, per quos ad ipsius evocatus colloquium, properat cum Hugone, Rotberti filio, pactoque inter se foedere, muneribus Heinrichum honorant et honorantur ab ipso. Sinodus sex episcoporum Remensis dioceseos apud Trosleium habita¹⁰, Heriberti comitis iussione convocata, rege tamen Rodulfo contradicente patrata¹¹. Postquam sinodum Heribertus Karolum de custodia, in qua eum detinebat¹², eiecit et ad Sanctum Quintinum deduxit, indeque cum eodem¹³ Nordmannorum¹⁴ colloquium petiit¹⁵; ubi se Willelmus, filius Rollonis principis Nordmannorum, Karolo commendavit et amicitiam cum Heriberto confirmavit. Deinde Remis veniens cum Karolo Heribertus comes, litteras Romam Iohanni papae dirigit, significans ei, de restitutione et honore Karoli, ut ille sibi etiam sub excommunicationis interminatione mandaverat, se pro viribus decertare. Reversus autem missus, qui easdem pertulerat litteras, nuntiat, Iohannem papam retrusum in custodia detineri a Widone, regis Hugonis fratre. Heribertus comes Lauduno potitus, exinde ad placitum Nordmannis obviam proficiscitur amicitiamque cum eis componit; filius tamen ipsius Odo, quem Rollo habebat obsidem, non illi redditur, donec se committit¹⁶ Karolo pater cum aliis quibusdam Franciae comitibus et episcopis.

22. De introductione Odalrici Aquensis episcopi Remis et redactione sub custodia Karoli regis.

Per idem fere tempus Odalricus Aquensis episcopus, qui¹⁷ ob persecutionem Sarracenorum a sede sua recesserat, in ecclesia Remensi recipitur ab Heriberto comite ad celebrandum episcopale dumtaxat ministerium vice Hugonis, ipsius comitis filii tunc adhuc parvuli, concessa eidem presuli abbatia Sancti Thimothei¹⁸ cum unius tantum prebenda clericici. Hugo et Heribertus comes¹⁹ ad colloquium proficiscuntur Heinrichi. Unde reversi, pergunt obviam Rodulfo regi. Rursusque Heribertus committit se illi, redacto iterum sub custodia Karolo. At Rodulfus rex Remis veniens, ubi²⁰ Karolus custodiebatur, pacem fecit²¹ cum illo, humilians se ante²² ipsius presentiam et reddens illi Atiniacum²³ fiscum, muneribus quoque quibusdam regis²⁴ eundem honorat. Heribertus comes Victoriacum²⁵, castellum Bosonis, fratris Rodulfi regis, cepit²⁶. Deinde cum Hugone Monasteriolum, munitionem Erluini comitis iuxta mare sitam, obsidet, obsidibusque tandem acceptis, ab obsidione discedit.

23. De similtate inter Hugonem et Heribertum comites ac Rodulfum regem exorta.

Nec longum, similtas inter²⁷ eosdem comites, Hugonem scilicet ac Heribertum, exoritur, recepto Erluino ab Hugone cum terra sua et Hilduino necnon et Arnaldo²⁸, qui erant

a) i. H. a. des. 2. b) Vonzinsem (p. c. c) aliorumque 3^b. d) h. n. des. 2. 3. e) sunt a. s. l. d. 2. 3. f) desaevit 1. g) Heinrichum 2. constant. h) deest 3^b. i) est add. 3. k) Karolo add. 3. l) Karolo commendavit 50 inser. 1. procul dubio ex sequenti linea erronee assumpta. m) expetiit 3. n) secum mittit 2. o) Thimothei 1. p) comites 2. 3. q) facit 1. r) a. pedes i. pr. 2. s) Atiniacum 1; Attia. 2. 3. t) regis 1. u) capit 2. 3. v) in 1^a. b. w) Arnaldo 1.

1) Cf. Ann. h. a. 2) Ubi Voucq (départ. Ardennes). 6) Vitry-la-Brielle (départ. Marne, arrond. Vitry). 3) Inde ab a. 923. 4) qui — recesserat addit 7) Montreuil (départ. Pas-de-Calais). 55 Hist. 5) ubi K. c. et h. s. a. i. pr. add. Hist.

Hugonis, ab Heriberto. Indeque diversi^a motus agitantur bellorum per Franciam inter
 930 Hugonem et Heribertum. Cuius rei gratia Rodulfus rex de Burgundia^b veniens, pacem
 inter eos atque Bosonem multo labore per diversa placita componit, et Heribertus Bosoni
 Victoriacum reddit. Paucis autem diebus pace servata, Heribertus Ansellum, Bosonis^c sub-
 ditum^d, qui [predictum^e] custodiebat castrum, cum ipso castello recipit^f et Codiciacum, s
 Sancti Remigii municipium, illi cum alia terra concedit. Nec longum, Bosonis fideles oppi-
 danorum proditione Victoriacum recipiunt et Mosomum fraude pervadunt. At Heribertus,
 a quibusdam Mosomensibus evocatus, supervenit insperatus, transmissaque Mōsa^g vadis
 inopinatis, et intrans opidum, porta latenter a civibus^h aperta, militesⁱ Bosonis, qui ad
 custodiam loci residebant ibidem, omnes capit. Eodem tempore ante^k natale^l Domini 10
 Remis infra et circa ecclesiam sanctae Mariae lumen^m magnum ab aquilonari et orientali
 parte paulo ante initium diei apparens, ad australem partem pertransisse visum est. Anno
 931 post hunc Heribertus comes a rege Rodulfo desciscit, et militesⁿ ipsius ab urbe Remensi
 profecti, quoddam Hugonis castrum super Vidulam situm nomine Brainam^o, quod idem
 Hugo tulerat ab episcopo Rothomagensi^p, capiunt ac diruunt. 15

24. De ordinatione domni Artoldi episcopi.

Rodulfus rex litteras Remis mittit ad clerum et populū pro electione presulis cele-
 branda; ad quas illi respondent, id agere se non posse, salvo suo electo^q, et electione quam
 fecerant permanente. Interea Heribertus comes ad Heinricum profectus, ei sese^r committit,
 et exercitus regis atque Hugonis Remensem et Laudunensem depredantur pagum; obses- 20
 saque civitate Remorum^s, tertia tandem rex potitur obsidionis ebdomada^t, aperientibus
 sibi militibus ecclesiae^u. Coniunctis^v igitur sibi nonnullis episcopis ex Francia vel Burgun-
 dia, facit ordinari in^w hac sede presulem Artoldum quendam ex coenobio Sancti Remigii
 monachum. Exinde rex pergens Laudunum, obsidet inibi Heribertum, qui aliquandiu resi-
 stens, petit demum egrediendi locum. Quo accepto^x, recedit a Lauduno, dimissa uxore sua 25
 in arce, quam construxerat ipse infra idem castrum, et ad quam postea capiendam maioris
 933 laboris et morae^y opus regi fuit. Artoldus episcopus post annum ordinationis suae pal-
 lium suscipit missum sibi per legatos ecclesiae Remensis a Iohanne papa, filio Mariae, quae
 et^z Marocia^{aa} dicebatur, vel ab Albrico^{ab} patricio, fratre ipsius papae, qui eundem Iohannem
 fratrem suum in sua detinebat potestate et predictam matrem ipsorum in custodia clausam 30
 servabat^{ac}, Hugonem quoque regem Roma depulerat. Rodulfo rege presidium Heriberti
 quod dicitur Castellum-Theoderici^{ad} obsidente, congregatis ad hanc obsidionem nonnullis
 Franciae vel Burgundiae presulibus, ibidem celebrari visa est sinodus, presidente eidem
 Teutilone Turonensi antistite et Artoldo Remensi. Quique tunc Hildegarium Belvacensi
 urbi ordinavit episcopum. Eodem quoque anno Fulbertum Camaracensis urbis presulem 35
 consecravit.

25. De signis Remis visis^{ae} et morbis inde secutis.

934 Sequenti anno igneae^{ae} Remis in caelo discurrere visae sunt acies et iacula quaedam,
 sed et serpens igneus per^{af} caelum celeri deferri meatu, moxque subsecuta pestis diversis
 935 affecit humana corpora morbis. Anno post istum secuto sinodus septem episcoporum apud 40
 Sanctam Macram^{ag}, Artoldo episcopo vocante, convenit. In qua predones et ecclesiasti-
 carum^{ah} rerum pervasores ad satisfactionem venire vocantur.

26. De receptione Ludowici post mortem Rodulfi regis.

936 Anno denique subsequente defuncto rege Rodulfo, Hugo comes trans mare mittit pro
 accersiendo Ludowico, Karoli filio, quem rex Alstanus^{ai}, avunculus ipsius, nutrebat, qui- 45
 que, accepto iureiurando a Francorum legatis, eum in Franciam dirigit. Cui Hugo ceteri-
 que Francorum principes ad eum suscipiendum profecti mox navem egresso in ipsis lit-

a) diversa 1. b) Buugundia 13. c) Bosoni 1. d) deest 1. e) recepit 1. f) Moso 1 [rarr. Mosa 16]. g) nata-
 len 2, 3. h) l. in. des. 1. i) Rotomag. 1. k) deest 1; legitur etiam in Ann. l. i) eis eo 1. m) ebdomadas 14, b.
 n) h. l. 2, 3. o) recepto 16, c. p) morem 1. q) e. q. 1. r) Marotia 2, 3. s) Alberico 2, 3. t) tenebat 2, 3, 50
 u) Theoderici 14, b. v) rubrum et capit. dist. des. 15, c. w) deest 2. x) igne 14, b. y) p. e. des. 15, c.
 z) Magram 1. aa) ecclesiarum 1, 2. ab) Alstannus 1.

1) cassallum Ann. 2) castellanis Ann. 3) passal- 7) Cf. I, c. 20, supra p. 437. 8) eis qui erant in
 los ib. 4) Temporis notam add. Hist. 5) qui- citate Ann. 9) Coniunctis — Burgundia add. Hist.
 dam fidelium Ann. 6) Braisne (départ. Aisne). 10) Fismes (départ. Marne). 55

toris harenis apud Bononiam^a sese committunt, ut erat utrumque depactum. Inde Laudunum deductus ab ipsis, regali benedictione datur, ungitur atque coronatur ab Artoldo archiepiscopo, presentibus regni principibus et episcopis amplius viginti. Episcopatus etiam Laudunensis datur Rodolfo, eiusdem loci presbitero, concorditer a civibus suis electo; quem prefatus quoque ordinavit archiepiscopus. Sed¹ et per alias Remensis dioceseos sedes, excepta Catalaunensi et Armbianensi, diversos ordinavit episcopos. Heriberto denuo cum Hugone^b pacato^c, homines eiusdem Heriberti comitis quoddam castrum Remensis ecclesiae 938. quod vocabatur Causostis, super Maternam fluvium ab Artoldo presule constructum, prode quodam Wicperfo, capiunt, et Ragebertum^d, Artoldi^e presulis consobrinum, qui eidem 10 preerat munitioni, comprehendunt, circumpositasque^f villas ecclesiae crebris depredantur infestationibus. Interea rex Ludovicus, accersitus ab Artoldo episcopo, Laudunum venit et arcem novam inibi nuper ab Heriberto editam vallat obsidione, multisque temptato machinis muro tandemque suffossione^g diruto, magno capit irruptum labore. Corbanacum^h quoque castrum, quod pater eius Sancto Remigio fradiderat quodque sibiⁱ monachi ipsius 15 monasterii commiserant, ab Heriberti subiectis bellando recepit; et homines Heriberti qui erant in eo comprehensos, rogante Artoldo presule, salvos^j abire permisit.

27. De excommunicatione Heriberti comitis.

Artoldus^k denique episcopus cum quibusdam aliis episcopis colloctus, Heribertum, 939. qui oppida quaedam villasque Remensis ecclesiae pervaserat ac detinebat, in presentia 20 quoque regis excommunicat. Post haec rex Ludovicus dedit Artoldo episcopo ac per eum 940. ecclesiae Remensi per preceptionis regiae paginam Remensis urbis monetam iure perpetuo possidendam; sed et omnem comitatum^l Remensem eidem contulit ecclesiae. Artoldus episcopus Causostem munitionem obsidet; quam quinto tandem die, Ludovico rege illic veniente, hi qui erant intus reddentes, deserunt. Nec longum, subversa funditus, ab his 25 qui recepere^m dissipatur. Missi Hugonis ad regem veniunt, et de pace cum eis rex inter Artoldum presulem et Heribertum laborare studet. Deinde ad castrum quoddamⁿ, quod Heriveus, nepos Herivei quondam archiepiscopi, super fluvium Maternam tenebat, unde et villas episcopii Remensis circumquaque positas depredabatur, proficiscitur cum Artoldo episcopo. Nec mora, obsidibus acceptis ab ipso Heriveo, revertitur^o Remis. Pergensque in crastinum 30 ad Sanctum Remigium, sese ipsius sancti committit intercessionibus, promittens vadibus libram argenti se daturum annis singulis. Monachis quoque eiusdem loci preceptum de eodem castello dedit immunitatis.

28. De expulsionem domni Artoldi ab urbe Remensi.

Hugo princeps, filius Rotberti, iunctis sibi quibusdam episcopis tam Franciae quam 35 Burgundiae, cum Heriberto comite et Willelmo Nordmannorum principe^p Remensem obsidet urbem, sextaque obsidionis die, deserente omni pene militari manu Artoldum episcopum et ad Heribertum transeunte, idem comes Heribertus urbem ingreditur. Artoldus presul ad Sanctum Remigium evocatione procerum et episcoporum profectus, persuasus est vel conterritus^q a principibus, episcopis se procuratore vel potestate abdicare, concessaque 40 sibi abbatia Sancti Basoli et Avennaco monasterio, ad Sanctum Basolum^r commoraturus^s abscessit, post^t annos 8 et menses 6^u in episcopatu exactos. Hugo et Heribertus locuti cum quibusdam Lothariensibus, ad obsidionem Lauduni cum^v Willelmo proficiscuntur, relicto Remis Hugone diacono, Heriberti filio, iam pridem ad episcopatum ipsius urbis evocato, quique^w tertio postquam regressus est mense presbiter a Widone Suessionico presule 45 ordinatus est, expletis postquam fuerat electus annis quindecim, quod Autisiodoro^x commorans egerat, litterarum studiis occupatus, apud Widonem ipsius urbis antistitem, a quo et diaconus ordinatus fuerat^y. Nam ceteros inferiores gradus ab Abbone Suessionico presule Remis acceperat. Ludovico rege post haec a Burgundia regresso, Artoldus episcopus de-

a) Bononiam 2. b) pacato 1. c) Ragebertum 1^a b. 3; Rangeb. 1c. d) circumpositisque 1. e) suffossione 1. f) suos 1^a; ad suos 1^b c; suos corr. salvos 2; salvos ad suos 3. g) comitatu 1a. h) recipere 1. i) quondam 1b; condam 1c. j) revertitur 1. k) prince corr. principe 1a c. l) conitus 1^a; confitus 1c. m) Basolum 1. n) commoratu reus 1^a; commoraturus 1^b. o) p. 7. 2. p) deest 1. q) Autisiodoro 1c; Autisiodori 2. r) est corr. fuerat 1^a; est fuerat 1c; est fuerat, det. post est 1^a.

1) Sed — episcopus add. Hist. 2) Art. pr. c. add. Hist. 3) Corbeuy (départ. Aisne). 4) sc. regi. 5) Artoldus in Ann. non nominatur. 6) post — exactos add. Hist. 7) quique — acceperat add. Hist.

serens coenobium Sancti Basoli, ad eundem regem proficiscitur cum quibusdam propinquis suis, a quibus ecclesiae beneficia quae tenebant Heribertus comes abstulerat^a. Mihi quoque ecclesiam [Culmissiaci^b vici] abstulit^c cum^d terra beneficii quam tunc temporis tenebam. Ego denique disponens orationis gratia sepulchrum visere sancti Martini, retentus sum ab ipso, clam me quibusdam personis insimulantibus apud eum, quod sui causa nocenti vel filii sui vellem proficisci, et^e quia renutabam^f me huic electo nostro committere, nesciens, utrum Deo placeret eum presulem nostrum fore. Sicque plenis quinque mensibus apud^g fratres nostros, ipso comite iubente, sub custodia partim libera sum detentus. Contigit autem mihi, domina mea beata Dei genitrice intercedente, ut ipsa die conceptionis et passionis domini nostri Iesu Christi absolverer a custodia, et die tertia, scilicet 6.^h Kal. 10 Aprilis, qua Dominus a mortuis resurrexit, egressus, ipse cum prefato electo nostro ad urbem Suessonicam profectus sum. Ubi convenientes episcopi huius dioeceseos cum principibus Hugone ac Heriberto, tractarunt, quid eis esset agendum super episcopali huius Hugonis ordinatione; sicque decreverunt, petentibus quibusdam filiis ecclesiae Remensis, tam clericis quam laicis, eum ordinandum, asserentibus fautoribusⁱ ipsius, quod Artoldus 15 nequaquam electus^j, sed per violentiam fuerit intrinmissus seseque episcopali abdicaverit ditione. Ibi ergo Hugo princeps tunc me per manus^k accipiens, huic Hugoni nepoti suo ad beneficiendum commisit. Quique mihi ecclesiam sanctae Mariae dedit^l in Colrido^m sitam, terram quoque quam pater suus mihi abstulerat reddidit et aliam in predicta villa superadiecit.

29. De malis quae deinceps consecuta sunt.

Nec mora, civitatem Remensem a prefato conventu adeuntes episcopi, pretaxatum electum nostrum in ecclesia sancti Remigii dignitate sublimant archiepiscopali. Sub hisdemⁿ fere diebus monasterium Sancti Theoderici nonnullis illustratur miraculis, de^o quibus iam quaedam supra retulimus, ubi commemorationem eiusdem beati viri fecimus. Ab ecclesia vero sanctae Mariae Remis crux maior, quam^p domnus Heriveus archiepiscopus auro cooperuerat^q et gemmis ornaverat, a furibus noctu, tenebrarum scilicet amatoribus, auferitur. Qua diu quaesita, tandem post annum pars auri gemmarumque ipsius multatis reperitur latronibus. Ex quo postmodum auro hic presul, adiecta^r quadam sui quoque munere quantitate, calicem sub honore Dei genitricis fabricari fecit. Hugone ac Heriberto Laudunum pariter obsidentibus, rex Ludovicus, sumptis secum quos undecimque colligere potuit, in pagum Forcensem venit. Quo audito, Hugo et Heribertus, scilicet quod rex eis appropinquaret, obsidione relicta, properant contra, et insperatum regis invadentes exercitum, nonnullos sternunt, reliquos in fugam vertunt. Rex ipse cum paucis eductus a suis, et eximere se bello coactus, vix evasit, Artoldo episcopo et comite^s Rotgario comitantibus 35 secum. Artoldus episcopus, perditis rebus quas ibi habuerat, ad Hugonem et Heribertum^t accessit, adductus^u ab amicis, redditisque sibi abbatibus Sancti Basoli et Avennaco cum villa Vindenissa^v, et pacta^w pace cum Hugone presule, ad Sanctum Basolum illic^x habitaturus 942. devenit. Sequenti anno proditores quidam Remis reperti et interfecti sunt, quidam rebus ecclesiae privati ab urbe depelluntur. Legati Remensis ecclesiae Roma regressi, pallium 40 deferunt Hugoni archiepiscopo ab Stephano papa transmissum. Cum^y quibus pariter et legatio venit principibus regni, ut Ludovicum regem recipiant et sic legatos suos Romam dirigant.

30. De occupatione Altmontis^z castri vel Mosomi et morte Heriberti.

Anno quoque post istum Artoldus episcopus, relicto coenobio Sancti Basoli, ad regem 45 profectus est. At ille promittit ei^z se^z redditurum Remensem episcopatum. Quique^z, assumptis secum fratribus suis et aliis quibusdam qui abiecti fuerant ab episcopatu Remensi, Altmontem castrum occupat. Cum quibus rex Ludovicus etiam Mosomum^z aggressus,

a) abstuleret 1^a. c; abstulerat a corr. 1^b. b) C. v. des. 1. c) abstulerat 1. d) cum — clam des. 1, leguntur in Ann. e) renutabam 1^b. c. f) stultioribus 1. g) elatus 1^a. c. h) manum 1. i) deest 1. k) his 50 (his 1^a) idem 1^b. c. l) cooperierat 1^b. c. m) abiecta 1. n) R. c. 2. 3. o) pactata 1. p) illic 1^a. 2. q) Cumquo p. 1. r) Almontis 1^a. b; Alimontia 1^c. 3; et ita postea. s) illi 1. t) sed 1^a. b. u) que deest 1. 3. v) Mosomum 1^a.

1) et — fore add. Hist. 2) Sequentia aliter ac (arrond. Reims, canton Bourgogne). 5) Haec Hist. in Annalibus exponuntur. 3) Inde a die 25. Martii, addit. V. supra I, c. 24, p. 445. 6) Haec brevius quo Christus passus dicebatur, computat. Pascha in Ann. referuntur. 7) adductus ab amicis add. 55 vero a. 941. d. 13. Apr. celebratum est. 4) Cauroy Hist. 8) Vadenay (départ. Marne, arrond. Châlons).

repellitur a fidelibus Hugonis episcopi, quibusdam suorum interemptis; suburbanas tamen domos quasdam ipsius castrum succendit. Interea defuncto Heriberto comite, de recipiendis filiis ipsius a rege crebra inter ipsum regem et Hugonem principem versabatur intentio. Quorum rex primum tunc Hugonem archiepiscopum, mediatoribus Othone duce Lothariensium¹ et Adalberone presule, Hugone quoque duce² precipue insistente, recepit eo tenore, ut abbatae, quas dimiserat Artoldus ad regem profectus, Artoldo episcopo restituerentur, aliud etiam episcopium ipsi³ provideretur, fratribus quoque⁴ et propinquis eius honores, quos ex episcopatu Remensi habuerant, redderentur. Postea ceteri quoque filii Heriberti comitis recipiuntur a rege. Hugo denique presul Amblidum⁴ castrum cepit atque combussit; quod Rothbertus et Rodulfus fratres⁵ Remis expulsi detinebant; unde et depredationes per episcopium Remense faciebant. Item prefatus archiepiscopus Altmontem munitionem obsidet, quam tenebat Dodo, frater Artoldi⁶ episcopi; tandemque, accepto parvulo filio⁷ ipsius obside, discedit, rege quoque mandante. Anno sequente⁸ regii milites episcopatum Remensem depredantur; et filii Heriberti abbatiam Sancti Crispini, Ragenoldus quoque abbatiam Sancti Medardi; sicque alterutris debaccantur rapinis atque depredationibus.

31. De obsidione urbis Remensis ab exercitu Ludowici regis.

Anno post hunc, qui est huius presulis quintus in episcopatu, rex Ludowicus, collecto secum Nordmannorum exercitu, Veromandinsem¹ pagum depredatur; assumptoque cum 20 ipsi Erluino cum parte militum Arnulfi, sed et Artoldo² episcopo cum his qui dudum Remis eieci fuerant, comite quoque Bernardo ac Theoderico³, nepote ipsius, Remorum vallat urbem. Vastantur circumquaque segetes, villaeque diripiuntur et partim exuruntur; necnon ecclesiae plures effringuntur. Quotiens pugnatum ad portas vel circa murum, vulnerati ex utraque parte non pauci, quidam etiam interempti sunt. Hugo denique dux preliatus cum Nordmannis, qui fines suos ingressi fuerant, eos non modica caede fudit et a terminis suis eiecit. Post haec Remos ad regem mittit, dans obsides, ut Ragenoldus ex parte regis ad colloquium sibi occurrat. Quo abeunte, tractat cum eo, uti⁴ rex obsides ab Hugone archiepiscopo accipiat et ab obsidione Remensi discedat, quatinus idem presul, denominato placito, ad reddendam rationem de omnibus quae rex ab eo quaesierit accedat. Quibus hoc sibi tenore 30 datis, rex ab obsidione recedit, post quintam decimam quo⁵ civitas obsessa fuerat diem. Nec multo⁶ post idem rex a Nordmannis comprehensus est et Rodomi detentus. Hugo presul Altmontem castrum obsidens, post septem ferme obsidionis ebdomas recipit, redente illud sibi Dodone, domni⁷ Artoldi fratre, tali sub conditione, ut filium ipsius⁸ et filium fratris sui suscipiens idem presul concederet eis terram patrum suorum.

32. De restitutione regulae¹ in monasterio Sancti Remigii et constitutione abbatis Hincmari.

Advocans² denique hic pontifex Ercamboldum monasterii Sancti Benedicti³ abbatem, regulam monasticam in monasterio Sancti Remigii restituere decernit, constituens ibi abbatem Hincmarum, eiusdem loci monachum. Regina Gerberga nuper ad Othonem⁴ regem, 40 fratrem suum, legationem⁵ direxerat, auxilium deposcens ab eo contra Hugonem principem, cui Laudunum reddiderat⁶, ut reciperet Ludowicum regem, quem Hugo sub custodia receptum a Nordmannis retinuerat. Qui Otho maximum colligens ex omnibus regnis suis exercitum, venit in Franciam, Conradum⁷ quoque secum habens Cisalpiniae Galliae regem. Qui-

a) p. d. 2. 3. b) nisi 1^a. c) deest 1^a. d) Amblidum 2. 3. e) deest 2; qui fuerant add. 2. 3; det. etiam Ann. 45 f) Artoldo 1. g) ita 1^a cum cod. 1 Ann.; i. f. 2. 3. Ann. cod. 2. 3. h) sequenti 1^a. i) Veromandinensem 2. 3; Veromandinensem 1^a. k) Artoldo 1. l) Teod. 2. m) ut 1^a. n) qua 1^a. 3. o) multe 1^a. c. p) f. hominis ipsius 1. q) xxxi. radendo corr. xxxi. 1^a. r) regulis 1^a. s) Othonem 1^a. p. saepius. t) lig. 1^a, corr. leg. 1^a. u) r. ut r. det. 1^a. c. v) Conradum 1^a. b; Conradum 1^a.

1) De hoc locum afferre libet, quem Barthelemy ex auxilium ac subsidio Victoris de Polliano, Stadano chronico quodam Genuiluli abbatis Signiacensis affert, relicto, cum copiis ac armaniculo Mosam noctu trans- 50 cundo rediit incolumis ad Dulcomense castrum. Sed Bibl. de l'école des chartes IV. ser., II, 1856, p. 363 n.: Anno 939. Lothariensis Otto dux Marcum Dulcomensem et Stadum gubernatorem armis perdere statuit, quia cum Guarino Maceriensi debellabat Hugonem Remensem, et quod Arnaldum Flandrensem usque ad 4) Floriacensis. Arduennas propulsasset, et Marcus Guarini cum

bus rex Ludovicus obviam profectus, satis amicabilem et honorifice suscipitur ab eis. Sicque pariter Laudunum venientes, considerataque castris firmitate, deverterunt ab eo, Remensem aggredientes urbem; quam cingentes obsidione, ingenti vallarunt exercitu.

33. De repulsione Hugonis episcopi.

Videns autem Hugo presul, obsidionem se tolerare non posse neque tantae resistere multitudini, vocatus est cum quibusdam principibus qui videbantur esse sibi amici, videlicet cum Arnulfo, qui eius sororem, et Uddone, qui amitam ipsius habebat uxorem, sed et cum Herimanno, Uddonis fratre; quaevisit ab eis, quid sibi foret agendum. Qui tale consilium dederunt ei, ut egrederetur cum suis et relinqueret urbem, quia id dispositum a regibus erat, ut omnimodis expelleretur, neque intervenire possent apud reges pro ipso, quin eruerentur ei oculi, si urbem vi capi contigisset. Quo consilio percepto ac suis intimato, post tertiam obsidionis diem cum pene cunctis qui secum tunc aderant militibus egressus est. Sicque reges cum episcopis et principibus ingredienti urbem, domnum Artoldum presulem, qui dudum fuerat eiectus, iterum intronizari fecerunt. Quem Rotbertus Treverensis archiepiscopus et Fredericus Mogonciacensis accipientes utraque manu, eidem sedi restituerunt. Deinde relinquentes Gerbergam reginam Remis, ipsi reges cum exercitibus suis terram Hugonis ingrediuntur et gravibus atterunt depredationibus. Terram quoque Nordmannorum peragrantes, loca quaeque devastant, et inde remeantes, ad sua quique regrediuntur. Anno sequenti rex Ludovicus Mosomum castrum, quod Hugo Remis eiectus retinebat, obsedit; sed nihil pro votis efficiens, recedentibus tandem post mensem Lothariensibus qui secum erant, ipse Remos revertitur. Quo ad Othonem regem ad celebrandum pascha profecto, Hugo princeps a quibusdam presumptuose persuasus, Remensem cum Hugone presule, quasi mox capturus, aggreditur urbem; frustratoque negotio, resistantibus regis et Artoldi archiepiscopi militibus, octavo postquam advenerant die, illius recedunt. Defuncto Deroldo Ambianensium presule, Tetbaldus quidam ecclesiae Suesonicae archidiaconus ordinatur ab Hugone Ambianensi episcopus. Conventu placiti regum Ludovici et Othonis super Charam fluvium congregato, res litis inter Artoldum et Hugonem Remensis ecclesiae presules ab episcopis auditur; et quia sinodus tunc congregata non fuerat, altercatio determinari non potuit. Sinodus autem circa medium mensis Novembris habenda demittitur. Interim vero sedes Remensis Artoldo conceditur, Hugo Mosomi remorari permittitur. Heriveus, nepos Herivei archiepiscopi, habens munitionem, quam aedificaverat citra Maternam fluvium, villas Remensis episcopi circumquaque sitas depredabatur, excommunicatus ab Artoldo presule pro rebus quas invaserat ecclesiae. Contra cuius predones egressi quadam die Ragenaldus comes et fratres Artoldi presulis cum quibusdam militibus ecclesiae, ipsos grassatores in fugam vertunt. Quo audito, Heriveus armatis quos secum habebat militibus, egressus a munitione sua, contra nostros ad pugnam venit, et congressus cum eis, interemptus est cum suorum quibusdam; reliqui omnes in fugam sunt acti, vulneratis utrimque nonnullis. Corpus eiusdem Remos a victoribus perlatum est. Hugo presul assumens secum Teobaldum sororis suae maritum, cum aliis quibusdam grassatoribus, in villas Remis contiguas vindemiae tempore venit. Qui omne pene vinum abinde colligentes, in diversos pagos abducunt.

34. De sinodo Virduni habita.

Sinodus postea Virduni habetur, presidente Rotberto Trevirensi presule cum Artoldo Remensi, Odalrico Aquensi, Adalberone Metensi, Gozlimo Tullensi, Hildebaldo Transrenensi, Israhele Britone, presente quoque Brunone abbate, regis Othonis fratre, Agnoldo etiam et Odilone abbatibus cum aliis nonnullis. Ad quam Hugo evocatus, missis quoque duobus ad eum deducendum episcopis, venire noluit. Universa vero sinodus Ar-

a) xxxiii. radendo corr. xxxii. 1b. b) sui 1b. c. c) Widone 3; et ita infra. d) eius 2. e) Herm. 1b. c. Ann. cod. 1. f) et 2. g) ei. 2. 3. h) Mogonciacensis 1. i) Lothor. 1. k) Teobaldus quidam add. 1 (post del. 15). l) Arthaldi h. l. 1b; Archaldi 1c; Artoldi 2 saepius. m) ita 1 (18?). Ann.; episcopi 2. 3. n) illi 1. 50. o) Deroldo 1; Deroldo 3. p) Teobaldus 1. q) ita 2. Ann.; Ambianensi 1. r) regis 1b. c. s) Artoldo A. l. 3. t) circa 1b. c. u) Matronam 2. 3. corr. Maternam 1b. et ita 1b. c. Ann. v) excommunicato 1b. c. w) Rogenoldus 2. Ann. add. 2. 3. x) fratrem 1b. c. y) grassatores — secum des. 1. z. s. m. 2. 3. a) de Monte-acuto add. 3. b) xxxiii 1b. c) sita 1. d) Rothberti 1. e) Hildebaldo 2. f) Israele 2. 3. g) ita 1a. Ann.; Britone 2. 3; Brunone 1b. c.

1) Dodo frater Ann. 2) Tetbaldum de Lauduno cum aliis nonnullis malefactoribus in Cubmisciacum castrum et raseque contiguas villas t. v. e. Ann. 3) Monasteriensi. 4) Adalberone et Gosleno add. Ann.

toldeo Remense regendum decernit episcopium. Indicitur itaque synodus, quae et convenit
 in ecclesia sancti Petri in prospectu^b Mosomi, ex diocesi Trevirensi atque Remensi. Ve-
 niens autem illuc Hugo presul et locutus cum Rotherto archiepiscopo, synodum noluit in-
 gredi. Litteras vero quasdam ex nomine Agapiti papae misit ad episcopos per clericum
 suum, qui eas Roma detulerat, nihil auctoritatis canonicae continentes, sed hoc tantum pre-
 cipientes, ut Hugoni Remense redderetur episcopium. Quibus lectis, responderunt¹ episcopi,
 non esse dignum vel congruum, ut apostolicae legationis mandatum, quod dudum Rotber-
 tus archiepiscopus, deferente Frederico Mogonciacensi² presule, coram regibus et episcopis
 susceperat, intermitterent³ propter has litteras, quas insidiator et aemulus Artoldi⁴ presulis
 exhibebat; immo quod regulariter coeperant canonice pertractaretur. Sicque precipitur,
 recitari capitulum 19.² Cartaginensis concilii de accusato et accusatore. Quo recitato,
 iudicatum⁵ est⁶ iuxta diffinitionem huius capituli, ut, Artoldo communionem et parrochiam
 Remensem retinente, Hugo, qui ad duas iam synodos evocatus venire contempserat, a com-
 munionem et regimine Remensis episcopii abstineret, donec ad universalem synodum sese
 purgaturus occurreret; ipsumque capitulum mox in carta describi fecerunt episcopi⁷ coram
 se, subnectentes hanc etiam diffinitionem suam, et eidem Hugoni miserunt. Qui post
 alteram diem eandem cartam Rotherto pontifici remisit, hoc verbis⁸ remandans, quod ipso-
 rum iudicio nequaquam obediturus esset. Interea litterae proclamationis Artoldi presulis
 ad Romanam diriguntur sedem. Domnus igitur Agapitus papa vicarium suum Marinum
 episcopum misit ad Othonem regem propter evocandam et aggregandam generalem syno-
 dum; litterae quoque ipsius papae mittuntur ab Urbe³ quibusdam specialim episcopis, vo-
 cantes eos ad eandem synodum. Congregata¹ denique synodo in palatio Angulenheim²,
 recitata sunt haec quae secuntur coram regibus et episcopis.

35. De° synodo apud Engulenheim congregata et² excommunicatione
 Hugonis episcopi. Series litis inter Artoldum et Hugonem episcopos
 agitatae.

Sanctae Romanae et¹ apostolicae sedis vicario domno Marino universaeque sanctae
 synodo apud Engulenheim³ congregatae Artoldus divina propiciante clementia Remorum epi-
 scopus. Domnus Agapitus papa litteras nobis et ceteris coepiscopis nostrae dioeceseos direxit,
 in quibus precepit, ut ad hoc vestrae sanctitatis concilium⁴ convenire studeremus, ita instructi
 de omnibus, ut rei veritas miseriarum⁵ nostrae sedis, quas patimur, coram sanctitate vestra
 manifesta fieri possent. Quocirca propulare prudentiae vestrae commodum duximus, qualiter
 res exordium coeperit litis huius, quae adhuc inter me et Hugonem miserime ventilatur. De-
 functo siquidem Heriveo archiepiscopo, Seulfum, qui archidiaconatus urbis nostrae tunc officio
 fungebatur, ad presulatum eiusdem sedis elegimus. Qui pontifex ordinatus, assumens zelum
 contra proximis predecessoris sui, cum eos per semet a loco depellere non valeret, consilio
 inito cum quibusdam laicis, scilicet consiliariis suis, amicitiam quaesivit Heriberti comitis,
 quam dato iureiurando per eosdem consiliarios obtinuit eo tenore, ut post obitum ipsius ad-
 electionem pontificis milites ecclesiae nullatenus aspirarent sine consilio ipsius Heriberti, idem
 vero comes fratrem Herivei presulis et nepotes⁶ ipsius a participatione rerum Remensis epi-
 scopii separaret. Quibus patris, insimulati sunt⁷ idem⁸ propinqui Herivei presulis a consi-
 liaris Seulfii episcopi de infidelitate ipsius senioris sui, accersitoque Heriberto comite cum plu-
 ribus suis, iubentur ad rationem reddendam coram ipsis venire. Et quia contra eos a quibus
 accusati fuerant singulari congruere certamine noluerunt, sublati ab eis rebus quas ex episcopio
 possidebant, comprehensi sunt atque deducti per Heribertum comitem ad Rothertum regem, a quo
 etiam sub custodia sunt detenti usque ad mortem ipsius Rotherti. Tertio demum sui episcopatus
 anno Seulfus episcopus, ut plures asserunt, ab Heriberti familiaribus veneno potatus, defungitur.
 Mox itaque comes Heribertus urbem Remensem adiit et ecclesiae milites, clericorum quoque quas-
 dam de rectoris electione⁹ ad suum consilium, ceu iuratum fuerat, intendere fecit. Cum quibus

50 a) ecclesiam 2. 3. b) prospectum 2; ante prospectum Ann. c) Hugo in 2. d) Magone, 2; Magont 3. e) intermit-
 tere 1; intermitteret Ann. f) codd. modo Artold. modo Artold. g) diiudicatum 2. 3. h) e. d. 2. i) ipsi 1^b.
 post add. 1^c. k) verbum 2. l) Congregata — episcopis atramento rubro exarata 1. m) Engulheim 1^b; Angu-
 eim 1^c (et infra). n) xxxiiii 1^b. o) De — episcopi in marg. add. 1^b; post agitatae ponunt 1^b. p) dicit 2.
 q) Engulenheim 1^a. r) consil. 1. s) miserias 1. t) telum 2. u) nepos 1. v) iidem 1. 3. w) electionis 1^a. b.

55 1) Annales nonnulla accuratius exponunt. 2) V. notam ad sequens capitulum. 3) urbe Romana Ann.
 4) Hanc epistolam Hist. addit. Edita etiam LL. II, p. 21.

948. ad Rodulfum regem pergens in Burgundiam, obtinuit ab eo, ut sibi committeretur idem episcopium, eo tenore, ut tam clericis quam laicis debitum honorem concederet et conservaret nec iniustitiam alicui faceret, sed ipsum episcopium aequo iure gubernaret, donec talem clericum eidem regi presentaret, qui ad episcopale ministerium exequendum rite ordinari valeret. Qui comes ad eandem urbem regressus, res episcopii prout sibi placuit fautoribus suis diisit, ceteris abstulit et absque ullo iudicio vel lege quos voluit rebus expoliavit vel ab urbe propulit. Odalricum^a denique Aquensem episcopum in eadem urbe suscipiens, episcopale inibi ministerium celebrare precepit. Sicque per annos sex et^b eo amplius idem episcopium suo dominio vendicavit, pro libitu proprio illud tractans, et in sede presulis residens, tam ipse quam coniunx sua, donec septimo tandem anno, ortis inter ipsum et regem Rodulfum atque Hugonem comitem quibusdam simultatibus, Rodulfus rex cum Hugone et Bosone fratre suo ceterisque pluribus tam episcopis quam comitibus Remorum obsidet urbem, succensent. ut sibi episcopis et conquerentibus adversus eum, quod tam diuturno tempore contra divinae legis auctoritates hanc urbem permiserit vacare pastore. Quorum querimonis permotus rex, admonet clerum et populum de pastoris electione, dans eis id agendi facultatem ad Dei honorem et sui^c fidelitatem. Sicque concordantibus cunctis, tam clericis quam laicis qui extra obsidionem erant, pluribus etiam eorum qui clausi tenebantur in id ipsum faventibus, eligitur humilitatis nostrae persona in hoc magis honore quam honore subeundo. Aperientibus tandem tam militibus quam civibus portas urbis regi Rodolfo, et episcopalem benedictionem mihi tradentibus episcopis qui aderant decem et octo, et suscipientibus nostram humilitatem tam clero universo quam reliquis civibus, intronizatus^d ab episcopis nostrae dioeceseos, impositum mihi, prout Deus concessit, ministerium per annos ferme novem tractavi, ordinans per dioecesim episcopos octo et in episcopio multos, prout competens videbatur, clericos; quousque nono postmodum anno, postquam Ludovicum regem, favente Hugone cunctisque regni principibus, Gerbergam quoque reginam benedixeram et sacro perfuderam crismate, instigatus Hugo comes iracundia, quod ei consentire vel coniungi noluerim, ad ipsius regis infidelitatem, adhibitis secum Heriberto comite et Willelmo Nordmannorum principe, Remensem obsidet urbem. Nec longum, sexta scilicet obsidionis die, deseror ab omni pene coetu laicalis militiae. Sicque derelictus ab his, ad Hugonem et Heribertum compellor exire, a quibus coartatus et conterritus, cogor memet episcopali procuracione abdicare, et ita me propellentes, in coenobio Sancti Basoli habitare constituunt, Hugonem vero, filium Heriberti, qui Antistodori diaconus ordinatus fuerat, in urbem introducunt et civitate potiuntur. Ludovicus autem rex a Burgundia rediens, me apud Sanctum Basolum reperit, et assumens secum simul cum propinquis meis, quorum res Heribertus comes abstulerat, Laudunum deducit, quod castrum tunc obsidebant Heribertus et Hugo; solutaque obsidione oppidum ingredimur, nobisque degendi^e metatus^f disponitur. Interim clerici nostri loci, sed et laici quidam pessime ab Heriberto tractantur, et quidam clericorum in custodiis retruduntur, res eorum auferuntur atque diripiuntur, rapinae per totam urbem licite perpetrantur. Interea convocantur episcopi nostrae dioeceseos ab Hugone et Heriberto, satagentibus et quaerentibus ab eis de ordinatione Hugonis, filii Heriberti. Qui Suesionis congregati, mittunt ad me Laudunum Hildegarium episcopum cum aliis quibusdam legatis, mandantes, ut ad eos venirem, ad consentiendum scilicet huius ordinationis perversitati. Quibus remandavi, quod non esset mihi competens ad eos illo proficisci, ubi adversarii et inimici mei cum ipsis erant aggregati. Quod si loqui mecum vellent, ad talem locum devenirent, ubi sine periculo ad eos accedere possem^g. Quibus advenientibus in locum ab eisdem delectum, profectus sum ad eos, veniensque prosternor^h coram ipsis, obsecrans, ut propter amorem et honorem Dei tam mihi quam sibi competens consilium dare studerent. Qui me de ordinatione predicti Hugonis interpellare coeperunt et hoc omnimodis suadere, ut eis in hac ordinatione consensum preberem, promittentes res nonnullas episcopii mihi se impetraturos. At ego, postquam responsum diu distuleram, videns eos cunctos in proposito quod coeperant perseverantes, surgens interdixi palam cunctis audientibus, excommunicans auctoritate Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus sancti, ut nullus eorum ad eandem ordinationem accederet nec alicui in episcopali honore me vivente manus imponeret, sed nec ullus eandem benedictionem suscipere presumeret. Quod si forte fieret, ad sedem apostolicam eos provocabam. Illis inde furentibus, ut possem exire de medio eorum et Laudunum reverti, temperavi respon-

a) Odetr. 1. b) ex 1. c) suam 1^a. b. d) inibi intr. 3^b (1^a?). e) m. d. 2. 3. f) metatus 1. g) posset 1^a. b. 55
h) propter nos 1. i) deest 1.

sum, dicens, ut mitterent mecum, qui eis renuntiaret, quid consilii reperire valerem super hac re in domna mea regina et fidelibus eius, quia^a rex non aderat. Ad hoc illi mittunt Deroldum episcopum¹, putantes me esse mutaturum consilium. Quo veniente et coram domna regina et fidelibus eius inde me interpellante, iterum exurgens prefatae modum excommunicationis in eosdem episcopos iaculatus sum; vocationem quoque ad sedem apostolicam iterare curavi, excommunicans hunc^b ipsum Deroldum, id^c ut eis omnino non taceret, sed cunctis manifeste proferret. His ita gestis, parvipendentes illi nostram excommunicationem, Remis accedunt, et quidam eorum ordinationi huic manus applicuerunt, quidam vero se subduxisse^d sciuntur. Ego vero cum rege manens, quas ille scitur angustias pertulisse, secum pertuli; et quando eum bello aggressi sunt Hugo et Heribertus, cum ipso eram, et viz mortis evasi periculum. Prolapsus itaque auxilio et protectione Dei de medio inimicorum, profugus et vagabundus loca in via quaeque silvasque perlustro, non ausus certo consistere loco. Comites autem Hugo et Heribertus affati quosdam nostros amicos sibi subditos, suadent, ut me requirentes ad ipsos deducant, pollicentes se mihi benefacturos et^e rebus quas ipse petissent ditaturos. Requirentes ergo me amici, reperiunt per diversa vagantem, et ita perducor a fratribus meis et amicis ad prefatos comites. Qui postquam me in potestate sua conspiciunt, quaerere coeperunt, ut eis pallium a sede Romana mihi conlatum traderem et sacerdotali me ministerio penitus aburerem. Quod ego nullatenus me facturum, neque pro amore huius vitae presentis, attestor. Districtus igitur et coangustatus ab eis, episcopi tandem rebus abrenuntiare compellor; sicque rursus ad Sanctum Basolum, quasi vacans, habitaturus deducor. Mansi denique paucis diebus in ipso coenobio, quoadusque comperens per certos ex familiaribus Heriberti comitis nuntios, quod ab eo male de mea tractabatur perdizione, iterum iterumque nuntius^f huiusmodi patefactus et impulsus, locum deserui et abdita lustra silvarum vagabundus repetii; horisque^g silentibus et itinere devio Laudunum revertor, ibique susceptus a rege, secum manere constituo. Mansi vero ibidem cum ipso vel fidelibus eius, expectans et deprecans misericordiam Dei, donec ipse dignatus^h est in cor domni regis Othonis mittere, ut ad subventionem senioris mei regis et nostram properaret in Franciam. Denique postquam domna nostra regina Laudunum propter absolutionem domni regis reliquerat, egressus inde, ad domnum regem Othonemⁱ cum seniore meo deveni rege, simulque Remos accessimus. Cingitur itaque urbs exercitibus, et episcopi qui aderant me sedi nostrae restitui censent. Mandatur ergo Hugoni a domno rege Othone, ut egrediatur et pervasam deserat urbem. At ille nutans aliquamdiu et pro posse, ubi vidit ad resistendum penitus sufficere se nequaquam valere nec amicorum sibi presidia subvenire, decernit exeundum, quaerens, ut liber cum suis dimitatur abscedere. Permittitur itaque sanus^j exire cum omnibus qui secum voluere comitari, et quaecumque secum voluit ferre, nullo contradicente, asportavit. Sicque cum regibus introgressus urbem, precipior loco nostro et honori restitui. Susceptus igitur a domnis archiepiscopis Rotberto Trevirensi et Frederico Mogontiacensi^k, comitantibus ceteris et congratulantibus tam clericis ecclesiae nostrae quam reliquis civibus, ab ipsis restituo cathedrae episcopali. Hugo vero Remis egressus, Mosomum castrum cum suis occupat, et muniens contra fideles regis senioris nostri detinet. Habito denique colloquii placito inter reges, seniore meum videlicet ac domnum Othonem, super Charam^l fluvium, convenimus ad illud tam ego quam ipse Hugo cum ordinatoribus suis. Ibi res litis huius ab episcopis auditur; protulitque litteras ad sedem Romanam quasi ex nostra persona datas excusationis meae, acsi vacationem petentes administrationis episcopi nostri; quas me numquam^m dictasse neque vel subscribendo aliquatenus corroborasse, protestatus sum atque protestor. Et quia tunc synodus convocata non fuerat, id opponentibus fautoribus ipsius Hugonis, altercatio nostra determinari non potuit. Synodus autem circa medium mensis Novembris habenda Firduni utriusque partis episcopis annuentibus denuntiatur. Interim vero sedes Remensis mihi regenda decernitur; idem vero Hugo Mosomi commorari permittitur. Nec longum, instanteⁿ scilicet vindemiae tempore, hic aemulus^o noster Hugo, assumens secum Teobaldum^p, regis inimicum et regni nostri, cum aliis pluribus malefactoribus, in villas Remensis episcopi contiguas urbi devenit, et omne pene vinum ex his colligens, in diversos pagos abduci fecit. Tum multa mala inibi perpetrata, et homines^q ecclesiae nostrae captivi abducti et^r ad

a) quia — fidelibus eius bis scr. 1^a. b) quia r. n. ad. his 1^c. b) i. h. 2. 3. c) u. i. 2. d) subduxisse 1. e) et — ditaturos dex. 1^b. e. f) cum p. 2. g) nuntios 2. h) orisque 2. i) e. d. 2. 3. k) Othonem 1^a. l) suus 1^a. b. 55 suos 1^c. m) Magont. 2; Magonc. 3. n) Karam 1. o) unquam 2. 3. p) infante 1^a. b. q) n. a. 2. 3. r) Teobaldum 1^a. a) e. n. h. 2. 3. t) et ad r. bis scr. 1^a. b.

948. redemptionem variis sunt adacti tormentis. Sinodus autem circa^a medium mensis denuntiata Virduni^b celebratur, presidente Rotberto^c presule Trevirensi precepto domni papae Romani, presente quoque^d domno Brunone cum episcopis et abbatibus nonnullis. Ad quam prefatus Hugo evocatus, missis etiam duobus ad eam deducendum episcopis, Adalberone et Gosteno^e, venire contempsit. Universa vero sinodus mihi Remense regendum decernit episcopium; indiciturque iterum sinodus habenda die Iduum mensis Ianuarii, quae et aggregatur, ut denuntiatum fuerat, in ecclesia sancti Petri ante prospectum castrum Mosomi a domno Rotberto, convenientibus ceteris quoque Trevirensis dioceseos episcopis et aliquibus Remensis. Veniens autem illuc aemulus noster Hugo^f et locutus cum domno Rotberto, sinodum^g noluit ingredi, litteras vero quasi ex nomine domni papae direxit ad episcopos per clericum suum, qui eas Roma delulisse ferebatur, nihil auctoritatis canonicae continentes, sed hoc tantum precipientes, ut Hugoni Remense redderetur episcopium. Quibus recitatis, ineuntes episcopi consilium cum abbatibus et ceteris qui aderant sapientibus, responderunt, non esse dignum vel congruum, ut mandatum legationis apostolicae, quam dudum Robertus archiepiscopus, deferente Frederico presule Mogontiensi^h, coram regibus et episcopis tam Galliae quam Germaniae susceperat, et partem iam preceptionis ipsius exegerat, propter illas litteras intermitteret, quas insidiator noster exhibebat; immo quod regulariter coeptum fuerat ut canonice pertractaretur, unanimiter censentⁱ, precipiturque recitari capitulum^j Cartaginensis concilii^k nonum decimum^l de accusato et accusatore. Quo recitatum est iuxta definitionem^m ipsius capituli, ut, communionemⁿ et parrochiam Remensem me retinente, Hugo, qui^o ad duas iam sinodos evocatus interesse^p contempserat, a communionem et regimine Remensis episcopii abstineret, donec ad universalem sinodum, quae indicebatur, sese purgaturus vel rationem redditurus presentaret. Ipsumque capitulum mox in carta episcopi coram se describi fecerunt, subnectentes hanc etiam definitionem suam, [et^q eidem Hugoni miserunt]. Qui post alteram diem cartam eandem Rotberto presuli remisit, hoc verbis^r remandans^s, quod ipsorum^t iudicio nequaquam obediturus existeret. Sicque absoluto concilio^u, ipse Mosomum contra mandata regum et episcoporum retinet^v, et ego Remos regressus, reclamationis^w meae querelas ad sedem Romanam per legatos domni regis Othonis destinavi, prestolans mandata ipsius sanctae^x sedis, eius decretis et universalis huius sancti concilii^y vestri iudicium^z parere^{aa} paratus.

Post^{ab} quarum litterarum recitationem et earum propter reges iuxta Theotiscam^{ac} linguam interpretationem, ingressus quidam Sigebaldus, premissi Hugonis clericus, attulit litteras, quas Roma detulerat quasque iam in alia synodo Mosomi propalaverat, asserens easdem litteras sibi^{ad} Romae ab ipso qui aderat Marino vicario datas. Qui dominus Marinus proferens^{ae} litteras, quas idem Sigebaldus Romam detulerat, precepit eas coram synodo recitari; in quarum recitatione repertum est, prout ipsae litterae fatebantur, quod Wido episcopus^b Suessonicus, Hildegarius quoque Belvacensis, Rodulfus Laudunensis ceterique cuncti Remensis dioceseos episcopi easdem litteras ad sedem delegaverint apostolicam pro restauratione Hugonis in sede Remensi et expulsionem Artoldi. Post quarum lectionem exurgentes Artoldus presul et prefatus^c Rodulfus^d, qui in eisdem litteris nominabatur^e, Fulbertus quoque Camaracensis antistes eas litteras refutarunt^f, astruentes^g, quod eas^h antea numquam viderint vel audierint neque in earum delegatione consensum prebuerint. Quibus dum idem clericus contraire non posset, licet in eos calumpniis obstrepens, precepit dominus Marinus suggerens universae synodo, ut sibi consiliumⁱ et rectum iudicium proferrent^j super huiusmodi calumpniatore et calumpniarum in episcopos delatore. At illi, postquam delator publice confutatus est falsa detulisse, lectis capitulis de huiusmodi^k calumpnatoribus^l, iudicant et unanimiter censent, eum^m quo fruebatur honore privari debere ac secundum capitulorum tenorem in exilium retrudi. Diaconatus igitur quo funge-

a) c. m. m. des. 2. b) Virdū 1^b. c) Rothberto A. I. 1^a. b. d) deest 1. e) ita 1^a et Ann. a. 947; Gozleno 1^b. e; Gozleno 2. 3. f) ante sinodum repet. convenientibus 1. g) Magont. 2. h) censent 1^a. c; censent 1^b. i) bis ser. 1^a. b. k) concilii 1^a. b. l) affinit. 1^a. b. m) communionem 1^a. b. n) quia 1. o) haec des. 1. 2; suppl. 3; 50 v. supra p. 586, l. 16. p) urbis 1. q) remandans 1^a. b; remans 1^c. r) est 1. s) consilio 1. 2. t) retruit 1^a. b. u) deest 2. v) consil. 1. w) deest 1^b. c. x) parere 1^c; corr. parere 1^b. 2. y) Teutoniam 1; Thudesticam 2^b. z) R. a. 2. 3. aa) prefer. 1. b) S. e. 2. 3. c) profectus 1. d) presul 2. 3. e) nominabantur 1^a. c. f) refutare 2. g) asserentes 1^a; asserentes 1^c; asserentes corr. man. rec. asserentes 1^b. h) sibi i. r. et c. 2. 3; iudicium deest 1^b. c. i) proferent 1^b. c. k) modi deest 1^a. b. 2. l) calumpnatoris 2. m) eam 1^a; eo 1^c.

1) Videtur intelligi cap. 9. et 10. concilii tertii Carthaginensis. COLV. 2) Iam cum Ann. pergit Historia.

batür ministerio multatus, a conspectu sinodi reprobatus abscessit. Artoldo vero presuli, qui omnibus se sinodis presentabilem^a fecerat, non refugiens sinodale iudicium, episcopium Remense iuxta canonum instituta et sanctorum patrum decreta omnino retinendum^b atque disponendum decernunt, laudant atque corroborant. Secunda sessionis die post recitatas divinae auctoritatis lectiones et Marini vicarii allocutionem suggestit dominus Robertus Trevirensis archiepiscopus, ut, quoniam iuxta sacrae legis instituta restauratum^c atque restitutum fuerat Remense Artoldo presuli episcopium, in eiusdem sedis invasorem sinodale perageretur iudicium. Precepit itaque Marinus vicarius, ut canonicam super hac presumptione sinodus proferret^d sententiam. Iubentur ergo sanctae legis catholica recitari capitula. Quibus recitatis, secundum sacrorum instituta canonum et sanctorum decreta patrum, Sixti, Alexandri, Innocentii, Zozimi, Bonifacii, Celestini, Leonis, Symmachi^e ceterorumque sanctorum ecclesiae Dei doctorum excommunicaverunt et ab ecclesiae Dei gremio reppulerunt predictum Hugonem Remensis ecclesiae pervasorem, donec ad poenitentiam et dignam satisfactionem venire procuraret. Ceteris^f quoque diebus sinodi tractata sunt quaedam necessaria de incestis coniugiis et ecclesiis quae presbiteris in partibus Germaniae dabantur, immo vendebantur indebite et auferebantur^g illicite; prohibitumque^h ac statutum, ne id omnino presumeretur ab aliquo. Sed et de aliis ecclesiae Dei utilitatibusⁱ tractata sunt et definita nonnulla.

Interea rex Ludovicus deprecatur regem Othonem, ut subsidium sibi ferat contra Hugonem et ceteros inimicos suos. Qui petita concedens, iubet, ut Conradus dux cum exercitu Lothariensium in eius pergat auxilium; interim vero dum congregetur^j exercitus, rex Ludovicus cum ipso duce maneat, et episcopi, [scilicet] Artoldus^k et Rodulfus, qui erant cum rege, ne quid in via pateretur^l adversi, degerent cum Lothariensibus episcopis. Mansimus itaque cum Roberto Trevirensi, Rodulfus Laudunensis cum Adalberone^m Mettensi ebdomas fere quatuor. Exercitusⁿ denique collecto, Lotharienses episcopi Mosorum petunt, ipsumque obsidentes castrum atque oppugnantes, milites qui erant ibi^o cum Hugone ad deditionem compellunt, et acceptis ab eis obsidibus, pergunt^p obviam Ludowico regi et Conrado duci in partes Laudunensis^q pagi. Obsident igitur ibi dux et exercitus quandam munitionem, quam aedificaverat et tenebat Teobaldus^r in loco qui dicitur Mons-acutus^s, qui et Laudunum contra regem retinebat. Hoc etiam oppidum expugnantes, tandem non sine mora capiunt indeque Laudunum adeunt; et in^t ecclesia sancti Vincentii congregati episcopi, predictum Teobaldum^u excommunicant; Hugonem vero principem vocant litteris ex parte Marini legati apostolicae^v sedis et sua, venire ad emendationem pro malis quae contra regem et episcopos egerat. Wido denique Suessonicae urbis episcopus ad regem Ludovicum veniens, eidem sese committit, pacaturque cum Artoldo archiepiscopo, satisfaciens illi pro ordinatione Hugonis. Conradus quoque dux filiam Ludowici regis sacro de fonte suscepit. Sicque recepto Mosomo castro et everso, Lotharienses revertuntur^w in sua.

36. De obsessione vel incensione urbis^x Suessonicae ab Hugone comite.

Igitur Hugo nullam moram faciens, collecta suorum multa Nordmannorumque manu, Suessonicam aggreditur urbem, et obsidens oppugnat caeditque nonnullos. Iniectis etiam ignibus, domum matris ecclesiae succendit simulque claustra canonicorum et partem civitatis. Nec tamen ipsam capere valens, urbem relinquit et ad quandam munitionem, quam Ragenaldus^y comes Ludowici super Axonam fluvium in loco qui^z dicitur Rauciacus aedificabat, devenit ipsamque adhuc imperfectam castris vallavit. Sed nec ipsam cepit, villas tamen Remensis ecclesiae castris suis contiguas devastavit. Plures quoque colonorum predones ipsius interemerunt, violantes ecclesias et in tantum debaccantes, ut in Culmisiaco^{aa} vico, tam infra quam circa ecclesiam fere quadraginta^{ab} homines interfecerunt^{ac}

a) ita 2. Ann.; presentem exhibuerat 1. 3. b) retinendam 1^a; retinenda et disponenda 1^c. c) rest. a. restaur. 2. 3. d) pref. 1^b. e. e) Symmachi 2. f) que deest 1^b. c. Ann. cod. 2; prohibitumque a statutum 1^a. g) militibus 1^b. c. h) congregatur 1^c; congregaretur 2. 3. i) deest 1. Ann. k) Altardus h. l. 1^a. l) pateretur Ann. m) Adalberone 1^a. n) et exercitu 1. o) tibi 1^a. b. p) pergant 1^a. b. q) Laudunensi 1. r) Teob. Ann. s) ita h. l. 2; Teobaldum 1; Teobaldum 3. t) s. a. 1^a. b. u) in s. r. 2. 3. v) xxxvi. corr. radendo xxxv. 1^b. w) u. s. des. 1. x) Ragenoldus 2. 3. y) que 1. z) Culmiciaco 1; Culmisiaco 3. Ann. aa) quadringenta 1^a; quadringentos 2. 3. ab) interfecerunt 3.

55 1) V. Acta LL. II, p. 25, ubi tamen de incestis coniugiis nihil legitur. 2) a laicis add. Ann. 3) Montaignu (départ. Aisne, arrond. Laon).

ipsamque templum rebus penitus expoliarunt. Multis ergo flagitiis tunc perpetratis, Hugo tandem cum suis regreditur grassatoribus. Itaque milites, qui hactenus cum Hugone fuerant excommunicato, ad Artoldum presulem revertuntur. Qui nonnullos eorum, redditis eis rebus quas habuerant, recipit, quosdam^a vero reicit. Post haec Treviros proficiscitur ad sinodum cum episcopis Widone Suessionico, Rodulfo Laudunensi et Wicfrédo Morinensi. Quo pervenientes, Marinum sese prestolantem reperiunt cum Rotberto archiepiscopo, ceterorum vero Lothariensium vel Germanorum presulum illic invenere neminem. Considentibus igitur illis, seiscitari coepit Marinus vicarius, quid egisset post premissam sinodum Hugo princeps erga ipsos vel regem Ludovicum. At illi referunt supra memorata, quae ipsis et ecclesiis eorum^b intulerat, mala. Requirit ergo de vocatione ipsius principis Marinus, utrum perlatae fuissent^c ei litterae vocationis, quas ei perferendas delegaverat. Cui respondetur ab Artoldo archiepiscopo, quod^d quaedam earum perlatae sint^e, quaedam vero perferri nequiverint, earum gerulo ab ipsius grassatoribus intercepto, vocatus tamen fuerit tam litteris quam quibusdam internuntiis. Requiritur itaque, si adsit aliquis ex parte ipsius legatus. Ubi cum nullus fuisset inventus, decernitur expectandum, si forte adventurus esset in crastinum. Quod cum minime contigisset, et omnes qui aderant, tam clerici quam illustres laici, eum excommunicandum esse acclamarent, definitur ab episcopis, hanc excommunicationem adhuc differendam usque ad diem sinodi tertiam. Tractatur autem de episcopis qui vocati fuerant et venire distulerant vel his qui ordinationi Hugonis participes extiterant. Et Wido quidem^f episcopus Suessionicus se culpabilem, prostratus coram Marino vicario et Artoldo archiepiscopo, confitetur. Intercedentibus autem pro eo apud Marinum Rotberto et Artoldo archiepiscopis, absolvi ab hac noxa meretur. Huicfredus^g Morinensis immunis ab eadem ordinatione reperitur. Adest Transmari Noviomensis episcopi legatus quidam presbiter, astruens eundem presulem ita gravi langore detentum, ut ad eandem sinodum venire non valuerit. Id quoque^h nostrates qui aderant attestanturⁱ episcopi.

37. De excommunicatione Hugonis comitis.

Tertia tandem die^j, insistente precipue Liudulfo^k, legato et capellano regis Othonis, quoniam idem rex id omnino fieri precipiebat, excommunicatur Hugo comes, inimicus Ludowici regis, pro supra memoratis malis ab ipso perpetratis, eo tamen modo, donec resipiscat et ad satisfactionem coram Marino vicario vel episcopis, quibus iniuriam fecit, desinat; quod si facere contempserit, Romam pro absolutione^l sui proficiscatur. Excommunicantur^m et duo pseudoepiscopi ab Hugone dampnato ordinati, Tetbaldusⁿ et Ivo^o, prior post expulsionem ipsius in Ambianensi^p urbe, alter post dampnationem eiusdem Hugonis in Silvanectensi ab ipso constituti. Excommunicatur etiam quidam clericus Laudunensis nomine^q Adelomus^r, quem accusavit Rodulfus episcopus suus, eo quod Tetbaldum^s excommunicatum in ecclesiam introduxerit. Vocatur Hildegarius Belvacensis episcopus litteris prefati Marini, ut veniat coram ipso vel eat Romam rationem redditurus coram domno papa pro illicita ordinatione predictorum pseudoepiscoporum, cui interfuerat. Vocatur et Heribertus, Heriberti comitis filius, ad satisfactionem venire pro malis quae contra episcopos agebat. His^t ita^u gestis, episcopi revertuntur in sua. Liudulfus^v autem, capellanus Othonis, Marinum vicarium deducit ad regem suum in Saxoniam, ubi consecraturus erat ecclesiam Vuldensis monasterii. Post cuius consecrationem idem Marinus, exacta hieme, Romam revertitur. Nascitur regi Ludowico filius, quem presul Artoldus de sacro fonte suscepit, patris ei nomen imponens.

38. De quibusdam ecclesiis vel monasteriis urbis Remensis.

Plures denique apud nos quondam sanctorum fuere basilicae, sed et monasteria infra vel circa Remensem hanc urbem¹, quae modo non haberi probantur. Duo tamen adhuc supersunt infra urbem puellarum monasteria; quorum unum, quod Superius a situ scilicet loci nuncupatur, sanctus Baldericus presbiter² cum sorore sua Bova, eiusdem coenobii³

a) quoddam 1. b) ita Ann.; Wifredo 2. 3; Wifredo 1. 3b. c) ecclesie Suessionorum e corr. 1a (ubi scriptum fuisse videtur: eccle | sus eorum); ecclesie Suessionorum 1b. c. 3. d) e. f. 2. 3. e) quos 1. f) sunt 1. g) quidam 2. Ann. codd. 2. 3. h) ita 1; Wicfredus 2; Wifredus 3. i) Ivoque 3. k) astentantur 1. l) deest 1. m) Liud. h. l. 1. 2? 3. n) s. a. 2. 3. o) etiam quidam clericus perperam h. l. add. 1. p) Teobaldus 1. q) illo 1; Yvo 2. r) Ambiemensi 1. s) ita Ann.; Adelonius 1b; Adelonius 1a? 2. 3. t) Teobaldus 1. u) Hiata 1a; Ita 1b; 55 Istis 1a. v) Ludulfus 1. w) xxxviii. radendo corr. xxxvii. 1b, et ita detnoeps. x) deest 2.

postmodum abbatissa¹, in honore sanctae Mariae vel sancti Petri construxisse traditur². Qui regali genere exorti fuisse referuntur, patre scilicet Sigeberto³ rege, habentes neptem nomine Dodam, castissimam puellam, quae desponsata fuisse fertur cuidam magnati eiusdem regis Sigeberti; quamque prefata ipsius amita Bova instituens ad serviendum Deo servandamque perpetuo virginitatem ab amore terreni avertit sponsi. Qui cum sibi adversaretur, sponsam⁴ innitens eandem corripere, ascenso equo, dum id conatur quoquo modo adimplere, furente lapsus ab equo, fractis cervicibus, traditur interisse. Beata denique Dodam⁵ in castitatis proposito permanens, amitae suae in eiusdem monasterii⁶ successit regimine. Quae preceptum quoque immunitatis, quod adhuc apud nos habetur, a principe Pipino⁷ eidem⁸ postmodum obtinuit fieri coenobio. Quarum corpora in ecclesia extra muros urbis, ubi primum puellarum fuerat monasterium, tumulata diu quieverunt, donec postmodum revelationibus quibusdam elevata et ad hanc novam sunt ecclesiam perlata ibidemque venerabiliter collocata⁹, continua honorificantur inibi Deo famulantium reverentia puellarum.

39. De sancto Balderico abbate.

Sanctus autem Baldericus post huius monasterii constructionem locum quaerens, ubi suam quoque constitueret habitationem, in qua, collectis secum viris religiosis, religiose conversari Deoque devote ac quiete servire valeret, tandem reperit sibi placitum, quem dicunt Montem-falconis¹, locum. Qui locus tunc temporis inhabitabilis densis operiebatur silvis, quas ipse succedens, proprio sibi labore condidit habitaculum. Fertur autem avem, quam nuncupamus falconem, previam et quasi producem² itineris, dum locum illum exeret, habuisse, quae loco eidem insederit, ac per triduum illo rediens in loco, ubi nunc habetur altare in honore sancti Petri apostoli, sine permutatione resederit. Unde et coenobium ab hoc eventu sic vocitatum plurimi asserunt. Ubi dum Deo devotius servire coepisset, nonnulli Deum timentes res suas eidem contulere; sique collectis secum monachis, coenobium sub regulari constituit institutione atque idem sub honore beati Germani aedificavit monasterium. Quibus patris, ad sororem suam reversus Remis, ultimum sui cursus ibidem clausit diem; ubi et sepultus tempore non modico requievit.

40. De miraculis post obitum ipsius ostensis.

Processu denique temporis diligentia clericorum prenotatum ipsius beati viri monasterium incolentium eius est illuc furtim³ corpus delatum, delusis fraude custodibus, Remis ablatum. Quos dum insequerentur quidam cives Remenses, eo usque sunt persecuti, donec eos visu quidam⁴ deprehenderent. Dumque turbarentur horum adventu sacri latores pigneris, inter utrosque densa dirimens nebula divinitus creditur illata, qua sequentes obtenebrati et errore in devia rapti, vestigia precedentium servare nequiverunt. Ejectores autem sacri corporis in nocte splendor supernus⁵ missus irradiavit, donec ad proximam coenobio possessionem, quae dicitur Villa-Spanulfi⁶, infatigabiles pervenerunt. Ubi, quia sancta deponere membra, in honore ipsius postea constructa est ecclesia. Quibus abinde cum sacro promoventibus pignere, ubi monasterio propinquare coeperunt, ecclesiae signa coenobii sponte, absque humano scilicet impulsu, sonnisse feruntur. Quod audientes fratres, obviam sunt egressi⁷, sique diu desiderata suscipientes munera, dum in ecclesiam sancti Germani ea conantur inferre, tanto persentiant ante ipsius introitum basilicae defixa pondere, ut haec nequaquam potuerint ulterius emovere, cum per triduum id emittentes omni gestierint conamine perpetrare. Sic demum, tecto super defixa⁸ condito membra confessoris, per triennium illic⁹ ita mansisse traduntur. Quo temporis peracto spatio, ad ecclesiam sancti Laurentii, ubi vivens ipse sibi sepulchrum paraverat, celebrato per triduum ieiunio, venerabile corpus eius perlatum et in suo reverenter est depositum sarcofago. Ibiq; constat venerabili cultu servatum usque ad tempora Karoli regis et Hincmari archiepiscopi, quando Nordmanni hoc coeperunt regnum depopulari. Quorum terrore compulsi, canonici eiusdem loci corpus huius patroni sui de sepulchro levatum super altare sancti Laurentii posuerunt. Quod dum fieret, tres guttae sanguinis de capite ipsius defluerunt, ita recentes et calidae, acsi de vivente profluerent corpore. Sique delatum est Virdunum; unde relatum, in ecclesia est sancti Germani locatum. Interim dum suo abesset monasterio, Nordmanni ad id pervenerunt,

a) Sigib. h. i. 2. b) sponsa 2. c) s. m. 2. 3. d) Pipino 2. e) eiusdem l. 2. f) collata 1. g) prederem 1. h) e. f. 1^a. i) quidem 1. k) super 1. l) ingr. 1. m) c. 4, 2, 3. n) illic — triduum des. 1.

1) Cf. II, 10, supra p. 458, ubi Bova abbatissa ginis asservari, monet Lejeune. 4) Montfaucou eadem videtur esse. 2) Cf. Acta SS. Octob. VII, 2, (départ. Meuse, arrond. Montmédy). 5) Epinou-p. 809, ubi p. 323. haec ex Flodoardo repetuntur. — ville (départ. Meuse, arrond. Montmédy, canton 3) Nunc, ecclesia S. Petri destructa, reliquias in Montfaucou). capella religiosarum feminarum congregationis b. Vir-

sed, Domino illud protegente, nec ecclesias incenderunt nec homines nisi unam dumtaxat mulierem occiderunt. Ut autem recesserunt, altaria muneribus suis cumulata dimiserunt. Altera vice dum Nordmanni ad eundem locum rursus accederent, quidam canonicus loci nomine Ottradus corpus sancti accipiens, reliquis^a fuga dilapsis, ipse cum sacro corpore in quandam conscendit arborem. Quem insecuti pagani, usque ad ipsam pervenerunt arborem, et respicientes sursum, neminem potuerunt eandem conscendisse deprehendere. Idem vero frater per novem dies inibi permanens, nihilque victus preter unam solummodo sumens^b glandem, neque famem neque sitim passus fuisse memoratur. Iterumque tunc locus idem meritis huius beati viri a caedibus et incendio paganorum liberatus est. Postea contigit, ut quidam predones, regiae maiestatis infideles, ad eundem devenirent locum, et non invenientes ibi manum repugnantem sibi, desolatam predari aggressi sunt locum. Quod dum peragerent, signa ecclesiae sancti Laurentii nemine pulsante sonare coeperunt, et duo cerei supero sunt igne divinitus^c accensi. Predonibus vero timore percussis et aufugientibus, unus eorum prolapsus ad ipsam monasterii portam corruit, tamque ipso quam superbo eius equo ruina contrito, utres quoque, in^e quibus vinum deferebat ablatum, disrupti sunt. Ceteri hoc videntes, donis ecclesiam muneraverunt metuque affecti recesserunt.

41. De villa Waslicia.

Huius venerabilis loci canonici famis quondam necessitate compulsi, sumptis a corpore venerandi patroni sui reliquiis, ad suam quandam villam supra ripam Reni sitam cognomento Wasliciam^d, quam quidam eorum abbas nomine Adelardus eidem contulerat coenobio, profecti sunt. Ubi dum pagenses alma venerantes pignera sua dona deferre coepissent, abbas quidam monasterii quod vocatur Bunna pergens ad Willebertum Coloniensem presulem^e, coepit hanc infamare devotionem, nec re vera sancti alicuius pignera illuc astruens^f esse delata. Timentes autem canonici qui advenerant, ne forte constringerentur et discuterentur ab episcopo, quoniam totum corpus^g ipsius sancti secum haberi ferebant, tunc mox ut haec audissent sub duobus diebus ad suum per leugas^h fere centum rediere monasterium; assumentesque cum integritate beati viri membra, sub totidem diebus ad prenotatam remeant villam. Cui dum propinquare coepissent, eis adhuc ab ipsa villa spatio leugae fere distantibus, ecclesiae signa nullo impellente resonare coepere. At hi qui remanserant in eodem loco clerici hoc audientes etⁱ patronum suum advenire intelligentes, obviam cum crucibus pergunt et honore digno tutorem suum suscipiunt. Quibus missarum sollempnia celebrantibus, tria inibi repente mira contigerunt. Contractus unus erectus, caecus quidam illuminatus, et loquelam mutus adeptus est. Iterum prefatus abbas blasphemare Dei non cessabat miracula, quos poterat a visitatione sancti avertens. Quae dum gereret, febre correptus ita^j viter est vexatus, ut nec manducare nec bibere vel incedere posset. Ardoribus autem langoris^k huiusce^l coactus, tandem peccatum suum recognovit, et sella^m se gestatoria usque ad Renum indeque navigio ad predictam villam sicque ante corporis almi presentiam perferri fecitⁿ, ibique culpam suam confessus, absolvi se petiit et quantitatem cereae sui corporis ponderi coaequans dedit, factisque votis annuatim solvendis, per sex remoratus dies, sanitatem integerrimam recipere meruit, et sic pedibus suis ad sua sanus recessit. Demorantibus hic prefatis per anni spatium cum patrono suo clericis, nulla, ut ferunt, dies preterivit^o, quo non ibidem Dei miracula patrerentur. In ipsis autem vigiliis sancti Iohannis baptistae, confluentibus de Saxonia pluribus et a longinquis etiam regionibus, decem et octo insignia probantur ostensa; vixque aliquis aeger^p accessit, qui non sospes alacerque remearet^q. Ubi tanta rerum delata est copia, ut et ipsi clerici exinde viverent et ceteros qui remanserant in monasterio sustentarent ecclesiamque ipsius villae amplificarent vel decorarent. Postea contigit, ut propter^r aquae indigentiam^s foras extra monasterium suum idem sacrum corpus efferretur et obviam sancti Iovini pignerebus portaretur. Cuius dum fuisset in occursum perlatum, mox ut simul venerunt, obnubilato caelo, cum magna siccitas existeret, copiosa pluviarum vis effusa est. Et dum^t humectarentur imbre omnium vestimenta, pallia dumtaxat, quae supra sanctorum prefatorum ferebantur corpora, penitus intacta manserunt a pluvia. Ibi quidam luscus lumen amissi recepit oculi. Qui statim fugiens nec Deum glorificans, ut erat iocularis, ingratus recessit; at ubi domum pervenit, lumen

a) deest 1. b) divinus 2. c) quo r. 1^a. d) e. a. 2. 3. e) i. s. c. 2. 3. f) leugas 2. 3, sed mox leugae 2. g) e. p. s. a. bis scr. 1^b. h) languoribus 1. i) huius extractus 2. 'Al. extractus' *Cole. in marg.* k) stella 1. l) cepit fecit 1. m) preterit 2. 3. n) deest 1^b. o) recesserit 2. 3. p) pro 1. q) indigentia 1^b. 55

1) Wesling inter Coloniam et Bonnam. 2) A. 863—890.

quod receperat iterum perdidit. Dum vero perventum est ad monasterium cum utriusque sancti corpore, ita sancti Balderici pignus est aggravatum, ut nullatenus moveri posset, donec sancti Iovini usque ad coenobium precedere membra fecissent. Cum autem dominus Dado Viridunensis episcopus¹ hanc a rege impetrasset abbatiam et haec mira coepisset audire, constituit, ut omnibus annis 5 trium monasteriorum sacra pignera simul in quendam medium deferrentur locum nomine Gaudiacum². De sede scilicet urbis Viridunensis sanctus Vitonus et sanctus Agericus, sanctus vero Baldericus de monasterio suo et sanctus Rodincus de Wasloio³. In quo conventu innumera postmodum sunt patrata miracula, ut vix quaequam⁴ preterierit huiusmodi coitio, in qua non aliquis infirmorum fuerit sospitate reintegratus, maximo tamen illi qui patrocinia beati Balderici sunt expetere visi. Quodam tali conventu quidam locutus est mutus, quem Viridunenses arripientes secum 10 ducere coeperunt⁵, asserentes, quod sanctorum virtus quos⁶ detulerant hoc miraculum perpetrasset. Siquae dum separati quique referrentur ad sua, tanto sancti Balderici pondere aggravata sunt ossa, ut penitus manere viderentur immobilia. Ad quem miraculi stuporem recurrentibus multis, dum queruntur sui, cur inibi vellet immorari et quid ibidem disponeret operari, accidit, ut requireretur illo qui locutus fuerat mutus. 15 Tandemque revocatus, ubi ad locum defixi perductus est pignus, mox absque difficultate sublatus et ad eum sacrum corpus granter est coenobium reportatum. Prefatus presul Dado, postquam hanc Sancti Balderici obtinuit abbatiam, res quasdam trans Renum sitas ab Adelardo abbate ad idem dudum monasterium datas pro villa Gellani⁷-monte⁸ super Mosellam coniacente commutavit⁹. Ad quam villam dum sciendū sibi causa proficisci fratres huius congregationis precepissent, 20 illi assumentes secum patroni sui, domni videlicet Balderici, membra, profecti sunt exequi iussa. Qui dum ad villam quae Deva¹⁰ dicitur pervenissent, tanto pondere sancta defixa sunt pignera, ut progredi nequaquam valerent ulterius ea ferentes; inique consilio, ut ad ecclesiam deferrentur ipsius villae sub honore sancti Martini dicantur, perferendi recipiunt possibilitatem. Quo perlatis pignerebus, ut post orationem ab ecclesia est delatum, iterum sancti aggravatur corpusculum; mirantibusque cunctis, et quod 25 aliqua¹¹ inibi Deus pro sancti sui glorificatione signa vellet ostendere, quibusdam ferentibus, si qui adessent forte debiles¹², est requisitum. Advenientibus autem laesis aliquibus atque delatis quibusdam, vir quidam claudus erigitur, et femina quaedam brachiis ab octo retro annis contracta resolvitur, duaeque feminae caecae sunt illuminatae, et infans annorum septem mutus loqui coepit. In quo loco crux ab hominibus¹³ ipsius villae posita est, ubi postea duae feminae caecae¹⁴ lumen oculorum receperunt, et 30 candelae divinitus accensae multique diversis sunt ab infirmitatibus liberati.

42. De ecclesia sancti Romani et miraculis in Gellani¹⁵-monte.

Ecclesiam sancti Romani in prefata villa Gellani-monte constructam dudum Milo prepositus canonicorum huius loci ab eis auferebat, quam dum, Bosone comite sibi eam redente, receperunt et sancti Balderici membra illuc delatissent, audientes multi ad ipsius 35 coeperunt confluere patrocinia. Inter quos duae caecae nobiles feminae deductae sunt, et quaedam perita pauperula omnibus fere membris contracta. Nocte vero vigiliarum sancti Romani, dum de more pervigiles¹⁶ in ecclesia celebrarentur excubiae, subito tantum caelitus est lumen effusum, ut omnia quae fuerant accensa videretur¹⁷ luminaria superare. Altare tantum, supra quod sancti erant¹⁸ ossa deposita, densa tegi videbatur nebula, ipsamque sancti pignere quasi moveri cernebatur gestamen, cum repente 40 una caecarum primum moxque altera sese videre proclamant. Tum media iacens contracta, ubi coepit clamare auxiliumque Dei et sancti Balderici deprecari, paulatim resolvitur, primum brachiis et inde poplitibus, donec erecta stetit in pedibus. Quae postmodum sana effecta, clericorum stipe huc usque sustentatur. Igitur dum prefato morarentur in loco clerici cum pignere sacro, contigit quadam vespera, cum simul residerent, ut cuiusdam Milonis amici homo, ebrietate atque furore succensus, coepisset ad eos 45 dicere, quid ibi facerent et quare in villam Milonis ingressi fuissent. Quibus respondentibus, quod sancti Balderici, non Milonis caedem res essent, illoque contradicente, quod non Balderici, sed Milonis haberentur, comminantibus eum clericis, recessit, et in eminentem villae contiguam rupem conscendens, sese in preceps dedit, sicut attritus iacuit, ut mortuus vel morti videretur proximus. Inde¹⁹ sublatus ante sancti corporis est presentiam deportatus, ibique tandem se culpabilem reddens, insperate sanatus et integras 50 in brevi restitutus est sospitati.

Item dum nuper ad prememoratum villam Wasliciam huius sancti membra relata fuissent, quoniam Godefridus principis²⁰ Henrici comes palatii²¹ eandem pervaserat villam, quidam clericorum Sancti Balderici ad eundem Godefridum pro hac causa perrexerunt; et cum nullam dignam potuissent²² apud eum percipere responsonem, nec magis se pro eis

55 a) Wasloio 2. b) deest 2. 3. c) ceperunt 2. 3. d) quod 1. e) Gellani 2. 3. f) mut. 2. g) ita 1^b; sciendi 2. 3. Verbum 'saisie' intelligi, iam Colvenerius intellexit. h) Dena 3. i) in ecclesia 1^b. k) debile 2. l) i. v. h. 2. 3. m) deest 2. 3. n) Gellani 1. 1. 1. o) ita 1^a. 3. privig. 1^b? 2? 3^b; privig.? p) viderentur 1. 2. q) o. e. d. 2. 3. r) In quo 2. s) deest 1.

1) A. c. 880—923. 2) Jouy (départ. Meuse, arrond. Dieulouart (départ. Meuse, arrond. Nancy). 3) Dieue 60 Verdun, canton Clermont. 3) Beaulieu (départ. (départ. Meuse, arrond. Verdun). 6) De quo nihil Meuse, arrond. et canton Bar. 4) Gillamont, nunc comperit habemus.

inde quap pro suo cane facturum respondisset, clericus quidam ex his intendendo subiecit, quod calidum proinde sudorem sudaturus esset, nec canis suus adiuturus eum fore. Ille furibundus ad haec eos a suo precipit eici conspectu. Quibus recedentibus, ipse mox diuina plectitur ultione, validaque correptus febre, coepit gravissime vexari nimisque succendi ardoribus atque ferventissimis effluere sudoribus. Mittens igitur ad episcopum Colonensem Huicfridum^b, hunc ad se venire petit eique rem retulit^c, atque id ab eo consilii percepit, ut ad prefatos clericos mitteret, eosque ad se venire faciens et errata corrigens, ab eis de sua infirmitate consilium pariter^d et auxilium quaereret. Quod ille obaudiens et ad eos mittens, ad se venire mandavit. At missus eius typo, ceu videbatur, inflatus superbiae, coepit, ad suum dominum ut mox clerici pergerent, imperitando precipere. Quibus renuentibus, sed eum caritatem secum facere rogantibus, ille contempsit, eoque recedente, in ipso egressu equus eius incitatus ab ipso posiliens ruit et collo fracto interiit. Sic ille humiliatus ad fratres rediit, caritatem quam spreverat egit, et ita correctus recessit. Hinc iterum tertioque vocati atque petiti, huius tandem viri compertis incommodis, ad eum tum demum^e veniunt, patientis^f compatiuntur cruciatibus et confitentem peccatum suum emendationemque promittentem precibus suis absolvere student. At ille statim se melius habere professus, ubi recessere fratres, convaluit, res quas invaserat reddidit ac deinceps ab earum se laesione continuit. Verum tanta domus eius affecta clade fuisse perhibetur, ut vix aliqui remanserint qui eisdem rebus usi fuerant, ipsi etiam equi et canes interiierint, et ipse pervasor, perditis cum cute capillis et unguibus, vix evaserit.

43. De miraculo in Reno flumine patrato.

Tunc ob infestationem Hungarorum, quae primitus eo tempore in hoc emerserat regnum, consilio inito canonici Sancti Balderici Renum cum domino suo transmeant. Inde quadam vespera remeantes, in fluminis medio navem iacis defigunt anchoris; relictisque paucis in navi cum sacro pignere custodibus, ipsi ad predictam scapham^h properant suae possessionis villam. Tres vero quidam latrones, comperto quod pauci resedissent in naviⁱ custodes, ibique thesauros vel ornamenta sancti remansisse rati, conscensa tendunt illo cimba^k. Sed antequam perlingerent ad ipsam quam petebant navem, caecati divinitus perditoque sensu remigare non valentes, impetu fluminis ferri coeperant. Sicque navicula eorum navi, qua sancti corpus servabatur, impacta contritaeque, mediis eos in fluctibus dereliquit^l. Quorum duobus flavio^m mox absorptis, tertius, qui etiam famulus erat Sancti Balderici, iacta manu navem sancti arripuit, et taliter evadens mortem clericorumque productus in presentiam, nihil eorum quae passus fuerat edicere valuit, donec in crastinum refocillatusⁿ sensuque recepto tandem quae gesta fuerant enarravit.

Postquam vero a prefato loco huius beati viri ad suum monasterium sunt ossa relata, multa inibi feruntur ostensa miracula, quae pre multitudine non habentur scripta. Illuc nuper quidam pauper candulam deferens in circulo devolutam, paulo ante horam vespertinam supra^a loculum sacrorum hanc posuit ossium. Qui dum data oratione recederet, subito candela supero accensa igne, coepit ardere. Quae, donec custos ecclesiae ad vespertinalia pulsanda venit signa, pallio cui superiecta iacebat illaeso, deflagavit, nec ullam pallio laesionem, cui adhaerebat, aggressit. Multa preterea sanitatum clarificationumque ibidem creberrime ad declaranda sancti sui merita Dominus ostendere dignatur miracula, ad honorem scilicet ac laudem nominis sui, quod est benedictum in secula.

44. De miraculis in monasterio Sanctarum Bovae ac Dodae factis.

In prememorato denique puellarum monasterio, in quo prefatarum sanctarum Bovae ac Dodae translata prefati sumus¹ corpora, nonnulla postmodum patrata probantur miracula. Ubi frigoritici atque diversis aegritudinibus occupati venientes optata merentur sospitate donari, maxime in die sollempnitatis earundem². In qua quaedam nuper puella auditu frustrata, vi^o invaliditudo sensus huius obturatis meatibus, interventu earundem sanctarum Christi sponsarum perditam dudum munia recipere meruit aurium.

45. De visione cuiusdam puellae.

Habetur in hoc monasterio quaedam sanctimonialis virgo, neptis quondam Gontmari religiosi presbiteri, nomine Ricadis, cui apparuerant olim per visum beatus Petrus apostolus et beatus Remigius, signi-

a) accendi 2. 3. b) Huicfridum 1^b. Wicfr. 2. 3. c) tulit 2. d) et p. 2. 3. e) ut a. s. d. 2. 3. f) v. d. 2. 3. g) deest 1, ubi patiuntur. h) scapham 2. i) naves 1^b. k) comba 2. l) dereliquit 1. m) refocillatur 1^a. n) iam supra 1^b. o) deest 1; vis validitudo 2.

1) C. 38. 2) Id est 24. Aprilis. COLV.

ficantes ei, quod iter Romae eidem, dum revererentur^a ad ipsam, precepturi essent; asserueruntque, se medio mense Septembri, scilicet exaltationis sanctae crucis die, reversuros. Qua expectatione suspensa, Sept. 14. nihil inde alicui, prohibita scilicet ab eis, ausa est intumere. Die vero qua praedixerant redituros, iterum apparuerunt ei^b, iubentes, ut accersiret fratrem suum Fredericum presbiterum et exortaretur eum sequi, prout magis potuisset, vestigia premissi sacerdotis Guntmari^c, et ex ipsorum iussione predictam iter intringeret illi secum exequi, tali videlicet tenore, ut ab ea die nec ille nec ipsa carnem comederent aut vinum biberent, donec iter ipsum adriperent, nisi tantum vini, quantum emi potuisset ex pretio, quod super altare quoddam ab ipsis ei designatum repertura esset, ipsa dumtaxat perciperet. Ut ergo^d inde magis crederetur, quasdam sorores, tres videlicet sanctimoniales huius monasterii, ad id inquirendum sibi 10 testes accisoret, denominatis scilicet personis quas advocare debuisset. Sanctus autem Remigius hoc insuper addidit, ut diceret illa fratri suo, quatinus esset memor, quod illi quondam apparuerat et ei locutus fuerat; addens etiam pro signo recognitionis, quod eum in palma de cutillo^e visus fuerat percussisse. At illa mox ad prefatum fratrem suum mittens, mandavit ei, ut ad se festinanter veniret. Qui veniens, sororem suam hora iam vespertina ieiunam adhuc et de visione valde stupefactam invenit. Quae ad- 15 vocans denominatas sibi sanctimoniales, pariter ante donatum altare septem psalmos poenitentiales cantaverunt, additis insuper letaniarum precibus, accesserunt ad altare, et exuantes^f operimentis, repererunt in cornu eiusdem altaris obolum parvum, quem assumentes cum gratiarum actione dederunt pro vino, quod tantammodo haec sanctimonialis bibit, non deinceps amplius vinum sumptura; donec iter inunctum tam ipsa quam predictus frater suus inirent. Quod fideliter et fiducialiter arripientes, 20 prospere, Deo iuvante, et sancto Petro et sancto Remigio suffragantibus, ut ipsis promiserant, peregerunt. Ac deinceps a carnibus illa preter dominicam abstinet; ac tribus diebus in ebdomada, usque dum signum sonet^g ad secundam, nihil operis agit, orationibus et psalmodiae vacans; quod sibi usque ad septem annos commemorat adimplere preceptum. Fratri vero suo prememorato hoc a supradictis sanctis per ipsam mandatum est, ut quatuor diebus in ebdomada a carnibus, omni vero sexta feria a 25 vino semper, dum advixerit, debeat abstinere. Quae et observare visi sunt.

46. De altero Remis puellarum monasterio.

Alterum denique puellare monasterium Remis habetur situm ad portam, quae olim Collaticia, scilicet a conferendis mercibus, nunc Basilicaris¹ vocatur, eo quod circa se basilicis dudum pre ceteris portis habundasse feratur, seu quod euntibus ad basilicas in vico 30 Sancti Remigii consistentes pervia fuerit. Supra quam domno Rigoberto habitaculum fuisse commemoravimus². Quod monasterium domnus Guntbertus vir illustris in honore sancti Petri construxisse traditur³, quod regale vel fiscale vocatur, eo quod in regali potestate usque ad moderna tempora fuerit habitum. Quod monasterium Ludovicus imperator Alpeidi⁴, filiae suae, uxori Begonis comitis, dono dedit, eidemque sacro loco immunitatis 35 preceptum delegavit, ut et pater ipsius Karolus imperator egerat olim. Quod coenobium postea per precariam ipsius Alpeidis vel filiorum eius Letardi et Ebrardi ad partem et possessionem Remensis devenit ecclesiae. Hic haberi asseritur dens sancti Andreae apostoli, cuius beneficia multi, qui eum osculari promerentur, frequenter experiuntur infirmi. Vidimus⁵ hic, in ecclesia scilicet huius coenobii, cereum igne caelesti ter quoque accensum, quem cereum collata cera fecerant quidam cives Remenses, qui ad visitanda nuper apostolorum limina profecti fuerant. Vidimus in hoc quoque monasterio puellam quandam sudasse sanguinem, quae tunc ebdomada plena iacuit immota quasi mortua, et visiones ei sunt ostensae nonnullae.

47. De domno Guntberto⁶ et ipsius uxore Berta.

Premissus itaque domnus Guntbertus¹, huius instructor coenobii, relicta coniuge, maritima petens loca, illic etiam monasterium quoddam condidisse fertur². Ubi et a barbaris decollatus fuisse traditur. Relicta vero ipsius domina Berta coenobium puellare apud Avenacum, Domino sibi locum per angelum demonstrante, construxit. Et dum inibi aquam non haberet, impetravit a possessoribus proximae silvae, argenti libra data, fontem quandam, 50 duobus fere milibus a suo³ monasterio distantem. Ex quo fonte mox rivus egressus, secutus est eam ad coenobium remeantem. Qui adhuc largiter effluens, pro eo quod tantumdem fuerit emptus, Libra vocitatur. Privigni denique ipsius domnae Bertae insurgentes contra eam, interemerunt⁴ illam. Qui statim traditi satanae in interitum carnis, ab

a) reverenter 1. b) deest 1b. c) ita h. l. codd. d) huius monasterii add. 1b. e) cutillo 2. f) fuerit 1b. g) exuantes operi 1. h) sonorum 2. i) Videmus 1. k) Gomberto 1b. l) Guntb. 1b imm constanter. m) m. s. 1b. n) illam i. 2. 3.

1) Porte Baselle. COLV. 2) II, 12, supra p. 460. et Berthae posterioris actatis v. AA. SS: April. III, 3) V. supra I, 4, p. 416. 4) De qua cf. Simson, p. 622; Mai. I, p. 113. Flodoardum ex antiquiore Ludw. d. Fr. I, p. 11. 77. 5) Acta Gundeberti vita hausisse, recte editor statuere videtur.

humano sensu in beluinam feritatem mutati, decessisse^a feruntur. Nepti vero domni Guntheri nomine Montiae, quae sceleris huius consentanea fuerat, noctu vigilanti domina Berta fertur apparuisse eique precepisse, ut corpus domni Guntheri ad hunc locum referre satageret ac iuxta suum funus collocaret, sicque illi peccatum consciae necis suae Dominus indulgeret. Quae signum petens, quo sibi dimissum id esse sciret, audivit, quod mox ut iussa complexset ex eius ore vel naribus erumperet sanguis. Quod et impletum est, dum corpus domni Guntheri iuxta pignus beatae Bertae reconditur. Huius domnae Bertae corpus post centum circiter annos inventum est integrum, et plagae ipsius ita tunc recenti affluxere sanguine, acsi eadem hora viventi fuissent ingestae. Ad horum denique sanctorum honorem et meritum demonstrandum multa postmodum Dominus dignatus est operari 10 miracula, quae causa negligentiae non habentur asscripta. De quibuslibet autem tribulationibus ipsorum congregatio Domini misericordiam per eorum intercessionem expetit, misericorditer impensam sibi consolationem percipere meruit. Quaedam preterea mulier ab altari huius monasterii linteum nuper furata^b secum ferre voluit, sed egredi ecclesiam nullo modo potuit, donec, suum confessa reatum, sublatum restituit altari velum. Hoc 15 monasterium vel abbatiam dominus Folco presul ab Odone rege concedi ecclesiae Remensi per paginam preceptionis ipsius regis obtinuit et pro confirmando eo huic ecclesiae a Formoso papa privilegium apostolicae sedis impetravit.

48°. De duabus ecclesiis sancti Hilarii^d Remis.

Sunt hic Remis^e ecclesiae duae in honore sancti Hilarii: una infra civitatem, in qua nuper quaedam puella contracta et paralitica divina est erecta virtute^f; altera, quae est antiquior ecclesia, ante portam Martis sita, quam sanctus Rigobertus pontifex antecessoribus nostris clericis ad sepulturam ipsorum dedit. Quae dudum, scilicet ante discessionem vel expulsionem domni Artoldi episcopi, crebris illustrabatur miraculis. Unde et tunc ab eo, civibus quoque suffragia ferentibus, tectis ac novis est reparata laquearibus. Nam quidam 25 caecus nomine Paulus, admonitus in somnis, ut ad eandem pergeret ecclesiam lumen ibi recepturus, advenit, et recuperato lumine, nec mora, videns abscessit. Quidam ex episcopi famulis cum ad ipsam pergeret ecclesiam, piscatorem cum piscibus ante fores ecclesiae obvium habuit, quos apprehendens velut empturus abstulit; at pauper ille piscator, ut inde sibi cum sancto Hilario conveniret, devotionum clamores lugubri mente in eum ingessit. At ille despiciens huicemodi voces, ecclesiam quasi missam 30 audilurus intravit. Ubi dum staret, subito corruit, graviterque vexatus, eicitur. De qua vexatione non parvo tempore laboravit. In huius ecclesiae cimiterio quidam Scotigona^g Dei servus olim sepultus est. Sed cum iam a nostris et nomen et memoria ipsius sepulturae videretur abolita, apertis sese coepit manifestare visibus. Nam dum quidam civium non de inferioribus, sed pauper rebus, olim nostris diebus obisset, amici eius ad Hildegarium huius ecclesiae presbiterum accedentes, petunt ab eo, ut locum 35 sibi sepulturae impertiret, ubi sarcophagum^h reperirent, in quo corpus ipsius recondere possent, quia de rebus ipsius unde emerent non haberent. Qui dum petentibusⁱ eis concessisset, sepulturam servi Dei apernerunt, sed ipsum eius sarcophagum aperire nequiverunt. Quo audito, presbiter accessit, et cooperitorium sarcophagi levare temptans, aliquantulum aperuit sepulchrum. De quo mox flagrantia tentae snaritalis emanavit, ut nunquam se delectabiliorem testatus sit hausisse odorem. Introspectiensque videt corpus 40 integrum sacerdotalibus infulis redimitum; recomponensque sepulchri pullam, non ausus est hanc amplius violare sepulturam; permisit tamen, ut idem corpus, depositis quibusdam, superponeretur tabulis. Ipsa nocte visus est ei avunculus suus presbiter in somnis, qui iam dudum decesserat, asserens, quod valde offendisset Deum preterita die, maxime si sepulchrum sancti violare presumpsisset. Idem quoque beatus vir cuidam sub ipsis diebus apparuit et, quia valde gravaretur pre pondere et indignitate superiecti sibi 45 cadaveris, intimavit et ut indicaret presbitero iussit, quia, nisi cito corpus id^k foetidum a sepultura sua repelleret, divina quantocius ultione plectendus esset. His presbiter admonitionibus pavefactus, cadaver, quod sepulturae sancti superpositum fuerat, eici cum^l festinatione fecit, et aperta alibi sepultura, recondidit. Visus est idem sanctus Domini postea cuidam rustico, precipiens ei, ut iret ad episcopum Artoldum et indicaret ei ex verbis eius, ut corpus ipsius, quod extra iacebat, intra ecclesiam transferret. Quod 50 idem rusticus intimare timens, neglexit mandatum. Nec longe post iterum apparens evigilanti, duriter increpavit illum, quare preceptum neglexit, et corripiens, alapa eius percussit maxillam. Qui mox stiditum amisit ipsius auris, in qua percussus est parte, capitisque dolore per dimidium fere vexatus est annum. Deinde cuidam presbitero in eadem ecclesia sub premissio sacerdote servienti apparens [in^m visione] quadam dominica nocte, admonuit eum, ut episcopo indicaret, quatinus corpus ipsius in predictam ecclesiam 55

a) decessisse l. b) furatura l. — f. s. 2. 3. c) XLVII. 1^b (e corr.?). d) Hilarii l. — Remensis 1^a. e) Remensis corr. Remensis 1^a, corr. Remis 1^b. f) Scotig. 1^b. g) sarcoph. — ipsum eius in marg. suppl. 1^a. h) e. p. 2. 3. i) adfectum l. k) fec. c. fest. 2. 3. l) i. v. dex. 1.

1) Ubi hodieque via 'St. Hilaire' nomen servavit. LEJ.

transferret; locum quoque ubi ponendam foret ostendere non omisit, intimans ei obitum et causam obitus vel adventus sui; significans, se Scotigenam fuisse Romanque orationis gratia cum sociis petendi itinere occupatum, a latronibus super Axonam^a fluvium fuisse peremptum, indeque corpus suum a sociis huc delatum ibique sepultum; propalans etiam nomen suum, quod vocaretur Merollanus, iubens, ut id nomen, ne forte memoria delaberetur, ascribere curaret, inclinansque se partemque cretae, quae fortuito iacebat, apprehendens, dedit ei, precipiens, ut illud continuo adnotaret in arca quae lecto ipsius adhaerebat. Quam ille cretam visus est accepisse nomenque descripsisse. In quo dum pro L littera R scriberet, corrigere hoc eum monuit, et ita in crastinum hoc nomen ascriptum inventum est, ut testaretur idem presbiter, quod vigilando per diem tam bene scribere nequisset. Quibus revelationibus monitus episcopus, ecclesiam quidem restaurari fecit, sed corpus sanctum non transtulit¹. Nec diu postea sic ei contigit, ut in eadem ecclesia coram Hugone principe se abdicaret episcopi gubernatione.

49^b. De ecclesiis [in^c honore] sancti Martini circumquaque [per^e totum circiter episcopium] constructis.

In honore quoque beati Martini multae circumquaque per totum circiter episcopium habentur ecclesiae divinis miraculis illustratae, ad quae neminem credimus enarranda sufficere. In vico denique Sancti Remigii constat ecclesia huius beati confessoris, quae clericorum olim fertur habuisse congregationem, de qua tale apud nos refertur miraculum. Quidam vir illustris, cum duxisset uxorem, non^d longe post in expeditionem precepto regis profectus diuque moratus, postquam domum redisset, significatum est illi, quod uxor eius adulterio fuisset corrupta. Quam vir uxorem diligens, tali examinatione probare voluit audita, ut super sacra ecclesiarum quae in hoc vico habentur uxor sibi iuraret altaria, quod hoc crimine esset innoxia, sicque immunis sibi postmodum foret a noxa. Quod illa non abuens, prompta suscepit, facturaque fidem dictis, cum marito ad vicum pervenit, et dans super quarundam ecclesiarum altaria iusiurandum, tandem pervenit ad huius ecclesiae domum, accedens ad altare, dum falsa mente deierat improba, repente utero disrupto eius humo^e labuntur interanea^f, procidensque mortua, ostendit, quam vera essent quae de se marito fuerant intimata. Ille nutu Dei compunctus ad miraculum, vovisse traditur, se^g ulterius mulierem non habiturum; familiamque uxori delegatam eidem addicens^h ecclesiae, hanc eis dedit legem, ut capitis censum ibidem dependerent nullique preter id obnoxiiⁱ servitio forent. Quae familia, hac sibi lege servata, ad duo milia vel amplius excrevisse reperitur capita, ut olim, scilicet antequam vastaretur a barbaris, duodecim libras argenti partibus prestaret ecclesiae.

50. De miraculis sancti^k Martini Remis ostensis.

Aliis etiam nonnullis beati patris^l huius urbs nostra fertur insignita miraculis. Ex quibus ea quae^m sanctus Gregorius Turonensis in suis miraculorum libris enarrat hic indereⁿ placuit, ut, si qui haec legentes ea forte non legerint, hic reperire possint. Refert enim, quod, transeunte se quondam per pagum Remensem, retulerit ei quidam Romanus, carcerem, in quo famulus ipsius hominis inter reliquos vinctus tenebatur, beati Martini virtute patefactum vinctosque ab ergastulo absolutos liberos abcessisse. Erat enim huiusmodi carcer, ut super struem tignorum axes validi superpositi pulpitarentur^o, ac desuper, qui eundem opprimerent, insignes fuerant lapides collocati. Nihilominus et ostium carceris sera ferro munita, obducto clave pessulo, obserbatur. Sed virtus ausistis, ut ipse relator asseruit, lapides pulpitaeque discissit^p, catenas confregit, trabem, quae vinctorum coartabat pedes, aperuit, ac nec reserato ostio, homines per aera sublevatos foras, lecto patente, produxit, dicens: 'Ego sum Martinus, miles Christi, absolutus vester; abscedite cum^q pace et abite securi'. 'Sed cum nos', inquit Gregorius, 'ad regem accedentes huius virtutis miraculum diffamaremus, adfirmavit rex, quosdam ex his qui absoluti fuerant ad se venisse atque compositionem fisco debitam, quam illi fretum vocant, a se fuisse reia^r indultam'. Refert etiam idem Gregorius^s, se quondam hanc urbem petisse, et in sacrario huius Remensis^t ecclesiae Sigonis aures surdam referendarii Sigeberti regis virtute beati Martini, cuius habebantur apud se pignera, dum colloqueretur secum, subito patefactam atque sanatam fuisse^u.

51. De sancta Macra virgine.

Passa est in hoc Remensi pago beata Macra^v virgo sub Riciovaro prefecto; quae post insuperabilem Christi confessionem gravissima tormenta perpessa, post mammillarum abscisionem et repentinam

a) Axonam 1^b. b) XLIX. corr. man. rec. XLVIII. 1^b, et ita demceps. c) haec des. 1. d) non — uxorem des. 1. e) l. h. 2. 3. f) ita 1. 2. 3. g) u. se 1^b. h) adiciens 2. i) obnoxio 1^b; obnoxio 1^a. k) a M. des. 1^b. l) petri 1^b. m) deest 1. n) inde replicuit 2. o) pulpillarontur 1. p) discissit corr. discussit 1^b. et ita 1^b. q) c. p. des. 2. r) regis 1. 2. 3. s) e. R. 2.

1) S. Merollanus Scotus nunc Romis in ecclesia S. Simphoriani quiescit. COLV. 2) Mir. S. Mart. III, 7. 3) Conf. II, 2, supra p. 448. 4) De qua cf. AA. SS. Ian. I, p. 324.

curationem per angelicam in carcere visitationem, dum super prunas et testulas accensas uada volutaretur, cum precibus et gratiarum actionibus immaculatum Deo reddens spiritum ac triumphans adversarium^a, laeta petit caelum. Corpus eius hanc procul a loco ubi passa est tunc extitit tumulatum. Multa vero post amorum curricula cuidam bubulco per visionem locus, quo beatissima virgo condita fuerat, iuxta quandam in honore beati Martini constructam ecclesiam, reuelatus est. In quo visu admonetur, ut corpus 5 sacratissimae virginis intra prefatam ecclesiam reconderetur honorificentius, quatinus incolis eiusdem loci, prout decebat, innotesceret manifestus^b. Quod et mox a^c viris Deo amabilibus magno constat peractum decore. In qua, donec venerabile corpus eius requieuit, insignia per ipsius intercessionem sunt patrata miracula. Ibi caeci visum, claudi gressum, surdi auditum, Domino eius obtentu largiente, promeruerunt. Procedenti vero tempore vir quidam strenuus, sanctarum fundator et cultor aedium, nomine 10 Daugulfus^d, [eius*] ubi nunc veneratur^e fundavit templum, in quo illius sacratissima transiit membra, regnante Magno imperatore Karolo; ubi non minima quoque Domino prestante saepe peraguntur^f magna. Quam nuper ecclesiam, tempore scilicet persecutionis Hungaricae, idem barbari succendere cupientes, acervos quosdam frugum magnos, qui^g parieti eiusdem adhaeserant, incendunt, exustisque segetibus, flamma licet^h ecclesiae 15 tecta lambente, eandem tamen accendere nequiverunt.

52. De sanctis Rufino et Valerio martiribus.

Eodem tempore quo haec sacra virgo passa est lacinator eius Riciovarusⁱ per urbem Remorum transiens et quosdam christianos ad culturam deorum compellens, ut eos superare nequirit, trucidari precepit. Et egressus inde, reperit duos quosdam viros Rufinum et Valerium fide Christi robustos, rega- 20 lium tamen horreorum custodes^k. Quos comprehensos ubi comperit Christi dilectione et confessione firmissimos, plagis afflictos diuturna carceris maceravit retrusione, ubi angelica visitatione ac consolatione relevati et confortati sunt. Sic invicti tandem reperti, capitalem subiere sententiam. Cumque non post longa temporis intervalla ad urbem Remorum sacratissima deducerentur eorum membra, feretris imposita, in loco illo, ubi nunc tumulata ipsorum requiescent ossa, ita tunc feruntur^l adgravata, ut nequaquam 25 loco moveri valerent. Et ita Deo iubente factum esse probatur, ut, ubi pauperibus elemosinae distribuere largitatem, ibidem suorum corporum gratiam perciperent requietionem. Sed dum nuper gens barbara Nordmannorum saevitura se Gallias infudisset, ob vitandam huius persecutionis procellam eorum pignera ad urbem sunt^m Remensem delata positaque in beati Petri ecclesia et per dies plurimos ibidem sub honore servata. At cum iam demum, barbaris rece- 30 dentibus, in nos baccata diu tempestas desedissetⁿ, redissetque tandem Deo iubente tranquillitas, presbiter, qui sanctis deservebat et ad propria iam dudum redire cupiebat, acceleravit sanctorum martirum glebas tollere et ad dicatum sibi locum referre. Postque^o celebrata misarum sollempnia levantur a sacerdotibus sacrata Christo corpora, atque cum magna populorum ferunt comitante caterva. Contigit autem, diem illam, quae dominica scilicet habebatur, ven- 35 torum flato fuisse nimbosam, ita ut omnes candelae, quae ad obsequium sanctorum deferebantur, vi turbinis extinguerentur; cumque carpentes iter partem fluminis fuissent ingressi, cereus qui ante sanctorum pignera ferebatur extinctus, repente caelitus accensus, omnibus mirum exhibuit spectaculum; sicque inter commixtos grandine nimbos et ventorum flatus ad quatuor fere milia duravit ex miraculo flamma. Disposuit denique 40 postea presbiter cereum ipsum in meliorem formam de eadem reficere cera; cumque id^p a sacerdotibus sibi subiectis efficeretur, mirum dicta, inter manus eorum molis coepit crescere cera et in magnam grandescere quantitatem.

53. De miraculis eorundem sanctorum.

Cumque illi stupentes admirantesque perstreperent, ingressus presbiter et videns sic^q auctam fuisse ceram, credidit, eos aliam ceram^r illi, quod non preceperat, adiecisse. Sed cognito tandem a sacer- 45 dotibus quod acciderat miraculo, Deo gratias egit et ceram in ecclesia ad memoriam tantae rei reposuit. De qua cera Riculfus Suessionum venerabilis episcopus^s reliquias sibi deferri iussit; sed et vicinarum ecclesiarum religiosi presbiteri exinde ob devotionem expetitas particulas in suis ecclesiis venerabiliter condiderunt. Alia autem vice cum de Suessione^t civitate, in qua ob similem persecutionem delati fuerant, ad locum proprium referrentur, claudus quidam cum ceteris, qui sanctorum corpora 50 devoto comitabantur obsequio, reptabundus adnisi quo poterat incedebat. Non quidem hunc natura claudum produxerat, sed ex tempore illi accesserat gressuum dolenda debilitas. Cumque ad villam quae Vasneia dicitur venissent, mox nativae rectitudini restitutus, prociectis adminiculis^u suis, coepit vadere plantis et Deum in sanctis suis mirabilem ore collaudare gratanti.

Preterea in eos qui sacrum locum violare et res sanctis martiribus delegatas pervadere 55 nituntur quam cito divina ultio exeratur, uno exemplo sufficiat demonstrare. Tempore quo

a) *de add.* 1^b; *inibi add.* 3^b. b) *manifestus* 1; *manifestus* 2. c) *auris D. amabilibus* 1^a. d) *Dang.* 2. 3. e) *deest* 1. f) *miracula* p. 2. 3. g) *que* 1^a; *deest* 1^b. h) *scilicet ecclesiam* 1^b. i) *Rictionarius* 1^b. k) *feretru* 1^b; *feretra* sunt 1^a(?) 3^b. l) *R.* s. 1^b. m) *desacrisset* 3. n) *Postquam* 1. o) *si cautam* 1^a, *corr. sic auctam* 1^b; a. s. 2. 3. p) *deest* 1^b. q) *Suessonice* 2; *Suessone* 3. r) *admirabilis* 1.

1) *Fismés.* COLV. 2) *Cf. AA. SS. Iun. II, p. 796;* ubi *Acta luci data sunt, quae a Flodoardo contracta esse, editor statuit.* 3) *A. c. 884-900.*

inter reges Odonem et Karolum graves agebantur Francorum in regno discordiae, per hanc occasionem licito rapinae et depredationes fiebant, confusum erat fasque nefas^a, nusquam Dei aut humanarum timor legum, sed vi et potentia universa constabant. Aliquando ad villam quae Basilica¹ dicitur predones affuerunt coeperuntque omnes pauperum substantias auferre. Tunc quaedam muliercula cum suppellectili sua fugiens, ad ecclesiam sanctorum martirum cursu rapidissimo tendebat. Quam quidam ex his qui ad predandum venerant ita ut sedebat equo velocissime insequi^b coepit, volens eam capere et seria sua illi auferre. Sed cum quidam de astantibus diceret: 'Noli, miser, noli illam in atrium sanctorum martirum^c insequi, ne tibi mali aliquid contingat', ille nihil veritus, admisso equo rapidissime fugientem insequabatur mulierculam. At ubi primis atrio pedibus equus institit, subito cernuatus cecidit. Sessor autem eius tam gravi allisione vexatus est, ut, a summo genu usque pedem disrupta tibia, caro velut ferro incisa^d debisceret osque ipsum carnis tegmine nudatum pareret^e, et qui superbus eques venerat, iam humiliatus nec suis pedibus incedere valens, manibus alienis de atrio ecclesiae proincludus est. Tunc equo et quae habere potuit sanctis martiribus pro eo datis, morti quidem subtractus est; sed quod supervixit temporis inutilis et nulli operi optus fuit, testimonium divinae virtutis in sua debilitate circumferens et aliis quibusque salubrem timorem exemplo patrae in se ultionis incutiens, ne talia agentes similia patiantur. Illud quoque notissimum et omnibus pervulgatum^f habetur, ad sanctorum martirum sepulchra oleum aliquando crevisse. Siquidem presbiter vas quoddam fictile iuxta altare posuerat ad servandum oleum, quod ibidem ad fomite luminis ardere debebat. In quo vase parum quidem olei remanserat, maiore eius parte in lichnorum lumine consumpta, cum repente coepit crescere et nullo inspiciente in manus augeri, donec os vasis crecans oleum exaequaret. Quod cum per dies aliquot fieret, nec iam se^g intra vasis angustias liquor divinitus auctus caperet ac guttatim in terram fluere, clericus ecclesiae ipsius custos hoc solus animadvertit et, subiecto vase altero, intra paucos dies ad unam sextarium collegit furtimque abscondit, putans infelix, divinum miraculum cupiditatis suae fore compendium, et unde providebatur omnibus patronium, inde clandestinum se posse creditit perficere furtum. Sed Christus, qui sanctos suos mirificare apud omnes decreverat, non diu permisit latere vel illius pudeadam facinus vel quod ad suorum martirum gloriam contulerat munus. Nam quadam die domum, quae basilicae adhaeret, in qua etiam Suessonicus episcopus, cum illuc accedit, manere consuevit, presbiter, nescio quid causae fuerit, ingressus, vidit vas illud oleo superfluere, et miratus^h, unde illa esset olei copia, cum illic per raro huiusmodi liquorⁱ inveniri posset, coepit percontari clericum tanti criminis conscium, cuius esset oleum, aut quis illud ibi^j deposuisset. Sed cum ille^k diceret, nescire se unde esset, pueri, qui ad discendos psalmos ibidem residebant et rem omnem noverant, indicaverunt presbitero et factum miraculum et custodis furtum. Ille, hoc audito, cito ad vas quod iuxta altare stabat recucurrit et pavimentum adhuc olei exundatione madens invenit. Cumque immensum in sanctis suis glorificaret Deum, alius quidam de custodibus advenit et confessus est, se magnam partem olei ipsius nullo teste tulisse et ubi voluit et sicut voluit expendisse^l.

a) nefasque 1^b; in 2 hoc et alia verba abscissa; sed manu alia postea suppleta. b) in se quod 1. c) i. m. 2. 3. d) in eis 1. e) pararet 1. f) h. p. 2. 3. g) deest 1. h) deest 2. i) ita 3, miratur 17 27 k) i. p. 1. 2. 3. l) id 1. m) illud 1^b. n) Explicet Floardus (Floardus) presbiter et Remensis canonicus add. 1; Floardi de historia Remensi liber explicit feliciter add. 2.


1) Bazoche (départ. Aisne, arrond. Soissons, canton Braine).

GESTA ABBATUM S. BERTINI SITHIENSIIUM. EDIDIT O. HOLDER-EGGER.

Antiquissimum monasterium SS. Petri et Bertini Sithiense, quod iam saeculo octavo praeclare floruit, nono decadente compluries a Normannis vexatum, in tristem statum devenit. Saeculo decimo comitibus Flandriae Balduino Calvo, Adalolfo, Arnulfo Vetulo abbatiam tenentibus, quae supererat disciplina monachalis omnino exstincta est. Sed tandem Arnulfus comes, religionis coenobitalis interitum dolens, per Gerardum Broniensem cum ceteris Flandriae monasteriis a. 944. etiam S. Bertini abbatiam reformari fecit¹ eique abbates monachicos praefecit. Unde cum disciplina et statu feliciore studium literarum effloruit. Tunc gesta abbatum huius coenobii primi post Fontanellensium historiam a Folcwino² monacho conscripta sunt.

Hic ex illustri gente Lotharingica, bona quaedam in dioecesi Leodiensi sita incolente³, quae originem suam a Karolo Martello duxit⁴, parentibus Folcwino et Thiedala natus est. Proavi eius frater fuit gloriosus Folcwinus episcopus Morinensis (a. 817—855), in monasterio S. Bertini sepultus. Cuius ossa Folcwinus et Regenwala, pater et patruus nostri, a. 928. Sithiu venientes, solemniter elevari et coli fecerunt⁵. Aliquot annis post — inter a. 930. et 940. certe — filium natum, cui patris et gloriosi praesulis consanguinei nomen inditum est, parentes Folcwinus et Thiedala monachum imbuendum decreverunt et contra propinquorum voluntatem puerulum⁶ a. 948. ad locum se-

1) Cf. Wattenbach, GQ. ed. 4, I, p. 310. 2) Sic Alibi etiam Folcwinus occurrit. 3) V. Folcwini nomen constanter scribitur in codice 1 Gest. Sith. gesta abb. Lob. c. 28. 35. 4) Ecco stemma gentis, in codice 2 aequae constanter 'Folcwinus' audit, et quod ex Folcw. Gest. abb. Sith. c. 104. 107, Gest. 25 sic etiam in Vita Folqwini. In codicibus recentibus abb. Lob. c. 9. 35, Vita Folqwini episc. c. 1. cognomen Gest. Lob. vero modo 'Folcwinus', modo 'Folcwinus', scitur:



Folcwini gentem ab Hieronymo, filio Karoli Martelli, exortam esse, iniuria, ut opinor, in dubium vocavit Hahn, Jahrb. d. fränk. Reichs' p. 154, quamvis concedendum sit, stemma non omnino verum a nostro relatum esse. 5) Gesta abb. Sith. c. 105. 40 6) Ib. c. 107. — In ipsis paene crepundis multimoda infestatione cessantibus propinquorum curis dicit ipse Vit. Folq. episc., prol.

pulturae episcopi illius deducentes, die Novembris 2, Womaro abbatibus vice coenobium Sithiense regente, sancto Bertino tradiderunt. Ibi scholis datus¹, in literarum scientia bene profecit. Anno 961, iam diaconi ordinem susceperat, nam 'levita et monachus' subscripsit chartae, cuius summam c. 110. exceperat. Eodem anno iussu Adalolfi II. abbatibus, qui a. 961, Apr. 4. usque 962. in sedit, 'Gesta abbatum et traditiones fidelium cum cartis eorum'² conscribenda suscepit et anno sequente ineunte³, ut videtur, opus absolvit. Sic forte bonam rei literariae famam assecutus, ab Ebracharo episcopo Leodiensi, qui id potissimum egit, ut studium literarum in monasteriis dioeceseos suae suscitaret, in Lotharingiam patriam ascitus, a. 965. mense Decembri Coloniae, praesente Ottone I. imperatore et monachis astipulantibus, abbatiam Lobiensem regendam accepit et in nativitate Domini eiusdem anni ab Ingeramno episcopo Cameracensi abbas ordinatus est⁴. Lobiense coenobium plus 24 annis cum multa laude rexit. Ibi constitutus Vitam Folquini episcopi Morinensis, consanguinei sui, scripsit et Waltero abbati S. Bertini et fratribus Sithiensibus, quondam sodalibus suis, dedicavit; sed in hac fere ea tantum repetiit, quae iam in Gestis abbatum Sithiensium de hoc episcopo narraverat. Denique vero, sicut iam antea Sithiensis coenobii, nunc etiam Lobiensis abbatiae historiam composuit, in qua etiam de suo regimine retulit, editam SS. IV, p. 54 sqq. Anno 990. mortuus est⁵ et in ecclesia Lobiensi sepultus⁶.

Incipiens a fundatione monasterii Sithiensis, Folwinus gesta abbatum usque ad annum quo opus absolvit enarravit. Sed de prioribus abbatibus temporibus pauca comperta habuit. Pleraque ei chartae praebuerunt, quas non modo integras libro inseruit, sed etiam diligenti sollertia perquisivit, ut ex eis seriem et tempora abbatum stabiliret, cuique argumentum praescrispsit, ut quasi continuam narrationem rerum ab abbatibus gestarum conficeret. Cum in antiquissimis chartis anni regum tantum, quibus datae sint, indicati essent, in argumento praemisso annos incarnationis ex propria computatione adiecit; sed in his semper fere erravit. Neque vero omnes quas inspezit chartas, immo sui temporis perpaucas recepit, aliarum solam summam exhibuit, alias prorsus reiecit. Chartis accedunt registorum bonorum abbatiae sub Adalardo abbate (a. 844—859) confectum, quod integrum recepit, Notitiae de donationibus et vita Goiberti, qui ecclesiam S. Salvatoris in Stenellant cum appendiciis S. Bertino subdidit, et registorum bonorum huius ecclesiae a. 867. Praeterea ei usui fuere Vita S. Bertini altera⁷, Vita S. Winnoci antiquior⁸, Miracula S. Bertini antiqua⁹, quibus maxime de Normannorum in castellum Sancti Audomari et monasterium S. Bertini invasionibus relatum est, Annales Sithienses cyclo paschali inscripti deperditi, quos c. 59. laudat. Ex Annalibus S. Bertini deperditis quoque — qui nescio an iidem sint ac modo laudati — pluri-

40 1) Vit. Folq. prol. 2) Sic opus appellat in epistologo, in prologo scribit: *Gesta abbatum Sithiensis cenobii vel possessionum traditiones*; cum has omiserimus, librum 'Gesta abbatum Sithiensium', vero et apto nomine, inscripsimus. 3) Non ipso anno 961, ut plerique contendunt, Nam c. 111. rerum ineunte a. 962. gestarum mentionem fecit. Diploma Lotharii regis a. 963, Ian. 7. datum post additam esse videtur. — C. 110. sic scribit: (Hildebrando) *commendavit locum, quem et actenus miseratione Dei regit, qui est annus supra memoratus dominicae natiuitatis 961*. Numerus quidem deest in codice 1, sed annus supra memoratus est 961. Hildebrandus vero demum a. 962. in. abbas institutus est, quare illo loco Folwinus annum post Ian. 1, ut videtur, a paschate incepit. 4) Gesta abb. Lob. c. 21; Ann. Laub., SS. IV, p. 17. — Quod Pertz, SS. IV, p. 52, statuit, Folwinum Sithiensem et abbatem Lobiensem eundem esse, contra obloquentes probavi 'N. Arch.' VI, p. 417 sqq. 5) Ann. Laub. l. I.; Gesta abb. Lob. c. 1, SS. XXI, p. 309. 6) V. epitaphium eius SS. IV, p. 54. 7) Acta SS. Boll. Sept. II, p. 590 sqq. 8) Haec circa saec. IX. med. in S. Bertini monasterio conscripta est, ex qua locus pro tertio capite primae Vitae S. Bertini Acta SS. l. I, p. 580 sqq. impressus est. Hunc noster exscripsit. 9) Ibid. p. 595 sqq.

mas notas, quae diebus accurate indicatis excellunt, maxime pro historia annorum 840—900. circiter exceptit; quarum permultae in *Annales Blandinienses* transierunt. De his longius egi 'N. Arch.' VI, p. 431 sqq. Et hi ei non modo de rebus abbatae, sed etiam de historia regum aliqua praebuerunt. Res enim in regno Francico occidentali gestas per totum opus breviter enarrare nititur. Hac in parte ei ad manus fuere *Gesta regum Francorum, Francorum regum historia, SS. II, p. 324. edita*¹⁾, *Appendix Passionis S. Dionysii de Stephano papa apud Sanctum Dionysium aegrotante et coronatione Pippini*²⁾, *Visiones Wettini auctore Heitone. Denique saeculo IX. nonnulla, maxime de Folquino episcopo, auditu percepta narrat. Inde ab anno 925. circiter sive quae aliorum relatione audiverat sive quae ipse viderat retulit. Sed in his etiam nimis brevis, legentium curiositati minime satisfacit, ut a V. Cl. Wattenbach commodissime dictum repetam. De oratione eadem fere dicenda sunt, quae b. m. G. H. Pertz, SS. IV, p. 53, de Gestis abbatum Lobensium monet: plerumque ieiuna, sed paucis locis, quibus assiduum lectionem auctorum veterum probare vult, nimis tumida est; in hoc libro vero multo saepius ac gravius quam in posteriore contra grammaticam peccat*³⁾.

Sicuti fieri solebat, disciplina a Gerardo in coenobio restituta non diu viguit. Abbates quidem Rodericus (a. 1021—1042) et Bovo (a. 1042—1065) laboraverunt, ut eam relevarent, sed non multum nec pro multo tempore profecisse videntur. Denique Lambertus abbas saeculo XII. ineunte cum auxilio Iohannis episcopi Morinensis contra voluntatem plurimorum fratrum monachos Cluniacenses introducens, conventum secundum eorum regulam reformavit. Tunc religio multum excrevit apud Sanctum Bertinum et inde ad multas vicinas ecclesias per fratres Sithienses introductos propagata est. Sed quoniam Lambertus Cluniaci professionem fecerat et inde ordinem receperat, Cluniacensis abbas dominium S. Bertini sibi vindicabat et praesertim abbatem non nisi suo consilio eligendum esse contendebat. Unde diutinae lites per triginta fere annos inter haec duo coenobia exortae sunt, modo huic modo illi curia Romana favente, donec a. 1139. tandem Bertinienses causam obtinuerint.

Saeculo igitur XII. ineunte demum religione vigente, iussu Lamberti abbatis (a. 1095—1123) laborem diu intermissum, *Gesta abbatum* conscribenda Simon monachus iterum suscepit. Hic ex nobili gente⁴⁾ et, si posteris credi fas est, Gandavi⁵⁾ natus, a. 1085. circiter sub Iohanne I. abbate (a. 1081—1095) puer⁶⁾ Sancto Bertino traditus, a Lamberto tunc scholarum magistro literas edoctus⁷⁾ est. Cui postea abbati coenobium reformare intendenti toto animo consensit⁸⁾ et tam diligens in disciplina observanda exstitit, ut cum aliis fratribus Sithiensibus ad religionem in nonnullis Flandriae monasteriis reformandam, velut a. 1117. Blandinium⁹⁾ missus sit. Anno 1123. Lamberto abbate paralyti percusso et

1) Ut notat Simson, 'Ludwig d. Fromme' I, p. 195, n. 8. 2) Surtius V, p. 634. 3) Cf. 'N. Arch.' VI, p. 426. 4) Simon II, 133. 5) Sic Ioh. Longus c. 42, l. 3. Hoc vero ex eo tantum coniecisse videtur, quod in cap. 16. Simonis libro III. post addito post abbatiam dimissam Simon Gandavum recessisse dicitur. Et haec coniectura forte alicui probabilis videtur. 6) In epilogo libri III. 45. a. 1145. circiter scripto dicit Simon: quae per sexaginta annos me recolo ceraciter vidisse vel audisse, quae verba non ad annos narratione comprehensos spectant — nam liber I. primo scriptus iam ab a. 1021, liber II. de mum ab a. 1095. incipit —, sed ad tempus in monasterio transactum referenda sunt. Quocum bene convenit, quod Simon iam, cum Iohannes abbas a. 1095. mortem obiret, in monasterio fuit — dicit enim I, 39: nobis flentibus et psallentibus —, obitum vero Heriberti abbatis a. 1081. defuncti nondum vidit, cum II, 1. scribat: dies defuncti patris quibusdam nostrorum eo usque incisa, inter quos haud dubie se ipsum numerat. 7) Simon II, 133. et libri prol., ex quibus et sequentia sancta sunt. 8) Cum multo post mortem Lamberti alterum librum scriberet, compluribus inimicitiam Cluniacensium passus, acerbius de introductione eorum iudicavit. 9) Ut ipse II, 101. testatur, dicens: illis aduentui nostro cedentibus.

prorsus debilitato ipse Simon vicarius ab Iohanne episcopo Morinensi et fratribus substitutus est¹. Necdum vero anno finito agentibus monachis Cluniacensibus tunc apud Sanctum Bertinum degentibus depositus et Iohannes II. abbas electus est. Anno 1127. Simon Alchiacensis monasterii, quod ex conventu Bertiniano abbatem sumere debuit, abbas constitutus et ab Iohanne episcopo consecratus est². Quod postquam quatuor fere annis rexit, Iohanne abbate S. Bertini, quia Anacleto antipapae adhaesit, iussu Innocentii II. papae deposito, a. 1131. a Milone episcopo Morinensi in domesticum coenobium reductus et eius abbas ordinatus est. Cui vero vix quinquennio praefuit. Nam Cluniacensibus in curia Romana agentibus, literis apostolicis Simon, ut sine consilio Cluniacensium electus, a. 1136. depositus est. Itaque abbacie cessit, sed aliquo tempore, certe tredecim mensibus, usque dum Leonius abbas a. 1137. — ipsius, ut videtur, potissimum consilio — electus esset³, in monasterio remansit⁴. Postea Gandavum⁵ profectus, ibi moratus est. Sed inde paulo ante obitum regressus, in monasterio S. Bertini a. 1148, Febr. 4. senex mortuus et sepultus est⁶.

Regente igitur et iubente Lamberto abbate, id est inter a. 1095—1123⁷, Simon Gesta abbatum S. Bertini, Folcwinum, ut ipse profitetur, imitatus, continuanda et chartas colligendas suscepit. Sed cum de rebus saec. X. ex. et XI. in., inde a quo ille stilum deposuerat, nihil compertum haberet, dolens torporem priorum, qui nihil de eis scriptum reliquerint, sex abbatem praetermittens, inde a Roderico, id est a. 1021. demum, initium sumpsit, et quatuor abbatum gesta enarrans, a. 1095. in morte Iohannis I. finem fecit⁸. Opus sic confectum olim exstabat in codice S. Bertini, praecedente saeculo etiamnum viso, quem Pastoret, 'Histoire littéraire de la France' XIII, p. 80, ex relatione Bertiniensium ad patres Bollandistas missa descripsit. Libellus Gestorum in eodem 38 capitulis constabat, quem sequebantur duo libri censuum terrarum S. Bertini, catalogus librorum bibliothecae, brevis genealogia regum Franciae usque ad Robertum II. Ille libellus est liber primus Gestorum, quae ad nos pervenerunt, quatuor illorum abbatum vitas 39 capitulis continens. Neque omnino vel certe paulo ab illo deperdito libro differt⁹. Praeter chartas Simon in hoc libro Inventionem corporis S. Bertini auctore Bovone abbate et Miracula S. Bertini continuata exscripsit.

Multo post tempore, cum, abbatia a. 1136. abdicata, Gandavi privatam vitam ducebat¹⁰, ut videtur, otium in pristino opere deducendo consumsit¹¹. Allero

1) Simon II, 106. 2) Ib. II, 133. 3) III, 1. dicit: ut apud Folcwinum, narrationibus suo loco interplacuit nobis super dominum Leonium. 4) Ioh. Longus 42, 3. scribit, Simonem statim post abbatiam abdicatam Gandavum recessisse et ibi 12 fere annis vixisse. Sed haec falso coniecit. 5) Suspiciari possis, ut Pastoret I, l. p. 79, in monasterium S. Petri Blandiniense. Quo coniectura Iohannis Longi de loco natalitatis eius omnino caderet. 6) Add. Sim. III, 16. 7) Morand, 'Appendice au Cartulaire' p. VII, primis annis Lamberti librum compositum esse, suspicatur. Sed, si omnino artiores temporis terminos statuere licet, inter a. 1101—1117. hoc factum esse coniecerim. 8) In praefatione, qua Lamberto librum dedicavit, se eius praedecessorum tantum vitas enarrasse diserte testatur Simon (quos antecessores in pastoralis regimine habuistis). De hac prioris libri forma optime in praefatione Morand primus disseruit. 9) In Gestis nobis servata chartae, ut apud Folcwinum, narrationibus suo loco intermixtae sunt. Quod quidem minus concordare videtur cum iis quae Simon in praefatione ad Lambertum dicit: *Chartas nichilominus separatim in uno volumine a mea exiguitate describi voluistis. Sed hoc volumen idem fuisse ac libellum Gestorum, recte certe Morand p. VII. statuit. Quod iam numeris capitulis in illo libello et libro I. Gestorum fere paribus probatur. Etiam vix crederem, chartas in illo a narratione seiunctas fuisse, illa verba ita interpretatus, ut chartas in singulis membranis descriptas in uno volumine colligi voluerit.* 10) Sic bene statuit Morand p. VIII. 11) 56. post a. 1130, Iohanne episcopo Morinensi defuncto, II, 61. post a. 1135, Henrico I. rege Angliae mortuo, II, 79. non paulo post a. 1137. tempore Leonii abbatis, II, 124. post a. 1140, ut videtur, scripta sunt.

libro, quem de Gestis abbatum iam prius edito adiecit, tempora Lamberti et Iohannis II. abbatum comprehendit, sui vero regiminis res gestas enarrare noluit, sed hoc tempore a. 1131—1136. praetermisso¹, novo libro incepto de prioribus annis Leonii abbatis retulit et a. 1145. narrandi finem fecit. Hoc igitur fere tempore libros II. et III. compositos esse, nihil est, cur non credamus. His libris omnia fere ipsi visa vel audita et paucissima de rebus saecularibus, ne de comitibus Flandriae quidem plura retulit, scripta quantum scimus non nisi Vitam Anselmi archiepiscopi Cantuariensis auctore Eadmero², fortasse uno loco Miracula S. Bertini³ et Annales Blandinienses adhibuit, quibuscum nonnulla verba congruunt. Et Simonem, qui a. 1117. ad S. Petri monasterium reformandum¹⁰ missus, deinde Gandavi multo tempore versatus sit, hos legisse, satis probabile est, quamvis illis locis plura quam annalista tradat. Eodem fere tempore, id est Gandavi moratus, ut videtur, Simon etiam Vitam S. Bertini metricam composuit, quam Leonio abbati inscripsit⁴.

Circa finem saeculi XII. monachus quidam S. Bertini Gesta abbatum continuanda sumpsit, qui nec nomen suum nec quidquam de vita sua indicare voluit⁵. Certum tantum est, eum multo tempore, scilicet 25 annis circiter⁶, S. Bertino professum in monasterio vixisse. Hic reliquorum annorum Leonii abbatis, Godescalci et Simonis II, id est a. 1145—1187, res gestas enarravit⁷ et primis annis Iohannis III, qui a. 1186. abbatiam suscepit, libellum composuit vel saltem absolvit, cum rei sub huius regimine actae iam mentionem fecerit (III, 13). Hic nihil nisi de abbatum et in abbacia rebus gestis retulit et, mutato iam operis consilio, quamvis multas chartas exscripserit et in fine cuiusque capituli enumeraverit, nullas tamen integras recepit, sed continuam narrationem confecit⁸.

Gestorum Folcivini praecedenti saeculo exstabat codex quem Mabillon⁹ saec. X. medio exaratum et auctoris autographum esse iudicavit. Hunc perditum lugemus, sed aliquo modo damnum sarciri polest apographo, quod Carolus de Witte, doctissimus tabularius et bibliothecarius S. Bertini¹⁰, inde fecit¹¹. Qui consulto nec litteram addidisse nec omisisse, formas verborum antiqui codicis³⁰

1) Quae de Simonis electione II, 133. leguntur ab alio quodam scriptore addita esse, mihi persuasum est, ut etiam III, 16. de eius obitu quaedam addita sunt. Plenus vero lacunam hiantem expleri nemo Sithiensium conatus est. 2) AA. SS. Apr. II, p. 893. 3) Praebet etiam narratiunculas de Hugone abbate Cluniacensi, quae in eius Vita, auct. Heriberto, AA. SS. Apr. III, p. 646, auct. Hugone, Bibl. Cluniac. p. 445, auct. Rainaldo, AA. SS. Apr. III, p. 653, occurrunt. 4) Editum per F. Morand in 'Documents inédits sur l'histoire de France', 'Mélanges historiques' t. I. 5) Post medium saec. XII. re literaria famam adepti sunt Bertinienses ille qui Flandriam generosam post a. 1164. et Iohannes qui Vitam Bernardi Poenitentis post a. 1183. composuerunt. Sed nulla exstat causa, cur alteri horum Continuationem tribuamus. 6) Iam ante a. 1151. apud S. Bertinum fuisse videtur, qui II, 2. scribat: (Godescalcus) *ad nos reversus ministerium hospitalis administrans*. Et hic postea demum, certe iam a. 1151. abbas Hamensis fuit. Sed incendium quo a. 1152. coenobium delatum est Continuationem non vidisse, ex ipsius relatione conici possit. 7) Totam continuationem ab eodem esse compositam, et dispositione et ratione narrandi et oratione ubique aequalibus probatur. Et

Vitae Leonii et Simonis II. extremis partibus auctor haec praemittit verba: *ut breviter de huius abbatis gestis concludam*. Compluribus et passim per totum libellum proverbialia vulgaria laudat. 8) In praefatione ad Iohannem Iperium editores Martene et 35 Durand, Thes. III, p. 443, de altera continuatione Gestorum a. 1229. conscripta coniecerunt, sed male interpretati verba Iohannis *nunc et hoc anno*, qui solito dicendi modo praesenti tempore pro praeterito utatur. Alii, ut Lelong, Bibl. hist. I, 12361, hos secuti sunt; cf. Guérard p. xiv. 9) De re dipl. lib. V, 3, p. 235; AA. SS. ord. Bened. V, p. 622. 10) Qui, a. 1746. habitu monachali accepto, per 60 annos historiae S. Bertini perquirendae ac scribendae et documentis eius colligendis operam navavit, a. 1807, Aug. 30, conventu Bertiniano iam dissoluto, mortuus est. Vide Laplane, 'Les abbés de St.-Bertin' II, p. 444. 518. 11) Mabillon complures locos ex antiquo codice imprimi fecit, cuius lectiones omnes cum apographo Wittiano concordant — ut nomen Folcivinus semper apud utrumque scribitur —, praeter unum locum c. 66, ubi verba 6. *feria ante pascha*, quae de Witte habet, apud Mabillon et in reliquis duobus codicibus desunt. Forte in margine antiqui codicis suppleta erant. 55

*immutatas reddidisse videtur*¹. *Etiam quibus verbis paginae illius inceperint in margine annotavit, ex quo cognoscitur, volumen fuisse exiguae formae, 326 paginae continens*². *Num ille codex Folcwini autographus fuerit, diiudicare non possumus, certe vero maximae auctoritatis. Restant igitur haec subsidia:*

1) *Apographum Caroli de Witte, nunc codex Audomarensis nr. 815, chart. 4^o. In hoc Folcwini Gesta uno libro constant. Numeri capitum inde a cap. 46. iam omissi sunt*³. *Ex codice illo archetypo certe fluxit nec multum nisi verborum et praesertim nominum formis ab eo recedit:*

2) *Codex Boloniensis nr. 146*⁴. *Hic, qui spha Folcwini, et codex eiusdem bibliothecae nr. 146A, qui Simonis et Continuatoris Gesta continet, partes sunt eiusdem codicis olim S. Bertini nr. 721, mbr., saec. XII. compluribus manibus exarati. Primus librarius Gesta Folcwini tota, quae hic in duos libros contra primariam institutionem divisa sunt, et Simonis usque in cap. I, 21; alter reliquum Simonis librum cum additamento III, 16. exaravit. Tertius librarius saec. XII. ex libro indicem capitum Folcwini ac seriem abbatum praescripsit et rubras capitulorum secundum indicem auxit vel mutavit; qui et epitaphium Simonis III, 16. addidisse videtur. Post complures chartas Simoni variis manibus adiectas quarta denique manu saec. XII. ex., quam ipsius auctoris esse non putaverim, Continuatio, paulo ante composita, exarata est. Secundo volumini nr. 146A. nunc membranae Vitae S. Bertini metricam auct. Simone continentes, s. XII. scriptae praefixae sunt.*

Saeculo XVI. in⁵ Alardus Tassart, qui a. 1495. monachus apud S. Bertinum receptus, a. 1532. post vitam studiis historiae ecclesiasticae et praesertim Bertinianae exactam mortuus est, trium auctorum libros in novam formam redegit, quos quidem integros fere descripsit, sed suis explicationibus et additamentis, plerumque ex Iohannis Longi chronica sumtis auxit, verba ubi libuit mutavit, Continuationem maxime non modo chartis et narrationibus ex aliis libellis S. Bertini descriptis ampliavit, sed omnino aliter disposuit et retractavit. Quare non tam illos libros descripsisse quam eos in novum librum 328 capita continentem congressisse dicendus est⁶. Codex eius nunc est Audomarensis nr. 750, chart. 4^o. Tassart haud dubie codice nr. 721, nostro 2, usus est, cum et quae in illo post addita sunt, ut indicem capitulorum paulo diversum, praebet, et cum illo plerumque concordet. Sed in Folcwino non raro apographum praeter illum habuisse videatur⁷. Et hoc forte probabilius est. Nam apud compluria additamenta, quae lineis rubris circumductis indicare

1) Nonnulla vero ex cod. nr. 721, nostro 2, supplevit, quod accurate indicavit. Labore vero absoluto, chartas ex originalibus quot tunc exstabant emendasse videtur. 2) Sed in nonnullis chartae post additae erant. 3) Inde fortasse evenit, quod Mabillon dicit, Folcwini librum constare 81 capitulis, quibus subiunguntur capitula 11 de elemosinis. Sed tot capita, quod satis mirum est, continentur in libro 2. codicis Boloniensis. Fieri forte potuit, ut Mabillon hunc quoque codicem inspexerit et ex hoc numerum capitum, falso quidem, exscripserit. 4) Huius codicis apographum rebus in bibl. Parisiensi inter chartularia servatur et ex eo a Guill. de White excerpta exstant in codice Audomarensi nr. 819, chart. 4^o, saec. XVII. — Pastoret in 'Hist. littéraire de la France' IV, p. 385. scribit, duos codices Folcwini tunc in bibl. Parisiensi servatos esse. Sed posteriora char-

ularia Bertiniana pro Folcwini libro sumsisse videtur. Certe tales codices nunc ibi non exstant; cf. Guérard p. xviii. 5) Circa a. 1512, ut ex nota quadam apparet. 6) Etiam lacunam hiantem inter Folcwini et Simonis narrationes explere conatus est 13 capitulis; ut ex indice eius, Guérard p. lxxxviii. n. apparet. Sed horum tantum 3 capita in codice adhuc exstant (Guérard p. xcix. sq.), priora decem aut excisa, ut Guill. de White illud loco notavit, aut ab eo non conscripta sunt. 7) Compluria apographa Folcwini in bibliotheca S. Bertini servata esse, apparet ex nota G. de White ad cap. 53. — Tassart ipse notat in fine privilegii S. Audomari c. 3: *Hic fuit liber veteris Folcwini, quae quid velint certe indicare nequeo, tamen Tassartio compluria exemplaria usui fuisse probant.*

solet, annotat: 'Adiectio in margine', cum in ipsius textu legantur. In Simonis libro uno quidem loco authenticam lectionem exhibere videtur, quae in codice saec. XII. erasa et eodem iam saeculo aliis verbis expleta est; ut alium codicem ipsi visum esse negare non possimus. In Continuatione cum codice s. XII. omnino convenit. Lectiones eius perraras annotavimus (T.), quae mutavit vel ex aliis libris propriae addidit omnia omisimus.

Medio aevo Gesta nonnisi a Bertinianis exscripta videntur, videlicet Gesta Folwini ab ipso in Vita Folquini episcopi, a Bovone abbate in Inventione S. Bertini, a Folcardo ac posteriore anonymo auctoribus Vitarum Miraculorumque S. Bertini compilatore et in Vita S. Audomari tertia; Simon ab auctore Flandriae generosae; 10 uterque cum Continuatore a Iohanne Longo. Etiam recenti tempore paucis innotuerunt, cum Bertinienses antiquitatis suae documenta timido animo reclusa haberent¹. Sed I. Mabillon ex Folwini Gestis complures locos et chartas De re dipl. lib. VI, p. 605 sqq., Acta SS. ord. Bened. IV, 1, p. 625, Annal. ord. Bened. III, p. 605, luci dedit. Patribus Bollandianis Cletius monachus Bertinianus de Gestis retulit 15 et Folwini locum ex codice 2. exscriptum transmisit, quem Stilling, Acta SS. Sept. III, p. 413, imprimi fecit. Chartas nonnullas Bréquigny et Pardessus, Diplomata aetatis Merovingicae, ex eodem exhibuerunt. Denique Guérard ex codicibus Boloniensi nr. 146. et Audomarensi nr. 750, Folwinum integrum, sed cum additamentis Tassarti, Simonis et Continuatoris libros vero non auten- 20 ticos, sed ex sola recensione Tassarti edidit in 'Documents inédits sur l'histoire de France'. 'Collection des cartulaires'. 'Cartulaire de l'abbaye de St.-Bertin'. Parisiis 1841. Deinde codice Boloniensi nr. 746A reperto, I. Morand huius lectiones in Simonis libro a Tassarto differentes enotavit et Continuationem integram edidit in 'Appendice au cartulaire de l'abbaye de St.-Bertin'. Pari- 25 siis 1867. Ad novam hanc editionem parandam b. m. I. Heller codices contulit.

Sed secundum rationem huius collectionis solas narrationes trium auctorum repetimus, chartas omnes et quae Folwinus iis praemisit, nisi qua notata digna ibi scripserat, registra quoque bonorum omisimus. Recentia nomina villarum plerumque ex indice editionis Parisianae annotavimus. 30

Berolini mense Septembri 1880.

O. Holder-Egger.

Nomina² abbatum huius loci.

Sanctus ³ Bertinus primus abbas.	Fridogisus Anglus abbas.	
Rigobertus abbas.	Hugo abbas.	
Erlefridus abbas.	Adalardus abbas.	35
Sanctus Erkembodo abbas.	Hugo iunior abbas.	
Waimarus abbas.	Sanctus Humfridus abbas.	
Nantharius abbas.	Hilduinus abbas.	
Dadbertus abbas.	Folco abbas ⁴ .	
Hardradus abbas.	Rodulfus abbas ⁵ .	40
Odlandus abbas.	Balduinus abbas.	
Nantharius abbas.	Adalolfus abbas.	

¹) Manus s. XV. inseruit: Folco 2^o.

a) hanc seriem scripsit in cod. 2. secunda manus s. XII. ex., eadem et capitulorum indicem praemisit, quem omisimus; series et index des. 1. b) haec linea aureis litteris scripta. c) Hilduinus in. sed eras. c. 45

1) Cum praecedenti saeculo de principatu Audomarensis episcopatus et abbatiæ Bertinianae contentio nec mentione dignis asseverarunt, Gesta esse supposita et recenti tempore a Bertinianis fabricata. deretur, clericuli Audomarenses iuvendi lucubrationibus 2) Non II. huius nominis, sed I, qui iterum sedit.

	Arnulfus abbas.	Rodericus abbas.
	Sanctus Gerardus abbas.	Bovo abbas.
	Wido abbas.	Heribertus abbas.
	Hildebrandus abbas.	Iohannes I. abbas.
5	Regenoldus abbas ¹ .	Domnus Lambertus abbas.
	Balduinus abbas.	Iohannes II. abbas.
	Arnoldus abbas.	Symon I. abbas.
	Walterus abbas.	Leo ² abbas.
	Trudgaudus abbas.	Godescalcus abbas.
10	Odbertus abbas.	Symon II. abbas.
	Hemfridus abbas.	Iohannes ³ III. abbas.*

FOLCWINI DIACONI GESTA ABBATUM SITHIENSIIUM.

In⁴ nomine sanctae et individuae Trinitatis. In hoc codice gesta abbatum Sithiensis cenobii depromere cupientes vel possessionum traditiones⁵, quae a fidelibus sub uniuscuiusque illorum tempore sacro huic loco cum cartarum inscriptione sunt concessae, describere volentes, a primo ipsius loci structore domno Bertino abbate operis huius exordium sumamus, Christo [auxiliante].

[Prologus⁶ Folquini levite et monachi].

Quod omnipotens Deus sepe suis fidelibus duo retributionis premia dederit, unum in huius vitae peregrinatione, alterum in perpetua supernorum tranquillitate, satis sancta paginula, sapienter anserini vomeris cultro sulcata, perscrutantibus patefacit. Nam hic quam plurimos apud homines, quamdiu vivunt, almifluis virtutum miraculis coruscando manifestat, quos postea in aeterna quietudine pro sui laboris sudore quiescere perpetua-
 20 liter prestat. Unde quoque fit, ut eorum memoria laudando semper magnificet in terris, quorum perpetuitatis nomina in caelestibus conscribuntur albis. Inter quos nobis pre caeteris unus coram Deo presentique seculo carior consistit patronus, qui visui nostrae mentis, cum alta supernae meditationis ascendit, gloriosus apparet veluti aureus Tytan⁷, cum novo mane, crocea relinquens cubilia, septemplicia preclari luminis per totum proclivi seculi rotatilem orbem, fugatis tenebris, sua emittit spicula; quia in illius typo per sancti Pneumatis munera ad amorem Dei electorum sepe sufficienter accenduntur corda. Quapropter in primis Latinus sermo aethimologiam⁸ sui nominis licere sibi depromere diligenter petit, quem omnis plebs vulgaris simplici vocabulo 'Bertinus' consuevit promit, quia eius significationem, cum sit profunda, melius nuncupare non novit. B enim prima ipsius vocabuli ponitur littera, eo quod ab ipsa semper bonus extiterat infantia. ER similiter sillaba sequitur,
 35 quae datur intelligi hereditarii significatio tota; mutataque TI in NA sillaba adhuc una, ab eo quod natus; ut ita conglomerati subinferatur ipse 'bonus heres nobis natus' et a domino Deo, suis feliciter⁹ exigentibus meritis¹⁰, in secula datus; unde pro nostris facinoribus inter-

^{*)} Manus s. XVI. add.: Iacobus I. abbas. Symon III. abbas. Guillebertus¹ abbas Aureus. Iacobus II. abbas. Willelmus I. abbas. Iohannes IV. abbas. Walterus II. abbas. Eustacius Gomer abbas. Egidius de Ovia abbas. Henricus² abbas. Alelmus Boistel abbas. Iohannes³ V. Longus abbas. Iacobus⁴ III. de Condeta abbas. Iohannes Biequere abbas. Alardus Trubert abbas. Iohannes VII. Griboueli abbas. Iohannes de Medon. Guillelmus⁵ II. Tornacensis abbas. Iohannes de Alneto abbas. Iacobus de Val abbas. Anthonius de Bergis abbas⁶.
 40 Engelbertus d'Espaigne abbas. Gerardus de Hamericourt abbas.
 45 Vedastus de Grenet abbas.
 Nicolaus Mainfroy abbas.
 Guillelmus III. Loemele abbas. Philippus Gillocq abbas. Antonius Laurin abbas.
 Franciscus de Lieres abbas. Franciscus Boucault abbas. Benedictus de Bothune abbas.
 Momolenus le Riche abbas.
 50 Dubois cardinalis, Commendatarius nominatus.
 Benedictus Petit-pas 1723. 75¹.
 Carolus de Gherbode.

a) littera initialis aureo, reliquae caeruleo colore scriptae. b) lit. init. aureo, reliquae rubeo et caeruleo colore scriptae.
 c) Liber primus praemittit sec. man. 2. d) e corr. 2. e) deest 1; post erasum 2. f) I. capitulum praemittit 2;
 55 rubra deest 1; add. sec. manu s. XII. 2. g) Titon 1. h) eth. 1. i) fideliter 7. k) deest 1. l) lit. init. aureo, reliquae rubeo colore scriptae. m) minus scripta. n) desinit altera, sequuntur diversae manus saepe variatae.

1) Adalolfus II. a. 961—962. omissus est; post quem Hildebrandus iterum sedit. 2) i. e. ordinis 75.

cessor cotidie consistit precipuus. Nunc igitur non est necesse nec hoc etiam nostrae opis est, ut tanti patroni^a miracula, quae per illum Dominus, ipso adhuc in corpore vivente, operare dignatus est quam plurima, hic nostrae stoliditatis sermo in huius brevitatis succinatione vel quid parum sua presumat tangere audacia; nam omnia, quae quamdiu in hoc mundo felicem agebat vitam vel in sui transitu novitate fuerant facta, valde perita manus scriptoris in sua legentibus patenter edidit Vita. Nos interim ad multiplicia eius desudamenta, quae pro loci sui erectione laboratione sudavit assidua, optamus dicta reflectere, si ipse quoque dignetur adesse. Nam, cum, relicta secundum Domini preceptum patria, Sithiu^b cum duobus^c adisset loca, tunc temporis ob nimiam multarum^d paludum putredinem vel nemorum densitatem per omnia invenit deserta nec ad usum hominum nisi, quod et adhuc incolis non deest, pro capescendis squamigerorum^e generibus quid umquam utilia. Quo in loco sanctus vir tantum in Dei nomine sudavit, ut primitus nobile templum, lapidibus rubrisque lateribus intermixtum, in altum erigeret; cuius ex vicino columpnae, quarum capitibus singulis imposita testudine, utramque parietem firmiter sustentant; nec minus interius oratorii pavimenta multi coloris petrarum iunctura, quae pluribus in locis aurea infigunt lammina, decenter adornavit. Cuius templi structuram qui forte velit pre oculis inspicere poterit? Hunc tantummodo codicem de membranulis in unius libri cumlavinus corpus, ut, si forsitan quis istius loci possessionum investigandarum fuerit avidus, ad hunc recurrat; ibi numerum et nomina invenire poterit quantocius sub pretitulatione annorum dominicae nativitatis vel tunc temporis cuiuslibet regis abte^f coniunctum, prout nostrae erat possibilitatis, sed non omnia, quoniam multa ab antecessoribus nostris neglecta sunt, partim librorum incensione, partim demolita vetustate.

1.^g In primordio igitur huius operis, auspice Christo, preponimus traditionem Adroaldi tunc temporis illustrissimi^g, qui, velud in Gestis almi patris Bertini legitur^h, cum hereditarium possessionis suae non haberet, post decessum fragilitatis humanae, tractare coepitⁱ assidue, qualiter Christo commendaret terrena, ut mercaretur^j superna. Igitur adventiente domno Bertino in territorium Taruennense^k, hortatu beati presulis Audomari tradidit Adroaldus supra memoratus almo Bertino villam sui iuris Sithiu noncupatam^l anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 645, qui est annus 11. regis Hlodovei^m, filii Dagoberti, quatinus ibi cenobium in honore principis apostolorum construeret et ad ordinem vitae monasticae plurimos accenderet exemplo conversationis propriae; cuius traditionis exemplar hic etiam scire volentibus pre oculis inscribere curavimus.

2.ⁿ Exemplar commutationis villarum beati Bertini et Mommoleniⁿ episcopi.

Sub Francorum quoque principe Hlothario^o, predicti regis Hlodovei^p filio, anno ipsius 6. Verbiq^{ue} incarnati 660.^q placuit venerabili viro Mommoleno^r Noviomensi episcopo domnoque Bertino abbati de Sithiu monasterio inter se aliqua commutare locella; deditque venerabilis Mommolenus^r episcopus domno Bertino abbati villam nuncupatam Vallis^s, quam de parte dederat viro reverentissimo Ebertramno abbati de Sancti Quintini^t cenobio pro alia villa cognomento Tunninio^u seu et in Brago et in Glindono et in Selertiago. Haec quinque locella domno concessit Bertino; et e contrario vir venerandus Bertinus dedit Mommoleno^r episcopo portionem suam de villa noncupante^v Vausune in pago Constantino et locum aliud^w nomine Lanardiaca villa ad integrum. Quam commutationem regia auctoritate confirmare petierunt; [quod^x et factum est]. Exemplar autem regiae donationis istic proponere placuit^y.

a) patronis corr. patroni 2. b) Sithiu corr. Sithiu T. c) multorum codd. ? d) squami corr. m. s. XVI. 2. e) apte 2. f) II. 2; sec. m. in 2. praemittit rubram: De eo quod Adroaldus tradidit beato Bertino villam Sithiu. g) illust. 2. h) cepit 2 saepius. i) mercaretur 1. j) Taruennense 2. k) nunc. 2. l) Mummol. 2 saepius. m) Lothario 2. n) Lodovei 2. o) 664. suppl. in marg. rec. m. s. XVII. 2. p) Tuninio 2. q) Mummolino 2. r) sic codd. s) haec des. 2.

1) scil. cum Mummolino et Ebertramno; cf. Vit. Bertini alteram §. 4, AA. SS. Sept. II, p. 591. 2) Vetusmonasterium intelligere videtur. 3) § 5. l. 1, sed verba Vitae non retinuit. 4) Haec ex charta sequente I, 3, Guérard p. 18. Sed annus 11. Chlodovei II. incidit in a. 648. vel 649. 5) Annus 6. Chlotharii III. congruit cum a. 661, 662. 6) Vaux, praef. St. Quentin. — Abhinc verba sunt diplomatistae. 7) Viromandensis coenobii. 8) Tugni, Bray-St.-Christophe, praef. St.-Quentin. 9) Datum est a. 662, Febr. 1, Guérard I, 5, p. 20; Dipl. I, M. nr. 39.

3.° De privilegio beati Audomari, quod concessit sancto Bertino
de basilica sanctae Mariae.

In eodem quoque anno, sub eodem principe Hlothario fecit beatus Audomarus Ta-
ruennensis ecclesiae episcopus domno Bertino privilegium ecclesiae suae, quam in hono-
rem sanctae Dei genitricis Mariae¹ construxerat in Sithiu villa ad corpora fratrum tumu-
landa, ut² ipsa basilica sub umbraculo patrocini predicti abbatis Bertini seu successorum
eius per succedentia tempora usque in finem regatur, ut ipsius privilegii testatur carta,
quam etiam hic inscribere curavimus, uti tunc temporis factam accepimus³.

Igitur decedente domno Audomaro episcopo in villa Waurantis⁴ dicta, distante a
Sithiu⁵ coenobio⁶ fere 4 miliaribus, a domno Bertino secundum ipsius beati viri in hoc privi-
legio⁷ rogatum exinde deportatus, in suprascripta basilica⁸ coram altare Dei genitricis est
humatus; ac deinceps ipsa basilica domno Bertino fuit subdita.

4.° Privilegium Theoderici regis de hoc quod domnus Bertinus
in Attinio fisco comparavit.

Anno autem dominicae incarnationis 677⁷, indictione 4, regnante glorioso Francorum
rege Theoderico, qui erat frater prefati regis Clothacarii⁸, anno 10, fecit idem rex Theode-
ricus preceptum securitatis domno Bertino de eo quod comparavit in Attinio⁹ fisco, cuius
hic est textus¹⁰.

5.° De cella Hunulfi-curte.

Anno ab incarnatione Domini 677, indictione 6¹¹, vir quidam inclitus¹ nomine Amal-
fridus tradidit domno Bertino monasterium quod construxerat in proprietate sua nomine
Hunulfi-curte¹² in pago Cameracense super fluvio Scald, ubi et filia ipsius illustris¹³ viri
Auriana nomine abbatissa santimonialium rectrix esse videbatur, eo tenore ut hoc ipse,
dum adiret, per precariam haberet et post suum obitum ac filiae eius Aurianae supra-
dictus abbas Bertinus seu successores sui hoc habeant, teneant atque possideant et quem-
cunque prepositum ibi preponere voluerint licentiam habeant, sicut etiam exemplar illius
traditionis apud nos actenus¹⁴ conservatum testatur hoc modo¹⁵.

Hac traditione iam peracta atque illustrium¹⁶ virorum subscriptione firmata, ut etiam
per succedentia tempora inconvulsa servaretur, annis necdum duobus post predictam tradi-
tionem peractam, qui erat annus dominicae incarnationis 679¹⁴ atque predicti regis Theode-
rici annus 14, pariter regale palatium in villa Crisciaco adientes¹⁵, domnus scilicet Ber-
tinus et Amalfridus, illustris¹⁶ factor huius traditionis, postulantes suprascriptam donationis
kartam regiae preceptionis auctoritate firmare. Quod rex tunc devote complexans, devotius
est executus, confirmans illud regia auctoritate; quae etiam cum sigilli regalis subscriptione
apud nos conservata actenus¹⁷ testatur¹⁶, ita dicendo.

8.° De morte Theoderici et successione Hlodovii¹⁸, filii sui¹.

Decedente interea glorioso Francorum¹⁹ rege suprascripto²⁰ Theoderico²¹ anno incar-
nationis dominicae 682¹⁷, qui erat annus regni ipsius 17¹⁸, filius eius Hlodoveus²² puer in regno G. Franc.

a) VI. 2. Guér. b) in marg. manu s. XVI. suppl. 2. c) coen. h. l. et saepius 1 (certo ex ego. codicis); con. h. l. et
40 saepius 2. d) VIII. 2. G. e) X. 2. G. f) inclitus 1. g) illustr. 2. h) haec. 2. i) XIII. 2. G. k) Clodo-
vei 2; deest T. l) eius et ceteris 2. m) e. carr. 2. n) suprascripto 2. o) Theoderico 2. p) Clodov. 2.

1) Quae postea monasterium S. Audomari fuit. Folcwini. 6) S. Mariae. 7) Annus 10. Theoderici III.
2) Haec sunt verba chartae. 3) Data a. 662, Apr. 14; incidit in a. 682. 683, quorum cum neutro ind. 4.
Guérard I, 7, p. 23. 4) Wavrans, pagi Lumbres. a Folcwino interposita congruit, sed haec nec cum
45 In nulla trium Vitarum S. Audomari, quas AA. SS. a. 677, sed cum a. 678. convenit. 5) Hoc ex Gest.
Sept. III. exhibent, locus obitus notatus est. 5) Quod praecedit Guérard I, 7, p. 24, ubi haec: *humiliter*
deposco et taliter ab ipsa congregatione supplico,
ubi et ubi locus evenerit, in quo Dominus de hac
50 *luce me migrare iusserit, consocia caritate, iuxta*
quod in auribus vestris patefecimus, quod voluntas
nostra taliter decrevit, ut cum ipsis peregrinis in
ipsa basilica, quam pro eorum adiumento construxi-
mus, ibidem me requiescere secundum ipsorum mo-
55 *nachorum voluntatem et Dei adiutorio licentiam ha-*
bere debeam. — Post hanc chartam notat Tassart
in margine: *ad huiusmodi signum fuit liber ceteris*

Francorum gloriose sublevarur. Qui regia auctoritate privilegium quoddam domno Bertino fecit de monasterio suo Sithiu, in quo quicquid ab antecessoribus suis predicto loco fuit concessum, ipse privilegio regiae confirmationis affirmavit; interdicens scilicet, sine iudiciaria potestate locum illum per tempora manere, nec aliquis publicus exactor sub aliquo districtiois freno ingenuos ac servientes loco illi distringere presumat. Quod etiam privilegium istic inscribere placuit. Actum est anno ab incarnatione Domini 682¹, qui erat annus 1. prefati regis, hoc modo.

10.^a De morte Chlodovei² et successione Hildeberti³.

Anno etiam dominicae incarnationis 684², cum, decedente prephato⁴ rege Clodoveo anno regni eius 2, frater eius Hildebertus Francorum gloriose sumpsisset imperium, anno 3. regni eius fecit idem rex domno Bertino privilegium regiae auctoritatis secundum suprascriptae⁵ conscriptionis tenorem⁶, quam ab antecessore suo Clodoveo⁷ rege factam supra iam conscripsimus. Quod privilegium hic ideo omittimus, ne conscribita iterare videamur. Nos interim ad subsequenda festinemus.

11.^a Quod multa alia se vivente adquisierit; item⁸ de cella Woromhold¹ ut dicta⁹.

Haec¹ et alia quam plurima se adhuc vivente monasterio suo adauxit⁴ cum ingenti desudatione. Multa etiam preterea, partim precedentium incuria⁵, partim quoque diuturna vetustate demolita, nobis actenus⁶ manent incognita. Certum est autem, quod omni vitae suae tempore in preparatione loci sibi a Domino traditi sudasset, unde nec abstulit, donec precibus monasterii regali²⁰ auctoritate²¹ constructis regalibus privilegiis et terrarum opulencia coequaret. Quin etiam et alia monachorum coenobia se adhuc vivente construxit, ex quibus unum est quod vocatur Woromhold⁸, quod⁷ quidam vir dives Heremarus nomine eidem viro Dei contradidit. Sanctus vero Bertinus servorum Dei multiplicare volens habitacula, hoc ipsum coenobium quatuor viris ad se a Britanniae partibus advenientibus ad construendum regendumque commisit, Quadanoco² videlicet et Ingenoco, Madoco sanctoque²⁵ Winnoco, ut inibi receptionem pauperum construendo hospitem peregrinorumque curam gererent non modicam in necessariis administrando. Post decessum vero supradictorum trium virorum, Quadanoci⁴ videlicet et Ingenoci et Madoci, sanctus Bertinus conventiculo fratrum inibi degentium beatum concessit preesse Winnocum, quia de eius vita et moribus non dubitabat, quem secum ab infantia sub dominica monasterii scola nutrierat; cuius vitam et virtutes qui diligenter investigare voluerit, a³⁰ quodam elegantissime⁷ conscriptam invenire apud nos poterit. Nos interim cepta percurramus.

12.^a Quod se vivente beatus Bertinus Rigobertum abbatem ordinaverit.

Beato igitur Bertino iam in senium vergente, regimen coenobii sui Rigoberto venerabili viro commisit⁸, ut, relicto mundanae implicationis negotio, liberius vacaret Deo. Hic³⁵ sub tempore regiminis sui, domno Bertino ordinante et iubente, construxit monasterium in honore sancti Martini, qui nunc loci caput et totius abbatiae principatus existit, anno¹ 6. regni Hildeberti, qui erat annus dominicae incarnationis 689², sub pontifice Taruanensis³ ecclesiae Ravangero.

14.^a Quod Erlefrido post Rigobertum coenobium suum commiserit. 40

Crescente interea multitudine monachorum, beatus pater Bertinus prefato Rigoberto requiem desudationis indulgens, venerabili viro Erlefrido a se nutrito coenobii sui regimen commisit; ipse certioris vitae vias incedens, semotus ab mundana perturbatione, tota mente insisteret divinae philosophiae.

s) XV. 2. G. b) Clodov. 2. c) et privilegio eiusdem add. 2. d) prefato 1. e) suprascriptae conscript. 2. et sic 45 semper. f) Chlodovio T. g) XVI. 2. G. h) et 2. i) Wormhold 1. k) et sancto Winnoco add. sec. manu in marg. 2. l) Hec 2. m) haec. 2. n) r. a. partim e corr. 2. o) Wormhold 1. T. p) Quadanoco 2; Cadanoco T. q) Quadanoci 2. r) sic 1. 2; elegantissime T. s) XVII. 2. G. t) e corr. 2. u) Taruanensis 2; Tervancensis T. v) XIX. 2. G.

1) sub die 1. Kal. Iun., anno 1. regni nostri, i. e. kirchen. — Huius donationis chartam laudat Ioh. 50 a. 691, Iun. 1; Guérard I, 14, p. 35; Dipl. I, M. nr. 58. Longus I, 13. 7) Partem Vitae S. Winnoci hic exscriptam odidit I. Stilling ut cap. 3. Vitae S. Bertini prioris, AA. SS. Sept. II, p. 589; cf. ibid. p. 552, Longus I, 13, SS. XXV, p. 762. Sed vide quae ibi notavimus. 4) scil. Bertinus. 5) Cf. Vitam a. 700—701. 6) Wormhoudt, praef. Dun-

16. De transitu domni Bertini.

Sub huius prefati Erlefridi regiminis tempore beatus pater Bertinus plenus dierum et sanctitate post diuturnum in Domini servitute famulatum carnea relinquit ergastula, migravit ad Christum, percepturus ab ipso aeternae remunerationis bravium, qui erat annus dominicae incarnationis 698. et prefati regis Hildeberti 15¹, indictione 11. et regiminis sui anno 54. Sepultusque est in basilica sancti Martini, ubi plurimae a Domino virtutes per eius merita sunt patrae; quod textus eius Vitae patefacit elegantissime². Eo etiam tempore venerabilis rex Hildebertus migravit ad Dominum, cum regnasset annis 16³. Regnavitque Dagobertus puer, filius eius, pro eo annis 5; sub cuius tempore predictus abbas Erlefridus basilicam sancti Martini supra sancti patris Bertini tumulum ampliori opere reedificare coepit.

17. De Erchembodo⁴ abbate, successore Erlefridi.

Post multiplicia igitur prefati Erlefridi abbatis desudamenta, quae, postquam magistri superstes extiterat, desudavit, mente promptissima migrans ad Dominum, successorem sibi reliquit Erchembodem, sapientia et bonitate coequalem⁵. Qui tempore regis Hilperici, successoris prefati regis Dagoberti, quoddam privilegium regia auctoritate ab ipso poposcit rege constructum, quod taliter est factum⁶.

19. De pugna Karoli in Vinciaco.

In prefati autem regis Chilperici tempore Karolus dux, filius Pippini, ab Austro⁷ adveniens, commoto exercitu, contra iam dictum Chilpericum regem et Ragemfredum⁸ illum ducem pugnam iniit⁹. Sed prius ceso eius exercitu, terga vertit⁶. Postea autem, resumptis viribus, contra Chilpericum hostem morit die dominico in quadragesima. Sed Karolus prius pacem fieri rogavit. Illa non dantibus, pugnam iniit 12. Kal. April.; Deoque iuvante, victo Chilperico et Ragemfrido¹⁰, victoriam accepit. In hoc autem tempore beatus Silvinus Taruennensis¹¹ episcopus floruit, virtutibus et sanctitate plenus, cuius nunc in Sidiu¹² venerabiliter humatum pausat corpus. Peracta autem supramemorata pugna, iterum Chilpericus rex cum Ragemfrido Eudonem ducem in auxilium expetentes, contra Karolum ire disponunt. Quibus Karolus occurrens intrepidus, fugatis iterum hostibus, triumphum est adeptus. Karolus autem cum Eudone duco amicitias postea ferens, et cum Chilperico rege pacificatus, eum in regno restituit. Sed non diu in hac vita mansit; mortuus namque est, cum regnasset annis 5 et dimidio. Franci vero Theodericum, Dagoberti regis iunioris supramemorati filium, super eum regem statuunt. Qui prefato Erchembodo¹³ abbati privilegium quoddam concessit, regia auctoritate confirmans ea quae ab antecessoribus suis sancto huic loco est concessum; quod hic etiam pre oculis taliter habetur insertum¹⁴.

22. De episcopatu eiusdem abbatis.

Anno quoque eiusdem regis Theoderici¹⁵ 3^o, qui erat annus dominicae incarnationis 720⁸, prefatus abbas Erchembodus Taruennensis¹⁶ ecclesiae sublimatur episcopus, Ravangeri successor in ordine factus, qui et ipse successor extiterat Baini presulis, successoris Draucii, qui post beatae memoriae presulem Audomarum Taruennensis ecclesiae susceperat pontificatum. Hic autem prefatus Erchembodus episcopus cum episcopatu abbatiam tenens, anno 3. prefati regis Theoderici emit a quodam viro Rigoberto nomine res proprietatis 723. suae.

24. De morte Erchembodi et de successione Waimari¹⁷.

Decedente interea in extremis prefato rege Theoderico¹⁸, Hildericus Francorum suscepit imperium anno ab incarnatione Domini 742¹⁹. Interea et prefatus Erchembodus episcopus

a) XXI. 2. G. b) eterna 1. c) XXII. 2. G. d) Erchembodo 2. T. e) coeq. 2. f) XXIV. 2. G. g) Hilperic. 1. h) Austro 2. i) Ragemfredum 2. l) Ragemfred. T. semper. j) Taruennensis T. m) Sidiu 2. T. n) Erchembodi 2. o) XXVIII. 2. G. p) Theodor. 1. q) superacr. manu a. XVI. 2; tercio T. r) Taruennensis 2; Taruennensis T. plurimque. s) XXX. 2. G. t) et privilegio Hilderici add. in marg. caetera manus et post initiator in textu 2. u) Theodor. 1; Theodico 2. v) de xxii. manu a. XVI. in loco suo 2.

1) Hic annus est incarn. 709—710. Indictio 11. Fred. c. 108. accedunt. 7) Datum a. 721. Mart. 3; congruit cum a. 698, et ad hunc annum notant Guérard I, 25, p. 44; Dipl. I. M. nr. 91. Sequitur aliud Ann. Bland. etiam mortem Bertini. Cf. 'N. Arch.' VI, a. 721. Nov. 10; Guérard I, 27, p. 47; Dipl. I. I. nr. 82. p. 435 sqq. 2) Vita altera cap. 2. 3) annis 17. G. Franc. 4) Datum a. 717. vel 718 (anno regni nostri 3); Guérard I, 23, p. 42; Dipl. I, M. nr. 90. 8) Immo a. 722—723. In praeepto Theoderici regis altero abbas, in charta a. 723, Aug. 29 Guérard I, 31, p. 51) iam episcopus appellatur. Ex quibus Folcwinus hanc temporis notam fecisse videtur. 9) Hoc iam a. 737. defuncto, Karolus sine rege regnum gubernavit. 10) Ad hunc annum falso etiam Ann. Flaviniae, SS. III, p. 150. Cf. Hahn, 'Jahrb. d. fränk. Reichs' p. 164.

scopus et abbas decessit a seculo et in monasterio Sancti Audomari coram altare sanctae Dei genitricis¹ tumulatur a populo. Cui in episcopatu successit Adalgerus. Abbatiam vero regendam suscepit Waimarus²; qui tempore prefati regis Hilderici privilegium quoddam consecutus est regiae auctoritatis secundum statuta precedentium regum, quae prefato concesserunt Sithiu monasterio, quod ab ipso rege firmatum constat in hoc modo, anno eiusdem regis imperii primo³.

26.^b De Nanthario abbate.

Post decessum autem prefati abbatis Waimari Nantharius totius abbatiae sublimatus est dignitati. Cui anno 3. prefati regis Hilderici quidam presbiter Felix nomine tradidit ad usum monasterii sui Sithiu cellam sui iuris propriam vocabulo Hrokashamo⁴ sive The-realdo-loco, ut testatur illius traditionis karta⁵, quam hic ad confirmationem credulitatis describimus sub tenore antiquae illius dictationis.

28.^a De morte Hilderici et unctione Pippini.

Non post multo autem tempore⁶ antedictus rex Hildericus vitae ultimam claudens metam, Sithiu monasterio in beati Bertini tumulatur ecclesia⁷. Mortuo quoque prefato 15 abbate Nanthario, Dadbertus in regimine successit in iam dicto monasterio.

Ep. Steph. His temporibus Stephanus Romanus pontifex per oppressionem sanctae ecclesiae a rege atrocissimo et blasphemo et nec dicendo Haisulfo ad dominum Pippinum venit in Francia; ubi egrotavit usque ad mortem et mansit aliquod tempus apud pagum Parisiacum in venerabili monasterio sancti martiris Christi Dionisii. De quo cum iam medici desperarent, subito interventu ipsius beati martiris per revelationem curatus est, ut ipsius beati pontificis testatur epistola, quae etiam apud nos in beati Dionisii Passione tenetur inserta. 20
Ep. Steph. In qua revelatione ab ipso Christi martire ammonitus est⁸, ut principale illud altare in sanctorum apostolorum⁹ Petri et Pauli dedicaret honore, qui etiam ei cum prefato martire in iam dicta apparuerant visione. Qui mox surgens sanus, indicavit regi predicto Pippino et suis obtinuit, et implevit omnia quae fuerat iussus. Qui Christi roboratus virtute, inter celebrationem consecrationis prefati¹⁰ altaris et oblationem sacratissimi scri- 25
P. S. Dion. ficii unxit in regem Francorum predictum florentissimum regem Pippinum et duos filios eius Karolum et Karlomanum, sed et uxorem ipsius incliti¹¹ principis Pippini nomine Bertradam, indutam¹² cicladibus¹³ regis, gratia septiformis Spi- ritus sancti in Dei nomine consignavit anno dominicae incarnationis 754. Atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate beati Petri, sibi a domino Deo Iesu Christo tradita, obligavit et obtulit est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula ipsi vel quique ex eorum progenie orti regem 30 super se presumant aliquo modo constituere nisi de eorum propagine, quos et divina providentia ad sanctissimum apostolicam sedem tuendam eligere et per eum, videlicet vicarium sancti Petri, immo domini nostri Iesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare et unctione sacratissima consecrare. Atque post haec isdem pontifex Romam reversus¹⁴, Pippinus cum filiis suis totius Franciae monarchiam deinceps est adeptus. 35

29.^o De Dadberto abbate.

Supramemoratus autem Dadbertus abbas, ut diximus, post Nantharium abbatia est sublimatus. De cuius tempore nil¹⁵ in huius monasterii narratur gestis neque ex adquisi- tione regalium privilegiorum neque in factione aliarum kartarum, sed neque in aliqua huius coenobii¹⁶ utilitate. Nescio an non permiserit brevis vitae, an forte ab illo adqui- 40 sita precedentium nostrorum sint incuria neglecta.

30.^r De successore Dadberti¹⁷ Hardrado abbate.

Dadberto quoque iam dicto a seculo migrante, Hardradus in abbatia successit, vir in- signis in extollenda monasterii sui dignitate. Cuius labor et industria enitet in kartis,

a) Weimarus hoc loco 1. b) XXXII. 2. G. c) sec. manu suppl. in marg. 2: de morte Waimari et successione Nantharii 45 abbatii et de Rokashemo, et alter sed coaevus miniator in rubra addidit: et morte Waimari et de Rokashemo quem quidam Felix dedit nobis; et morte Waimari add. T. d) XXXIV. 2. G. e) sec. manu add. in marg. 2: et de morte Nantharii et successione Dadberti et de Stephano papa; inter lineas add. alius rubricator: et cetera. f) Haisulfo 2. T. g) martir. 1 semper. h) deest T. i) predicti T. k) incliti 1. l) Bertradam 2. m) inclutam post corr. indutam 2. n) cycel. 2. o) XXXV. 2. G. p) nihil 1. q) cen. 1, e corr. 2. r) XXXVI. 2. G. s) Dadberti h. l. 2. t) et de suc- 50 cessore Pippini Karolo, filio eius, et privilegio quod concessit huic loco add. sec. manu in marg. 2.

1) quod dicitur ad Campanas et ubi usque hodie eius SS. I, p. 289. Secundum Ann. Laub., supra p. 228, in tumba cernitur lapidea addit Tassart. 2) Datum monasterium S. Medardi. Cf. Hahn, Jahrb. d. fränk. a. 743, Apr. 23; Guérard I, 30, p. 50; Dipl. I, M. Reichs' p. 147. Noster de depositione Childerici nihil nr. 96. 3) Roxem, praef. Brügge. 4) Data a. 745, scivisse, immo Pippini elevationem post mortem illius 55 lul. 25; Guérard I, 33, p. 53. 5) Ann. Bland. a. 752. factam putasse videtur. 6) Haec ex Stephani mortem Childerici ascribunt. 7) Eum in hoc mo- nasterium detrusum esse, referunt Ann. Bert. (Ann. ed. 2, V, p. 658; Jaffé nr. 1772. 8) Cf. Ann. Sith., Laur. add., SS. I, p. 138), Gesta abb. Fontanell. c. 14, supra p. 35.

quae^a actenus^b sub eius apud nos conservantur memoria. Nam cum, decedente prefato rege Pippino, Karolus, filius eius, illi^c Francorum gloriosissime successisset in regno anno dominicae incarnationis 768, prefatus abbas iam dictum adiens regem Karolum, rogavit haec ab illo regia auctoritate firmari, quae antecessores sui regalibus privilegiis sacro huic loco visi fuerant condonasse. Quod isdem excellentissimus rex magna benignitate com-
 5 plectens, devote complevit, ut id ipsum regale firmamentum cum sigilli eius impressione nobis actenus^b ita patefacit¹.

35.^d De Odlando abbate^e.

Haec ad monasterium Sithiu predicti Hardradi abbatis labore adaucta, decedens a seculo, Odlandum, bonitate et sapientia coequalem^f sibi, in regimine monasterii reliquit^g successorem anno Domini 795^{h, 2}; cuius laudis memoria apud nos manebit in secula. Hic inter reliqua quae gessit regem suprascriptum Karolum adiens, deprecatus est regiam sublimitatem, ut concederet abbatibus Sithiensis coenobii eiusque hominibus in totius abbatae silvis venationem exercere. Quod excellentissimus rex concedens, regali etiam privilegio confirmavit, precipiens, ut nullus eis quoquam tempore ob hoc infensus esse presumeret, sed ad usum ipsius monasterii Sithiu ad codices contegendos vel manicas et zonas faciendas licentiam haberent in propriis silvis venationem exercere. Quod privilegium regia auctoritate firmatum id ipsum ita testatur, actenus^b apud nos cum sigillo regali servatum³.

38.ⁱ De labore eiusdem Odlandi abbatis circa villam Arecas.

Huius autem abbatis Odlandi labor et industria maxime enitet in villa quae dicitur Arecas^{k, 4}, quae erat una de principalibus abbatae menbris, quam et sibi sedem statuit omnique nobilitate nobilitavit. Basilicamque inibi in honore sancti Martini construxit, cuius templi nunc solum fundamenta tantummodo se prebent oculis intuentium; constituitque, ut hi testantur quorum progenitores et avorum avi in suprascripta villa fuerant mansionarii, ut inibi ebdomadibus singulis quinque ex Sancti Bertini monasterio totidemque ex Sancti Audomari ad serviendum Domino deputarentur monachi. Ibi etiam, quod mirabile nostris actenus^b monstratur temporibus, molendinum fecit volvere aquis contra montem currentibus; constituitque, ut nullus hominum^l molendinum extra locum iam dictum construere presumeret; quod ad utilitatem monasterii Sithiu ad tempus fuit conservatum. Huius autem abbatis tale fertur fuisse ingenium, ut posset audire auribus, quo aqua deflueret per inscios occultosque terrae meatus. Sunt et alia quam plurima ipsius laudum preconia, quae in secularium versantur ora; quae ideo hic omittimus, ne legentibus^m videantur superflua.

39.ⁿ De Nanthario iuniore, et de unctione Karoli imperatoris^o.

Odlandi quoque in regimine successor extitit Nantharius iunior anno Verbi incarnati 805. regisque prefati Karoli 38. Predictus quoque gloriosus rex Karolus anno regni sui 33. Romam adiens, a cuncto populo in imperatorem electus, die natalis Domini in ecclesia beati Petri a Leone papa est consecratus.

46.^p De morte Karoli et successione Hludowici^q.

Post insignia igitur sepe dicti regis Karoli gloriosorum actuum preconia postque devictas multarum gentium nationes, quae actenus^b in viventium versantur ora permanentque in secula, primi parentis exolvens penam, suam Creatori reddens animam corpusque tam gloriosum, terra mox futurum, naturae solvens debitum, terrae dimisit tegendum

a) quae 1. b) haec. 2. c) illi corr. illo manu s. XVI. 2. d) XLIV. 2. G. e) et privilegio Karoli regis add. sec. manu in marg. 2. f) coeq. 2. g) reliquit 1. h) sic 1. T., Ioh. Longus, p. cccxxviii. 2. i) XLVIII. 2. G. k) Arkas T. 45 l) mol. hom. corr. ut editum 2. m) sic 1. T.; o, negligentibus corr. ne negligentibus 2. n) XLIX. 2. G. o) et emptio eiusdem abbatis de Filirio add. in marg. sec. manu et postea minor inter lineas 2. p) LV. 2. G.; numeri capitum desunt ab hinc deinceps 1. q) Hludovic 2 pterumque, Ludovic. T. semper.

1) Datum a. 769, Jul.; Guérard I, 37, p. 57; Sickel est. Ioh. Longus IX, 1, sentiens, hoc discordare K. 5. 2) Odlandus abbas iam occurrit in diplomate cum c. 795, quo Odlandus abbas factus esse scribitur, sequente Karoli M. dato Sithiu a. 20. regni nostri, mutavit in a. 26. et ex eo Malbrancq, De Morinis, i. e. 788, Mart. 26; sed eius praedecessor Hardradus, sed et ipse erravit, cum a. 26. in a. 794. cadat. Sickel, occurrit in charta venditionis (Guérard I, 43, p. 62) Acta Car. II, p. 278, diploma in a. 800. collocare data d. Iun. 10. a. 20. regni domni nostri Karoli, mavult. 3) De quo modo actum est, Guérard I, 45, i. e. 788. Et Karolus a. 788, Mart. 28. Ingilnheim p. 63; Sickel K. nr. 161. 4) Arques, praef. St. Omer. 55 moratus est. Quare datum diplomatis (a. 20) falsum

814. anno dominicae incarnationis 814. regni ipsius 48. imperii eiusdem 15. De quo in libro quodam qui pretilatur 'Visiones Wettini' legisse me memini, quod isdem Wettinus, dum in extasi ab angelo duceretur, inter reliqua quae sibi ostendebantur vidit eundem regem Karolum² stantem toto corpore sanum atque pulcherrimum, solum animal quoddam oppositum vidit lacerare virilia³ stantis; dictumque est illi ab angelo, quod haec ideo pate-
retur, quia nimis⁴ impatiens libidinis fuerat in seculo, sed pro aliorum eius opera virtutum cito ab hoc esset eripiendus periculo. Successit itaque illi in regno filius eius Hludovicus⁵, consimilis ei per omnia in gloriosis actibus. In cuius tempore exoritur quoddam lumen ecclesiae Folcwinus⁴ nomine, quod, ne sub modio celaretur absconsum, ab ipso rege super ecclesiae imponitur candelabrum Terwanensique⁶ civitati delegatur ad pontificatum anno
817. incarnationis dominicae 817. et prefati regis 4. De cuius vita et virtutibus multum quod loque-
remur erat, obtaremque ea quae in hoc mundo gessit summotenus perstringere; sed fati-
tatem meam ipse perpendens, horreo saltem tangere, quod viri peritissimi possent etiam
formidare; superant enim philosophicam mundanae sapientiae disputationem, etiamsi ali-
quis cavallino — secundum poetricas fisiones — ad plenum se iacet epotasse fontem³.
Haec solummodo in eius memoriam fatua garrulitate deprompsi; reliqua ipsius opera acu-
toris ingenii viro relinquo investiganda, ipse egomet, si iuverit, etiam deinceps pro posse
meum¹ illa quae recolo paratus ad enarranda.

47.^s De Fridogiso abbate.

820. Nantharius. interea abbas junior migrans a seculo, regularis vitae primum destructo-
rem sibi reliquit² successorem, Fridegisum¹ videlicet, nec ipso nomine dignum abbatem.
Nam⁴ cum actenus⁴ sacra monachorum regula miseratione Dei in hoc coenobio foret con-
servata, crescente rerum opulentia, monachis ordinationem¹ monasterii sui abstracta, ab-
batia regali beneficio in externas personas est beneficiata. Unde contigit, ut supradictus
Fridegisus⁵, genere Anglus et abbas Sancti Martini Turonis, anno Verbi incarnati 820. et
prefati regis Hludovici⁶ 7. abbatiam Sithiensis coenobii regia donatione susciperet gubern-
andam. Qui in initio tyrannidis suae, cum cerneret abbatiam universam tot monachorum
usibus delegatam, utputa centum et triginta monachorum inter utraque monasteria, Sancti
scilicet⁷ Bertini Sanctique Audomari, degentium, nichilque⁸ suarum voluptatum usibus
sequestratum, avariciae iaculo cecatus, monachorum impudenter temptat vitam destruere,
ut res eorum usibus a fidelibus traditas suae lasciviae potuisset facilius mancipare. Quod
diabolica suggestionem mente conceptum, nefanda est ab illo perpetratae peractum⁶. Nam
in capitaneo⁹ apostolorum seu Sancti Bertini loco, ubi 83⁴ monachi deserviebant Domino,
60 pro humana potius laude quam pro Dei amore retinuit; reliquos districtioris vitae viros,
quos suae perversitati putavit non consentire, de monasterio expellens, abire permisit. In
Sancti Audomari quoque monasterio, ubi regulariter viventes aderant 40 monachi, 30 cano-
nicos ibidem ad serviendum deputavit in ministerio Christi. Ac post haec totius abbatiae
circuens villas, et quia duplex extabat monachorum numerus, dupplam eis portionem villa-
rum est largitus. Canonicis autem, quia pauciores erant numero, simpla contra monachis⁷
est data portio. Ipse ea quae sibi maxime placuerant ad suae perversitatis usum reserva-
vit; et quia canonicus erat, cum canonicis in Sancti Audomari monasterio seculariter vive-
bat. Quid plus huius abbatis referam versutiam, cum veraci possem fame dicere, hunc
primum loci huius casum exlitisse? Hic etiam secundum veridicam veritatis vocem, cum
alii laborassent, in labores eorum introiit; nec solum introiit, sed etiam quae laboraverant
temeraria presumptione destruxit. Hic etiam fraternae karitatis⁸ utriusque monasterii
destructor extitit, dum et monachi sibi iustum et ab antiquis patribus traditum reverentiae

cf. Joh. ev.
4, 38

a) e corr. 2. b) deest 1. c) Ludovicus h. l. 2. d) sic 1 semper et Mab., qui Acta IV, 1, p. 622. hunc locum ex
cod. autographo imprimi fecit; Folcwinus 2 semper. T. e) Tarwanensique 2; Tarwanensique T. f) sic 1, 2; meo T.
g) LVI. 2. G. h) reliquit 1. i) Fridogis. T. k) haec. 2. l) sic 2. T.; ordinationem corr. ordinatione 1. m) Ludovici
2. n) sancti B. scilicet corr. sanct. scil. B. 2. o) nihilque 1. p) capitaneo 1. q) octoginta sex T., 50
Ioh. Longus XI, 1. r) sic 1. 2; monachos T. s) carit. 2.

1) Auct. Heitone c. 8, Mabillon, Acta IV, 1, p. 267. etiam Ludovici Pii cancellarius fuit. Cf. de eo Simson,
2) quendam principem qui Italiae et populi Romani 'Ludwig d. Fromme' II, p. 235 sqq.; Sickel, Acta
scepta quondam rexerat dicit Heito et intelligit Kar. I, p. 89 sqq. 6) Cf. chartas Folcwinii episcopi
Karolum M. 3) i. e. Hippokrenen. 4) Hoc et Hugonis abbatis, Guérard H. 4. 5, p. 85 sqq., qui-
caput in Mirac. S. Bert. exscriptum est. 5) Qui bus eius constituta delentur.

hōnorem vindicant canonicorumque subiectionem sibi veraciter defendunt, et canonici ab ipso abbate canonico fallaci assertione principatum ad se monasteriorum pertinere dicunt. Pro his omnibus et reliquis tirannidis suae actibus actenus^a blasphematur ab omnibus, nec dubium, quod blasphemabitur et a succedentibus.

48.^b De privilegio Hludowici regis de venatione silvarum^c monasterii Sithii.

Hic etiam predictus abbas anno primo regiminis sui iam dictum regem Hludowicum^d 820. adiens, petiit ab eo licentiam in sepe dicti monasterii sui Sithii silvas venationem exercere sub occasione librorum tegendorum vel manicarum ad usus fratrum faciendarum, sed quod 10 credibilis est, ad suae vanitatis ludibrium exercendum. Quod rex sine mora concessit; regali auctoritate privilegium ob hoc fieri iussit^e, quod et ipse sigilli sui impressione signavit in haec verba.

50.^f Privilegium eiusdem regis de monasterio Sithii tempore Fridogisi abbatis.

Predictus autem abbas Fridogisus secundo rege iam dicto petiit, ut etiam sua auctori- 15 tate per regale privilegium monasterium suum Sithii ab omni iudiciaria potestate defendaret, et sicut constat antecessores suos reges eidem loco concessisse, ita et ipse gloriosus rex sua auctoritate dignaretur confirmare. Quod rex anno incarnationis Domini 830. hoc modo regia auctoritate firmavit^g.

52.^h De Guntbertoⁱ monacho.

Sub huius abbatis tempore exoritur quidam tirunculus, mox futurus monachus huius ecclesiae, Guntbertus nomine, patre Goiberto^j et matre Ebertruda; cuius laus et sapientia ita actenus^k in omnium nostrorum versatur ore, acsi presentaliter^l in vivo teneretur corpore et merito. Nam monasterii huius libraria, quae pene omnia vetustate erant demolita, 25 quoniam peritus erat scriba, propria renovavit industria^m. Insuper et alia adauxit librorum volumina, ex quibus duo sunt antiphonarii, quos ipse propria manu conscripsit, et alterum Sancto Audomaro, alterum vero Sancto Winnocoⁿ concessit. Scripsit^o et tertium, quem lucidiori opere elucidavit; cuius initium et in carmine maiorum sollempnitatum^p aureis litteris mirifice decoravit; quem quia eligantiorem vidit, Sancto Bertino contradidit. De- 30 scripsit et computum, quem et nobis concessit habendum; insuper et alia, quae si hic scribantur, videbuntur esse superflua. Hic autem in primeva iuventute a patre Romam ductus^q 826. ibique sancto Petro oblatum et ab Eugenio papa est clericatus. Quem pater exinde domum^r reduceps, in hoc monasterio Sithii sancto Petro sanctoque Bertino monachum optulit^s, locumque istum hereditate sua nobiliter hereditavit. Concessit namque ad iam dictum 35 monasterium Sithii monasterium quoddam, quod ipse in proprietate sua construxerat nomine Stenelant^t, ad quod omnem eius hereditatem Salvatori domino, in cuius nomine eundem^u construxit monasterium, perpetua firmitate delegavit. Haec sunt autem nomina villarum, quas predictus Goibertus, Guntberti prefati^v pater, pro elemosina sua ad basilicam domini Salvatoris in Stenelant^w contradidit^x: In Ricolvingehem^y, Hisdenne^z cum 40 mancipiis, in Henrikegeheme^{aa} sive Milnom^{ab} et alio Henrikegeheme, Ebresengahem, in Winningahem, in Curmontium^{ac}, in Sinningahem^{ad}, in Okkaningahem, in Hostede^{ae}, in Lamprenesse^{af}, in Simpiaco^{ag}, in Borthem^{ah}, in Reka^{ai}, in Strate^{aj}, in Hemmanwil^{ak}, in Kiltiaco^{al}, in

a) haec. 2. b) LVII. 2. G. c) Ludov. 2. d) LIX. 2. G. e) LXI. 2. G. f) Guntberto *h. l. l.* g) presentaliter *T. h) scripsit 2 semper.* i) solemp. l. k) red. d. T. l) obt. l. m) Stenelant 2. T. n) *sic codd.* o) pater pref. corr. 45 ut editum 2. p) Stenelant 2; Stenelant T. q) Ricolvingem 2; Ricolvinghem T. r) Hisdenus T. s) Henrikegeheme T. t) Milhem charta l. l. u) Lamprenesse l. v) Bortheem 2; Boorthem T; Burtem charta. w) Hemmalwil T. Hemmasic charta.

1) Datum a. 820, Sept. 18; Guérard I, 58, p. 76; et papa Eugenius eum ibi clericavit et confirmavit. Sichel L. 139. 2) Diploma datum est a. 830. 7) St.-Sauveur, communitas Atrebatensis, suspicatur Guérard in indice. 8) Haec excerpta sunt ex charta Guérard II, 88, p. 161. Cf. registrum bonorum ibid. II, 90, p. 163. et alias chartas praecedentes. 9) Cormont, praef. Montreuil-sur-Mer. 10) Senninghem, praef. St-Omer. 11) Hostade, Lamprenesse. 12) Sempi, praef. Montreuil-s.-M. 13) Recques ibid. 14) Estrée ibid. 15) Cléti, pagi Lumbres? GUER.

Hedenesberg^a, in Monasterio mansum hortumque, in Ariaco similiter, in Terwanna^b mansum, in Quentwico^c similiter. Item quae ab aliis ad eandem basilicam sunt concessae: In Kessiaco^d et Squerda^e, in Wesarino^f, in Vostringe, in Tingriaco^g, in Wilere, in Mellingesele, in Locclesse^h, in Lonastingahem, in Gruonomburg, in Dagnaringahem. Haec omnia prefatus Goibertus et filius eius Gunthbertusⁱ partim^j ex eorum hereditate, partim aliorum donatione, ex ipsius tamen Gunthberti acquisitione, ad basilicam domini Salvatoris in Stenellant^k firmissima tradiderunt donatione et ipsam basilicam^l at^m portam monasterii Sithiiⁿ ad eorum elemosinam faciendam in pauperibus et peregrinis promptissima concesserunt voluntate. Quae omnia in locis suis, cum de elemosina loqui ceperimus^o, cum cartis suis, Deo favente, describemus^p.

53.^o De Hugone abbate.

Abbate autem Fridugiso^q migrante a seculo, Hugo venerabilis, filius Karoli regis^r Magui^s et frater Hludowici^t cesaris^u, in abbatia successit anno incarnationis Domini 834. et prefati regis Hludowici 21. Qui anno regiminis sui 2. predictum regem adiens, rogavit haec ab illo regia auctoritate firmari^v, quae antecessores sui Francorum reges regalibus privilegiis prefato Sithii monasterio visi fuerant confirmasse. Quod rex excellentissimus tam prompte adimplevit^w, quantum et roganter pre antecessoribus, utpote fratrem, corde tenus fraternali karitate^x dilexit.

56.^o De morte Hludowici regis et divisione regni inter filios eius.

Gloriosus autem rex Hludowicus imperator augustus anno incarnationis dominicae 840, cum regnasset annis 27, decessit a seculo. Ante cuius obitum mirabile quiddam et inauditum accidit in pagum^y Taruennicum^z. Nam ipso anno post medium Ianuarium meridie ignei umbones cum sonitu grandi ab aethere lapsi^{aa} sunt mirumque spectaculum omni populo detulerunt. Defuncto autem predicto imperatore Hludowico, filius eius Hlotharius^{ab}, qui ante obitum patris ad^{ac} imperatorem unctus erat, de Italia veniens, monarchiam tenere gestiebat. Sed fratres Hludowicus et Karolus divisionem regni affectantes, post unum annum maximo praelio inter se conflixerunt in pago Autisiodorensi, in loco qui vocatur Fontaetum. In quo loco Franci cum omnibus nationibus sibi subiectis magis se eade prosternerent, ad ultimum Hludowico^{ad} et Karolus, Hlothario^{ae} fugato, triumphum adepti sunt. Post cruentissimum vero praelium pace inter eos facta, dividerunt inter se Francorum imperium; et Hlotharius quidem accepit regnum Romanorum et totam Italiam et partem Franciae orientalem totamque Provinciam^{af}. Hludowicus vero preter Naricam, quam habebat, tenuit regna quae pater suus illi dederat, id est Alamanniam^{ag}, Turingiam, Austrasiam, Saxoniam et Avarorum, illi est Hunorum, regnum. Karolus vero medietatem Franciae ab occidente et totam Nistrisiam, Britanniam et maximam partem Burgundiae, Gotiam, Wasconiam, Aquitaniam, submoto inde Pippino, filio Pippini, et in monasterio Sancti Medardi attonso. Ista autem periculosissima discordia sine requie quinquentium occupaverat tempus.

57.^o De translatione sancti Audomari de villa Ligesburch.

Sub^{ah} hac tempestate invenimus ita anotatum^{ai} in decennovenalibus^{aj} annorum dominicae nativitatibus, quod est 843, indicione 6: Sancti Audomari corpus de villa Liegesborht^{ak}

839. ^{al} Eodem^{al} tempore predictus Hugo abbas condolens infelicissimae et miserrimae divisioni et discissioni venerabilis Sithiensis coenobii ab infando Fridugiso factae, a domno Folquino tunc Morinorum venerabili antistite unitatem coenobiorum pristino more reformari impetravit. Quod et privilegio firmari fecit. Huius autem privilegii^{am} hoc est exemplar.

a) Elnasberg charta. b) Tarwana 2. c) Quentwico 2. d) Locclesse 2. e) Gundbertus h. l. 1. f) p. c. e. h. bis ser. 2. g) Stenelland 2; Steenland T. h) basilicam — describemus, id est quatuor lineae, erasa et iterum scripta in folio assuto manu, s. XII. ex., quae in eodem folio additi capitula libri secundi 2. i) at corr. ad 1; ad T. k) Sithia 2. 45 l) cepimus 2. m) Liber secundus praemittit 2. et novam incipit capitulum seriem. hic posito 1, et ita G.; numeri capitulum des. 1. n) Fridugiso 2. o) Hludovic. 2 scripserit. p) caes. 1. q) fieri Mab., qui hunc locum De re dipl. VI, 200, p. 612. imprimi fecit. r) carit. 2. s) VI. 2. G. t) sic 1. T.; pago 2. u) Tarwannicum T. v) lapsi 2. w) Hlotharius 2; Lotharius semper T. x) in T. y) Loth. 2. z) Provinc. 1. aa) Alamanniam T. b) VII. 2. G.; LVIII. T. c) annot. 2. d) decennoven 1. e) Liegesborht 2; Liesbourg T. f) numerum cap. III. praemittit 2. G.; monet de hoc 50 additamento De Witte in 1: 'Quae ab hac pagina subsequuntur usque ad pa. nam 149. inclusive (scil. Eodem tempore praedictus Hugo — Exemplar autem privilegii hoc est apud Guérard p. 87) haec in originali Folquini cartulario non reperiuntur, bene autem in pluribus aliis eiusdem cartularii apographis. Haec igitur transcripsi ex MSS. annotato 721 (nostro 2) paginis 28. et 30. cuius apographi littera sapit saeculum XII. — De privilegio Hugonis abbatis, quod demum in 2 (Guérard II, 5, p. 87) sequitur (Quicquid ob amorem — scripsi et subscripsi) idem notat: 'Hoc privilegium extra ordinem chronologicum reperitur in originali Folquini cartulario scilicet pag. 289. usque ad 293. exclusive, in aliis autem eiusdem cartularii apographis iuxta hunc ordinem invenitur; quem ordinem etiam Tissart servavit.

1) Audembert, praef. Boulogne? GLER. 2) Quesques est a. 835. Aug. 13; Guérard II, 2, p. 82. 9) Hoc ibid. 3) Esquerdes, praef. St.-Omer. 4) Wizermes, ibid. 5) Tingri, praef. Boulogne. 6) Guérard II, 85—91, p. 156 sqq. 7) Ex Regina concubina; cf. Einh. V. Kar. r. 18. 8) Diploma datum spurium videtur; cf. 'N. Arch.' VI, p. 421 n. 4.

refertur ad locum suum^a: Sollempnitasque^b illius translationis in mense Iunio devote a⁸⁴³ populo celebratur Taruennico¹; sed plerique ignorant e vulgaribus, pro qua re statuta sit in primitus. Aequum autem arbitror esse et ecclesiae provenire, si causas illius sollempnitatis in hoc codice quamvis impolito digeram sermone, maxime cum Tobiam angelus amoneat^c, dicens: *Opera Domini narrare et confiteri honorificum est*. Est enim in hoc facto, si referatur; unde Domini laudetur magnificentia et unde ipsius sancti amplificetur^d reverentia. Aggrediar ergo dicere non quae ipse presumo fingere, sed quae a senioribus mihi constat intimatum fore.

Igitur^e Hugo abbas iam memoratus, excepta causa quam refero vir per cuncta laudabilis, postquam locum hunc sua constitutione laudabiliter stabilivit, qua et canonicos Sancti Audomari monachis Sancti Bertini etiam per descriptionem capitularem iuste subiugavit monachumque ab inferius^f monasterium ad Sancti Audomari custodiam deputavit, diabolica sagitta iaculatus, coepit^g excogitare, qualiter sancti Audomari corpus, cuius ope et auxilio^h una cum sodali suo Bertino Taruennico¹ gubernatur populus, Vermandis ad Sancti Quintini monasterium, quoniam hoc ipsum gubernabat, posset deferre quantocius. Metuens tamen animositatem plebis, congregata Virmandensiumⁱ multitudine, temptat vi abstrahere, si forsitan impediretur a plebe. Accessit interim et — monacho quodam^j Moro^o nomine extante custode — sacrum sancti presulis ac patroniⁿ nostri corpus sumens, villam usque Liegesburht^o nomine cum sua deportavit multitudine. Dei autem providentia operante, triduo in prefata villa manserunt cum sacro corpore. Acciderat interea, ut preclarus Taruennae^p civitatis presul Folcwinus^q episcopali more parrochias episcopi sui circuiret, ut, sicubi contra sanctorum canonum statuta ageretur, curiosus pastor addisceret, et tali studio cellam usque Woromhold^r dictam pia curiositate perveniret. Interea ubi inibi ad mensam ventum est, in qua lautissima, uti tanto pontifici, preparabantur obsequia, frater ipsius beati presulis^s advolat, nuncios^t grave et inreperabile patriae, si perficeretur, excidium, sanctum scilicet Audomarum ex monasterio suo abstractum et, ni cito succurrat, ad Sanctum Quintinum Vermandis usque deferendum. Haec audiens sanctus Domini sacerdos, nimium turbatus intrinsecus: 'Vade', inquit, 'ad fratrem, et totius episcopi mei populum gira curiosius, et die tertia infra muros Taruennae urbis presto esto cum omnibus, et ego presens ero cum his quos mecum, Christo auxiliante, detulero de istis partibus. Tum demum, si ipse iuverit sanctus, ad excutiendum eum omnimodis^u sum paratus'. His autem secundum verbum beati pontificis rite peractis, adest die tertia in urbe Taruenna multitudo innumerabilis et pene ante invisibilis. Tunc sacerdos Domini cum omni hac multitudine insequitur predictum abbatem cum suis usque ad villam superius nominatam cum omni festinatione. At illi gestientes corpus sanctum sustollere fugamque inire, nulla hoc multitudine prorsus valebant a terra levare. Cumque id, addita adhuc maiori multitudine, conarentur bis terque levare, nichilominus^v ita manet immotum, acsi quibusdam radicibus terra tenus teneretur adfixum^w. Tunc absque retardatione ullius commodi accelerant fugam, relicto corpore sancti. Beatus autem Folcwinus dans illis fugiendi locum, accipiens thesaurum illud omni auro preciosissimum^x, repetito calle, cum tota plebium multitudine reportat ad proprium unde cultus^y fuerat locum. At ubi ventum est Taruenna^z, ad fluvium quod dicitur Leia³, omnis populi supra memorata multitudo absque aliqua conctatione^a pedibus transvadans fluminis aquam, exacto anae, nec unius stillae humor in eorum apparuit tegmine. Progredientesque per aristifera agrorum sata — neque enim vitare ea poterant tam numerosa plebium agmina —, cum veluti tribulis tonsae terra tenus curvarentur spicae, transacta multitudine, ita densabant sulcos, ut patenter agnosceres, protectoris adventum^b etiam congaudere campos. Utrorumque autem monasteriorum clerici stantes anxii, eventum expectabant^c rei; sed postquam datum est oculis, quamvis procul, cernere multitudinem populi adventantis, protractis campanarum funibus, vocem laudantium omnes dederunt in excelsis.

50 a) situm 2. b) Sollemn. 1. c) admonest. T. d) amplexetur 1. e) cap. VIII. incipit 2. G., sequentia in Act. SS. Sept. III, p. 392. impressa. f) sic 1. 2. Acta SS.; ab inferiori monasterio T. g) cepit 1. h) sic 1. auxilio 2. i) Taruennicus T. k) Vermand. 2. l) superscr. 2. m) Morus 1. n) patronis 2; protectoria T. o) Liegesburth 2; Lishurg T. p) Taruenna T. q) Folcwinus 2. r) Wormhold 1; Voormhold T. s) nuncios 2. t) omnibus modis T. u) nihilominus 1. v) affixum 2. w) pretios. 1. x) sic 1. 2. Acta, ablatum T. y) Taruenna T. z) Leia T. a) conctatione T. b) adventu 1. c) sic 1. 2; expectabant T.

1) Cf. Vit. Folq. c. 11; Lamb. Aud. supra p. 390. 2) Odwinus sactoris proavus, ut videtur. 3) Lys fl. SS. T. XIII.

843. Antedictus autem custos ecclesiae Morus tunc ad mensam sederat epulaturus; et audito campanarum sonitu, interrogat, quae esset causa, pro qua populi tanta exultarent laetitia. Dictumque est illi a narrantibus, quod sanctus Audomarus a Folcwino pontifice esset reductus, et ob hoc laetitia tanta cunctus exultaret populus. Quod audiens, nimium turbatus, iram Dei reducentibus confestim est imprecatus. Necdum ab eius ore illicita exciderant verba, cum repente facie tenus in terram ruit totoque corpore rigidus, distentis membrorum nervis, semivivus emaruit. Sic tantum stupidus ad Sanctum Bertinum est deportatus ibique quod verbo tenus commisit diutino languore perivit. Nam, visu et auditu recuperato, sensu ita fine tenus est privatus, ut nunquam posset animadvertere, qua in parte Sancti Audomari monasterium videretur positum esse. Corpus autem beati Audomari presul Folcwini terra recondidit, ne a subsequenlibus parili modo posset auferri.

Post haec abbas Hugo a Karolo rege Aquitaniam missus, propter eiusdem regis fidelitatem dolo Pippini interfectus est 18. Kal. Iulii^a anno incarnationis Domini 844. Erat autem^b isdem Pippinus, quem supra^c in monasterio Sancti Medardi attonsum memoravi, qui exinde per fugam elapsus, Aquitaniam est reversus, ibique multis diebus fugitando latuit; et post haec a Rannulfo quodam per fidem^d est deceptus, comprehensus regique Karolo est adductus et Silvanectum perpetuo est exilio deputatus.

58.^d De Adalardo abbate.

Post Hugonem autem abbatem supra memoratum abbas efficitur Adalardus^e in hoc coenobio Sithiu, sancto Petro et sancto Bertino a patre Hunroco^f oblatu; sed post canonice est effectus. Suscepit autem abbatiam anno prefato 12. Kal. Augusti. Huius autem^g regiminis anno 3, qui erat annus Verbi incarnati 846, sancti Bertini corpus a sancto Folcwino^h episcopo, ut feruntⁱ, transfertur et reconditur 17. Kal. Augusti^j. In cuius anni tempore extitit hiemps^k gravissima valde^l; atque post quinquennium exoritur fames intolerabilis nimium; quo tempore Gundbertus^m supra memoratus, in diaconali adhuc ordine positus, 853. ad prepositurae honorem est evectusⁿ. Sub anno autem dominicae nativitatis 853. sancti 25 Petri basilica asili est cooperta, annoque insequent^o sancti Bertini ecclesia^p plumbo est tecta. Dec. 22. Gundbertus^q quoque eo anno 11. Kal. Ianuarii ad presbiterium est consecratus.

61.^m De successore beato Folcwino destinato.

Quia igitur mentionem beati Folcwini fecisse me memini, libet adhuc unum eius opus hic intexere, quod recolo me agnovisse Wicfrido pontifice^r narrante. Longa^s, inquit, 30 senectute fessus isdem beatus antistes Folwinus, utputa qui 40. in episcopatu fere peregerat annum, cum iam non posset publice^t missarum sollempnia^u celebrare, cognito hoc, rex, illo adhuc vivente, quod contra canones erat, successorem ei episcopum destinavit. Quod audiens sanctus presul, semet episcopali more preparavit ad celebrationem missae, et omne misterium^v, supplantatore adstante^w, implevit strenuissime. At ubi ventum est ad dandam, uti episcopis^x mos est, benedictionem, verso ordine protulit illis maledictionem. At illi trepidi cum ascensis equitibus^y ad propria cuperent reverti, in media via supplantator episcopi^z de equo lapsus, relicta cervice, spiritum efflavit vitae, omnesque qui cum illo venerant infra annum varis cladibus expirarunt.

62.^a De decessu eiusdem beati pontificis.

Igitur^a adveniente vocationis suae tempore, isdem beatus pontifex, quamvis longevo gravaretur senio, episcopi sui parrochias circuire decrevit. Bonam hanc virtutum suarum consumationem^b credens, ut ecclesiae filios, si alicubi a matris suae gremio errassent deviendo, secundum canonum statuta plectendo, ad eandem reduceret suis predicationibus exortando^c. Tali autem studio talique devotione ad ecclesiam in Mempisco sitam Hiccles-45 beke^d noncupatam^e pia accessit curiositate. Inibi autem non diu commorans, cum iam

a) let. 2. b) Iunii corr. Iulii manu saec. XVI. 2; Iunias T. c) sic Fr. r. hist. cod. Fontan.; perfide ceteri eiusdem codd.; p. f. e. des. T. d) numeri capitulum abhinc desunt 2, ut etiam in 1; IX. G.; LX. T. e) sic Mab., De re dipl. p. 163. 2, T.; Hunroco 1. f) Folquin. 2 semper. T. g) fertur 2; ut f. des. T. h) hiems 1. i) Gundbertus 2. k) sequente T. l) templum T., ubi e. t. des. m) XII. G.; LXIII. T. n) publice 1. o) sollempnia 1, 50 p) myst. 1; ministerium V. Folq. q) astaate 2. r) sic 1. V. Folq.; episcopi 2. T. s) sic codd.; equis V. Folq. t) deest 1. u) XIII. G.; LXIII. T. v) consummat. 1. w) exhort. 2. x) Hicclesbecke 2; Hicclesbeque T. y) nuuc. 2.

1) In proelio apud Tolosam inter Karolum Calvum et Pippinum commisso occisus dicitur Prudentii Ann., SS. I, p. 440; Ann. Xant. SS. II, p. 217; Ann. Laubac., SS. I, p. 15, qui eundem diem habent. 2) c. 56. 3) Cf. Ann. Bland. p. 23. 4) Cf. Ann. Bland. et quae supra p. 80 n. 4. ex Calendario S. Germani allata sunt; 'Arch.' VIII, p. 441. ex Kalend. S. Amandi: 17. Kal. Aug. sancti Bertini corpus transfertur et conditur anno Domini 846. 5) Cf. Ann. Fuld. a. 850, SS. I, p. 366. 6) V. chartam Guérard II, 11, p. 94. 7) Morinensi a. 959—974. 8) Cf. V. Folq. c. 13. 9) Cf. V. Folq. c. 14. 10) Ekelsbecke super Yser fl.

cogitaret reverti, viribus corporis cepit repente destitui egritudineque corporali fatigari. Tunc convocatis discipulis, eos omnipotenti Domino commendans, animam caelo^a reddidit sanctorum coetibus^b consociandam. Transiit autem in suprascripta villa anno incarnationis dominicae 855, indictione 3¹, feria 3. vesperscente^c 2, qui erat annus prefati regis Karoli 15. et episcopatus ipsius beati presulis 40³, 19. Kal. Januarii. Rogaverat autem isdem pontifex, ut, sicubi exitus eius accederet^e, corpus illius ad Sithiu monasterium, in basilica sancti Bertini portaretur tumulandum. Defuncto autem illo, cum clerici eius quererent, qualiter illum ad supradictum locum portare potuissent, in ipsa nocte, flante vento australi, omnis illa aquarum indimetibilis profunditas, qua cingitur Sithiu insula⁴, ita congelavit, ut mane exequias sancti corporis deferentibus firmissimum aqua gressum per glaciem preberet euntibus; quod in hiemali tempore vix septem dierum aliorum valet efficere. Deportantes autem beati viri corpus ad Sithiu monasterium, ad latus sancti Bertini dextrum est tumulatum. Fertur⁵ autem eundem virum Dei equum quendam habuisse, qui, quotiens iter aliquoties⁶ carpere vellet, ad obsequium viri Dei genua flecteret, ut scilicet absque ullo labore tergo illius equitaturus ascenderet. Hunc autem ferunt fratribus dandum, ante eius ferentem preisse, sed omnem deinceps hominem ferre recusasse, nec passus est post membra tanti pontificis voluptatibus deservire alicuius hominis. Qui non longo post tempore mortuus, cum canibus cibis⁷ esset appositus, a nullis illorum est attackus. Et merito cadaver eius canes⁸ non poterant lacerare, super quem ymnica cantica Christo decantata erant sepiissime. Quod videntes cives, eum humano more sepelierunt, quem nec bestiae nec volucres tangere presumpserunt.

63.¹ Breviatio villarum monachorum victus.

Sed quia gesta beati Folcwini narando parumper ab abbatum gestis digressi sumus, libet iam ad ea pernaranda^a calanum agrestem^b reflectere. Abbas igitur Adalardus villas ad fratrum usus pertinentes vel quicquid exinde sub qualicumque servitio videbatur provenire, absque his quae in aliis ministeriis erant distributae vel quae militibus et cavallariis erant beneficiatae, tali iussit brevitate describere.

64.^o Quod abbatia Adalardo abstracta Hugoni est data; et de incursione paganorum.

Igitur post haec anno dominicae nativitatis 859.^o et prefati regis Karoli 20. prefatus abbas Adalardus apud eundem regem incusatus, anno regiminis sui 16. abbatia ab eo est abstracta atque Hugoni iuniori est data⁶ 9. Kal. Aprilis, [6. 3. 7 feria ante pascha], qui erat canonicus et filius Chonradi et avunculus⁸ Karoli supra memorati regis. De cuius actibus nil nobis est notum, quoniam in prefato monasterio non profuit nisi biennium. Anno namque regiminis eius 2, cum saeva^a paganorum lues non tantum circumiacentes terminos, verum etiam seposita^b regna grassando ferro igneque consumeret, amica sibi fraude, pecunia avidi, rapina famelici, toto nisu alto mari relivolantes, spumantia certatim sulcabant freta, pertinacique cursu tandem applicuerunt in finibus Mesapum, in sinum qui vocatur Iserae^c portus; ibique prosilientes, incendiis ac devastationibus nusquam indulgentes, ad famosissimum locum passionis Christi confessorum Audomari atque Bertini subripientium properant aviditate thesaurorum, sabbatoque ebdomadis pentecostes, hora secunda pervenerunt ad locum quo tendebant; sed provisione totantis Dei nullos, ex fratribus ibi repererunt^d. Monitu enim Domini iubentis obtemperantes, quo dicit: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, subduxerunt se ad tempus, reserrantes se secundis ac melioribus rebus, proter 4 viris^e, qui devoverunt se, si Deo placuisset, potius inibi velle oppetere quam loci sui desolationi supervivere. Nomina autem illorum haec sunt: Woradus et Winethaldus sacerdotes, Gerwaldus et Regenardus^f diaconi. E quibus Woradus in ipso monasterio decrepuit, diris colaphorum tonsionibus ictus, nuditateque triduaana et algu fere lacto^g tenuis profligatus extitit. Winethaldus^h autem acris verberibus maceratur atque per nares infusione distentus, semivivus est relictus. Gerwaldus autem, licet diversis multoque gravioribus versatus esset iudibriorum suorum irrisionibus, servante cum tamen Domino, etsi non sanitati pristinae, saltem concessus est vitae. Quartus, qui et iunior, Regenardus nomine, variis contritionibus fractus, illis abscedentibus et secum ducere conantibus, viribus quibus poterat reluctabat, cibigena potius,

50 a) celo 1. b) cet. 1. c) vesperscente 1. d) sic 1. V. Folq.: XVIII. 2. T. e) accideret Mab., qui hunc locum Acta IV, 1, p. 623. imprimi fecit. f) 2 hic praemittit rubram: Aliud capitulum: cap. XIV. incepti G. g) aliquorsum T. h) deest T. i) eius cod. T. k) canis corr. canes 2. l) XV. G.; LXV. T. m) enarrauda T. n) deest 2. T. o) XXXVI. G.; LXVI. T. p) sic 1. T. Mab., De re dipl. p. 613; CCCCLVII. 2. q) 6. f. a. p. des. 2. T. Mab. r) seva 2. s) Isera 2. t) e corr. 2. u) sic codd. v) Regenardus T. w) leto 2. x) Winethaldus h. f. 2.

55 1) Cum a. 855, Dec. 14. ind. 3. tantum concordat, Folc. in V. Folq. c. 15. 5) Cf. V. Folq. c. 16. si a Dec. 25. vel Jan. 1. initium sumit. 2) A. 855. 6) Cf. Ann. Bland. p. 24. 7) A. 859. fuit pascha incidit Dec. 14. in feriam septimam, et sic habet V. Folquini editio. 3) Supra c. 46. n. 817. episcopus constitutus esse dicitur; moritur igitur a. 38. frater Judith imperatricis. 4) fere per duo milia addit

Mirac. Bert. II, 1. in Christi nominis confessione, si id ab inimicis quoquo modo extorqueri quivisset, martirio^a inibi animam Deo commendare et corpus patribus cymiliteriis concinerari nomenque fraternis digitis inscribi, quam ludibriorum suorum execrabilibus spurcitiis pollui. Diris tamen ut erat nexibus strictus, protractus est ad navitatis suae villam, distantem^b a monasterio Sithii miliario tercio^c ad aquilonem^d plagam, dictam Muninio^e. Stipatus itaque multitudinem, cum in ipso crepusculo se per illam pertransire animadverteret, subito se in terram iecit. Cumque avertis^f tellis ab inimicis ducentibus tendendis cogere, ut surgeret, et ille protestaretur, se nullo pacto velle, sed magis inibi pro Christo oppetere, crebris lancearum punctibus perfoctus, una cum sanguinis effusione animam efflans Christo libavit.

65.^a De restauratione monasterii, et de illeso casu cuiusdam carpentarii.

Mirac. Bert. II, 2. Post discrimina prefati liberationem fratres eiusdem coenobii convenientes, communiter tractaverunt, ut tecta 10 ecclesiarum ceterarumque officinarum pleniter resarcirent. Quod, sicut summa devotione^g est inchoatum, ita velodius quam putabatur, Deo adiuvante, pulcherrime est perfectum; ecclesiaeque sancti Bertini celerime exiit miro opere plumbo cooperta. Sed et turille^h ipsius miraeⁱ magnitudinis mirabilisque fabricae studuerunt edificare. Cuius longitudo consistentis in terram aequabat altitudinem culminis ecclesiae, cui superponendum erat; nec mirum, tristega enim^j tribus ordinibus facta erat, excepta summa claxendico^k. Haec ecclesiae superpositum, cum triumphale sanctae crucis 15 desuper erigeretur signum, unus artificum nomine Bertus stans desuper arripuit malleum et quasi gratulabundus pro appropinquata pene consummatione tam miri operis ictum veluti iactanter longius colligens^l incaute iecit; sed heheu^m resiliensⁿ rota et quatiente, vacillans pedibusque lubricans, de tanta altitudine preceps terra tenuis venit. Sed, mirum dicta, mirabilis miratu, nullam lesionem passus, quia etiam risibile et plausibile responsum accurrentibus et aequum sibi pro refocillatione^o offerentibus sine doloris anxietate protulit, dicens, se iugiter potius velle situm vino restringere 20 quam aqua nec oblato tunc egero limphae liquore. Artifices autem hac de causa, redum dicamus animati, verum et laborati, inchoatum opus expleverunt constantes et leti; nec extitit dubium, alis intercessionum beati patris Bertini, cui servivit, hunc fuisse deportatum.

66.^a De morte Adalardi abbatis.

561. Igitur his expletis, anno dominicae nativitatis 861. abbatia iam dicto Hugoni ablata, 25
Iul. 25. iterum Adalardo est reddita³ 8. Kal. Augusti, anno regni prefati regis Karoli 21; sed non hanc nisi triennio post haec rexit. Anno namque 4^a apud Sancti Amandi monasterium egrotans, exivit hominem 3. Nonas Februarii, qui erat annus dominicae nativitatis 864⁴, sepultusque est in eodem monasterio in cripta, intransibus in latere sinistro. Hic autem inter reliqua donaria, quae huic sacro loco Sithii concessit, dedit quandam casulam colore purpureo, auro margaritisque⁵ mirifice insignitam, quam⁶ sub antiqua pulchritudine actenus⁷ habemus conservatam. Huius autem pater Hunrocius, quod supra memoria excidit, in monasterio Sithii comam capitis deposuit monachicumque habitum, iugo se Christi summittens, adsumpsit⁸, et quia comes erat ditissimus, hereditatis suae maximam partem prefato monasterio est largitus. Ex quibus una est villa Humela⁹ dicta, quam eo tenore contradidit, ut 30 custos ecclesiae, ad quem eam tradidit, annis singulis post eius vitae decessum in eius anniversarium annuale exinde fratribus prepararet obsequium. Qui postea inibi defunctus, coram altare sancti Laurentii, in sinistra parte ingredientium est humatus Idus Novembris, ipsoque die, quo et festivitas translationis sancti Folcwinii et sancti Briccii depositio celebratur, satis lautissima, uti custodis posse est, refectio actenus fratribus exhibetur. Eodem quoque tempore 40 Zoppo vicarius simili exemplo in eodem monasterio attonsus, monachi habitum est adeptus.

67.^a De Hunfrido^a episcopo et abbate.

864. Post mortem quoque iam dicti abbatis Adalardi eodem anno Hunfridus^a Taruennensis^b episcopus et Prumiensis monasterii monachus totius^c cleri et populi optione abbatiam regendam suscepit^d Idus Martii tantum propter amorem et timorem Dei. Erat isdem Hun- 45 fridus, qui beato Folcwinio successerat in episcopatu, vir omni bonitate et sanctitate refferus. Rexit autem hanc tantummodo per biennium. Sub quo quidam Megefridus a patre Huodwaldo^e oblatus, efficitur monachus⁸.

a) martyrio 1. b) distante 2. c) tertio 1. d) aquilonem 1. e) Muninio T. f) sic 1. Mirac. adversus 2. T. g) i. e. tendendo. h) XXXVII. G.; LXVII. T. i) epter. 2. j) turille 2. l) mire 1. m) deest 2. n) eh heu 1; 50 eh eu T. o) resistente 1. p) refocillat 2. q) XXXVIII. G.; LXVIII. T. r) argentisque 1. s) quam - conservatam postea erasa 2. t) haec. A. I. 1. mox ut semper 2. u) adsumpsit corr. adsumsit 1; assumpsit 2. v) Humela T. w) XXXIX. G.; LXIX. T. x) Hunfrid. 2. T. y) Taruennensis 2; Taruannensis T. z) totius 2. a) Ruodw. 2.

1) hoc est tricameratio ipsius addit Tassart. 2) i. e. pagine scriptor Alardus peccator habitum monaci et summum campanile, Gallice 'le clocher'. 3) Cf. Ann. Bland. p. 24. 4) Cf. Ann. Eln. mai., SS. V, p. 12. 5) Pro his scribit Tassart: Quae usque ad tempora domini Anthonii de Bergis huius loci abbatis (a. 1493-1531) conservata fuit, ut postea mentio clarus fieri potuit, volente Christo; sub quo huius p. 111. 6) Houles, praef. St.-Omer, coniecit Guérard in Indice. 7) Cf. Ann. Bland. p. 24. 8) Haec ex charta Ruodwaldi a. 864. vel 865, Guérard II, 40 p. 111. 60

69.* De Hildwino^b abbate.

Itemque post haec anno incarnationis dominicae 866. Karolus rex Hunfrido abbatiam cum dedecore auferens, Hilduino canonico, nuper de Hlotharii^c senioratu ad se converso, dedit propter libras 30 auri 13. Kal. Iulii^d. Qui, ut credo, loco huic iam pene deciduo donatus a Domino, excepto domno Bertino, qui primus huius loci structor extitit, omnium predecessorum suorum actus ita suorum compensatione adnullavit, ut merito absque aliqua oblivione nomen eius in seculum apud nos habeatur cum benedictione. Fallor, nisi hoc etiam testantur cartae, quae sub eius tempore factae et eius labore adquisitae, iam hic sunt inserendae^e.

866.
Iul. 19.

74.* De obitu Hunfridi episcopi et multitudine locustarum.

Anno autem gloriosi regis Karoli 30, qui erat annus dominicae nativitatibus 869, gloriosus Taruennae civitatis presul Hunfridus migravit ad Dominum 8. Idus Martii et episcopatus eius anno 15; cui in episcopalem cathedram successit Accardus², 17. Kal. Octobris ordinatus. Anno quoque insecuto siccitas magna in mense accidit Iunio et usque in medio Augusto; et post venit locustarum innumera multitudo, virides herbas annonasque consumentes³. Nordmanni⁴ quoque eodem anno Andegavis perveniunt multosque puniunt; sed a Francis obsessi, datis obsidibus, se quoque dedere⁵.

869.
Mart. 8.
Sept. 15.

77.* De fame et pestilentia hominum.

In ipso anno [incarnationis¹ Domini 874.] facta est fames magna et mortalitas hominum per pestilentiam permaximam². Vinum autem extitit habundanter; annoque insecuto ignis globus maximus in aurora diei de aethere³ est lapsus, itemque stella cometes apparuit 875. 6. Idus Iunii⁴.

Iun. 8.

78.* Traditio Hrodwaldi¹ de Flidmum.

Residente interea prefato venerabili abbate Hilduino in monasterio Sithiu in ecclesia² sancti Bertini anno 3^m, regnante glorioso rege Karolo anno 28, vir quidam illustris Hrodwaldus¹ nomine, pater Megenfridi, cuius superius sub Hunfrido abbate mentionem feci³, secum cepit cogitare, ut hereditatem suam inter infantes suos divideret; quod et fecit. Inter alios autem dedit ad Sanctum Bertinum pro filii sui loco Megenfridi, quem inibi ante monachum fecerat, in Flidmum mansum⁴ cum uno servo et uxore et filiis coram multis testibus. Grimbaldus diaconus et monachus scripsit et subscripsit.

80.* De privilegio Karoli regis in securitate monasterii Sithiu, et de theloneo tempore Hilduini abbatis.

Anno quoque regni gloriosi regis Karoli 34, qui erat annus nativitatibus Domini 873, residente eodem rege in Sancti Quintini monasterio, adiit iam dictus Hilduinus abbas eundem regem, postulans, ut, sicut antecessoribus suis ipse vel antecessores sui reges per regalia privilegia securitatem monasterii Sithiu condonasset, ita etiam suo in tempore renovaret. Cuius petitioni rex annuens, diligenter adimplevit; superaddens etiam, quod aliis minime concesserat, mercati scilicet theloneum, sicuti id ipsum privilegium cum impressione anuli regalis testatur in hunc modum¹.

82.* De unctione Karoli in imperatorem².

Post haec Karolus rex occidentalis Franciae anno Verbi incarnati 876. Romam venit cum donariis multis; ipsoque die natalis Domini in imperatorem electus et a Iohanne papa consecratus, Italiam regendam suscepit. Quo in Franciam reverso, Hludowicus, frater eius, rex orientalis Franciae defunctus est. Tunc Karolus imperator Aquisgranum palatium pergens, etiam Renum³ usque cum exercitu pervenit. Sed Hludowicus, nepos eius, collectis orientalibus Francis et Saxonibus, patruo obviam venit Rhenumque cum exercitu pervenit;

875.
Dec. 25.

876.

a) XLI. G.; LXXI. T. b) Hilduino 2. T. c) Lotharii 2. T. d) inserende 2. e) XLVI. G.; LXXVI. T. f) Nordmanni 7. g) XLIX. G.; LXXIX. T. h) i. D. 874. des. 2. T.; CCCCLXXXIII. superser. manu saec. XVI. 2. i) ethere 1. k) XLIX. des. G.; LXXX. T. l) Rodwald. 2. m) III. corr. III. 1. n) I. G.; LXXXII. T. o) LH. G. p) K imperatoris 2. q) Rhenum 7.

1) Cf. Ann. Bland. a. 865. 2) Cf. Ann. Bland. 3) Cf. pra p. 80. 4) c. 69. 5) Diploma datum a. 874, Hincmar. et Regin., Ann. Fuld. et Xant. a. 873. 6) Cf. Feb. 12, Guérard II, 51, p. 119. Hincmar. et Regin. a. 873. 7) Cf. Heirici Ann., su-

transitoque illo, in villa Anderniaca pugnam iniit; et victores exitere orientales, occidentibus fugatis. Hoc patratum est 8. Idus Aprilis¹.

84. Privilegium Karoli imperatoris de Turingahem.

His ita peractis, rogatu predicti venerabilis abbatis Hilduini concessit idem rex Karolus ad monasterium Sithiu ad usus monachorum in villa Turingahem mansum indominitatum cum appenditiis, quae in regali privilegio denominantur, quod prefatus imperator ob eandem causam fieri iussit, in haec dicta se habentem².

85.* De obitu Hildwini^b abbatis, et de exequiis et sepultura eius.

Relatis igitur traditionibus, quae sub amantissimo abbate Hildwino^b sunt acquisitae, incumbit iam tempus referre, quem terminum habuerit presentis vitae. Sed antequam^c incipiam calamum ponere, horreo tremula vix manu attingere, quoniam post hunc nemo clericorum similis successit in nulla bonitate; in ipso namque vitae termino ostendit, quam dilectionem conservasset predicto loco. Denique anno incarnationis dominicae 877, qui erat annus prefati regis Karoli 37. et imperii eiusdem 2, in Karisiaco^e regali palatio isdem gloriosus abbas Hildwinus decessit a seculo anno regiminis sui 12, 7. Idus Iunii. Corpus autem eius, sicut et ipse vivens postulaverat, ad Sanctum Bertinum est translatum. Veniens autem Atrabatis^d, in Sancti Vedasti monasterio una pernoctavit nocte, atque unum pallium satis preciosissimum^f pro illo inibi est datum. Tandem ad Sithiu perventum, satis luctuosus exequiorum heulalibus concelebratum, in ecclesia sancti Bertini, contra sancti Martini altare capitaneum est tumulatum. Atque inter cetera^g donaria huic sacro loco pallium quendam^h concessit preciosissimumⁱ cappamque nivei coloris, rubeis intersertam volucrum figuris, cortinamque de pallio pretio rarissimam. Gloriosus autem imperator Karolus ipsius abbatis fidem obsequiumque memorans^j, privilegium quoddam ipso sancto loco concessit; in quo ordinationem monasterii, sicut vivens expetierat, post eius mortem regia auctoritate disposuit in hoc modum.

87.^b De morte Karoli imperatoris.

Post haec eodem anno Karolus imperator Romam properare volens, post medium Iulium de Francia iter arripuit, et in Italiam veniens, Papia^k obviam habuit Iohannem papam. Venitque Karlomannus, nepos Karoli, cum multis milibus bellatorum de Baioaria et reliquis Germanorum orientalibus, contradicens illi Italiae regnum. Et cum non haberet copiam^l Karolus rex resistendi, papae donariis sancti Petri commendatis, reversus est, infirmatusque, intra Alpes obiit 3. Nonas^m Octobris. Cuiusⁿ corpus milites 15 diebus aromatibus conditum ferentes, cum foetore^o propter calorem gravarentur, miserunt in tonnam vinariam alios 15 dies^p. Tandem nimio foetore^q gravati — nam ad Sanctum Dionisium eum transferre cupierant —, demum victi, in monasterio Nantuato^r Burgundiae, quod dicitur ad 35 Sanctum Marcellum, sepelierunt. Hludovicus, filius eius, rex constituitur in Compendio palatio^s.

88.* De Folcone abbate.

Successit interim Hilduino in abbacia Folco canonicus 5. Idus Februarii, dominica 1. in quadragesima, rexitque hanc per^t quadriennium. Sub cuius tempore ambitus castelli^u circa monasterium Sancti Bertini est dimensus et per ministeria distributus; sed plurimis rebus obstantibus, non est perfectus. Huius anno primo^v monasterium Sancti Petri et Sancti Bertini iam vice altera a Nordmannis est incensum 5. Kal. Augusti; et eclipsis solis Oct. 29. quarta^w facta est Kal. 9. Novembris, 4. feria, hora 9; et mortalitas hominum et pecorum magna. Hludovicus autem, filius Karoli imperatoris, anno regni sui secundo nequam expleto obiit Compendio palatio^x 5. Idus Aprilis anno incarnationis Domini 879. Deinde filii eius Hludovicus et Karlomannus regnum eius inter se disperant. Isdem autem rex Hludovicus in pago Vimico cum Nordmannis bellum gereas, triumphum

a) LV. G.; LXXXVI. T. b) Hilduin. 2. *semper*. T. c) Carisiaco l. d) Atrabatis 2. e) pretios. 1. f) cetera 2. g) sic *codd.* h) LVII. G.; LXXXVIII. T. i) Kal. T. j) foetore 2. k) e *corr.* 2. l) Nantuano T. m) LVIII. G.; LXXXIX. T. n) h. quadriennio T. o) Kalendas l. p) pal. Comp. *corr. ut editum* 2. q) sic 2. T. r) *r. hist.*; IV. 1. 50

1) Immo die Oct. 8 (8. Idus Oct.); cf. praesertim Ann. Fuld. et Hincmari, Regin. 2) Datum 877, Iun. 27; ex ea excerpta sunt. 3) Haec sunt verba diplomatis, quod datum est 877, Iun. 20; Guérard II, 56, p. 125. 4) Vercellis; et *perrexerunt simul usque Papiam* Hincm. p. 503. 5) Haec proximo accedunt ad Hincmari narrationem p. 504, neque tamen ex ea excerpta sunt. 6) Nantua, distr. Ain. 7) Cf. Guérard II, 54, p. 121. 8) De tempore cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' II, p. 130 n.; 'N. Arch.' VI, p. 433. 9) Lege facta est quarto Kal. Nov., nam a. 878, Oct. 29. in feriam quartam incidit, et hoc die sol eclipsis passus est.

est adeptus, et non post multo obiit 3. Nonas Augusti anno Domini 881. Regnavit annos 2, menses 3. Cui successit Fr. r. hist. in regno frater eius Karlomanus; regnavit annis 3, diebus 6; obiit anno Domini 884. Deinde Karolus rex Suavorum, filius Hludowici regis Noricorum, qui erat filius Hludowici, filii Karoli Magni, filii Pippini, monarchiam totius imperii^b Francorum et Romanorum assumpsit anno Verbi incarnati 885. Anno autem primo prefati 882. 5 regis Karlomani Hinemarus archipresul Remensis ecclesiae obiit; cui Folco iam dictus abbas in ordine successit^c.

89. De Rodulfo abbate.

Itaque Folcone ad archiepiscopatum sublimato, Rodulfus^d abbatiam suscepit in eodem 883. anno. Cui anno primo Karoli regis Suavorum quidam vir Rodinus nomine tradidit ad usum 10 monasterii sui Sithii res proprietatis suae per nomina in ipsius traditionis karta inserta, quae sub hoc tenore est facta.

93. De morte Karoli regis et successione Odonis.

Post haec autem Karolus rex imperii sui anno 4. decessit a seculo; cui quidam Odo, 888. non ex regia stirpe, successit in regno^e. Namque decedentibus imperatoribus, Karlomanni 15 filius tantum in cunis remansit puer Karolus, de quo cum Franci desperassent, prefatum Ododem super se regem statuunt anno Domini 888. In cuius anno secundo Sancti Bertini monasterium a tempestate est deiectum 16. Kal. Febr.^{990. Jan. 17.}

94. Prestaria Hucbaldi monachi de Hildincurt.

Eodem anno isdem abbas Rodulfus concessit per prestariam Hucbaldo⁹ monacho 20 coenobii Sancti Amandi villam monasterii sui Sithii in pago Vermandinse⁹ noncupante Hildini-curtem⁴ cum villulis ad eandem pertinentibus⁵.

96. De eclipsi solis, et de adventu Nordmannorum⁴.

Anno post haec tertio eclipsis solis facta est 18. Kalendas Septembris⁶, hora secunda; 891. et siccitas magna in mense Maio, Iunio et Iulio; et stella cometes apparuit. Eodem anno, id est dominicae nativitatibus 891, die dominico⁷, post nonam pagani sunt per merita sanctorum 25 Audomari atque Bertini et Folcwini⁸ occisi 310 in Widingahammo⁸ a castellanis sanctorum predictorum. Sequenti quoque dominico⁹ meridie venit exercitus reliquus paganorum ampliori multitudine ad castellum sanctorum predictorum; et¹⁰ pugnaverunt a meridie usque ad vespereum 6. Nonas Mai, et nihil^m prevaluerunt. Sed aliqua pars illorum intra 30 vit ecclesiam sancti Bertini; ibique caeciⁿ effecti sunt 12 viri, et vexilla eorum in aliam figuram mutata sunt; quod libellus miraculorum sancti Bertini apertissime^o testatur¹¹.

97. Qualiter abbas Rodulfus apud Atrebatibus egrotans obierit.

Deinde anno post haec altero Rodulfus abbas apud Atrebatibus⁹ in diebus octavarum 892. Domini sanguinem minuans, 2. Nonas¹² Ianuarii circa mediam noctem brachium eius cepit 120. 4.

*) *Hic add. T. annotans 'Adiectio in margine'*: Suo autem tempore, id est anno octuagesimo minus quinto¹³, Balduinus primus Flandrarum comes solvit debitum mortis, postquam sub habitum monachi aliquandiu in cenobio Sancti Bertini vixisset. Eius carnea moles in eodem cenobio terre mandatur; cor vero et intestina in Blandinio Sancti Petri in Ganda monasterio sunt delata¹⁴.

a) pridie Fr. r. hist. b) sic 2. Fr. r. hist.; regni 1. T., sed T. postea: et Romanorum imperii. c) LIX. G.; XC. T. 40 d) monachus add. T. e) LXIII. G.; XCIII. T. f) LXIV. G.; XCV. T. g) Vermandense nunc. 2. h) LXVI. G.; XCVII. T. i) Normann. 2. k) Folcwini 2. l) Widingahammo T. m) nihil 1. n) ceci 1. o) aptissime 1. p) LXVII. G.; XCVIII. T. q) Atrebatum T.

1) Deposito Karolo, non mortuo, successit Odo coronatus d. Febr. 29. 2) Cf. Ann. Bland. a. 887. de castello. Cf. de hoc loco 'N. Arch.' VI, p. 433 sq. 5) Widehem, praef. Montreuil-sur-Mer, pagi Etaples. 45 3) Qui secundum chartam sequentem ex cenobio abni pontificis Christi Amandi confessoris ad erudiendum domnum abbatem Rodulfum . . . concedente ac precipiente Gauzino eiusdem loci abbate . . . destinatus est. 4) Itancourt, praef. St.-Quentin, suspicatur additum est. Cf. Acta SS. Sept. II, p. 601 n. i. 9) Mirac. III, 20: Nam peracta post praefatam atragem revolutione, ni fallor, proximi dominici diei hora 50 Guérard in indice. 5) Charta a. 889, Mart. 28; Guérard II, 65, p. 131. 6) A. 891. fuit eclipsis solis non die Aug. 15, sed Aug. 8. 7) Mirac. S. Bert. II, 14: Nam post sanctum paschalis resurrectionis diem trans- 15 diebus post illam. 10) Cf. Ann. Bland. a. 892. cursis 14 diebus, die dominico, hora qua cardinalis missae conventus publice agebatur, i. e. die Apr. 18. 11) III, 27, 28. 12) obiit Nonis Jan. Ann. Vedast. 55 Et postea § 15: Nostris quoque eos occidendo insequentes — hora enim fuit, diei nona quando exibant 13) Immo a. 879; cf. Ann. Vedast. et Bland. 14) Hac nota explicatur, quod Ann. Vedast. eum in Sithiensi, Ann. Bland. in Blandiniensi monasterio sepultum esse referunt.

892. turgescens inflari; paulatimque dolore ad precordia properante, obiit die inlucescens^a anno Domini 892. Non haec autem dixi, ut astruam, lunaris globi numerum et cursum secundum supervacuum mundialium^b sapientiam a christianis esse observandum, acsi, quod nefas est etiam dicere et horribile auditu, Christus in 2. 3. et 4. luna potestatem teneat, in 1. autem et 5. et 8. amittat; sed veraciter dico, quod prescians omnia Deus predestinatum eius terminum vitae sub hac voluit occasione finire. Sepultus est autem isdem abbas in monasterio Sancti Vedasti^c.

98. Qualiter post haec locus iste in laicali redactus est potestate; et de morte Folconis archiepiscopi.

Post mortem autem Rodulfi^d abbatis Balduinus inclitus marchio abbatiam tenere^e 10 gestiens, regem^f adiit, deprecaturus, si id quoquo modo posset extorqueri, abbatiam Sithiensis coenobii sibi concedi^g. Quod audientes^h monachi, Grimwaldum quandam ex ipsius monachum ad regem dirigit, id omnimodis, si posset, consilium toto conamine evacuandum. Quo proficiente, obviam habuit eundem comitem, quo tenderet, requirentem. Cui cum respondisset, se regem expetere velle, indicavit ei, se regia donatione abbatiam 15 acquirere posse, si monachorum voluntas in hoc non videretur contraire, se quoque obnix petere, ne eum ex hoc vellet impedire. Talibus in verbis discessum est. Grimwaldusque via qua ceperat pervenit ad regem; reperitque ibi venerabilem Folconem, quondam Sithiensis coenobii abbatem, tunc vero gloriosum Remorum archipresulem. Cui cum ex monachorum verbis intimasset, omnes unanimiter ante locum velle deserere, quam sacer locus sub 20 laicali redigeretur potestate, postulavit in Dei omnipotentis nomine, ut expeteret regi, ne hoc sub eius regni permitteret fieri tempore, quod ab antecessoribus numquam videbatur factum esse. Quod audiens archiepiscopus Folco, condolens petitioni eius memorque antiquae dilectionis circa eundem locum, una cum ipso Grimbaldo ad regem veniens, verba monachorum intimavit et, ne laicus monachis superponeretur, omnimodis exposcit. Rex 25 autem annuens eius petitioni, per fratrum electionem eidem Folconi abbatiam demum commisit regendam^h. Haec eiⁱ ergo causa seminaria fuit odii inter eundem Folconem episcopum et abbatem et inclitum^j Baldwinum^k marchionem; et haec inimicitia 9 annorum fere occupaverat tempus, donec prefatus comes Balduinus^l quendam militem sum nomine Winemarum^m ad regem Karolum puerum, qui tunc regnabat, pro hac eadem causa difigeret, et ut episcopi animum placaret et ad consentiendum id, si quo modo posset, inclinaret. Cuius episcopus in sua, ut coeperatⁿ, sententia perduraret seque deieraret, nullo modo consentiret, ut laicus iam dictae dominaretur abbatiae^o, isdem Winemarum^p cum ira reversus^q, et quia haec Compendio palatio acta erant, tetendit insidias episcopo Remis revertenti^r. Episcopus autem huius rei ignarus, cum illic cum paucis advenisset, predictus 35 Winemarum^s super eum cum magna ferocitate irruens, non veritus iusticiae nec pertimescens iram Dei, quod auditu est etiam horribile, episcopum lancearum interfecit punctione anno dominicae incarnationis 900, 15. Kal. Iulii^t, feria 3, hora 6^u. Quod nefas inauditum ilico diffamatum est per regiones cunctarum provinciarum nec potuit lateri^v Romae, cunctarum urbium dominae. Unde et apostolicus ipsius sanctae Romanae ecclesiae 40 predictum Winemarum apostolica auctoritate vinxit sub anathemate, scribens et ad episcopos cunctarum provinciarum^w, ut eodem modo dampnarent^x tanti homicidii reum; quod

^a) T. add., notans 'Adiectio in marg.': iam dicti sancti loci.

^b) T. add., notans 'Adiectio in marg.': qui annis quatuor strenue rexit, reparans monasterium, sub Rodulfo abbate tempestate consumptum. Eius tempore Cluniacum fundatur.

^c) T. add., notans 'Adiectio in marg.': seclis quod animo conceperat evomeret, ut.

^d) T. add., in marg. notans 'Adiectio': Ecce, qualiter pro ecclesie Sithiensis tuitione cultor vinee Domini cadit, libans Salvatori animam iungendam sanctorum choris in perhenni gaudio. Cuius venerabile corpus assumens, Remis in ecclesiam almi Remigii presulis honorifice sepelierunt.

a) illuc. 2. b) mundi aliam 1. c) LXVIII. G; XCIX T. d) Rodolfi T. e) doest 1. f) inclitum 1. g) Balduin. 2 semper. 50 h) Wenemarum A. L. 1. i) caeperat 1; ceperat 2. l) Winemar. 2 semper. T. l) litus corr. lateri 1. m) damn. 1.

1) Fuerat enim huius quoque monasterii abbas. Balduinum Folconi propter abbatiam S. Vedasti ipsi ablatam et huic traditam iratum fuisse; similiter Ann. Vedast. a. 900. Cf. v. Kalckstein, 'Capetinger' I, p. 113. 2) Odonem. 3) Cf. Ann. Vedast. a. 892. Utramque Vedast. a. 900. Cf. v. Kalckstein, 'Capetinger' I, p. 113. 4) Cont. Regio. a. 903, SS. I, p. 610, et 5) Sic Cont. Regio. 6) 16. Kal. Iulii Ann. Vedast.; sed 55 Flodoardus, Hist. Rem. IV, 10, supra p. 575, narranti. 7) Talis epistola non exstat.

et ita constat factum¹. Isdem autem Winedmarus in cordis sui duritia perseverans, se minime reum cepit excusare; assererat enim, se hoc pro senioris sui fidelitate patrasse, et iccirco^a fine tenus in ipso permansit anathemate. Baldwinus autem post haec abbatiam optinuit^b regia donatione.

99.^c De unctione Karoli regis, et de eiusdem eiectione^d de Francia.

Anno igitur nativitate Domini 893. Karolus puer, Karolomani^e regis filius, rex constituitur Remis civitate, in purificatione sanctae Mariae, 4. Nonas Februarii³ consecratus a predicto Folcone archipresule, vivente adhuc Odone antedicto rege. In cuius anno 2. castellum Sancti Audomari igni consumitur⁴. Audiens Odo rex, quod pars aliqua Francorum in regem unxissent Karolum, persequatur illum cum matre Irmentruda⁵ in cunctis finibus Francorum. Tandem Franci, qui cum super se regem stauerant, veneno Odonis regis vitam extinguere moliti sunt; quod et fecerunt⁶. Quo defuncto, Karolus rex absque ulla contrarietate Francorum suscepit imperium. Qui confirmatus in regno, quendam Hagannum⁷, cuius genus et nobilitas ignorabatur a Francis, super omnes diligendo extulit et hunc familiarius ceteris⁸ sibi consiliarium ascivit. Quod videntes Franci, non leviter ignoti hominis amicitias tulerunt; regique ob hoc infensi, insidias ei in Lugduno⁹ regia civitate tetenderunt. Cognito autem, rex Karolus per fugam exinde elapsus, in regnum quondam Hlotharii¹⁰ secessit¹¹. Franci in sententia perseverantes, Rodbertum quendam, fratrem Odonis regis supra memorati, super se regem statuunt; qui erat pater Hugonis, postea Francorum ducis, regnavitque annis fere¹² duobus¹³.

100.¹ Pugna Karoli contra Rodbertum.

Post haec Karolus rex, congregato exercitu de regno Hlotharii¹⁴ et de reliquis orientalibus Francis, contra eundem Rodbertum pugnaturus accedit, et in die quodam dominico illucescente¹⁵ transit cum exercitu vadum fluminis Iserae¹⁶; occurritque ei predictus Rodbertus cum occidentalium Francorum multitudine in pago Suessionico, in loco noncupato¹⁷. Factaque est inibi mutua Francorum cedes permaxima. Folbertus autem quidam, Karoli regis antesignanus, Rodbertum in praelio exquirebat attentius. Accidit¹⁸ autem, ut occurreret illi, detecta barba, quam prolixam lorica texerat superalligata; moxque sine mora mutuis se confodientes spiculis, terra tenus utrique ceciderunt unaque cum sanguine spiritum efflarunt vitae. Audientes autem occidentales regem eorum corruisse, in fuga¹⁹ versi sunt, victoriaque cessit Karolo cum orientalibus. Post cruentissimum vero praelium videns Karolus se adhuc in²⁰ adversariorum medio positum, hinc scilicet Hugonem, iam dicti Rodberti regis filium, illinc²¹ Herebertum²², eiusdem generum, cavensque, ne irruerent super eum cum multitudine hostium, reversus est cum suis unde venerat, in Hlotharii regnum.

101.² De inelusione³ regis Karoli.

His ita patris, predictus Heribertus omni dolositate plenus post regem Karolum nuncios misit, verbis pacificis in dolo dicens, se omnimodis penitere, quod contra eum conatus fuisset agere; unde, si reverteretur, promisit ei regnum Francorum per omnia subiugare. Quod audiens Karolus, laetus effectus, usque Sancti Quintini castrum Vermandis est reversus: Cui occurrens isdem Heribertus, introduxit eum in eundem castrum preparavitque ei convivium satis lautissimum. Facta autem nocte, cum omnes vino sepulti quiescerent, precepit Heribertus suis, ut habentes omnia eorum arma tollerent, ne

a) iccirco 1. b) obtin. 1. c) LXIX. G.; C. T. d) electione *codd.*? e) combaturit T. f) Irmentruda 2; Emertruda T. g) ept. 2. h) Hlotharii 2 *saepe* i) successit 2. T. k) deest 1. l) LXX. G.; C. T. m) illucescente 2. n) *locat codd.* o) fugam 1. p) inter 2. q) e corr. 2. r) sic h. l. 1; Heribertum 2. s) LXXI. G.; C. T. t) inclusione 2.

1) In synodo Remensi a. 900, Jul. 6; v. Flod. Hist. a. 920, Hist. Rem. IV, 15; Richer. I, 15. 16. 7) i. e. Rem. I. l. et supra p. 375 n. 2. 2) Immo Ludovici Lauduno, Laon. 8) Cf. Flod. Ann. a. 921. 9) Non Balbi regis filius. 3) Hunc diem etiam indicant uno anno pleno 10) Non [serae (Oise), sed Axonae Ann. Vedast.; d. Jan. 28. ex charta statuit Böhmer. (Aisne) fl.; cf. Flod. Ann. p. 371. 11) Prope Reg. Kar. p. 178. 4) Mater Karoli fuit Adelheidis; Soussons praelium commissum est. 12) Haec Irmentrudis vocabantur soror et avia eius, uxor Karoli Calvi. 5) De veneno Odoni infuso nihil proxime cum Richera I, 46. et Ademari add. IV, 22. 13) Cf. Flod. Ann. SS. IV, p. 125. convenient.

923. in facto quod facere cogitabat haberent unde resistere^a possent. Orto igitur sole, accipiens regem, tradidit custodiae. Milites autem, cum ad arma confugiētes non reperirent^b, ad propria dolentes repatriaverunt. Heribertus autem accipiens Karolum, duxit in castrum quod dicitur Parona Scottorum^c; eratque ibi sub custodia clausus usque ad diem mortis eius. Uxor vero eius regina nomine Odgeva^d, genere transmarina, cum et ipsa multas insecutiones fuisset sub hoc tempore passa, filium suum Hludowicum^e puerum ad Anglos direxit tuendum; nam et ipsum querebant interficiendum. Regem igitur super se Franci statuunt Rodulfum quendam, patre Rikardo^f, genere Alvernicum. Sub cuius tempore Stephanus Terwanensis^g ecclesiae episcopus decessit a seculo^h; cui in episcopatu successit Wicfridus, huius nostri monasterii Sithiu prepositus, anno incarnationis dominicae 935, 10
12. Kal. Iulii, ab Artaldoⁱ archipresule^j consecratus. His^k diebus Northmanni a Rotomago, collecta multitudi-
ne navium, circumiacentia maris littora^l devastabant. Quod audiens Rodulfus rex, congregato Francorum exercitu, contra hos in pago Terwaninse^m pugnaturus acceditⁿ. Cognito hoc, Northmanni^o captivos, quos de diversis locis sumpserant, iugularunt. Rodulfus autem rex in monte qui dicitur Falcoberg^p, insecutus eos, praelium com-
misit, fugatisque eis, victoriam est adeptus, licet cum suorum maximo dispendio.

102.° De adventu Hludowici^q regis.

Anno post haec incarnationis Domini 929, Karolus rex in Parona castro, in custodia qua missus fuerat, obiit 16. Kal. Octobris sepultusque est in monasterio Sancti Fursei^r.
929. Obiit etiam post haec Rodulfus rex. Quo defuncto, Franci trans mare propter Hludowicum^s
936. dirigunt, ut eum in paterno solio in regnum sullimarent^t Francorum. Ipsique Francorum proceres episcopique et comites Bononiam^u usque civitatem cum maximo honore regem suscepturi obviam pergunt; inter quos erat Hugo dux Francorum inclitus Heribertusque, deceptor fraudulentissimus, et Adalolfus^v markisus^w. Suscipientesque^x regem, Lugduno^y civitate cum^z honore maximo deducunt ibique eum in regem elevant et unguunt. Qui con-
943. firmatus in regno, Heribertum, patris sui traditorem et tortorem, se quoque parili modo decipere cupientem, Deo illi dignam pro factis compensationem reddente, tali punivit ultione^{aa}. Notaverat isdem Heribertus diem, quo rex Hludowicus^{ab} venatum ire deberet; percoxitque ingenium, ut, quando ipse cum rege venatorio, insisteret lusui, fabulis suis illectum procul a venatoribus seiungeret regem, moxque ligamine vinculum^{ac}, crudelitatis^{ad} suae exerceret actum. Hoc autem consilium, Deo miserante, non potuit latere, sed regi nunciatum est ab uno horum qui huic consilio videbantur interesse. Cumque die statuto ad venationem exissent, partem aliquam militum rex in occulto insidiarum posuit loco, dato illis cognitionis signo, quod audientes, advolarent continuo. Igitur cum utriusque sermocinantes incederent, rex scilicet insidiatorque suus, apprehendens^{ae} eum rex, quasi amplexandi gratia, abstraxit vinculum^{af} setis contortum, sellae illius suae alligationis causa alligatum; moxque signo dato, insidiae surrexerunt de loco. Captumque Heribertum interrogat rex, quid sibi vellet vinculo, quem^{ag} sellae gerebat affixo; moxque confessus est, quae adversus eundem machinatus erat corde perverso. Precepit autem rex, et comprehenderunt eum et in arbore vicina sub ascilla ligatum suspenderunt. Cumque adhuc palpitaret pen-
dens in arbore, iussit rex quo pendebat^{ah} incidere et Dei hunc potestati committere, si huius sub hoc casu vellet vitam servare. Deo autem illi iustam retributionem pro factis reddente, cum dimissus fuisset ex arbore, crepuit medius; erat enim crassitudinis nimiae. Tali-
morte finem presentis habuit vitae.

a) e corr. 2. b) reper. 1. c) Scottorum 2. d) Odgiva 2. e) Hludovic. 2 saepe. f) Ricardo 2. g) Taru-
nensis 2. h) seculo 2. i) a bartaldo 1. k) littora 1. l) Teruanense 2; Taruannense T. m) accessit 2. T. n) Nort-
manni T. o) LXXX. G.; CH. T. p) sic codd. q) Adalolphus 2. r) marchisus T. s) que deest 2. T. t) Ludo-
vic. h. l. 2. u) iunctum 1. v) appreh. 2. w) vinculis 1. x) funem add. T.

1) Péronne; sed primo ad Castellum-Theoderici (Château-Thierry) ductus est; Parona a. 924. demum Heriberto data est; Flod. Ann. a. 923. 924. 2) Re-
mensi. 3) Haec a. 926. gesta videntur; cf. Flod. Ann. p. 376; v. Kalckstein p. 171. 4) Fauquem-
bergue, a Théroanne inter occidentem et meridiem. 5) Paronae sito. 6) Boulogne; cf. Flod. Ann. p. 383.
7) Qui Boloniensem et Teruanensem comitatum rege-
bat, frater Arnulfi comitis Flandriae. 8) i. e. Lau-
dunum, Laon. 9) Quae sequuntur omnino fabu-
losa sunt; cf. v. Kalckstein 1, p. 239 n. 2. Heri-
bertus naturali morte obiit; cf. Flod. Ann. p. 389;
Richer. II, 37.

103. De morte Balduini abbatis.

Balduinus autem comes et abbas monasterii Sithii ambitum castelli circa monasterium Sancti Bertini construxit et per ministeria disposuit; et post haec^b egrotans, obiit anno Verbi incarnati 918, 4. Idus Septembris¹. Cumque corpus eius pars aliqua militum in Sithii monasterio iuxta patrem suum vellent tumulare, uxor eius nomine Elfrudis^c, cupiens cum illo pariter in uno cimiterio concinerari, Gandavo in monasterio Blandinio fecit tumulari^d. Necdum enim licitum erat cuiquam feminarum Sancti Bertini ingredi monasterium, nefasque putabatur, si vel ecclesiae aliqua furtim subiitrasset atrium. Markam vero eius filii eius inter se dividerunt; et Arnulfus, qui maior natu erat, Flandriam, Adalolfus^e vero civitatem Bononiam et regionem Taruennicam pariterque Sancti Bertini suscepit abbatiam. Cuius amorem, quantum^f circa eundem locum habuit, testantur qui adhuc supersunt, qui eum fine tenus cognoverunt.

104. De elevatione sancti Folcwinis episcopi.

Anno^g post haec 928, felicissimae incarnationis Iesu Christi domini nostri, tempore Karoli reclusi, indictione 1, meus, qui hoc ipsum scribo, pater Folcwinus^h nomine cum fratre suo apparatu quo poterant de regno Hlotharii huc adveniunt, sancti Folcwinus corpus. quod eo usque tempore terra tegebatur, levare cupientes. Erant enim utriusque eiusdem beati viri carnali consanguinitate proximi. Postulata etiam a predicto comite et abbate Adalolfo licentiaⁱ, ventum est ad sancti viri tumbam cum cereis et timiamateriis^j et choro psallentium, elevaveruntque corpus Idus^k Novembris, feria 5, die inlucescente^l; preparaveruntque supradicti refectorem fratribus, prout poterant; vinum namque et omnia ad victum necessaria venientes secum detulerant. Quibus peractis, gaudentes ad propria sunt reversi. Erant autem, isdem videlicet Folcwinus et Regenwala frater suus filii Odwini, filii alterius Odwini, qui erat frater beati presulis Folcwinus. Pater autem eiusdem sancti episcopi dictus est^m Ieronimusⁿ, genitrix vero Ermentrudis^o est vocata.

105. De morte Adalolfi abbatis.

Igitur^p post haec Adalolfus comes et abbas in hoc ipso monasterio Sithii egrotans, obiit anno nativitatis Domini 933, Idus Novembris, sepultusque est in basilica Sancti Bertini^q, in latere sinistro altaris sancti Martini capitanei. Inter reliqua autem donaria dedit ad eundem locum calicem sui potus aureum et balteum ad calicem consecrationis dominici sanguinis faciendum; armillas autem suas Sancto Audomaro ad patenam concessit faciendam. Dederat quoque antea eidem Sancto Audomaro pallium quoddam, auro margaritisque mirifice intextum; contra quod Arnulfus alterum Sancto Bertino concessit, consimili opere precipuum. Post cuius luctuosum obitum Arnulfus, frater eius, abbatiam cum reliquo eius comitatu recepit.

106. De ingressu feminarum in hoc monasterio.

Huius^r autem abbatis et comitis Arnulfi nobilissima coniunx^s Attala^t, cum sepiissime magnis infirmitatibus esset aggravata, desiderare cepit, ut in hoc monasterio ei licentiam monachi darent intrare, ut coram altare^u sancti Bertini pro salute deprecatura liceret se prosternere. Huius igitur rei causa advocatis venerabilibus episcopis Wicfrido Taruennensis^v ecclesiae episcopo et Folberto Cameracensis, denudavit eis desiderium suum. Accepta etiam a monachis licentia, anno nativitatis Domini 938, annoque 5. Hludowici regis, feria secunda pascae^w, introduxerunt eam prefati episcopi in eodem monasterio, non sine tremore maximo, quoniam hoc illa prima facere presumpserat, quod antea regiarum nulla concu-

45 a) LXXIII. G.; CIII. T. b) deest 1. c) Elstrudis 2. d) Adalolph. 2 semper. e) qua 2. f) LXXIV. G.; CV. T. g) Folquin. 2 semper. T. h) thimiam. 2. i) Idus corr. Idibus 1. k) illuc 2. l) superscr. 2. m) Hieronimus 2; Iheron. T. n) LXXV. G.; CVI. T. o) littera initialis deest 2. p) LXXVI. G.; CVII. T. q) coiuus 1. r) Adala 2; Athala T. s) sic 1. T.; altare corr. altari 2. t) Taruennensis T. u) sic codices et Mirac. S. Bert.; De Wite adnotavit in margine: 'probabilis II. v) pasche 2.

50 1) 4. Non. Ian. Flandr. gen. rec. B, SS. IX, p. 318 n. c. 6; G. abb. Lob. c. 9; Ann. Fuld. a. 734, SS. I, 2) Cf. Ann. Bland. p. 24. 3) In V. Folq. c. 18, p. 347. 6) Ercensinda vocatur in V. Folq. c. 6, Mabillon, Acta IV, p. 629, noster haec aliquatenus 7) in monasterio Sancti Petri (Gandavensi) sepelitur mutatis verbis repetit. Cf. etiam Ann. Bland. p. 24. SS. IX, p. 303, scribit: in monasterio Sancti Bertini 4) consultoque Stephano eiusdem temporis reverentissimo Taruennensis ecclesiae episcopo addit in V. . . . noscitur esse sepultus. 8) Hoc caput excerptum Folq. I. l. 5) Filius Karoli Martelli; cf. V. Folq. est in Mirac. S. Bert. § 3. 4, AA. SS. Sept. II, p. 624.

938. piscere vel audebat. Intrando autem plurima huic loco ornamenta contulit, et quamdiu vixit, nunquam donare cessavit. In ipso quoque eius ingressu inclitus^a markisus Arnulfus per rogatu^b eiusdem suae amatissimae coniugis tradidit eidem loco ad usus fratrum fiscum Merki^c cum omnibus adiacentis, ecclesia, mancipiis, edificiis, terris cultis et incolitis, pratis, pascuis, piscationibus, animalibus, quesitis et inquirendis, ea ratione, ut, quamdiu adviverent, ipse videlicet et uxor sua supra memorata Attala^d filiusque eorum Baldwinus, in sui iuris dominio possiderent et singulis annis centum solidos fratribus pro eodem fisco persolverent, post eorum vero de hac luce discessum tota possessio eiusdem monasterii subiaceat ditioni^e. Quam traditionem cum prestaria describere rogavit et ipse propria manu firmavit et reliquos palatii sui proceres, ut describerent, precepit. Hi sunt autem testes: Wicfridus episcopus, Folbertus episcopus, Damasus episcopus, Hemfridus^f presbiter, Engelandus monachus, Winedmarus^g decanus, Grimbalus, Odarius monachus, Everhardus^h advocatus, Winedmarus^b laicus, Rodulfus, Hericus laicus. Winedmarus diaconus et monachus subscripsit. Ante hoc autem tempus Adalolfus, tunc quidem puerulus, nunc autem aetate mediocri, ipso etiam sacerdotio honorandus, a patre Everhardoⁱ, summae nobilitatis viro, et matre Riksinda^k in hoc monasterio sancto Petro sanctoque Bertino est oblatus. Rodulfus etiam, ipsius castelli pretor urbanus, filium suum nomine Walterum, cum morbo, medici^l quem variolam vocant, morti videretur esse proximus, ulnis propriis sustollens, coram sancti Bertini altare deportavit monachumque effecturum, si eius pia iuvaretur intercessione, spondit. Quem mox saluti restitutum Deo omnipotenti famulum^m 20 et sancto Bertino optulitⁿ monachum perpetualiter permansurum.

107.^a De conversione monachorum in regulari proposito^o.

Antedictus autem abbas et comes Arnulfus, dolens religionem monasticam, quae inibi in priori tempore a beato Bertino constructa vigeat, tunc temporis aboletam, cepit^p cogitare, qualiter pristinam religionem extrueret et locum antiqua sanctitate nobilitaret^q. 25 Ob hac igitur causa Gerhardum quendam abbatem² ad se advocavit et cum ipsis monachis tractare cepit, si forte ad consensum boni consilii eorum animum inclinare posset. Cumque illi in obdurate mentis permanentes, nec minis nec blanditionibus flecterentur, hos de monasterio precepit abire anno saluberrimae nativitatis Iesu Christi Domini 944, 17. Kal. Mai³; ipsique Gerardo abbati, qui pene solus et primus in occiduis partibus ultimis 30 temporibus regularis vitae normam servabat, cum monachis e diversis locis collectis, eun-

V. Gerard.
c. 26.

^a) T. add., notans 'Adiecto in marg.': Sed voluntate altissimi Dei, qui sponsam suam, ecclesiam videlicet, nunquam interdum fluctuari, nunquam tamen periclitari permisit, eandem marchionem continuis cruciatibus calcanti, qui urinas habens, nuncupatur vulgo lapillus, voluit macerari. Ad quem medendi gratia multi chirurgorum convolarunt, sperantes se ab eo, qui affluebat divitiis, emolumentum 35 non parvum accepturos. Sed illi sine artis peritiam querentes in eum extollere et extollendo ostentare, sub cuius aspectu octobrem viros simili morbo confectos inciderunt; quos quidem omnes, uno dempto qui in brevi mortem obiit, curaverunt. Et quia sibi medellam incidendi evitandam ostendit, de cetero tale quid suggerentibus ulterius audire nequivit. Demum divina gratia ad se conversus, contemptis 40 huius seculi maledictis, mente ad eum cucurrit qui solo sermone universa restaurat, et venerandi Gerardi presentiam per nuncium velocem querit. Adveniente siquidem viro Dei, inimicam lugubram, ut pro corporis sanitatis recuperatione Omnipotentis clementiam imploraret. Verum, fusa prece, et marchionis animo sueti viri consilio pulsato, quatinus de suorum honorum affluentia egenis daret, volente Deo, obtemperat marchisus sancto: celebratisque missarum sollompniis cum fetuum suspiris, 45 triduanis ieiunii abstinentia indicitur illi. Cumque comes iste sacramentorum devotus participasset misteris, repente miagendi appetitus marchionem sepelictum impellit, et congrua petente^r successu, sine difficultate urentem emittit lapillum. Quo pristinae sanitati mirabiliter restituito, quanti in eius pectusculo habundabat quantitas, quantave^s circa virum Dei exereverit^t conderens veneratio, non nostre opis est comprehendere. Comes igitur, beneficii collati remunerator liberalissimus, virum Dei multis perceptans premiari numeribus, omnibus 50 spreis, comiti respondisse fertur: 'Si nostra', inquit, 'derelinquimus, quomodo aliena accipiemus?' Sacramentis tamen verribilibus obstrictus, comes vix tandem compellit, ut suarum facultatum decimas acceptaret et ut prudens dispensator consideranter dispensaret; et hoc quoque prius humiliter declinavit, quod paulo post non cupide suscepit; quas prudenti consideratione dispertivit. Item et quotquot abbatiarum comes memoratus habebat sua sub potestate, utile sibi visum est procuratorem dicto Gerardo commendare.

b c 27.

a) inclutus l. b) sic l. 2; pro rogatu T. c) Adala 2; Athala T. d) ditioni 2. e) Heinfridus T. f) Winedmarus 2. T. g) Everardus 2. T. h) Winedmarus 2. T. i) Everardo T. k) Riksinda 2. T. l) q. med. 1. m) obiit. 1. n) l. XXVII. G.; CVIII. T. o) proposito 2. p) cog. cepit 2. q) i. e. impellit. r) sic T. pro petito. s) quantave arca v. T. t) exereverit T.?

1) Merq-St.-Liévin, praef. St. Omer. 2) Broniensem. 3) Cf. Ann. Bland. a. 945: Hoc anno Gerardus abba ordinatus est in monasterio Sancti Bertini, et a. 946: Conversio monachorum in Sithiu monasterio. 60

dem monasterium tradidit regulariter gubernandum. Erat autem populi ad hoc ipsum 944
spectaculum congregati non parvi numerus, eratque videre dolorem cunctis in monacho-
rum exitu premaximum et lacrimas in oculis plurimorum turbationemque eiusdem loci
fanulorum cum reliqua multitudine plebium, in monachos regulares et in ipsum comitem
5 insurgere volentium. Comes autem post eos dirigens, rogavit, ut revertentur, promittens
omnia se eis daturum necessaria, tantum ut revertentes ad proprium locum profiterentur
se ordinem servare monasticum. At illi in sententia perseverantes, cum magna sequentium
populorum multitudine exeuntes, apud villam eiusdem monasterii Loconessam¹ noncupa-
tam² aliquantisper demorati sunt. Post aliquantulum autem maior pars eorum navim in
10 oceano intrantes, in transmarina regione delati sunt. Quos rex Adalstenus³ benigne susci-
piens, monasterium quod dicitur Ad-Balneos eis statim concessit, ob id maxime, quia frater
eiusdem incliti⁴ regis Edwinus⁵ rex² in monasterio Sancti Bertini fuerat tumultus. Si-
quidem anno Verbi incarnati 933.⁶ idem rex Edwinus, cum, cogente aliqua regni sui per- 933
turbatione, hac in maris parte ascensa navi vellet devenire, perturbatione ventorum facta
15 navique collisa, mediis fluctibus absortus est⁷. Cuius corpus cum ad litus esset devectum,
Adalolfus comes, quoniam propinquus ei carnali consanguinitate erat⁸, cum honore sum-
mens, ad Sancti Bertini monasterium detulit tumulandum. Post cuius mortem frater eius
rex Adalstanus⁹ plurima huic loco in eius elemosina direxit exenia, et ob id eiusdem mona-
sterii monachos amabiliter suscepit ad se venientes. Reliqui autem monachorum, quorum 944
20 cor Deus visitationis suae gratia illustraverat, regulam amplectentes monachicam, ad pro-
prium reversi sunt monasterium: Engelandus videlicet, loci huius antea prepositus, Grim-
baldus cum Drohtuino¹⁰, ipsa senectutis canitia venerandi; post hos Adalolfus et Galandus, Sig-
winus, Suavinus, Vulfricus, Sigebaldus atque Aldgerus¹¹. Igitur quia abbas Gerhardus¹² mona-
sterium in Gandavo situm nomine Blandinium tenebat¹³ nec utrosque¹⁴, hoc videlicet et illud,
25 presentialiter gubernare poterat, Agiloni quodam¹⁵ Sancti Apri monacho Toletanae¹⁶ civitatis
cum Womaro Blandinii monasterii monacho, non cum abbatis nomine, regularis vitae regi-
men, comite iubente et Gerardo¹⁷ abbate consentiente, concessum est. Brevi autem post
haec tempore Agilone mortuo, Gerardo abbate postulante et comite Arnulfo annuente,
Wido, ipsius Gerardi nepos, abbas in hoc monasterio consecratur¹⁸ anno nativitatis domi-
30 nicae 947. Sub cuius tempore Wago quidam puerulus a patre Odone civitatis Monsterioli¹⁹
monachus hic oblatus efficitur. Post isdem abbas Wido, quia nimis vanae iuventutis gaudia
sectabatur, apud comitem incusatus, abbatia est fraudatus et Sancti Bavonis monasterio
abbas est destinatus. Womarus autem regimen monasticum sub regulari regebat distric-
tione. Quo tempore ego ipse haec scribens Folcwinus a patre Folcwinno supra iam memo-
35 rato²⁰ et matre Thiedala de regno Hlothario²¹ dicto huc adductus, anno incarnationis felicis-
simae domini nostri Iesu Christi 948, die festivitatis elevationis sancti Bertini, quae succe-
dit omnium sanctorum festivitati, sancto Bertino oblatus, monachus, proh²² dolor! facie
tenus, sum effectus. 948.
Nov. 2.

108. De Hildebrando abbate.

40 Supra memoratus igitur gloriosus markises¹ Arnulfus post Widonem antedictum abbatem 950
parvo post tempore Hildebrando, nepoti suo, eundem² monasterium contradidit ad regendum.
Sub cuius tempore ita in hoc monasterio sanctitatis excrevit religio, ut forma et exemplum
foret cunctis per circuitum constructis monasteriis. Gaudebant siquidem monachi sub tanto
patre constituti, quoniam eis et interiora mentium sua exortatione³ administrabat pabula et
45 exteriora corporibus sufficienter prebebat necessaria; studebat autem inter reliqua sanctae
regulae precepta iussioni huic maxime obedire, qua abbati precipitur, ut studeat plus amari

a) sic 2; numeris 1, ut in autographo fuisse videtur; numeri T. b) noncup. 2 saepius. c) Adalstanus T. d) incliti 1, et ita post. e) Edwinus h. l. 2; Eadwicus T. semper. f) CCCXXXII. 2. T. g) Adalstenus 2. h) Drohtuino 2. i) Adalgerus 2. T.; cf. c. 111. k) mon. Gerardus corr. Gerardus mon. 2. l) sic codd. m) Gerard. 2 semper. n) spatium
50 unius verbi vacuum rel. 2. o) Loth. 2. T. p) pro 1. q) LXVIII. G.; CIX. T. r) exhort. 2, et ita post.

1) Longuenesse, praef. St. Omer. 2) Non fuit rex. 3) Utriusque avus fuit Alfredus Magnus, huius per
sed Aethelstani regis frater, filius Eadwardi I. 3) Cf. matrem Elfrudem, illius per Eadwardum patrem.
'Anglo-Saxon Chronicle' ed. Thorpe I, p. 201 (cod. 5) Cf. Vit. Gerardi c. 28, Mabillon, Acta V, p. 272;
Bodl. Laud.; An. 933. Her adrauc Eadwinc aethe- Ann. Bland. 6) Toul. 7) Montreuil-sur-Mer.
55 ling on sea; Simeon. Dunelm., Hist. Angl. SS. X, I, 8) c. 104.
p. 154, et fabulam quam Will. Malm. II, 139. narrat.

quam timeri, ut ne, dum nimis eraderet eruginem, frangeretur humanae fragilitatis vas; discretionemque ita in cunctis suis actibus assumebat, ut in iussionibus suis esset et quod fortes cuperent et quod infirmi non refugerent. Ordinatus est autem anno ab incarnatione Domini 950.
 850. ab Wicfrido Taruennensis^a ecclesiae episcopo 16. Kal. Aprilis. Huic autem comes Arnulfus,
 Mar. 17. ipsius abbas avunculus, ad usus fratrum sub eo viventium reddidit villam nuncupatam Are-
 cas, quae, uti longe inferius dixisse me memini^b, unum erat ex principalibus abbatiae mem-
 bris et abbatis obsequium^c erat deputata; in qua et abbatis antiquitus sessio ab inquirenti
 frequentabatur populo; quam et ipse comes, quia paterna successione abbatiam susceperat,
 952. suo usui^d mancipatam tenebat. Reddidit autem hanc usui fratrum^e 12. Kal. Iunii, anno
 Mar. 21. nativitatis Domini 952. eiusdemque abbatis 3. Ferunt autem seniores hanc eandem villam
 esse sancto Bertino a Walberto^f comite, sancti Bertini compatre, fuisse traditam, ubi in
 Vita eiusdem patris^g scribitur, quod post eiusdem comitis elisionem et a viro Dei sanatio-
 nem plurimam^h hereditatis suae partem Deo et beato concessit Bertino.

Sub huius abbatis etiam tempore prefatus comes Arnulfus, sanctarum reliquiarum avi-
 dus, sanctum Silvinum a monasterio requietis suae proprioⁱ furtim^j abstractum et sibi de-
 951. latum huic monasterio direxit venerandum 15. Kal. Martii, die festivitatis eiusdem, anno
 Febr. 15. incarnationis Domini 951^k. Post etiam sanctum Walaricum eodem modo de castello et
 monasterio suo^l ei deportatum ad hunc direxit monasterium 9. Kal. Septembris. Sanctum
 952. etiam Rikharium^m die post haec 6, id est 4. Kal. Septembris, parili modo precepit de-
 Aug. 24. ferri conservandum anno a nativitate Domini 952. Suscepit etiam predictus abbas in mo-
 29. nasterio quendam canonicum Saxonici generis nomine Odoldum, ad monasticum confugien-
 tem habitum; cui ad imbuendam puerorum scolam commisit — erat enim litteratoria arte
 peritissimus —, et decaniae curam commisit, quam usque hodie, Deo miserante, regit.

109. De conversione monachorum in Atrebatibusⁿ, et de Regenoldo abbate.

Cum igitur locus iste religione qua supra diximus vigeret sub prefato abbate, cogitatio
 incidit glorioso comiti Arnulfo, ut pari religione Sancti Vedasti nobilitaret monasterium.
 Unde et accersito domno abbate Hildebrando, direxit ad eundem monasterium, ut exemplo
 operum suorum et exortatione ad observantiam eos accenderet monasticae regulae. Quo
 cum pervenisset et id pro quo venerat implere omnimodis satageret, ad ultimum prefatus
 gloriosus comes obedire nolentes precepit monasterio exire; monasterii autem curam cum
 30. his qui remanserant eidem abbati precepit gubernare. Quo id pro viribus ad tempus strenue
 adimplente, pro labore et exortatione, quae illis, utpote rudibus, impendi erat necesse,
 negligebatur ab illo locus iste. Deprecatus est autem isdem abbas inclitum markisum^o
 Arnulfum, ut monasterium hoc Sithiu alicui ex ipsis fratribus committeret gubernandum,
 ne, dum curis insisteret monasterii unius, negligeret alterius. Annuens^p autem comes, cum
 35. illius consilio cuidam ipsius monasterii monacho nomine Regenoldo, fratrum tamen^q volun-
 tate obstante, in abbatis sublimavit honore. Ordinatus est autem anno ab incarnatione
 Domini 954, 12. Kal. Aprilis ab Wicfrido Taruennensis ecclesiae presule. Hildebrandus
 autem abbas, nobis flentibus, curam animarum eidem domno abbati Regenoldo committens,
 Atrebatibus rediit. Regenoldus autem abbas satis pervigili cura sollicitus erat circa regimen
 40. animarum sibi commissarum, in brevi autem tempore amabilis extitit omnibus et devotus.
 Qui confirmatus in loco, emit a quodam viro illustrissimo Hugone vocabulo, adiuvante in-
 clito marchione^r Arnulfo, ecclesiam quandam in honore sancti Michaelis constructam non-
 cupatam Wachunvillare^s, sitam in pago Bononensi, libris 5 denariorum. Hic^t etiam tem-
 pore regiminis sui, consentiente, immo compellente glorioso comite Arnulfo, sancti Audo-
 45. mari reliquias cum honore maximo et cum multimodo ac devotissimo monachorum ac
 canonicorum obsequio, ut terras trans Rhenum sitas, huic sacro loco iam olim a fidelibus

954.
 Mar. 21.

a) Tarvensis 1? b) sic codd. pro obsequio vel ad obsequium. c) usu 1. d) fratribus 2. e) Walberto 2. T. f) plurimum 2. g) sic 1; f. a. et erasa, ut iam nil conspici possit 2; per modum vadi abstractum T. Ioh. Long. c. 26, l. p. 774. h) post hoc spatium unius verbi vacuum 1. i) Rikharium 2. k) LXXIX. G.: CX. T. l) Atrebatibus T. 50 m) marchisum 2. n) Audiens T. o) un 2; tantum T. p) marchione 2.

1) c. 38. 2) Vita altera § 12, AA. SS. Sept. II, S. Audomari obitum in Vita tertia S. Audomari, p. 582. 3) Alchiacensi (Auchi-les-Moines). 4) i. e. AA. SS., Sept. III, p. 414, quae etiam exstant in St. Valéry. 5) hic est qui nunc dicitur prioratus Lamberti Audomar. Libro florido; cf. 'Arch.' VII, de Waslo Ioh. Longus 27, l. Le Waast. 6) Se- p. 545. Sed post Folcwinij aetatem conscripta vi- dentur.

concessas, acquireret, Neumago usque regio palatio deportavit, quo in loco tunc gloriosus 956
 Otto rex orientalis Galliae advenerat¹. Cumque ventum esset ad Thiale² portum, custos
 ecclesiae blasphemando et reliquias sanctas vituperando nolebat ecclesiam aperire. Post
 paululum autem quidam concite adcurrit, nuncios eundem custodem a balneis rever-
 sum, subita infirmitate correptum et, ni intercessione succurrant monachi, mox esse mori-
 turum. Quod audientes fratres, cum raptim unus eucharistiam, alter sacratas reliquias
 adferre³ conarentur, ecce alter adest nuntius, dicens eis, ne sollicitarentur, quoniam isdem
 presbiter, sancto illi Audomaro dignam blasphemiae penam reddente, terminum presentis
 fecisset vitae. Cognito autem hoc, populi undique ad ecclesiam concurrerunt et facultate
 qua poterant reliquias sanctas honoraverunt. Partim autem prospere pro quibus venerant
 adquisitis, ecclesiam⁴ in Frekenas⁵ regia donatione recepta, cum reliquiis⁶ sancti ad pro-
 pria sunt reversi. Sub anno autem domini nativitate 954, qui erat annus regiminis pre-
 fati abbatis 1, gloriosissimus rex occidentalium Francorum Hludowicus decessit a seculo
 et Remis in monasterio Sancti Remigii est tumulatus 4. Idus Septembris. Cui in regno suc-
 cessit filius eius adhuc puer Hlotharius⁷, 3. Idus Novembris in regem ab Artaldo⁸ archi-
 presule Remensis aecclesiae consecratus⁹.

Anno¹⁰ post hoc 5. signum crucis, nescio qua causa exigente, subito in vestimentis in-
 signitum videbatur humanis. Erat autem color, acsi ex aliquo pinguedinis liquore vestis,
 in qua apparebat, per loca in crucis modum videretur infecta; sed non erat nosse, ex qua
 acciderat causa. Unde timentes¹¹ regionis huius populi, ne aliquod flagellum super eos im-
 mineret irritati Domini, ad orationis studium frequentius adcurrunt¹² templaque requietionis
 summorum patronorum Audomari atque Bertini exeniis quibus poterant invisabant. Wic-
 fridus etiam Taruennae civitatis episcopus totius episcopii sui populum sub hac tempestate
 obnixus Dominum deprecaturum ad Sithiu iussit adventare monasterium. Igitur 11. Kal. Ian.
 Februarii, statuto ieiunio, replentur plateae innumerabili populo; adest autem et episcopus
 ipse, et elevantes sanctissimi patris Audomari corpus, ad inferius monasterium¹³ cum flen-
 tium populorum deportant multitudine. Facta autem inibi oratione, relevantes eiusdem
 sancti corpus sanctissimique Bertini, piissimi suorum in necessitatibus protectoris, una
 cum sanctis Richario et Walarico ad superius deferunt monasterium¹⁴, calle repetito. Cum-
 que venissent in interstitio quodam duorum monasteriorum, episcopo sermonem faciente
 ad populum, Rodulfus, quem supra memoravi¹⁵, terram quandam hereditatis suae non-
 cupatam¹⁶, coniuge et filiis consentientibus, Sancto Bertino tradidit
 possidendam. Uxor vero eius binas aureas lunulas promptissima eidem sancto concessit
 voluntate. Post hoc sanctorum corpora ad Sancti Audomari monasterium sunt delata atque
 in introitu ecclesiae ad hominis staturam trahibus superelevata¹⁷, sub ea populorum in
 ecclesia subintrabant agmina. Igitur quia iam nox incumbabat, abbas Regenoldus prospici-
 ens, iam non esse reditus, illic cum sanctorum corporibus nocte illa est pernoctatus. In
 crastino, obsequente utroque monasteriorum conventu, ad propria requietionis loca sunt re-
 ferta. Post hoc Rikelinus quidam, tunc puerulus, hic monachus est oblatus; cum quo¹⁸ pater
 ipsius nomine Waldo ecclesiam quandam hereditatis suae in villa Granai¹⁹ dicta sacro huic
 loco tradidit, quam et per precariam in sua²⁰ et filii alterius vitam²¹ emeliorandam recepit.

110.º Quod locus hic a Deo coepit²² flagellari.

His temporibus, nescio utrum peccatis exigentibus, an secundum quod legitur scriptum:
*Quem diligit Dominus corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit*²³, locus hic lacrima-
 biliter elefantiae²⁴ a Deo lepra coepit²⁵ flagellari. Quo morbo, quod lacrimosum est, dominus
 etiam abbas Regenoldus percussus, loci huius regimen, prout poterat, anno fere²⁶ post haec
 integro regebat, secrete in cella conversans, a fratrum conventu semotus. Tandem, comite
 Arnulfo morbi huius causa locum hunc visitatione solita vitante, compulsus est monasterio²⁷
 exire et in loco supra iam a me memorato²⁸ Wachunvillare dictum²⁹ secedere. Ante autem
 regimen animarum sibi commissarum, ipso comite iubente fratribusque in unum ob hoc

a) afferra 1. b) sic codd. c) Frokenias 1. d) reliquias 2. e) Hlotharius 2. f) a bartaldo corr. ab Artaldo 1.
 g) novum cap. 112. hic incipit T. h) limentis codd. i) accurr. 2. k) deest T. l) spatium decem fere litterarum
 vacuum rel. 1. 2. m) superelevatam 1. n) cumque corr. tuncque 1. o) LXXX. G. p) cepit 2. q) recepit 1.
 r) elefantiae 1. s) p. h. f. i. corr. ut editum 2. t) monasterium T.

55 1) De a. 956. Iul. cogitat Dümmler, 'Otto I.' p. 283. verba Flod. Ann. p. 402. 5) S. Bertini. 6) S. Audomari
 Thiel ad Vahalin fl. 3) Vrochen; cf. dipl. mari. 7) c. 106. 8) Grenai, praef. Béthune.
 Heinrich II, St. nr. 1658; Guérard p. cxcx. 4) Eadem 9) c. 109.

ipsam collectis, cum eorum voluntate Adalolfo superius iam nominato et eiusdem monasterii monacho commisit die sollempni sacratissimae caenae anno 961. nativitatis dominicae, quae contingerat tunc 2. Nonas^b Aprilis, die 7. Iduum^c. earundem ventura paschali sollempnitate^d. Ante haec — quod supra memoria excidit — Wigfridus^e Taruennae civitatis presul a seculo decessit anno Domini 959, 14. Kal. Septembris^f. David, Corbeiae^g monachus, in episcopatu successit. Adalolfus autem satis sollicitus erat de commissa sibi congregatione, non tamen abbas consecratus ordinatione; ingeniose siquidem comite factitante, quod post claruit in subsequenti opere, ut nepoti suo Hildebrando supradicto locum hunc facilius iterato posset condonare. Quo in tempore comes isdem eundem domnum Adalolfum cum exeniis ad regem trans mare direxit Anglorum^h. Quo iam trans mare delato, Odoldus supra memoratusⁱ noster decanus de partibus citra Rhenum positis, ubi vindemiare fuerat missus, cum vino^k 8 vasorum est reversus. Advenerat autem hoc in tempore comes et abbas Arnulfus in hoc ipso Sithiu monasterio et filius eius Baldwinus^l, inventus flore honestissimus, cum coniuge nuperrime desponsata nomine Mathilda^m, Saxonici generis, aequali nobilitate conspicuaⁿ. Quae in primo eius in hoc monasterio ingressu cortinam quandam invisae magnitudinis precipuque operis huic loco concessit, variorum colorum adornatam tabulis^o. Mittens^p autem comes Arnulfus, precepit vinum supra memoratum suscipi et suis usibus reservari. Dedit vero in recompensatione fratribus eiusdem monasterii ecclesiam quandam Petresse^q dictam, ne raptoris incurrisse videretur notam; quam tradidit 2. Kal. Decembris, die festivitatis sancti Andreae. Isti sunt testes: Baldwinus, filius eius, consentiens; Odoldus decanus; Hemfridus prepositus; Engelandus, Drothwinus^r, Grimbaldus, monachi; Arnulfus, nepos ipsius comitis; Rodulfus pretor urbanus; Everhardus advocatus, Egelbodo, fidei creditores. Folcwinus^s levita et monachus subscripsit. Post hoc autem adveniente nativitatis Christi die, prefatus comes Baldwinus morbo quem medici variolam vocant^t cepit egrotare tristisque nobis festum sua reddidit incommoditate. Die autem Kalendarum Ianuariarum, quo celebrantur octavae nativitatis dominicae, quod lacrimosum est etiam dicere, cursum presentis finivit vitae. Erat autem videre cuncto populo utriusque sexus et diversae aetatis dolorem intolerabilem et pene antea invisum. Sepultus est autem in hoc ipso monasterio, in medio beati patris Bertini requietionis templo anno nativitatis Christi 961^u, indictione 4, regnante Hlothario^v rege anno 8. Revertente autem domno Adalolfo de partibus quibus missus fuerat, iterum inquisitio et electio de abbate futuro coepit ventilari. Mittens autem comes Arnulfus, direxit post Hildebrandum supra memoratum abbatem et nepotem suum, et ei iterato hunc commendavit locum, quem^w et actenus^x miseratione Dei regit, qui est annus supra memoratus dominicae nativitatis [961^u].

111. Explevi iam, auxiliante Domino, quae iusseras, domine et beatissime necnon et amantissime pater Adalolfe, comprehendens in uno codice traditiones fidelium cum kartis earum necnon et gesta abbatum ab ipso primo loci huius structore domno Bertino abbate usque ad ultimum, qui nunc preest nostrae aetatis tempore. Fateor autem, ipsa veritate teste^y, me nichil hic aliud scripsisse, nisi quod in exemplariis antiquorum potui reperire^z aut strenus viris narrantibus agnoscere. Si qui autem me invidiose voluerint dilaniare, obsecro, paternitatis tuae refruentur favore. Reliquas vero kartas per^{aa} diversorum ministeriorum officio^{ab} deputatas curavi separatim inscribere^{ac}, ut quod unicuique ministerio distributum erat faciliori inquisitione posset inquirens indagare. Subscripsi etiam per

a) sic 1; contingerat 2. b) Iduum *cod.*, quod error librarii et in autographo fuisse videtur. c) Idus 2. d) sollempn. 1. 45
e) sic A. L. 1. Wigfridus 2. f) Corbeiae 1; Corbeie 2; Corbie T. g) vino *cod.*? h) Baldwin. 2 *semper*. i) Mathilda 2. k) Mittens 1. l) Drothwinus 2. T. m) Folcwinus 2. T. n) Hlothario 2. o) quae 17 27 *deest T.*, quae haec *alter* reddit. p) haec 2. q) *deest* 1. r) LXX. G. s) kartis 1. t) t. me in ras. 2. u) reperire 1. v) e *carr.* 2. w) sic *cod.*? x) scribero 1. y) z)

1) Cf. Ann. Bland.; Lamb. Auslom. Chron., SS. V. Balduinum demum a. 962, Ian. 1. mortuum esse, cum 50 p. 65. 2) Edgarum. 3) c. 108. 4) Filia Hermannii ducis Saxoniae. 5) Ioh. Longus 28, 1. transmissio demum ad S. Bertinum venerit. Et cum addit: *que adhuc hodie durat et est illa qua utimur in quadragesima*. Tassart addit: *qua usque utitur ecclesia ista pro velo quadragesimali*. 6) Suburbium Folcwinus igitur hoc loco post Ian. 1. annum incepit. nunc civitatis Calais. 7) Cf. Geneal. com. Flandr. Sed a. 962, Ian. 1. iam currebat indictio 5, qualis Bert., SS. IX, p. 306. 8) Ex praecedentibus patet, cumque ratione eius initium sistatur. 9) Immo 962.

ordinem fratrum nostrorum nomina, quos ego iuveniculus et pene ultimus recordor in hoc monasterio regulari vixisse vita.

Domnus abbas Hildebrandus.	Lioldricus.	Grimwaldus ^a .	Liuzo.
Odoldus decanus.	Odarius.	Idesbaldus ^a .	Everoldus.
5 Engelandus ^a .	Erembaldus.	Adalsige ^b .	Regenfridus.
Winetmarus.	Suavinus.	Adalardus.	Tiozo ^m .
Grimbaldus ^b .	Adalgisus.	Matfridus.	Milo ⁿ .
Drothwinus ^c .	Vulvricus.	Amarlandus.	Vulfardus.
Hemfridus.	Sigebaldus.	Heremarus.	Regingerus ^o .
10 Adalolfus ^d .	Engelandus.	Benedictus ^l .	Nidgrimus.
Roduinus.	Sigelmus.	Rikelinus ^k .	Hunfridus.
Siguius.	Aldgerus.	Grimbaldus.	Folkarus ^p .
Galandus.	Wago.	Heimericus.	Regenerus.
Domnus ^q abbas Regenoldus.	Folcwinus ^l .	Everhardus ^l .	

15

112.^q Dehinc sequuntur kartae testantes villas elemosinae.

Hic etiam villulas ad elemosinae ministerium a fidelibus contraditas, non meo parcens labori, sed monasterii prospiciens utilitati, cum cartis suis scribere aggrediar. Memini namque me hoc ipsum promississe, cum Gundberti mentionem sub Fridogiso fecissem 20 abbate². Igitur quae scribenda sunt pene omnia ipsius Gundberti et patris sui Goiberti sunt largitione tradita. Construxerat autem isdem Goibertus in proprietate sua, sicut longe superius dixi, cellulam quandam in honore domini Salvatoris in loco nuncupante Stenetlant, ad quam maximam hereditatis suae partem delegaverat; et hanc eandem cellam ad Sanctum Bertinum pro parte filii sui Gundberti, quem in eodem monasterio monachum fecerat, sub 25 perpetua firmitate condonavit. Prima autem kartarum de villis quas ad eandem cellam tradidit nobiscum habetur de Curmontium, quae in ordine scriptionis prima erat subsequendum.

114.^r Dederunt et Stenetlant¹ basilicam in honore domini Salvatoris et unde ipsa basilica dotata esse videtur et aliam partem hereditatis, mansi, casticiis, mobilibus, immobili- 30 bus ad integrum preter mancipia, quae ingenua dimittere cupiunt in elemosina patris Thiodberti et matris Bertrudae³ et filii Gunthberti, ut inde annuale celebrent in elemosina fratribus et pauperibus. Et illa basilica de curso⁴ cum clericis ac luminaria custodita sit, sicut coram domino Salvatore in die iudicii ratio sit ante tribunal Christi. *Et illud parum in ipso Stenetlant¹ et Ricolwingahem, quicquid ego⁴ et Hlothildis ac Heremarus delegaverunt 35 usque ad bunaria 40 ac mancipia 21, totum ad integrum pertinens et serviens ad basilicam domini Salvatoris.*

117.^u De morte Goiberti.

Anno Domini 838. incarnationis Domini, 16. Kalendas Mai, 4. feria ebdomada 2. paschae⁵, 838. Apr. 16. quando in monasterio Sancti Audomari in monte Goibertus infirmatus fuit, suadente filio 40 suo Gundberto, dimisit 15 mancipia ingenua ad basilicam domini Salvatoris in Stenetlant¹ sub censu luminario ad denarios 4. Anno eodem post hec in mense Novembrio, cum infirmatus sensisset appropinquare diem obitus sui, descripsit ipse propria manu in tabulis

^{*)} Superacr. 2: id est psalmis.

a) Engelandus 2. b) hic inserti 2. T.: Domnus abbas Regenoldus, Grimwaldus, Benedictus, Rikelinus, qui infra alio ordine sequuntur. c) Drothwinus 2; Drothwinus T., qui abhinc ordinem nominum omnino mutavit. d) Adalolphus 2. T. e) hic iam alio loco positus 2, hic deest; v. n. b. f) Folquius 2. T. g) Idelbaldus 2. h) Adalsigat 1: Adalsige T. i) hic et sequens iam antea positi, v. n. b. hic des. 2. k) sic supra c. 109; Rikelinus codd? l) Everardus 2. m) Tyozo T. n) deest 2. T. o) Reingerus 2. T. p) Folkarus 2; Folcarus T. q) LXXXII. G. r) LXXXIV. G. s) Stenedland 2. t) Stenedland 2. u) LXXXVII. G.

50 1) Sequitur in cod. 1 diploma Lotharii regis, quod deinde sequitur in 1 charta Hugonis abbatis, de qua in 2. iam supra positum est (Guérard p. 149); in cod. 1 supra c. 55, n. dictum est, tum bulla confirmationis datum melius sic scriptum est: *Dat. 7. Id. Ianuar., Urbani II papae sine anno et die.* 2) c. 52. regn. domini Lothario anno VIII, indictione VI. Actum 3) Parentum scil. Goiberti. 4) Goibertus. 5) Pascha Leudani fel., cum in 2 male anno VIII. legatur, quod fuit a. 838. die Apr. 14, Apr. 16. igitur tertia feria 55 cum ind. 8. discordat. Datum est igitur a. 963, Ian. 7; hebdomadae paschalis.

ceratis, quae exterius celatae erant barbulis crassi piscis et subtus deauratae erant, quae
Nov. 3. liter suas res manu terti sui disponentur^a 3. Nonas Novembris, 2. feria, isto modo:

In Humbaldingahem et Embreka² et Hettesnasmoni ad opus Gumberti, filii mei. In Ostringa bunarium 1 ipsi Gunberto. In Ganape Trudlindae. In Winingahem Bertrudae, excepto manso quem ad ecclesiam in Stenellant^b tradidi. In Middelhem ad Sanctum Audomarum. In Amiheshem Folbaldo, et illud pratum quod habui in Selem. In Fraxerias, in Frandris totam hereditatem nepoti meo. Ad Sanctum Salvatorem petrariam illam quam habui iuxta Scammis; mancipia quoque 15 ad eandem ecclesiam dimittere volo ad denarios 4.

Nov. 4. Iussit quoque recitare coram se et amicis suis ipsam brevem 2. Nonas Novembris, pridie ante obitum suum, dimisit quoque 14 mancipia ad Stenellant ingenua. Sequenti
Nov. 5. quoque die, priusquam obiret, claves basilicae ipsius omniumque aliarum officinarum in manus filii sui Gumberti tradidit et commendavit, dicens: 'His omnibus, fili, te superstitem confirmo, quatinus et Dei hanc domum meamque ac antecessorum meorum etiam et tuam elemosinam, dum advixeris, congrua cura custodias'. Quibus dictis, requievit in Domino
Nov. 6. anima et corpore ac obiit Nonis Novembris, 4. feria³ vesperscente. Postera die portantes corpus Goiberti ad monasterium Sithiu, sepelierunt in basilica sancti Bertini coram altare domini Salvatoris et crucifixi.

Brevis de substantia et censu et dispensa domini Salvatoris, quando Hilduinus abbas iniuste Kal. Septembris a manibus Gumberti omnia abstulit anno Domini 867.

De ministerio ecclesiastico domini Salvatoris.

Sunt ibi capsae 4 auro argentoque paratae, cruces 3, calix 1 cum patena argentea, turibulum eneum 1. Pendunt ibi calices 3, armillae 4 in funibus cloccarum auro argentoque paratae.

De vestitu.

Pallei 4, palla lineae 1, corporalia 2, cinctoria 3, alba 1, casulae 2, stola 1, succinctorium auro paratum 1, dalmatica diaconalis 1.

De libris.

Missale 1. Lectionarium 1. Antiphonarium 1. Omeliaria 3. Regum 1. Baptisterium 1. Omeliae Gregorii. Epistolae Pauli. Genesis. Prophetarum.

ADDITAMENTUM.

De terra Humbertusin in pago Belvacensi Sancto Bertino data.

Notum sit omnibus fidelibus, quod temporibus Hugonis regis⁴, patris Rodberti regis, et temporibus abbatis Walteri⁵ coenobii Sancti Bertini habuit Sanctus Bertinus quandam terram in pago Belvacensi dictam Humbertusin⁶ super fluviolum Tera⁷; super quam prepositus erat quidam monachus Milo nomine quidem Sancti Bertini, archidiaconus ecclesiae Taruanensis, qui seculari pompae nimis inserviens et propter hoc eidem Dei fidelitatem negligens, accepta pecunia, Rainardo de Baledin ipsam terram dedit, ea scilicet conditione, ut omni anno pro censu 200 solidos Belvacensis monetae persolveret quoad viveret. Hoc
Sept. 5. autem debitum quoad vixit per quendam Iohannem, eiusdem terrae inhabitatorem, Non. Septembris in festivitate sancti Bertini transmisit⁸. Haec autem conventio facta est ignorante abbate et fratribus. Defunctus est itaque sine liberis, et quia nullas proximus heres, Rotholdus quidam miles de Silvanectis totum bonum eius invasit, dicens se esse Rainardi successorem, ideo maxime, quod servus illius et genere propinquitatis erat; is enim per prelatum Iohannem statutum censum ecclesiae uno anno persolvit. Ob cuius boni invasionem Odo Belvacensis morans in Monte-Morenzi⁹ valde infestus ei esse coepit, dicens se propinquiorem esse illi genere. Quapropter Rotholdus, utpote senex et longe ab ipsis bonis habitans, Oylardo de Crethel ad opus filii sui Ebroini, quem de fonte susceperat, in beneficium

a) disponent IIII. N. 2; et sic primo scripserat C. de Witte in 1, notans sic legi in cod. nr. 721, id est nostro 2.
b) Stenedland 2. c) XC. G. d) Humbertusin 2. e) IX. 17 2; sed emendati, cum festus S. Bertini sit Sept. 5.
f) hic desinit 2, uno vel duobus foliis excessis; pergit 1.

1) Nov. 3. fuit hoc anno dies dominica. 2) Embry, a. 970—990. sedisse videtur. 6) Thérain. 7) Mont-praef. Montreuil. 3) Nov. 5. fuit feria tertia. morency.
4) A. 987—996. 5) Anni eius non constant; circa

dedit terram Sancti Bertini, scilicet Humbertuisin, ut cetera contra Odoneum defenderet. Quod et fecit; Odone quoque fugato, Ebroinus, filius Oylardi, terram prefatam Sancti Bertini de Rotholdo in beneficium tenuit quamdiu vixit, et post mortem eius filii ipsius, Ricardus^a scilicet et Fulco, simili ratione tenuerunt, sed statutum censum Sancto Bertino non persoluerunt. Hoc autem factum est, quoad usque inter regem et Willelmum de Crethel venit dissensio; et Willelmo fugato, castellum datum est Rainaldo, qui ipsam terram filius Rotholdi scilicet^b et Widoni, defuncto Ricardo atque Ebroino, qui in beneficio illam tenuerunt, vi abstulit et Neveloni, filio Rainardi de Monzi, similiter in beneficio dedit.

SIMONIS GESTA ABBATUM SANCTI BERTINI SITHIENSIIUM.

INCIPIT PROLOGUS SUBSEQUENTIS OPERIS.

10 Omni dilectionis gratia et gratiae spiritualis efficaciam predicando et amando patri domno Lamberto abbati suus Simon, suorum omnium minimus, quicquid saluti corporis et animae coram summo Opifice commodum est et utile. Cum indecens sit et iniustum, pater amantissime, filios, ius paternae hereditatis re mortalis gloriae vel spe successione transi-
15 toriae affectantes, paternae prudentiae nolle imbui virtutibus, multo imbecillius est iustiorisque calumpniae, ab eorum vestigiis quadam animi desidia exorbitando deviare, quos non solum facit imitabiles innata mentis virtus et probitas, verum etiam tam ex industria animi quam ex sagacitate ingenii aeclesiastica approbat non spernenda auctoritas. Hos igitur, dilectissime pater, quem turtura caritate unice amplector, quippe quem facte vestrae dulcedinis, utpote qui necdum cordis palatum habilem habueram cibus solidioribus, licet invitum, licet renitentem, insuestis; hos, inquam, post vos ad emulationem proponendos censi, quos pro eorum spectata virtute antecessores in pastoralis regimine habuistis. Quorum etiam gestis breviter summamque descriptis, kartas nichillominus separatim in uno volumine a mea exiguitate describi voluistis, quas tam principum quam diversorum presulum
25 auctoritate, ad utilitatem devitandae controversiae vel pacis continuae, de traditionibus et diversis fidelium commutationibus vel de qualicumque utilitate aeclesiae posteris confirmatas reliquerunt, ut futurorum incuria, cognita eorum vivaci industria; memoriale bonorum operum non lateret in secula. Quibus nichil unquam naturaliter inolevit tam utile, quod vobis non sit impressum, quasi, ut ita sit dictum, in aurea summi imperatoris imagine,
30 quodque non sit posteris omnibus per vos imitabile pieque recolentibus dignum et memorabile. Tanto namque unaqueque virtus clarior redditur, quanto eadem maiorum exemplo vel industria ad utilitatem futurorum studiosius commendatur. Vestro itaque iuxta congruam mei nominis interpretationem¹ imperio cupiens esse obediens, quamquam impotens, tamen ut possum, in hoc favens conquinisco; imitans quendam loci huius coenobitam Folquinum
35 nomine, qui iussu sui abbatis pene omnium huius coenobii rectorum a tempore sanctissimi patris nostri Bertini invicem sibi succedentium usque ad tempus domni Adalolfi², qui in cathalogo 28.⁴ ponitur, compendiose gesta cartasque digessit; simulque devitans antecessorum meorum scriptorum torporem, qui sex⁵ abbatum a semel dicto pastore Adalolfo⁶ usque ad Christi athletam Rodericum diversis temporibus sibi succedentium facta inseripta⁷
40 reliquerunt. Ex quibus, licet nobis nihil sit compertum scriptu memorabile, haut tamen dubium, eos in suscepti regiminis cura multo labore desudasse. Quibus omissis, a domno Roderico initium scribendi sumentes, illud potissimum exoramus, ne lectori sit tediosum, post dubias deliciarum copias etiam furfurej⁸ panis attingere micas.

EXPLICIT⁹ PROLOGUS.

INCIPIUNT CAPITULA.

1. De abbate Roderico.
2. De incendio huius loci.
3. De quadam visione.

a) sic post; Ricardus h. l. 1? b) forte nomen quoddam (Fulconi?) excidit. c) sic in rasura manu saec. XVI. c., Adalolphi T. d) xxvi. T. e) in ras. manu saec. XVI. c. f) in ras. manu saec. XVI. c.; deest T. g) fusurei T. h) E. p. des. T.

1) Cf. Isid. Etym. VII, 9, 6: *Simon autem Hebraice interpretatur obediens.* 2) i. e. non scripta.

4. De peste mortalitatis.	
5. Conversio monachorum.	
6. Exemplar cartae de altaribus Harbele, Torbodoshem et Petressa.	
7. Exemplar cartae de libertate Arkas.	
8. Exemplar cartae de Bethingeem, Adlingeem, Weskerka, Rokasem.	5
9. De obitu Roderici abbatis.	
10. De abbate Bovone.	
11. De restauratione basilicae.	
12. De inventione corporis sancti Bertini.	
13. Exemplar cartae de libertate loci.	10
14. De reliquiis sancti Dionisii.	
15. De obitu Bovonis abbatis.	
16. De abbate Heriberto.	
17. De temptatione eius.	
18. De perfectione basilicae.	15
19. De quodam miraculo sancti Bertini.	
20. Exemplar cartae de altare de Brobure.	
21. De tribus anniversariis.	
22. De rege Willelmo et comite Rodberto.	
23. De obitu Heriberti abbatis.	20
24. De molendino de Huneles.	
25. De abbate Iohanne.	
26. De incendio loci huius.	
27. De reedificatione officinarum.	
28. Exemplar cartae de Hostersel.	25
29. Exemplar cartae de Ruoth.	
30. Exemplar cartae de Arkas.	
31. Exemplar cartae de altare Calmunt.	
32. De acquisitione ablatae aquae.	
33. De capella sanctae Mariae.	30
34. De sepulchro dominico.	
35. De libris.	
36. De obitu Iohannis abbatis.	
37. De reconciliatione duorum fratrum.	
38. De sepultura eius.	35

LIBER I.

1. De Roderico abbate.

1021. Tricesimus secundus huius Sithiensis cenobii extitit Rodericus abbas et rector, vir per cuncta laudabilis omniumque laude non immerito predicabilis. Qui post excessum predecessoris sui abbatis Heinfridi^a, dum fratres loci huius antecessorum inconsiderata nimis remissione a rectitudine regularis normae deviantes tumultuando insolescerent, a Balduino comite, qui ob magnitudinem virium suarum Magnus vel ad distantiam antecessorum suorum equivocorum ob proceritatem barbae Barbatius dictus est, ab Attrebato, unde monachus erat, adductus anno 1021. domificae incarnationis, invitus et contradicentibus fratribus, nonnullis etiam recedentibus, hoc in loco abbas constituitur. Suscepto igitur hoc modo curae pastoralis regimine, id ad quod venerat diligenter exequitur. Sed quoniam radicata longa consuetudine, acsi innata foret, mentis iniquitas humana nequiverat correptione facile evelli, factum est, ut, qui in melioratione nostri nolumus esse ultronei, caelestis animadversionis verbera graviter attacti, cum maiori nostri dispendio quandoque a malo cessaremus coacti.

1033. 2. Enimvero iniquitatum nostrarum enormitate irritatus superans Arbitrator exteriorem domum suam, sed, malis nostris urgentibus, speluncam latronum effectam, uti longe antea divinitus comminatum fuerat, igni miserabiliter ad devorandum deliberat¹. Nulli autem sic dubium, utrum casu fortuito, an prelibitae rei gratia huius combustionis super nos ingruerint dispendia, cum, procul a monasterio illo igne exurgente ac crescente^a, et ventus-si consurrexerit et con-

^a L. I. des. c. ^b numerus desit c. ^c T. antea insertis compluribus capitibus, ex Iohanne Longo, ut videtur, maximam 55 partem sumtis, continios numeros capitum ponit, hic 137. ^d Heinfridi T. ^e e. accresc. c.

1) Cf. Lamb. Aud. Chron. ad a. 1033.

erereit, ac nonnulla domata transgressus, versus templum vehementiore flabro, immo peccato, urgente impulerit. Et ut hinc Bert dictum est: *A sanctuario meo incipite*, ades Dei subito igno invaduntur lamentabiliterque edaces flammae voracitate liquantur; et quod diuino multoque sudore elaboratum extitit, tunc, proh dolor! unius diei hora consumpsit. Dehinc rapacitate sua totius claustrii girat confinia et, nichil intermisso, exterminat omnia. Verum, ut dictum est, nichil in terra fieri sine causa, hinc credendum est, Dominum domum suam dimisisse frustra perire, sed ut diuinis malis penitus expiaretur et ut domus sua interior, ibidem videlicet commanentes, a pravis actionibus suis deterrerentur, ne, si malis suis nolent abrenuntiare, delectis ignis aeterni post se eternum punirentur dampnatione. Huc etiam illud memoriae occurrit, quod quadragesimae observatione illud discrimen nobis acciderit, quando cuncti sane fidei cultores potissimum errata aliorum temporum punire atque ab his digna penitudine se operam dant expiare. Sic sic longinuis et multae misericordiae et vera Dominus illo in tempore hoc coenobium cenobitque suos tanta incendii percussione multatos a cunctis peccati spurcitiis examinasse et in reliquum vitae tempus, o utinam velit emendatioris esse, quatinus hoc rogo extinguibili castigationis effecti, aeterni ignis cruciatus evaderent inextinguibiles.

3. His ita consumptis, inscruata nocte cuidam seniorum in somno visum est videre quendam magnificum virum, habitus candore niveum, vultus splendore fulmineum, quodam claustrii loco persitisse diligentique obtutu circumspectis omnia, extensa dextra omnem coenobii locum benedixisse. Qua de re etiam colligitur, locum a quibusdam commissis iam expiatum domaque in pristinum vel potiorum decorem aliquando miseratione Dei convertendum. Interea, fratri- bus dno expositis, ac murorum parietibus lectorum suorum honestate nudatis, donum, necessitudine urgente, reparatur^a murisque utcumque stantibus superponitur. Quid plura?

4. Cunctis pro tempore se pro^b posse reparatis seu potius dealbatis, quidam nostrorum citius recto non multo post tempore visitationis suas obit et ad abrenuntiatia irreverenter reversi, nequidquam fecerunt malorum suorum exinanita, demum diabolicas malignitatis illaqueatur pedica. Cum ecce, divina maiestas nos territura demum post aliquorum annorum curriculum in nos gladium suum vibravit ac subita peste multam partem nostrorum leto tenus percudit. Nec erat tunc ulla morientium requies, sed dietim^c corruerant velud morbidae oves. Cum, illo vel illius defunctis, adhuc corum sepulturis inserviretur, ecce aliorum exitus subito deduntiantur^d.

5. Multum interim eiusdem pestis horrore affecti atque singuli super se subito futurarum mortis suspecti, multam malorum suorum penitentiam iterato ceperunt gerere, de^e intus lacrimarum suspensis exacerbato malis suis Domini nostri faciem placare. Tunc cereres illud apostolicum bene compleri: *Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro mutuo, ut saltemini*, nec minus omnes peculiaritatis reclusas in medium proferri, ante pedes domini abbatis Roderici exponi, digne penitentibus et lacrimarum fluentis rebaptizari et, ut brevius concludam, his cunctisque malis abrenuntiar^f et omnibus bonis ianiti. Nec tamen sic omni quadragesima cessatum est ab huiusmodi lue letifera, donec 11 nostrorum defunctis ac totius anni diebus, quibus diutius abusi sumus, in tali merore atque anxietate decimas, festum pascale sollennium instaret, omninoque eiusdem cladis lacrimam ab oculis gementium pietas Dei abstergeret. Verump^g tamen non haec dominicae invocationis flagella cuiusquam aures offendant, sed potius quicumque his se correxerint in susceptionem filiorum recipiendis concondant, recollentes^h, quod sacra scriptura nos instruit: *Flagellat Dominus omnem filium quem recipit*, et quod ipsa veritas proloquitur prophetae vaticinio: *Ego quos amo arguo et castigo*; et quid, quod ipse Dominus euangelice intonat: *Omnem palmitem qui fert fructum pargabit eum, ut fructum plus afferat*. Unde quicumque voluerint in vite manentes in musti dulcedinem maturantes dulcorari, non abnegent dominicae castigationis frequenti ferro incidi. Concedens quippe est, pium ac iustum, iudicem Dominum nostrum nos multipliciter delinquentes nunc minis suis terrificare, nunc duris obiurgationum suarum inmissionibus digne multociens correxisse, quatinus, nobis eiusdem mali saporis gustu ad tempus exacerbatis, post supervenientis gratiae Dei gratioribus exhalaremur donis, atque super nos totiens factae visitationis semper memores, in reliqua vitae nostrae tempora simus emendatioris. Dulcior quippe nobis est apum labor, si prius tinxerit ora malus sapor; gratius astra micant, ubi nothus densissimasⁱ fugaverit nubes^j. Sic sic nimirum nobis divini terroris virga iuste attritis et a peccatorum nostrorum cenosa infectione penitus defecatis utriusque hominis puritatem cum gravitate morum sepe dictus pater Rodericus regulamque sancti Benedicti observandam proposuit, cuius et ipse studiosus imitator et ferventissimus amator usque ad finem vitae permansit. In acquirendis vero rebus tam exterioribus quam necessariis corporalibus nichillominus sollicite invigilavit. Adquisita, licet non omnia, gratisque data largitate fidelium annotatione kartis mandavit, quas etiam, ut rata forent inscripta, tam principum quam episcoporum auctoritate, sicut subiecta earum docent exemplaria, sua postulatione confirmari impetravit.

6. De inquietudine terrarum ecclesiarum et commutatione earum.

Interea orta inquietudine adversus eum ab inhabitantibus quasdam terrarum possessiones ecclesiae huic appendentes, dum sentit se ad sedandas liti controversias improbitati tumultuantium virtute esse imparem, quod suo non valuit consilio, alterius parat sapienter evincere auxilio. Accedit igitur ad episcopum Tarwanensem Balduinum nomine² monachum quondam Corbeie, postulans episcopali auctoritate malivolos obturbatores ecclesiae sedari, terrasque supradictas suis suorunque successorum usibus perpetuo deputari.

a) suppl. lecta. b) superer. c. e) dietim corr. dietim manu saec. XVI. c., et sic T., Inc. Bert. d) denuntiatur T. e) de Inc. f) deest T. g) ita nonnunquam c. h) recollentes T. i) demissimas corr. densissimas c. k) numerus deest c.

1) *gratius a. m.*, ubi nothus fugaverit nubes est versus nescio cuius poetae. 2) A. 1015—1030.

et pro commutatione earum sibi quaedam altaria aequae in perpetuum possidenda condonari; quod libenti animo consensit cartamque de commutationis mutuae largitione, ut subiectum est, confirmavit!

9.^o De obitu domni Roderici abbatis.

Tandem igitur, etsi ex multis memorabilibus quae laudabiliter peregit pauca sint dicta, 5 post animarum sibi commissarum correctionem, post felicem huius vitae conversationem, post fidelem huius loci administrationem, anno incarnati Verbi 1042^b, sui vero regimini- 1042. 7. Idus Iulii moritur, et intrantibus basilicam maiorem ab australi plaga ad sinistram 1042. 9. sepelitur, hoc epitaphio tumulo eius suprascripto:

Epithaphium^c.

Ut virgo plange, Sithiensis grex miserande!
Plorans dic: Heu me, heu, pater et domine!
Heu! pastor celebris, heu! consilium probitatis!
Ut pater alte iaces, summa sophia lates.
Currus et auriga gregis huius et Israelita
Verus et absque dolo, heu! Roderice pater;
Qui modicus mundi, modicos nos nobilitasti!
Ecce redimus ad id, te quia terra tegit.
O te plorandum magis! at nos funera tantum
His tua curemus, det tibi leta Deus!

10.^o De successore eius domno Bovone abbate.

Successor itaque eius virtutumque animi in divino cultu Bovo egregius imitator efficitur, vir adprime liberali litterarum scientia eruditus et sub monastica religione a primeva etate nutritus.

11.^o Qui inter caetera virtutum suarum opera preclara aecclesiam huius loci incendio 25 concrematam a fundamentis reedificare cepit, sed, quamquam magna ex parte sublimatam, morte tamen preventus, imperfectam reliquit.

12.^o In² cuius restauratione basilicae adeo ei gratia divina astitit, ut sub capitaneo altari, dum illud everteret, corpus sanctissimi patris nostri Bertini, ubi a beato presule Folquino reconditum³ ducentis et eo amplius annis latuerat, repperit et repertum, astante specta- 30 bilium personarum utriusque sexus innumera multitudine, attestantibus etiam signis, honorifice levaverit elevationisque sollemnem diem celebrandam omnibus annis 6. Nonas Maii instituerit. Quo quoque tempore forensium negotiorum nundinae inibi celebrantur ex more. Quomodo ergo eadem inventio inventique sancti elevatio elevationisque sollemnis institutio sit gesta, quam decenter sit ordinata, quam prudenter effectui mancipata, commentariolo 35 ab eodem viro accurato eloquio exinde composito scire volentibus per ordinem patet. Facta est autem inventio anno assumptae humanitatis⁴ Christi 1050, elevatio vero 1052, 1052. regiminis quoque ipsius 9. anno, comite Balduino Insulano in Flandria principante, in Francia rege Henrico regnante, papa Leone apostolicae sedi presidente. Nec adhuc his contentus vir Deo dignus, cum vivens salus esset presentium, ut etiam mortuus fieret futu- 40 rorum, Romam, mundi dominam, nuntios misit cartamque de libertate loci sibi commissi et de substituendis abbatibus communi vel certe saniori fratrum consilio auctoritate Victoris papae sub excommunicationis anathemate confirmari fecit⁴.

13.^o De altercatione facta inter abbatem Bovonem et Gerbodonom advocatum.

His ita dispositis, non multo post tempore inter domnum Bovonem abbatem et advocatum huius loci Gerbodonom lis gravissima exoritur. Siquidem advocati interest officii

a) ante haec incuria librarii scriptum est in cod. cap. 13. cum privilegio sequente Balduini comitis, quod et in indice capitulum iam ante hoc caput notatur: 7. Exemplar cartae de libertate Arkas; rectum ordinem restituit T.; numerus deest c.; X. G. b) null. quadrag. tercio T. c) deest T. d) numerus deest c.; XI. G. e) hic numerus capituli ponendus est secundum 50 indicem; sed nec rubra nec numerus in c. f) nativitas T. g) hoc caput cum sequente privilegio iam supra ante cap. 8. incur. librarii scriptum est in c.; v. n. a; unde miniator in marg. notavit: Ille deest privilegium Balduini Insulani, require in III. folio ad istud signum †. Numerus deest in c.

1) Data est charta a. 1026; Guérard p. 175. 2) Haec multis verbis ab ipso Bovone narrantur, Inv. S. Bert. 13—18, 23—38, ex qua haec noster excerptit. 3) Cf. Folwin. c. 58. 4) Data a. 1057, Mai 13; Jaffé n. 3311. 55

res aecclesiasticas et bona exteriora ab ingruentibus pravorum hominum defensare periculis, cum versa vice, sicuti tunc contigit, cupiditate avaritiae defensandam aecclesiam perturbare magisque soleant oneri esse quam utilitati aecclesiasticae prodesse. Unde actum est, ut idem Gerbodo in villa Sancti Bertini Arkas dicta quasdam indiceret iniustas exactiones 5 persolvendas, super famulos quoque Sancti Bertini et submanentes ius indebitum sibi usurpans, hoste gravius inquietabat omnia. Cuius rei gratia abbas Bovo^a Balduinum marchionem¹ exposulat, quatinus, investigata diligentius huius litis controversia, finem sua auctoritate altercationi imponat. Cuius petitioni benigne annuens venerabilis princeps, ^b iuste^b discussa, ambobus pacificatis, pari utriusque assensu et consilio, quid unicuique debeat, suo suorumque procerum decernit iudicio. Quod decretum ne infringeret aliqua hominum 10 oblitio, sua corroboravit litterarum apicibus astipulatio².

14. Cum igitur idem vir venerabilis, expletis quibusdam negotiis, propter quae Romanam iterat, inde reverteretur, reliquias sancti Dionisii, quas pro benedictione apud coenobium eiusdem martiris in Francia acceperat, secum detulit et cum eisdem processionabiliter 15 ab omni conventu susceptus, pignera sancta in locello cum corpore sancti Bertini honorifice recondidit.

15. Anno deinde assumptae humanitatis³ Christi 1065, peractae vero fidelis administrationis suae anno 24, migrat ab hoc mundo et e regione sepulchri domni Roderici abbatis non sine planctu astantium tumulatur; locusque tumuli hoc exámetro epigrammate 20 superintitulatur.

Epitaphium.

*Bos Domini Bovo, Domino donatus ab ovo,
Fructu non parvo Domini profecit in arvo.
Cuius tollendo iuga quadrigamque trahendo,
25 Hanc fabricam primo templi fundavit ab imo;
Quam divinarum portans virtute rotarum,
Rexit et erexit contraque pericula texit.
Hic eius menbris decima sub luce Decembris
Terra mandatis, sociatur in aethre beatis.*

16. De successore eius abbate Heriberto.

Post eius obitum, dum de substituendo abbate ageretur, Heribertus, qui pre caeteris secularium utilitatem expertus negotiorum extiterat, electus a fratribus, praeficitur, utputa 30 vir tam generis dignitate quam morum virtutibus adornata⁴ probitate, subditis omnibus imitabilis. Quae adeo vel naturalis vel magis exercitata in eo excreverat, ut huius loci publica in exterioribus administratio illi adhuc sub clericali habitu delitescenti iniungeretur. Sub quo dum fideliter fratrum usibus inserviret, superni respectus acie illustratus, monachus efficitur, publicarumque rerum, dum religiose viveret, ei itidem cura exterior delegatur.

17. Qua preoccupatus fidelissimus dispensator, sanctae etiam castitatis amator, dum temptatur, probatus, Deo gratias! invenitur. Enimvero cum quaedam famula Sancti Bertini 40 raptâ ipsiusque ope esset erepta, nocte insequenti⁵ idem a matutinalibus hymnis ad stratum rediens, invenit eandem nuper ereptam sub lectisterniis in lecto decubantem. Primumque obstupescens et admirans, quid rei esset, tum demum plenius rem deprehendens, ab obsequente famulo lumine suscepto illoque amoto, interrogat iuvenulam, quid vellet quidve 45 quereretur. 'Estimabam', inquit, 'domine, causa ereptionis meae, te carnale commercium affectare in me'. At ille: 'Non est', inquit, 'mihi nunc commodum huic rei operam dare'. Alio quoque tempore, dum, nescio qua interveniente occasione, stimulo carnis urgeretur, cunctis illico vestibus depositis, interula dumtaxat circumamictus sub divo stans, nocturni frigoris asperitate tandiu torquebatur, donec ignis incestus intus exstinguere- 50 retur.

a) *has Bovo in loco raso manu altera s. XII. c.* b) *iusto in rasura c.*; iusta T. c) *numerus deest c., manu s. XVI. suppl.*; XV. G. d) *nativitatis T.* e) *sic c. T.* f) *deest c.* g) *sequenti T.*

1) V, dictum Insulanum. 2) Charta data est a. 1056, nec fuit publicum nec authenticum redditum nisi Ian. 6; Guérard p. 184. — Propter mutationem in codice factam ad hoc annotavit C. de Witte: *Hic privilegium locari debet no. 14. huius libri, illud autem quod hic locari debuerat reperitur in cartulario Simonis in archidia Bertiniano reposito, sed anno 1042.* 3) *anno 1056, hic ad marginem annotato, minime vero anno 1042, quod probatur ex Iperio capitulo 37, parte 2. ad annum 1056.* . . . quapropter auctor huius manuscriptori hic omisit privilegium Balduini de 55

18.^a His igitur aliarumque virtutum testimoniis approbatus, abbas postmodum, ut dixi, effectus, gradum suscepti regiminis tum morum probitate, tum rerum communium dispositione, tum aedificiorum dirutorum reedificatione adornavit. Nam basilicam a predecessore suo domno abbate Bovone inceptam ipse maceris exterioribus, testudine arcuata, pyramidibus innixa trabibus, laquearibus tectorumque culminibus honorifice consummavit; 5 in cuius medio coronam invisae estimationis, auro argenteoque fabrèfactam, desuper a laquearibus suspendit. Dumque, adhuc virtutibus in dies succrescens, rumore omnium celebris haberetur, regis Francorum¹ auctoritate cenobio Sancti Germani Autisiodorensis, quamquam contra sacros canones, abbas constituitur². Qui cum strenue hunc illumque locum non multo tempore rexisset, sentiens se administrationi utriusque non sufficere, simulque canonicum non esse, unum duobus cenobiis preesse, Autisiodorensis relinquens, avitum Sithiense cenobium repetiit et in dispositione communis utilitatis usque ad vitae terminum inibi Deo adhesit.

Mirac. Bert. 19.^b Sed supersedendum [nec] arbitror miraculo, quod, eo orante, meritis patris nostri Bertini Dominus operari dignatus est, licet suo ordine non ponatur; nam antequam abbas esset hoc modo factum dinoscitur esse. Quidam Bodora nomine subministratorem agebat causam cuiusdam maioris praedii potestate advocacionemque sibi vindicantis villae proprii iuris Sancti Bertini Calmunt^d nomine. Hic, quia una et timeri et placere desiderabat, nimium nimiumque viccolas labore usque impense actu premebat. Verum pro causa huius moliminis et pro tanta controversia iniustitiae supranominatus pater Heribertus, precepto venerandae memoriae abbatis Bovonis agens curam ipsius villae, curavit hunc sepius ammonere, ut desisteret a nequam actu et ab omnium oppressione. At palam argumentum scleris velud metuens fugiebat; clam autem illi detrahebat, subdolos machinamenta instruebat. Super his vero dolens monachus, dominum illius adit suorumque ac suam injuriam patefecit. 'Ego ipse per me' inquit, 'hunc primum curabo minari; et si deinceps haec admiserit, pecunia sentiet dampnum'. Revertente vero monacho, forte alter iam dictus adventi, cui dominus eius: 'Heribertus', inquit, 'monachus tibi succenset, dicens, quia rucicolas meo serritio subdis'. Redi siquidem armatus precepto domini malumque evomit latens veneni. Nam apprehendit boves illius in agro pascentes et^b servitio domini sui subdidit eosque per totum triduum tenuit; ut autem placuit, macilentos multumque afflictos, uti fit tot^b laboribus, reddidit. Inde adeo motus quidem monachus, nequam hunc verbis aggreditur: 'Usque ad id temporis libera exitit nostra curis ab omni servitio fuitque suae potestatis; nec quis priorem ausus fuit in ea sibi vindicare aliquod ius sive vim invasionis. Quam ob rem, ergo nostros boves abegisti et in servitium alterius vendicasti? Non mirum quidem, si nequam prava ore profert; maius est opus, acsi esset dictum: 'Si tuus', inquit, 'sanctus Bertinus hoc esset, iugo meo iungeretur subque labore ingemeret, qui tuos quereis meo labori insulasse'. At ille inquit: 'Quid dixisti nequam? Et si cogitares, quod nefas dictum est, hautquaquam palam profereres. Plectere, miser, merita plectere pena, mulctabere caelestis irae virga'. Dum igitur isdem valde motus super his pedem averteret, merito digna percussus est plaga. Nam facies illius ad posteriora ilico flectebatur, adeo ut occiput quod erat, sinciput, et sinciput quod erat, occiput haberi videretur, preter quod facies suae formis insigniri deberet. Collum enim distortum et tumidum, labia eque quidem tumentia et aliorum ac deberent versa, humani quoque oculorum inversum aspectum cernere erat; et quid plura referam? quod mirum dictum, manusque visu est, nichil humani in eo intuebatur. Talis itaque domum deportatur. At taurinos magis emittens, omnem viciniam suae penae cruciatu movebat; erat enim in homine videre miseriam. Verum suis precibus aliorumque rogatu et quia voluit videre ipsam agnoscere quiverat, quo pro se oret, deprecatur^m intento ac sepe multum rogat. At ille compatiens misero — quis enim mortalis hunc huiusmodi cernens tali non compateretur? — sciscitatur, an velit amodo respicere funditusque priorem vitam corrigere. 'Eadem', inquit, 'passio et incurabilis percellat me feriens, si sane sanatus in omnibus emendari neglexero'. Creditur igitur bonus vir sponsioni illius, reversus est continuus, oravit, sanitati restitutus est. Sequente autem die, claris indutus vestibus, valentior atque sanior solito apparuit. Miranturⁿ omnes qui eum sorsere percussam, tam repente convalescisse. Sed ipse alia fingebat, componebat orationem, aliorum vera detorquens ac deberet. Verum cum sepe mendacio contra verum stare homo assuesceret, faciendi^o assiduitas aluit audaciam, audacia vero congeneravit crimen, crimen quoque meritum intulit mortem. Nam necdum triduo post haec transacto, boves cuiusdam pauperis rapuit, ditiori falsi iuris subdidit nimisque laboribus pro libito sui proque temporis quantitate insudatum tenuit. Necdum boves reddiderat, et maiora quidem adum ira forte cogitatu volebat, cum forte eadem passione qua primum percussus, cedit in terram; miser tum quoque non homo esse, non mortale sonare videtur; nam pro humanis verbis magis dat, pro planctu, pro querela rabiem agrestium ferarum imitatur. Orat amicos, quo pro se rogent, nec refert quidem. Deprecatur nuntius, ut sese visitatum monachus veniat, id quoque minima quidem meretur. Igitur eodem die, quo rursus percussus eadem infirmitate est, vitam, quam postposuerat, perdidit, mortem, quam secutus fuit, vidit, invenit. His ita gestis, demum, ut dixi, abbas effectus, cartam, cuius exemplar subiectum est, de renovatione remissae consuetudinis quorundam altarium liberalitate Drogonis episcopi³ innovavit⁴.

22.^b De Wilhelmo rege et comite Roberto.

1066 Anno itaque dominicae incarnationis 1066, vel, ut quibusdam placet, 67, tempore eiusdem abbatis Heriberti, Willelmus comes Normanniae ex signo celitus dato — cometa enim

a) nullam intervallum distinctum, et numerus deest c. b) deest c.; XVIII. G. c) sic T.; deest c. d) Calmunt T. e) pro T. f) igitur T. g) sic Mirac.; subde c. T. h) superscr. c. i) siquidem T. k) ilico T. l) quiverat T. m) sic Mirac.; deprecatur c. T. n) e corr. c. o) manus recentior corr. Gallendi T. p) XXIII. corr. XXII. c.; XXI. G.

1) Philippi I. 2) De hac re neque in Guidonis Gest. abb. S. Germani [Labbe, Nova bibl. I.] neque alibi quidquam occurrit. 3) Teruannensis. 4) Charta data a. 1075, Oct. 17; Guérard p. 192.

claritatis admirandae et visionis horrendae apparuit — cum copioso navium apparatu et 1068
 multitudine exercitus Angliam petiit, ac Haroldo ipsius terrae occiso, eo quod filiam ipsius
 W[illelmi] in uxorem accipere recusaverit¹, Anglos gravi prelio, multorum sanguine fuso,
 sibi subiugavit et utriusque populo Anglico et Normannico regnavit. Nec multo post tem-
 pore, anno videlicet Christi nativitatis 1071, Robertus, filius Balduini comitis Insulani,
 qui postea Iherosolimitanus dictus est, apud castrum Casletum² contra nepotem suum
 Arnulfum commissa pugna civili, Arnulfo occiso, fratre eius Balduino nichilominus cum
 matre Richilde eliminato, victricibus signis insignitus, monarchiam totius Flandriae adep-
 tus est.

10 23.^a De obitu Heriberti abbatis.

Anno itaque partus virginis 1081, sui autem regiminis anno 17, dissinteria idem vene- 1081
 rabilis pater Heribertus lecto decubuit; qua aliquandiu laborans, plurima virtutum suarum
 monumenta posteris relinquens, quibus adhuc nostro aevo celebris non immerito habetur,
 in pace quievit.

15 24.^b Huius^c rei non immemor adhuc vivens, providentiae sapienti usus consilio, mo-
 lendinum de Huneles³ pro redemptione animae suae pauperum Christi usibus in perpetuum
 habendum sub anathematis interminatione delegavit. Expletis igitur cum maximo astan-
 tium planctu, ut tantum decebat patrem, funeris exequiis, in medio maioris basilicae,
 quam ipse consummaverat, corpus terrae mandatur⁴. Cuius tumulus diadenate, auro argen-
 toque ipsius patris sumptibus fabrefacto, usque^d hodie honorifice coronatur.

25.^e De abbate Iohanne.

Destitutus^f igitur tam luctuoso obitu tanti patris dulcedine filiis et fratribus, quia ovile
 dominicum ducatu pastoris diu carere non debuerat, facta electione, in domno Iohanne,
 priore huius loci, Domini gratia omnes pari concordavere sententia. Qui pene a puericia
 intra aecclesiasticos parietes collectatus, ad tantam animi probitatem paulatim crescendo
 conscenderat, ut illi iam adulto maxima ex parte publicarum rerum iniungeretur dispositio.
 At ubi proveciori evo animique sagacitate cepit maturescere, prioratum loci post abbatem
 Heribertum^g suscepit suo in tempore. Sicque fratrum usibus necessariis exterius inser-
 viens et salutaribus animarum exercitiis interius invigilans, in tantum gratosus et amabilis
 30 omnibus videbatur, ut, ut dixi, post decessum sepe memorati patris H[eriberti] ad loci regi-
 men eadem omnium sententia electus expeteretur. Et quoniam Morimensi aecclesiae presul,
 a quo consecrari et baculo pastoralis insigniri et, ut moris est, debuerat intronizari, nescio
 quo discidio^h, tunc temporis deerat, domnum Gerardum huius rei gratia Cameracensem
 adiit antistitem, cuius providentiae ob gubernandos sanctae matris aecclesiae filios dispen-
 satio eiusdem diocesis delegata fuerat. A quo honorifice susceptus et honorificentius,
 35 propter quam venerat, consecrationem adeptusⁱ, cum multo militantium comitatu ad sedem
 propriam revertitur. Cui nimirum tota Sithiensis obvia fit congregatio, amictu cir-
 cumamicta vario, utputa tanti patris honore exhilata multimodo. Tandem cum iubilo
 suscipitur, in sede principali constituitur, post omnia ab omnibus osculatur et deinceps ut
 40 pater et abbas veneratur. Tanta illi deinde in subditis affectuosa karitas, ut, quotiens gratia
 aecclesiasticae utilitatis alicubi profectus aliquandiu abesset, miro amoris desiderio a fratri-
 bus et domesticis eius prestolaretur adventus. Solebant namque ex hilaritate animi eius
 ut boni filii patri alludere. Eratque in eo tunc magnam videre humilitatem, cum sibi trans-
 eunti non pateretur quemlibet assurgere nec debitam reverentiam sibi impendere. Sed
 45 cum emulis solummodo placere^k non posset ipseque erga eos nil impatienter ageret, sed
 equanimiter caninas eorum obreccationes iugiter dissimularet, in hoc videbatur notandus,
 quod gratia pietatis erga quoslibet agebat remissius.

a) XXII. G. b) XXIII. G. c) Cuius T. d) u. h. om. T., ubi coronatus fuit. e) XXIV. G. f) sic T. Resitutus c.
 g) hic desinit prima manus; incipit secunda c. h) placere T.

50 1) Immo mortua est Adelis, antequam promissum mensis Sept. die 15. addit Tassart. 5) Hunc prio-
 Wilhelmo, ut dicitur, datum, ut eam uxorem duceret, rem fuisse, supra expresse non dictum est. 6) Dro-
 Haroldus solvere potuisset. 2) Cassel, praef. Hazo- gone episcopo a. 1078. mortuo, de episcopatu per
 bronck. 3) Houles, praef. St. Omer, suspicatur complures annos certatum est, quos tumultus noster
 Gerard in indice. 4) altera exaltationis s. Crucis, ipse II, 51 sqq. enarrat.

26.^a De incendio huius loci.

Sed quoniam, proh dolor! prosperis successibus solent aliquando tristia succedere, accidit iusto Dei iudicio illius tempore civibus huius villae divinae ultionis tam gravis animadversio, ut, eorum peccatis exigentibus, pene omnium sevo incendio consumeretur cohabitatio¹. Et quia in agro dominico zizania malorum operum invidia hostis humani generis, torpentibus a spirituali exercitio custodibus, superseminata falce divinae severitatis secunda et igne supernae examinationis fuerant consumenda, ignis, vi peccatorum nostrorum appulsus, omnem locum enormitate sui circumvallat et obvia quaeque peredit. Et quoniam adhuc arundinea tectura, in igne^b facile in cineres redigenda, pars novae basilicae tegebatur, ea arrepta ab igne, cum subiecta lignorum materie et cum prope stante ardua turre, cum omnibus adiacentibus officinarum edibus, monasterium quoque sancti Petri a venerabili viro Alquero huius loci monacho a fundamentis inceptum tuncque noviter consummatum igneo vapore liquantur.

27.^a Quid multa? Tam gravis infortunii incommodo anabilis abbas Iohannes attractus⁴, quia summa huius excidii eius labori et ordinationi incubuerat, de reaedificatione tractare non distulit. Fratribus interim divo expositis, utpote tanto claustrò adusto, totus in opus manuum accingitur multoque labore omnique conamine bonus Christi mercennarius in reaedificandis coenobii domatibus innititur. Adeoque per divinam clementiam secundus successit operum effectus, ut in brevi, quaecumque vorax flamma partim ex parte totaque ex toto vastaverat, in pristinum vel potius in potiorem quam prius fuerant reslitteret decorem²⁰ et statum. Enimvero quoniam refectoria domus totiusque confinia claustrum ignis pessum dederat, utrumque ex integro reparans⁵, claustrum quidem quamquam sumptuosius expensis mira arte sculptoria decoravit caeteraque omnia ex maxima parte sublimavit, ampliavit et tectorum culminibus, Deo gratias! consummavit. His ita effectui quamquam satis laboriose mancipatis, exteriora nichilominus, quae antiquorum institutione ordinata minus domui Dei profuerant, corrigere curavit, et correctae, ne iterato pravorum imprudentia deteriorarentur, cum quibusdam aeclesiasticis traditionibus cartarum allegationi mandavit.

32.¹ De aqua Mera.

Aquam praeterea Mere dictam, copia piscium affluentem, antiquorum largitate fratrum usibus delegatam, sed a quodam piscatore sub optentu falsi iuris tunc temporis iniuste possessam, post multas litigiosas placiti controversias tandem² procerum terrae decreto in presentia Roberti comitis senioris aeclesiae restituit invasoremque anathematis vinculo tam graviter religavit, ut nunquam postea inde loqui auderet.

33. Ligneas quoque duas imagines, auro argentoque cum lapidibus fabrilis arte superfectas, dextra levaeque capitaneae crucis statuit, capellamque sanctae Mariae mira varietate picturae decoloratam^b fundavit.

34. In cuius australi diverticulo opere sumptuoso diversis yconiis superficie tenus insculpto formam sepulcri dominici sublimavit illudque illis dedicatum nativitatis dominicae, passionis, resurrectionis et ascensionis pignibus insignivit².

35. Refectorium etiam et claustrum, ut superius¹ diximus³, ex integro reparans, claustrum quidem mire arte sculptoria decoravit caeteraque omnia ex maxima parte sublimavit et ampliavit.

36. Codices nichilominus non modicae appretiationis conscribi fecit, quorum titulos ad comendandum eius studium breviter subnectere non piguit: Librum Veteris Testamenti ab exordio Geneseos usque in Regum, librum omeliarum totius annualis circuli in duo volumina divisum, librum Effrem vel Pronosticorum, librum Collationum patrum, librum Augustini super Iohannem, Passionalem quoque immensi ponderis, ex integro digestos suis posteris dereliquit.

37.^a De obitu Iohannis abbatis.

His sane aliisque bonis virtutum exercitiis in senectutem¹ admissus, 12^m annis et paulo plus quam 5 mensibus nomine et opere abbatizavit. Imminente igitur suae advocacionis

a) XXV. G. b) ignea c. T. c) XXVI. G. d) attractus T. e) reparans c. f) XXI. c. g) tandem corr. manu saec. XVI, ut videtur, ex tam c. h) sic T.: decoloratam c. i) supra T. k) XXXIV. G. l) senectut, una littera erasa c. m) quatuordecim T.

1) Lamb. Aud., SS. V, p. 66, notat ad a. 1079: 2. Kal. hor. a. 1081. vel posterius factum esse indicet, uter Oct. incendium templi S. Audomari, quod certe eodem erraverit, nescio. 2) Tassart addit: Nunc temporis incendio quo ecclesia S. Bertini perit. Cum noster autem predictorum nihil oculis patet. 3) c. 27.

articulo, admissa sanguinis minutione vixque spatio suae pausationis percurso, incumbit 1095.
 ei alicuius rei gratia comitem terrae¹ Bergis² navigio adire; negotioque peracto, cum iam
 inde redire disposuisset, turgescere brachio, mortis inequalitate tactus, ad propria nave
 deportatur. Dumque morbus cotidie crescens paulatim vitalibus immineret, unctione cris-
 matis et perceptione vivifici corporis et confessione salutari peccatorumque remissione
 exitum suum expostulat muniri. Quod consecutus, dum a sacerdote secrete interrogare-
 tur, utrum aliquas peculiaritatis haberet reulas — nam id ei suspitione quorundam im-
 putabatur —, respondit, cunctis audientibus illique³ nimio compassionis merore condolen-
 tibus, nec unius oboli precium sibi reservasse. Deinde pie adeptus quod devote postula-
 verat, cum iam sabbatum tertiae quadragesimalis ebdomadae advesperasceret, comple-
 torio cantato, circumdedit lectum illius omnis fratrum coadunatio, ut suis precibus patris
 exitum omnipotenti commendarent Domino. Quibus visis, innuit — nam loqui non poterat
 — sibi sacrosanctam afferri crucem; qua allata, toto corpore humi fusus, devotissime orat.

38. Oratione peracta, dum levatus assurgeret, vidit astantem quendam e fratribus,
 alterius fratris iniquitate nuper graviter offensum. Reminiscensque iniuriae fratri a fratre
 iniuste illatae offensique animum erga alterum non bene condesisse⁴, illico pedibus eius
 provolvitur, utque filius pie fratri indulgeat, pius pater exorat. Nec mora indulta venia
 quam precatur, circa noctis dominicae medium anno ab incarnatione Domini 1095, 4. Nonas
 Martis, nobis flentibus et psallentibus, efflavit spiritum. Ablutoque et induto veste sacerdo-
 tali pro more capsulo, lacrimis hoc deducentibus psalmisque comitantibus, in ecclesiae
 deponitur.

39. Ibiq⁵ celebratis vigiliarum excubiis cum luctuosis psalmodiarum concentibus, sub-
 sequenti die omnes pene huius burgi cives indicti conveniunt. Cum quibus et prepositus
 Sancti Audoinari⁶ idemque archidiaconus ecclesiae Taruavensis cum preposito Watinensi⁷
 et clericorum multitudine adsunt. Peracta ergo missarum frequentatione elemosinarumque
 distributione et stationaria animae commendatione, a sacerdotalibus⁸ vispitionibus ad tumu-
 lum defertur. O quantus dolor! quis⁹ gemitus! quanta suspiria! quanta lacrimae illum nobis
 diem reddidere lugubrem! Nusquam, nunquam recolo me¹⁰ audisse tam luctuosas funeris exe-
 quias, quae adeo gemitu dilatatae excreverant¹¹, ut psalmodiae modulatio gemitus confusione
 planctusque opprimeretur dolore nimio. Tandemque ab oculis omnium sepulcri profunditate
 admittitur; sed adhuc eius probitas pietatisque studium in ore multorum non immerito versatur.

Epitaphium.

*Quarta dies Martis mortis singultibus artis
 Clara suis annis clausit pia gesta Iohannis.
 Cuius peccatis parcendo, tuae pietatis
 Munere sideris hunc iungas, Christe, choreis,
 Et sis ei merces, qui tuu cuncta coerces,
 Ut cui congaudet quidens per saecula laudet!*

LIBER¹² II.

40 1. Iamque dies secunda planctus et sepulturae defuncti patris, quibusdam nostrorum 1095.
 eo usque invis¹³, nunquam amplius videnda, advenerat, qua, congregatis in unum fratribus
 senioribus, ut decebat, cum iunioribus tractandum et decernendum communi erat consilio,
 quis potissimum pastor et rector praeponi deberet gregi dominico. Cunctis igitur in capi-
 tulo assidentibus quodque futurum erat suspensis animis expectantibus, post recitatam
 lectionem martyrologicam cum subsecuta pronuntiatione sancti Benedicti regulae, iamque
 a priore petita cum benedictione dataque loquendi licentia, prior praesidens haec prorupit
 in verba: Quoniam, dulcissimi patres et domini, dira mortis conditio incumbit filiis Adae
 a die nativitate suae usque in diem reversionis in matricem omnium viventium, aequum
 est sic ius commune, generale simul et naturale mortis imperium in vobis et in caris vestris
 50 admittere, quatinus animos vestros hinc ab illecebrosis mundi cupiditatibus refrenet metus

a) illisque T. b) condesisse T. c) littera initialis deest c. d) sacerdotibus T. e) qui T. f) mei T. g) exer-
 cuerant T. h) L. II. des. c., ubi una et dimidia pagina indici capitulum inscribendo vacuae relictae sunt. i) deest c.
 seriem numerorum capitulum continuat T., qui hic 163.

1) Robertum II. 2) Bergues. 3) Ernulfus. 4) Bernoldo. 5) Se ipsum Simon indicare videtur
 55 inter eos, qui mortem abbatis in monasterio eoque nunquam viderant.

1085. mortis et tribulatio, illinc vero ad speranda pietatis munera omnipotentis Dei relevet gratia et miseratio. Nec minus par est sanctam caritatem vestram obitu nuper evispilati^a patris obturbatam ab ingruentis nimietate doloris modicum temperare et de substituendo pastore unanimiter tractare, qui dux et signifer in dominica constitutus acie, victricibus aquilis insignitus, de longe et de prope sevientium incursionem hostium et rabiem sciat sapienter^b repellere. Sicque perorans, tres viros non parvae probitatis electioni omnium proponit. De quibus singulis diversis diversa sentientibus, hisque illum aliisque alium eligentibus, unus e fratribus, nescio quo mentis impetu arreptus, cunctis audientibus, Lambertum unum ex tribus expetens, 'vox Domini vox populi' garrulus inclamat^c. Volens itaque prior dissidentium animos in idem velle et idem nolle firmitate amicitiae^d revocare, hac oratione iterum omnes alloquitur: 'O unanimis Deoque grata conventio, meminisse debetis illius allegationis evangelicae, quam per se ipsa Veritas corroborat, dicens: *Omne regnum in se ipso^e divisum desolabitur, et domus super domum cadit^f*. Si ergo per indissolubilitatem concordiae et pacis, sine qua nemo videbit Deum, in regno illius pacifici vultis admitti qui fecit utraque unum, unum e tribus eligite, quia nemo potest duobus dominis aut tribus^g servire^h.

2. Mox ad haec mutatione dexteræ Excelsi omnes ad idem conversi, uni omnium infligitur intentio, et Lambertum, qui iunior erat, pene omnes pari voto eodemque expostulant consilioⁱ.² Quo audito, diem certum indicit, quo se venturum ad magnitudinem rei determinandam esse predicat.²⁰

3. Sed interim¹ ad electum nostrum spaciando divertamur et, quibus animi moribus virtutis vitae exercitiis ad huius honoris apicem excreverit, videamus. Facile enim isdem virtutibus regnum conservatur, quibus parandum putatur². A tempore igitur puericiae suae, sicuti ego accepi, vir idem venerabilis litterarum studio initiatus votoque parentum servituti divinae sub monachali³ professione obligatus, Deo in hoc Sithiensi coenobio sub abbate²⁵ Heriberto supra sepius memorato nutriendus et imbuendus offertur. Ubi⁴ cum, quasi sub alis illius gallinae evangelicae⁴ educatus, aetate simul et studio mansuculus maturesceret paulatimque progrediendo adolescentiae metas attingeret, fervore studii Gallicana auditoria petiit; quae quasi prudentissima apes⁵ diversos flores⁶ frequentans, quicquid dulcius quicquidve honestius erat vivacitate ingenii et⁷ congressit, et in favo memoriae cuncta recondens,³⁰ famelicis postmodum infundenda reservavit. Denique suos repetens, magister puerorum efficitur, quicquidque prius ex diversorum doctorum fonte hauserat lacteis rivulis mellitisque guttulis sitibundis propinabat. His grammaticam, illis divinam paginam, quibusdam vero insinuabat musicam. Nec minus populares quoque sua predicatione, utputa verbi potens, sepius illustrare curabat. Quibus omnibus omnes excellens, ut omnibus prodesset, omnium³⁵ assensu in prioratu¹ sublimatur. Quem aliquandiu gradum verbo et opere perornans, expeditam privatamque gestiens ducere vitam, onus cum honore ultro deposuit [et⁸ usque ad adventum comitis⁹], ut proposuit, secreta exercitiis vitae operam dedit.

4. Statuto¹⁰ igitur¹¹ die [omnis¹² congregatio adunata], presul quoque Parisiacensis Gobifridus¹³ nomine, qui his in partibus tunc temporis morabatur cunctis suis, clerici etiam¹⁴ Sancti Audomari cum quibusdam [etiam¹⁵] nostri ordinis fratribus ad substituendum abbatem venientes, dum in capitulo assiderent, cunctis intente audientibus, prior recapitulat omnia. Cunctis denuo¹⁶ repetitis per ordinem, electioni assentiunt [omnes¹⁷ et] favent. Nec mora, consurgit ille noviter electus, veniamque petens et indignum se clamitans, onus prece recusat, sed recusando non impetrat. Tandem velit nolit, licet multum renitens, oneri⁴⁵

s) superscr. manu scribae: id est sepulti c. h) inclamat T. c) ipsum T. d) cadet T. e) quinque fere lineae erasae, quarum duae postremas tantum legi possunt, id est Quo audito -- predicat c.; nulla lacuna T. f) erasum c. g) monachali T. h) cap. III. incipit G. i) sic c. T. k) florens corr. flores c. l) prioratum T. m) sic T.: Deposuit (iterum) et ut proposuit -- operam dedit in loco raso et alio atramento, sed manu scribae c.; sub voce Deposuit adhuc conspicitur fere erasum et, quare non dubium, quin Tassarti lectio praefenda sit. n) deest c.; sine dubio ut praecedentia et sequentia postea erasum. o) Statuto -- favent in loco raso et alio atramento, sed manu scribae c.; Tassarti lectio praefenda videtur, quia apparet in codice antea plus scripta fuisse quam nunc in loco raso, neque vero hic authenticam lectionem reddidisse videtur, cum nihil in ea invenitur, cur haec post mutata esse possint. p) d. i. T. q) sic T.: haec des. c. r) Gobifridus c., Gouffridus T. s) deest c. t) ut dictum est T.

1) Cf. Sallust. Catil. c. 20: nam idem velle atque ex cap. 3; quae ideo erasa sunt, ne comiti abbas con- 55 idem nolle demum firma amicitia est. GUER. 2) De firmatio pertinere videatur. 3) Cf. Sallust. Catil. c. 3. comite Flandrensi Roberto sermonem fuisse, apparet 4) Cf. Matth. 23, 37. 5) Flandriae Roberti II.

supponitur, moxque omnium vox ad *Te Deum* laudandum in sublime attollitur; ipseque psal-
 5 lentium chororum, consonantibus signis^a, in aeclesia subsequitur. Sicque omnibus in sua
 potestate susceptis, virgam tamen pastorem non ferebat nec in principali sede, utpote
 necdum consecratus, sedebat.

5. Adveniente siquidem suae consecrationis tempore, octava scilicet die paschalis Apr. 1.
 ebdomadae^b, paratis omnibus, cum multa suorum vel militantium manu Taruennam ad se-
 dem matrem deducitur, ibique a pontifice eiusdem civitatis Gerardo honorabiliter, ut de-
 cebat, consecratus, ad sibi noviter commendatam^c, stipatus multis comitantium copiis, redit
 aeclesiam. Nobis^d interim expectantibus, nuncio precedente, ecce sponsus venit. Exeu-
 10 dum erat obviam ei. Mox nimirum omnis fraterna coadunatio, amictu succincta niveo cultu-
 que palliata vario, quasi sponsa de thalamo processit obviam sponso. A qua ille nudis
 pedibus multumque collacrimans, baculum manibus gestans, susceptus, modulantium voci-
 bus altisonis precedentibus, ab episcopo in sede capitanea statuitur^e. Ubi, finita cantantium
 modulatione, ab omnibus pacis oscula offeruntur, sicque de caetero ut dominus et abbas
 15 honoratur. Acta sunt haec anno dominicae nativitatibus 1095, anno vero suae aetatis 34,
 prima die Aprilis.

6. Haec de illius priori conversatione, electione simul et consecratione nemo me
 dixisse inutiliter calumniatur, sed certe utilitatis gratia me cuncta congressisse equanimiter
 credat, ut scilicet omnem ordinem eligendi abbas posteris relinquerem tenendum simul-
 20 fore, nisi quem secundum timorem Dei electio fratrum poposcerit^f, et quem nulla alia con-
 suetudinali rectitudine vel potencia, sed solo assensu preficientium decreverit, seu quem
 episcopus Taruanensis, si in promptu fuerit, a se consecratum et pastoralis virga insignitum
 25 in throno cardinali collocaverit.

7. Sublimatus igitur hoc ordine in honoris culmine, coepit bonorum virorum in agendis
 uti consilio et eorum per omnia sapienter informari exemplo, quo insurgentes contra se
 repelleret hostes et tumultuantium insolescentes compesceret lites. Cui in processu tem-
 poris multa mentis inhesit industria, quam subsecuta est tanta in omnibus quae agebat
 30 efficacitas et gratia, ut nil in propriis vel alienis, nil in militaribus vel in regularibus, nil in
 popularibus vel in negociis aeclesiasticis, nil in laicorum placitis vel in clericorum synodis
 ortum est tam diversum tamque inextricabile, quod suo non expediret iudicio perfacile.
 Hincque factum est, ut, quasi tellus arida, hiemali asperitate per supervenientem gratam
 aeris serenitatem detersa, solis ignivomis vaporibus vegetata virescit et virendo florescit
 35 et florendo maturescit, sic non solum hoc Sithiense coenobium, verum etiam aliorum loca
 sanctorum ad laudem et honorem nominis Christi huius patris Lamberti iugi solertia in
 melius mutata proficerent, donec fructu multiplici sanctae exercitationis multas Christo
 animas lucrifacerent. Multa quippe, quae antecessorum suorum incuria vel ablata vel pes-
 sumdata^g et depravata fuerant, suo labore et benivolentia aeclesiae sunt restituta, reparata
 40 et emendata. Quae cuncta suo in loco convenientius patebunt, cum scripto apparuerit,
 quibus et in quibus et a quibus huius loci melioratio monachorumque laudabilis conversio
 per ordinem facta est. Ab exterioribus igitur incipientes, ad interiora usque ad nostros
 descendamus; a quibus iterum exeuntes, ad corrigenda aliorum^h coenobia expeditius pro-
 ficiscamur. In primis igitur cartarum exemplaria, quae Romanorum pontificum auctoritate,
 45 illo agente, de libertate omnium aeclesiarum nostrarum confirmatae sunt, ponamus alias-
 queⁱ aliarum personarum, quas de diversis aeclesiae utilitatibus assignari fecerat, postea
 subscribere studeamus.

50. Iamque tempus expostulat, ut ab exterioribus stilum revocemus, qualemque se
 erga Dei cultum exhibuerit, breviter explicemus. Eo namque tempore non solum in hac
 sed in omnibus Flandrarum et pene in universis Gallicanis aeclesiis dissolutione discipli-
 nae religio monastica adeo tepuerat, ut nisi instantia ferventi corrigi non posset. Qua igitur

a) post signis una linea erasa; ut videtur in aeclesia — susceptis bis scripta erant. b) e corr. c. c) commendandam T.
 d) hic cap. V. incipit G. e) constituitur T. f) superser. manu scribae sed alio atram.; vel promovendum c.; promo-
 55 vendum T. g) —rit et quem — decreverit in loco raso alio atramento, sed manu scribae c. h) pessudata c. i) sepius
 ins. T. k) aliaque c. T.

l) i. e. die dominica post pascha.

occasione quibusque auxiliatoribus ad hoc ipsum Deus hunc accinxerit, succincta narratio manifestabit.

51. De Huberto^a episcopo.

Taruenses nativa insolentia erga suos pontifices^b sepe tumultuantes, tres sibi in-
1078. vicem succedentes ex ipsis non sine infamia deposuere. Nam post Drogonem^c felicis me-
moriae Taruensis civitatis 26. episcopum Hubertus electione cunctorum, satis honeste
litteratus, pontificatum adeptus, magna confusione a Morinensibus deturpatur. Quibus dum
acriter resisteret, nescio qua de causa^d, iram^e incurrit apostolicam, a quo^d anulo pontifi-
cali, non tamen beneficiis expoliatus ceteris, ex hac occasione adversariis invalidior reddi-
tur. Qui in quodam conventu, dum seorsum cum paucis staret ac nescio quid cum ipsis
10 confabularetur, ex improvise quidam de adversariis, laxato equo, lancea cum impetu hunc
appetit graviterque vulneravit; timensque ex vulnere mori, monachus hic in Sithiu^f efficitur.
Cui antea sua talis depositio divinitus, ut ego audivi a viro veraci, ostensa est.

52. Dum ergo quadam nocte dominica post matutinos, aliis exeuntibus, in ecclesia
precibus incumberet, Deum instanter rogavit, ut, si ei, quod episcopus esset, placeret, hoc
15 ipsum ei ostendere dignaretur. Subitoque soporatus, ut sibi videbatur, vocem de supernis^g
audivit: Librum vitae legi et relegi, in quo nusquam Hubertum^f episcopum inscriptum in-
veni. Qua voce, quod episcopus esset, Deo displicere, vel quod episcopus non obierit, de-
signatum conicimus, non quod vita aeterna caruerit. Nam, ut dixi^h, monachus effectus, de
vulnere convalescit; vitamque religiosam diutius ducens, honesto fine quievit apud Vetus-
1002. monasteriumⁱ sub hoc abbate Lamberto, ibique sepultus est, ut summa prece humiliter
postulavit, quia cum caeteris fratribus in Sithiu^h sepeliri indignum seⁱ adiudicavit.

53. De Alberto episcopo.

Post quem Albertus^j de Belle rogatu suorum vi regia comitisque majoris Roberti vio-
lencia intrusus, ab omnibus cum terribili execratione est refutatus. Nam Crucifixo ante
25 valvas ecclesiae constituto cartulam de collo suspenderunt inscriptam horrenda inter-
dictione, qua prohibebatur, ne non electus sedem episcopalem auderet preoccupare. Quod
cum fautores eiusdem Alberti pro nichilo ducerent, unus eorum, ut audivit, arreptam car-
tulam vi tanta detraxit, ut crucifixam Domini imaginem facie tenus terrae deiceret^k. Quo
facto, clericis in diversa dispersis, bonisque eorum direptis, inuasor ecclesiam per aliquan-
1002. tulum temporis preoccupavit^l, cum ex improvise ab Eustachio^m advocato interceptus, mutila
lingua abscessisqueⁿ summitatibus articularum^o, digno cum dedecore caruit quod irre-
verenter presumpsit.

54. De Gerardo episcopo.

1003. Morinenses vero post huius expulsionem Gerardum substituerunt. Adversus quem 35
toxicata dicta exacerantes, non cessaverunt, donec multis vituperabilibus infamiam redderent
et ab Urbano papa dignitate pontificali exutum deicerent. Visus est idem postea in Monte
Sancti Eligii iuxta Atrebatum communem cum canonicis ducere vitam.

55. De electionis diversitate.

Ad substituendum igitur pontificem tota in prelati Morinensis ecclesia Taruennae 40
adunatur dyoecesis. Clerus canonicum quendam Sancti Audomari Erkembaldum nomine,
virum nobilem, litteratum et bene morigeratum, elegit. Sed is et electores et electionem
altiori consilio repudiavit, quia, electos suos quam ignominiose tractaverint, prudenter
consideravit. Illis vero alium eligentibus, facta est de electione dissensio.

56. De electione Iohannis episcopi

45
Abbates^p namque archidiaconum Atrebatensem Iohannem de Monte Sancti Eligii regu-
larem canonicum, lingua Latina, Romana et Theutonica adprime eruditum, personam specta-

^a Huberto T. ^b episcopus T. ^c inc. ir. T. ^d qua T. ^e superius T. ^f Hubertum T. ^g dictum est T.
^h renobio ms. T. ⁱ desol. c. ^k deicere c. ^l Eustachio T. ^m abscessisque T.

1. Cf. Gregorii VII. papae epist., Jaffé, Reg. nr. 3884; 3953--3955, 3957--3962. 5) Cf. Gregorii epist., 50.
Chron. Watin. c. 25 sqq., Martene, Thes. III, p. 812 sqq. Jaffé nr. 3955; V. Iohannis episc. Morinensis § 11.
2. St. Momelin, a St. Omer versus septentrionem. AA. SS. Ian. II, p. 796. 6) Cf. V. Iohannis episc.
3) Hic Lambertus, non Albertus, dictus fuit. § 12.
4) Cf. Gregorii VII. epistolas, Jaffé nr. 3935.

bilem, prudentem et religiosum; clerici vero Obertum de Helci, satis inferioris commendationis, elegerunt. Quae contentio terminanda fuit universalis pontificis iudicio. Pars igitur utraque Romam proficiscitur.

57. Pater Lambertus, duobus abbatibus secum comitantibus, fretus quoque litteris suae et meliori parti suffragantibus, Clementiae scilicet Flandrarum comitissae, Morini cum suo electo nuda voce armati ad Hugonem Dyensem¹, qui tunc clari nominis in ecclesia habebatur, pervenere. Cuius consilio ille electus Obertus reversus est. Pars vero utraque Romam pervenit. Abbates itaque causam suam in curia explicantes, citius sunt auditi et exauditi, quia litteris prefatae comitissae roborati — nam contumax eius iunior Robertus tunc Ierosolimis morabatur — et predicti Hugonis auctoritate animati domnique Anselmi archipresulis Cantuariensis, viri per cuncta laudabilis, quem Anglia expulsum a Willelmo Rufo ibique exulantem offenderant, auxilio confortati, citius impetravere ad quod venerant. Nec mora, pars adversa caput flexit nostrisque concessit. Quibus in id ipsum consentientibus, cum apostolicis munimentis Taruennam redeuntes, electionem omnium assensu² confirmavere electumque suum dominum Iohannem cum qua decebat honorificentia suo tempore consecratum, cum maximo populorum plausu ecclesiae Morinensi importavere anno Domini millesimo nonagesimo nono.

58. In qua quem qualemque se per continuos 30 annos exhibuit, littera non docet³, sed viva operum testimonia hodieque probant. Cuius memoriam in benedictione licet commendandam non suscepimus, illa illum in reaedificanda propria ecclesia, in acquirendis ecclesiae ornamentis, quae vel nulla vel pauca invenerat, et libris magno sumptu conscriptis, in propaganda religione per totam suam dyoccesim commendat. Nam apud Lo⁴, Eversham, Ypres regulares constituit [canonicos⁵], et suo tempore apud Broburg⁶, Gismes, Merchem sanctimonialia constitutae sunt. Nobis vero altare de Merchem, de Eggafridi-capella⁷, de Warnestun⁸, de Haveskerke⁹ sub cartarum allegatione et multa alia bona contulit.

59. Cuius viri probitas⁴ cum michi ex minima parte — multa enim fuerat — nota fuerit, in hoc admiranda et imitanda apparuit⁵, quod nunquam ab aliquo nec etiam ab adversario aliquando infamatur, quasi causa cupiditatis iudicium vel iusticiam subverterit; quo vitio adeo caruit, ut nullum nostri temporis hominem me vidisse recolam puriore. Vix enim alicui⁶ subditorum sibi zenia suscepit, sed etiam oblata sepius eum refutasse audivimus. Bannos vel emendationes de forisfactoris vix aliquando suscepit, cum alii prelati ambient⁷, anxie pelant, extorqueant et, cum non datur quantum volunt, insaniant. Discretus in iudiciis, ad hospites liberalis, pauperum recreator et secundum Deum et secundum seculum vitam duxit honorificam.

60.⁸ De interfectione Willelmi regis Angliae.

Cuius¹ regimonia anno 2, anno videlicet Verbi incarnati 1100. Robertus iunior Ierosolimis² cum multa militiae secularis laude armis ibidem acquisita rediit³, et Willelmus, prioris Willelmi regis Angliae filius, eodem anno a Waltero de Belram⁴ ex improviso⁵ interficitur. Qui cum rege venatu⁶ in saltum iens, dum sagitta cervum appeteret, eadem divinitus retorta, rex occiditur. Cuius interitus sanctae recordationis viro Hugoni abbati Cluniacensi est preostensus. Nam cum idem sanctus, iam etate et sanctitate propectus, et archipresul Cantuarie Anselmus, vir praeclari ingenii in divinis et in liberalibus, Cluniaci, quasi magna ecclesiae duo luminaria, morarentur, et abbas sciret archipresulem infestatione predicti regis Angliae cessasse, quadam die in parte sanctus sanctum duxit et, quod interisset rex, abbas pontifici prenuunciavit⁷; quod postea verum probatum est⁸.

a) consensu T. b) sic T.; deest c. c) Warnestun c. (?) T. d) proptas c. e) notanda fuerit T. f) alicuius T. g) ampliant corr. ambient c.; ampliant T. h) LIX. G. i) Huius regimonia T. k) a let. corr. manu rec. ap. T. l) in saltu venatum T. m) prenuunciavit c. n) fuit T.

50 1) Apostolicum legatum. 2) Simon Vitam auctore rard II, 22, p. 233. 6) Warneton, praef. Ypera; cf. Iohanne de Collemedio, AA. SS. Ian. II, p. 791 sqq., chartam Guérard II, 27, p. 238. 7) Haveskerke, nondum novit, quamvis iam composita fuisse videatur, praef. Hazebrouck. 8) Cf. Ann. Bland., quibuscum cum haec scriberet. 3) Loo, Eversham, praef. haec verba proxime conveniunt. 9) Tirel, Tirellus Furnes. 4) Bourbourg, Guines, Merchem. 5) Egg- eius cognomen apud alios scriptores est. 10) Cf. 55 gwaertschappelle, praef. Furnes; cf. chartam Gué- Vit. Hugonis auct. Hildeb. II, 14, AA. SS. Apr. III, p. 639.

61.^a De successore eius Henrico, fratre suo.

1100. Rege vero sagitta percusso, Henricus junior natus successit, Roberto primogenito tunc ab Ierosolimis redeunte et necdum Normanniam perveniente. Qui rediens ut eventum rei audivit, congregata pedum equitumque copiosa multitudo, adversus fratrem mare pertransiit, sed fratris prudenti consilio flexus, ei reconciliatus est. Henricus vero rex per-
1100. mansit. Qui postea in Normannia congressus cum fratre Roberto, eum cepit¹ et in captivitate usque ad obitum eius tenuit. Rex vero Henricus Anglia et Normannia potitur annis fere 35, quantum ad gloriam seculi omni prosperitate et ad commodum² utriusque populi.

62.^a His ita digestis, ad nostrum Iohannem Dei gratia Morinensem [presulem³] redeamus. Tanti itaque viri exemplo excitatus et de eius auxilio confidens abbas Lambertus, quod ante iam deliberavit, de ecclesiae suae correctione cogitavit. Cuius talis fuit accessus. Anno igitur dominiicae incarnationis 1101. gravi correptus infirmitate, nocte quartae dominicae adventus Domini capitulum fratrum intravit ac, prolixo sermone habito de regno Dei, de poenis inferni, se in fine sermonis graviter infirmari et de vita periclitari asseruit. Timensque sibi, quod fratres sibi⁴ commissos dissolute et indiscipline permisisset⁵ eatenus vivere, in verbo Dei et virtute Spiritus sancti eis interdixit, ne quilibet eorum quid proprietas⁶ haberet vel aliquid de⁷ reliquiis ciborum, quae ad elemosinam pertinebant, servientibus daret. Habebant enim pene singuli sibi servientes, quibus dabant quae pauperibus debebantur. Peculiare enim habere, dare sine licentia et accipere vel caeteris dissolutionis operibus incumbere, penes eos tunc temporis vix alicuius erat negligentiae. Ad insolitum ergo fratres concitati interdictum, exarserunt in eum sicut ignis in spinis et ignominiosis verbis defatigatum ad lectum ire coegerunt. Sed de infirmitate in brevi convalescens, ut rebelles compesceret, operam dedit. Signum tamen discordiae, quod eodem die inceptum est, manifeste apparuit.

63. Nam post sinaxim vespertinorum, cum fratres coenam expectarent, ecce ex impro-
viso ignis nonnullis fratribus de pistrino exire visus est. Quo attonitis fratribus huc illucque discurrentibus, scalas ad extinguendum ignem ascendunt. Sed fantasma, non ignis fuit; quod, turbatis omnibus, ilico disparuit, signum pretendens dissensionis et fraternae dispersionis.

64.^a Cum igitur aliquantulum temporis inter monachos et abbatem pertransisset in
huiusmodi dissensione, abbas comitem Robertum iuniorem per comitissam Clementiam et per nonnullos regni proceres convenit, ut ecclesiae Sancti Bertini de religione consulere-
et, ne qualibet in posterum incuria in monachis eadem religio deficeret, idem coenobium Cluniacensium ad substituendum abbatem subiceret. Quod dum¹ monachis veraciter com-
pertum est, per prepositum² et canonicos Sancti Audomari ecclesiaeque Taruannensis³
conveniunt, utrum verum esset quod audierunt de subiectione suorum suaeque ecclesiae, quod prius denegans, postremum verum asseruit; sed se id destructurum sacramentis promisit.

65.^a Hac promissione monachis suspensis, interim parabatur profectio ad papam Iohannis episcopi ecclesiae Morinensis, cum quo se abbas profecturum asseruit. Sed illi⁴ scientes nil esse quod pretendebat, interdixerunt ei tumultuose, ne iret. Profectus est tamen cum episcopo. Monachum, quem secum assumpsit, in quadam Cluniacensium cella sub custodia inclusit. Ipse vero Cluniaci remansit, professionem fecit, ordinem didicit. Episcopus usque Romam pervenit. Quo, perfecto negotio, Roma⁵ Taruannam sine abbate redeunte, seniores sanioris consilii, aliis dicentibus: 'Nolumus hunc regnare super nos',⁶ 45 legationem post eum miserunt, dicentes: 'Revertere in domum tuam'. Quo rennunte, secundo miserunt et reduxerunt.

66.^a Venienti pars conventus maxima debitam reverentiam noluerunt exhibere; pauci tamen ei obviam exire. In crastino cum convenerunt, si professus esset Cluniaci. Illo neque negante neque asserente, publice dixerunt, se illi nolle obedire, nisi negaret aut
assereret. Ille autem ab aspectibus se subripiens, clam convocatis militibus suis cum gladiis, illis ex improviso supervenit, rebelles cepit et in diversis ecclesiis⁷ dispersos inclusit.

a) LX. G. b) et admodum T. c) LXI. G. d) sic T. deest c. e) com. sibi T. f) prosperitatis T. g) deest c.
h) LXII. G. i) cum T. k) LXIII. G. l) a Roma Taruanna T. m) LXIV. G. n) ecclesiis c. 50

1) Cf. Ann. Bland. n. 1106. 2) Ernulfum.

67.^a Cluniacenses vero de diversis Cluniacensium monasteriis ex licentia pia memoriae Hugonis abbatis introduxit anno dominicae incarnationis 1101¹. Quibus introductis et regulariter vivere incipientibus, residui qui remanserant adeo rigorem disciplinae pertimerant, ut per diversas et externas regiones fuga lapsi dispergerentur; nonnulli etiam, pro dolor! absque habitu monachali² morerentur. Quod me tetigisse nulli displiceat; sed sciant posteri et caveant, quam multimoda pericula animarum quotque desolationes ecclesiarum scisma pariat inter monachos et discordia.

68.^o Non tamen Deus destituit hunc locum servitio divino; nam quaquaversum religione spirante, monachi de indisciplinatis coenobiis, milites sua relinquentes, clerici, rustici, pueri ad conversionem certatim currentes, multa donaria ecclesiae contulerunt. Crevit intus Dei cultus et monachorum numerus, exterius vero rerum copia, adeo ut, in brevi coadunatis plus quam 120 fratribus, omnibus bonis abundarent. Novitas enim et fervor religionis plurimos incitaverat; quos dum pater Lambertus non discernit dubie, recipit qui ei suisque in longum successoribus totique ecclesiae postea multum oneri fuere.

69.^a De concilio³ ab Urbano papa apud⁴ Clarum-montem celebrato et protectione christianorum contra paganos.

Cuius⁵ regimonia anno 1. ante ordinem inceptum, anno videlicet Verbi incarnati 1095, papa Urbanus secundus celebre omnibus seculis Avernis apud Clarum-montem concilium coadunavit; in quo generali decreto omni ordini, etati⁶, sexui, quibus Deus inspiraret, expeditionem contra paganos instituit, qui tunc temporis Ierosolimam occupaverant multumque terrae christianorum in Romania invaserant. Qua sanctione quasi divina admonitione cerneret totum mundum christianitatis contra paganos incitatum ad ultionem pro Deo inferuisse. Nobilitas terrae, omnes populi, principes, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus de sedibus suis migrant. Quibus bella Domini certatim preliantibus tanta⁷ Dominus ad laudem sui nominis et ad dilatationem christianitatis dicitur ostendisse, ut, si bellorum Domini tempore evenissent, hodie ad laudem Domini ecclesia non immerito recitasset. Nam captam Civitatem Sanctam ab ethnicis, his interfectis, christiani obtinuerunt anno dominicae incarnationis 1099. atque in ea, quae metropolis fuit Iudeorum, post Regem regum christiani constituerunt regem christianorum Godefridum Lotharingiae ducem egregium. Quo magnifice regnante, dum nonnulli non amplius ad seculi illecebras post tanta pericula, quae pro Deo sunt perpassi, deliberassent redire, consilio principum exercitus Dei⁸ templo Dei se sub hac regula devoverunt, ut seculo abrenunciantes, proprietate carentes, castimoniae vacantes, communem sub paupere⁹ habitu ducerent vitam, armis tantum contra insurgentium paganorum impetus ad terram defendendam uterentur, quando necessitas exigeret¹⁰. Quorum regula penes eos nota habetur. Haec de illa expeditione sat sit tetigisse, quia novi, quam plures volumina inde confecta conscripsisse.

70.^o De introductione ordinis ex hac ecclesia in vicinas ecclesias.

De Ierosolimis igitur scribendo Flandriam redeuntes, qualiter caeterae circumiacentes ecclesiae ad correctionem religionis sint coactae, succinctim commemoremus. Quae cum erga ecclesiam Sithiensem mixtim et livore et timore variarentur, nunc invidentes eisdem propectibus, nunc vero timentes, ne coacti involverentur similibus, sapientia Dei de correctione earum congruam adinventit oportunitatem, abbatum scilicet de hoc mundo vocationem aut intestinam fratrum disensionem.

71.^o De ecclesia Alciacensi.

Primo igitur Alciacensis¹¹ ecclesia pastore destituit proprio, magnae simplicitatis et innocentiae viro nomine Norberto¹². Cui coenobio cum pastorem providere debeat Sithiensis congregatio tam ex apostolica sanctione quam ex priscorum institutione, abbas Lambertus se totum suaque omnia Cluniacensibus indulgens, ex eis quendam Odonem nomine, virum religiosum, Alciacensi¹³ preposuit cenobio¹⁴. Quod, quia inconsulto abbate

50 a) LXV. G. b) monachali T. c) LXVI. G. d) LXVII. G. e) consilio T. f) penes T. g) Huius T. h) etatis e. 2. T. i) tantum e., tantum T. 2. k) deest T. l) paupertate T. m) LXVIII. G. n) LXIX. G. o) ita h. l. et nonnumquam e.

1) Hic annus pugnat cum iis quae supra e. 62. narrata sunt. — Cf. chartas Clementiae comitissae et regis titulum acceperat, exortus est. 3) Auchiles-Roberti II. comitis a. 1106, quibus monasterium Moines, praef. St. Pol. 4) A. 1101. scribit Joh.

55 S. Bertini Cluniacensibus subditur; Miraens, Op. dipl. II. Longus 40, 6. nescio an recte. p. 1147. 1150. 2) De ordine Templariorum sermo

Cluniacensi factum est, non cessisset ei in prosperum, nisi pro eo abbas Lamberti intercessisset suffragium. Per quem Cluniaci a suis in gratiam susceptus, ad regendam susceptam ecclesiam rediit. Ubi mox cum multa sit perpessus adversa ab adversariis sacrae religionis, illis fugientibus, viri timorati ad conversionem venerunt; per quos abbas idem coenobium fere per viginti annos et secundum regularem normam et secundum exteriorem abundantiam honestissime gubernavit.

72.^a De aeclesia Sancti Winnoci de Bergis.

Hoc ergo monasterio pulcre iuxta suum modulum in disciplina confirmato, divinae rationis usque ad mare se extendit propagatio, et in monte, qui antiquitus dicebatur mons Baal¹, in Sancti scilicet Winnoci² coenobio, campi heremi germinaverunt germen odoris Domini. Quae aeclesia de canonicis secularibus in monachos pridem mutata³, ab hoc Sithiensi coenobio tempore Roderici abbatis et monachicam mutuavit religionem. A quo tempore tanta confederabantur mutuae dilectionis familiaritate hae duae aeclesiae, ut par esset, unam corrigi ab altera.

73. Erat itaque ea tempestate in prefato monasterio Ingelbertus, vir altae nobilitatis secundum seculum, abbas, si sano introitu per ostium intrasset. Qui abbatizandi cupiditate illectus, Ermengerum abbatem suum, complicitibus non minoris culpa sibi adhibitis, iniuste accusavit; illique deposito⁴ succedens⁵, per annos fere . . .⁶ idem coenobium tenuit. Qui, imminente mortis articulo, publice confessus est, patrem suum a se iniuste accusatum et infamatum. Quo sepulto, conventus, legatione Romam missa⁷, decreto papae Ermen-¹⁰⁷⁸gerum diu depositum abbatem, ut iustum fuit, receperunt. Qui infra biduum⁸ profectae⁹ aetatis bonique testimonii obiit et meliorationem sui monasterii in manu Dei reliquit.

74.^a Bergenses vero novitate vitae veterem hominem nolentes deponere, de suis electionem animo obstinato fecere. Sed episcopus Iohannes cernens sic non oportere, cum viris prudentibus principi¹⁰ terrae innotuit, aeclesiam desolatam vita correctiori indigere,²⁵ de religiosis electum indisciplinatis abbatem constitui debere. Clementia nobilis comitissa hortatu patris Lamberti maritum¹¹ monachem¹² Robertum iuniorem ad hoc deflexit. Comes episcopo in hoc consensit; episcopus ad patrem Bertiniensium Lambertum de hoc respexit. Abbas super hoc priorem nostrum Ermetem constituendum decrevit¹³. Qui in aeclesia Sithiensi a puericia nutritus et eo tempore Cluniaci commorans, hinc otius revocatus est;³⁰ et indicto conventu, prefixo die comes, episcopus, pater Lambertus cum eodem Ermete fratribusque nostris ad ordinem servandum adhibitis Bergis affuere. Bergensibus itaque hinc illincque dispersis, tam episcopali auctoritate quam comitis potentia Ermes consecratus abbas coenobio Bergensi introducit. Diruta pene atque imperfecta invenit omnia. Accingitur in opus Dei; fervet intus religio, cuius virtus certo exterius clarescit indicio.³⁵ Convertuntur seculares, currunt ad vitam communem; quos quia abbas, ut homo, tantum in facie novit, quam plures ad religionem suscepit, quos postea totius religionis subversores et proprii honoris calidissimos expertus est insidiatores; quod suo in loco convenienter dicemus⁴⁰.

75.^a Interea Watineuses ad damnum Sithiensis aeclesiae molendina inter Vetus-mona-⁴⁰sterium et Watenes¹⁴ aedificare coeperunt. Quod audiens pater Lambertus ut leo infremuit, illosque constanter Taruennae coram episcopo Iohanne aggrediens, dum sensit eundem presulem egre sibi favere, quia eiusdem ordinis erant ipse et ipsi, ad comitem se convertit eiusque auctoritate inceptum opus cessare fecit et, ne inter Arkas et Boroburg¹⁵ aliquando fierent, nisi forte infra curtium ad usus fratrum fiant, molendina, eius privilegio confirmavit⁴⁵.

a) LXX. G. b) bis scr. c. c) deest littera initialis, loco vacuo relicto c. d) spatium vacuum c.; per aliquot annos idem T. e) misso c. f) sic T.; profecte c. g) LXXI. G. h) deest T. i) monachum T. k) LXXII. G. l) Broburg T.

1) i. e. Groen-Berg. GUER. 2) Bergh St. Winnoc monachus S. Agerici Virdunensis huic successit, deinde (Bergues), praef. Dänkirchen. 3) A. 1022. per Baldinum Barbatum comitem. Cf. Ioh. Longum 36, 2. 4) In synodo Pictaviensi ab Hugone Diensi legato; cf. Chron. Watin. c. 29; Ioh. Longum 38, 4; epist. Hugonis Diensis ad papam datam, Mansi, Conc. XX, p. 497: Abbas Bergensis ecclesiae de Flandria simoniacus comprobatus est et depositus. 5) Immo Manasses Jaffé, Reg. nr. 5123. 6) 31 annis Ingelbertus; cf. libros modo laudatos. 7) 31 annis Ioh. Longus 40, 6. 8) ex triennio supercivitate Ioh. Longus l. l. 9) Roberto II. comiti. 10) A. 1106; Gallia christ. V, p. 334. 11) c. 105. 12) Watten a St. Omer versus septentrionem. 13) Hoc non exstat, sed vide Calixti bullam Guérard II, 49, p. 262; 55 Jaffé, Reg. nr. 5123.

76.^a Postea vero, quod nemo se visurum putavit, multo sumptu molendina infra ambitum curtis aedificare coepit et contra opinionem omnium ad effectum, sicut hodie apparet, adduxit. Aqueductum nichilominus subterraneum ad commodum presentium et futurorum omnibus officinis induxit.

77. Capellam sanctae Mariae, infirmantium domum cum claustro, dormitorium, hospitium, duas turres in fronte monasterii, pavementum, pomeria et nonnulla alia ad usum fratrum in ea honorificentia, in qua hodieque cernuntur, aedificavit ad cultum Dei.

78. Campanas pene omnes, crucem auream preciosi operis, casulam operosi^b artificii cum quam pluribus ornamentis, scilicet casulis; cappis, dalmaticis, stolis, candelabris, textis auro et argento et preciosis lapidibus paratis, in thesauros Dei intulit.

79. Tabulam etiam auream preciosi operis, quae postea tempore Leonii^c abbatis in vadimonium posita, furata est, et duas tabulas argenteas cum ciborio, quae etiam tempore predicti Leonii^c [ablata^d fuere], in aeclesia posuit. Et insuper ipsam ecclesiam maxima ex parte plumbo tegi fecit.

80.^a Exterius vero feoda, quae antecessores eius minus inconsulte dederant, decimas a laicis possessas, villas, redditus, terras, silvas, quae vel negligenter amissa vel iniuste possidebantur, magna industria aeclesiae revocavit.

81. Susceptioni pauperum adeo devotus fuit, ut praeter eam liberalitatem humanitatis, quam diversis temporibus pauperibus exhibuit, tabulam altaris argenteam diebus famis ad egentium usus erogaret. Hospitalitati, quae usque ad id temporis egre impendebatur, tantam mentis alacritate incubuit, ut quod ille caritatis intuitu inceperat postmodum huic aeclesiae ad maximum gravamen a posteris pro debilo exigeretur. Fuit igitur munimento exteriori, intus vero vel utilitati vel ornaemento; acquisivit quae defuerant, pauca multiplicavit, minus decentia decoravit.

82. De dedicatione huius aeclesiae.

Quid tandem? Suo tempore Sithiense coenobium in superbiam posuit seculorum, a quo cecidit per insolentiam filiorum. Et, ne aliquod probitatis vestigium circa aeclesiam sibi commissam illum effugeret, dedicationem eius^e Kal. Maii instituit, coadunatis comite Roberto iuniore, Clementia comitissa cum primoribus pene omnibus totius Flandriae, ab episcopis Iohanne Taruane^g et Odone Cameracense^h anno dominicae incarnationis 1106. celebriter factam, astante ordinis diversi, sexus promiscui, aetatis ambiguae copiosa multitudine; cum dedicatio antiquioris aeclesiae fuerit circa Kal. Novembrisⁱ.

83.^a De Atrebatensi aeclesia.

Atrentenses^k ea tempestate per se potiebantur proprio presule Lambertum^l nomine. Nam antea ab obitu beati Vedasti plebs Cameracensis et Atrebatensis usque ad id temporis uno regebantur pontifice; sed propter discidium, quod tunc erat inter apostolicum sacerdotium et orientale imperium, ad diminuendam orientalis regis dignitatem ab apostolico Urbano secundo plebi Atrebatensi indulto privilegio^m confirmatum est proprioⁿ uti pontifice; sub quo in beati Vedasti aeclesia inter Henricum abbatem, sanctae simplicitatis virum, suosque monachos efferbit discordia, quae compescenda fuit disciplinari ferula.

84.^a Consuluit abbas Henricus patrem Lambertum. Ambo comitem Robertum conveniunt in unum, ut Sithienses mittantur Atrebatum. Ad quorum adventum trepidant Atrebatenses finguntque sibi mille timores, ubi non fuit timor, ceduntque venientibus, in brevi ad melius revocandi. Die itaque inter se constituta assunt in capitulo monarches, presul cum patre Lamberto, esuitante Sithiensium flore electo, silentioque premissis: 'Vobis', inquit episcopus, 'o fratres et monachi, ad exprobrationem cecitatis internae Balaam vesani prophetae brutum proponendum est subiugale. Quod mira Dei potentia ore disertio in articulata verba dirupit, priusque quam propheta angelum adversantem cum gladio, in via stantem, praevideat, cui, dum^o reverenter asina cessit, angelus presidenti prophetae misericorditer pepercit. Vos itaque non immerito comparandi estis non videnti divino, asinae vero comes laicus, qui, cum tot sustineat et tanta negotia solus, litteram non legit, sed per Dei gratiam interioribus luminibus apertis quae vestrae sunt salutis proficua sollicite atten-

a) LXXIII. G. b) sic T.; operose c. c) Leonis T. d) sic T.; haec des. c., loco decem fere litterarum tacuo rehelo. e) LXXIV. G. f) in capite ms. T. g) deest T. h) Novembris eras. et corr. Octobris T., ubi post add.: ut ex antiquis libris et breviariis invenitur. i) LXXV. G. k) Atrebatenses T. l) sic c. T. m) uti pont. pr. T. n) LXXVI. G. o) cum T.

1) Jaffé, Reg. nr. 4124; cf. ibid. nr. 4125—4127. 4130.

1109. dit vosque in via non bona aberrantes ad viam reducere nititur veritatis, cum vestris cotidie praeiaceat oculis et littera legalis et lectio prophetica cum gratia euangelica; quae cum legitis, aut non intelligitis, aut intellecta prorsus negligitis. Sicque^a perpaucis sermonem concludens, ad meliora torpentes animabat.

85.^b Anno igitur dominicae incarnationis 1109. ab Atrebatensibus susceptus est ordo 5 Cluniacensis. Sed fratres qui indignati exierant frustra inceptum bonum destruere nitentur. Nam Romam profecti, cellam Aspres dictam, aeclesie Sancti Vedasti appendicem, apostolica auctoritate sibi donari liberam poscebant, ut abbatem inibi ex suis preponerent. At vero consilio sapientiae conatum mutavere insipientiae; reversi namque ad suam aeclesiam, inceptae religioni concordem manus dedere.

86.^c De obitu Roberti.

1111. Anno incarnati Verbi 1111. Robertus iunior, regnante in Francia Ludovico, regis Philippi filio, in expeditione eiusdem regis positus^d, Cellis^e moritur. Cuius corpus rex idem cum multa^f procerum Francigenarum caterva Atrebatum transtulit ibidemque sepelivit. Filiusque eius Balduinus Flandris comes constituitur, vix puericiae etatem excedens. Quo 15 anno Aquicinenses inter se tumultuantes, abbatem suum^g deposuerunt et priorem Atrebatensem, monachum Sithiensem, Alvisum nomine sibi communi electione pastorem proposuerunt^h, virum per omnia industrium rem qualemcumque utcumque deducere ad effectum.

87.ⁱ De obitu Anselmi archiepiscopi et Hugonis Cluniacensis^j abbatis.

1109. Anno dominicae incarnationis 1109. vir apostolicus Cantuariensis archipresul Anselmus, speculum monachorum, et honorabilis Hugo abbas Cluniacensium occasu glorioso huic vitae sublato sunt. Quorum obitus abbati Affligemensium Fulgentio premonstratus est^k. Vidit enim in somnis quasi duos oculos mortuorum ab angelis in caelum deferri. Somnium 25 enim post laudabilem Deo et hominibus vitae conversationem, post profusam ingenii sui liberalitatem, post liberalem in divinis profunditatem, post nonnulla ab eo facta per Dominum^l miracula, ut thomus de vita eius conscriptus hodieque declarat, non obiit, sed ad Deum abiit. Cuius^m os mellitum, sancti Spiritus organum, dum fratres et filii prae nimia eiusⁿ dilectione condire balsamo de pixide episcopali prolato voluissent, tam modicum inventum est, ut vix faciei sanctae 30 ad condendum sufficeret. Quod subito tanta inter manus condientium exuberavit affluentia, ut totum sanctum corpus inde abundanter perangerent.

88.^o Quo mense Aprili migrante, abbas Hugo sanctae recordationis eodem anno praecedentem ad Deum subsequitur. Cuius obitus tali miraculo illi prenunciatur. Quidam^o rusticus, in proximo terram colens, prope se prae oculis vidit quasi quandam convantium^p 35 multitudinem transire. Quem dum unus ex transeuntibus interrogaret, cuius terra esset, respondit, sancti Petri Hugonisque abbatis Cluniacensis esse. 'Mea', inquit, 'terra est; meus est et abbas. Sed vade, dic ei, ut instet operi bono, quia finis vitae imminet ei de proximo'. Homo paruit, dictum non tacuit; mors in brevi event veramque visionem esse probavit. Unde coniectum est ab audientibus, huiusmodi mandato sanctum Petrum rusticum apparuisse 40 sanctique viri obitum praenuntiasse. Qui cuius sanctitatis fuerit, gesta vitae ipsius a nonnullis studiose conscripta satis declarant; quantave dignitatis praerogativa, quibus opibus^q, qua religionis excellentia intus et extrinsecus creverit sub eo Cluniacus per annos fere 60, quibus abbatizavit, memoria eius, quae in generatione et generationem benedicetur, in aeternum fixum habeat.

89.^r De successore eius Pontio.

Successit ei electione conventus tunc Cluniaci commorantis quidam Pontius etate juvenis. Hic cum monachus alterius esset aeclesiae^s, in iuventutis flore pro nobilitate sua

a) Sic T. b) LXXVII. G. c) LXXVIII. G. d) magna T. e) LXXIX. G. f) deest T. g) dñi c. T. h) LXXX. G. i) convantium T. j) operibus T. l) LXXXI. G.

l) Haec verba ad Ann. Bland. accedunt. Cum rego ex Vita Anselmi auct. Eadmero cap. VII. § 74. AA. SS. 50 comes contra castrum Dammartin profectus erat; cf. Apr. II. p. 593, sumta sunt, sed multo brevius et omnino Herim. Tornac. c. 20. 2) Chelles, praef. Meaux, super aliis verbis narrata. 7) Sequens fabella narrata est in Marne fl. 3) Robertum. 4) Cf. Sigeb. Auct. Aquic., Vita Hugonis auct. Hildeberto (AA. SS. Apr. III. p. 646) SS. VI. p. 395. 5) Cf. Visionem Fulgentii, SS. IX. et auct. Hugone (Bibl. Cluniae. p. 445); sed noster eam p. 417, quae ad verbum convenit cum Vita Hugonis ex memoria narrasse videtur, cum eius verba cum his 55 auct. Rainaldo r. 4. AA. SS. Apr. III. p. 653. 6) Haec minime congruant. 8) S. Martialis Lemovic.

a nonnullis episcopus electus, reclamantibus sapientioris consilii viris, ad Paschalem papam proficiscitur, eius auctoritate cupiens adipisci episcopalem dignitatem. Sed papa, intuens eum non esse aetatis huic dignitati convenientis multorumque audiens reclamationem, hunc secum aliquanto tempore detinuit alterumque concessit substitui episcopum. Postea vero hunc Cluniacum misit et abbati Hugoni venerabili attente commendavit. Cui, ut dixi, succedens, post paucos annos ordinationis suae peragratis superioribus monasteriis Hispaniae, Burgundiae, Franciae, Abbatis-villam¹ tandem devenit, cum iam ante adventum Domini Lamberto abbati mandaverit, se in Sithiu celebraturum pascha Domini. Quod quidam aliter retorquentes, dixerunt, hunc dixisse se curiam suam velle celebrare in ecclesia Sancti Bertini quasi in propria. Cluniacenses nobiscum tunc conversantes caeterisque principantes, levitate animi, eius adventu exhilarati, referebantur inter se dixisse, quod abbas Lambertus in presentia Cluniacensis debita reverentia et potestate privaretur, Cluniacensis deponeret quos vellet substitueretque et in cardinali abbatis sede staret ut abbas abbatum. Quod nostrates cum patre L[amberto] audientes, concidit vultus eorum.

90. Et ne adventus Cluniacensium nobis et illis magnum generaret excidium, abbas Lambertus latenter egit, ut comitissa Clementia — nam vir eiusdem Robertus iunior eodem anno obierat² — abbati Cluniacensi mandaret, non ei esse tunc oportunum ad aecclesiam Sancti Bertini venire, sed, si vellet, ad aecclesias caeteras Flandriae cum omni honorificentia suscipiendus veniret. Quo Cluniacenses³ mandato suscepto, coniectura non fallaci animadvertent, Sithiensium hoc factum consilio. Unde Cluniacensis Sithiensem conveniens abbatem, ita eum ab incepta libertatis defensione avertit, ut omnes Cluniacensibus resistentes Lambertus abbas haberet exosos.

91. Maior tamen pars conventus nullis terroribus nulloque timore ab intentione defensionis aecclesiae suae flectebatur; quapropter conveniebant frequenter et, qualiter se defendere possent, mutuo tractabant. Unde abbas commotus, priorem, cuius consilio ad hoc animabatur, Aquicincti exilio religavit. Cerneret unum eundemque virum, ut ita dicam, milies de una eademque mutasse animum. Hinc etenim timebat valde inferior cum fortioribus inire conflictum; idem vero metuebat, ne aecclesia a fundamentis libera sui causa sub Cluniacensi servitute perpetuum quantum ad seculum subiret improprium⁴. Filios enim huius lucis plus humana quam divina cauteriari ignominia⁵, cum in Deo unum sint liber et servus, barbarus et Scita.

92. Quid tandem? Turbatur tota Flandria, et ad libertatem defendendam Sithiensem anicula et trementi capite animatur. Audiens autem Cluniacensis terram conturbari, dirigit priorem Abbatis-villae cum aliis prudentibus ad abbatem Sithiu Lambertum, ut ei conductum querat a comitissa veniendi ad aecclesiam Sancti Bertini. Abbas vero volens satisfacere Cluniacensibus, cum responsalibus eorum ad comitissam proficiscitur. Nuncii cum abbate rogant domum, ut conductum det Cluniacensi Pontio ad aecclesiam Sancti Bertini veniendi, quasi ad propriam. Puer Balduinus⁶ cum matre et proceribus 'quasi ad propriam' egre tulerunt et eis se accipiendas inducias super hoc respondendi communi consilio censuerunt⁷. Reversi sunt nuncii absque effectu. Quorum famuli Sithiu a nostris valde deturpati et iniuriati sunt.

93. Postera vero die de omnibus se volens excusare abbas Lambertus, cum episcopo Iohanne et cum Gelduino, tunc apud nos incluso⁸, dudum abbate Aquicincti, ad Cluniacensem pervenit, satisfaciens ei de omnibus. Sed Cluniacensis omne ei pondus imponens, dixit se excusationem non accepturum, nisi priores Sithiensis coenobii postera die ad se Rumiliacum⁹ adduceret, eique ad removendam de caetero suspicionem professionem facerent. Quod si nollet facere, Cluniacenses, qui eatenus in Sithiu morabantur, sibi Rumiliacum adduceret.

94. Abbas Lambertus cum episcopo reversus ad nos, fratres quam plurimos in hoc ei assentientes induxit. Audivit itaque hoc castellanus Audomarcicola⁷ et statim ad adiutorium nostrum advenit, magna comminatione contradicens, ne quis nostrum tale praesumeret. Undique¹ frustratus abbas suo conamine, vocat Cluniacenses, qui tunc nobiscum erant, in-

a) eius T. b) sic T. (?); Cluniacensis a. c) LXXXII. G. d) supple re. e) imperium T. f) verbum aliquod deest. g) sic c. T. h) LXXXIII. T. i) Unde T.

55 1) Abbeville. 2) A. 1111, Oct. 5. 3) Filius Roberti II. comitis. 4) Cf. epist. Iohannis episc., Guérard II, 41, p. 252. 5) Cf. Auct. Aquic. a. 1109, SS. VI, p. 395. 6) Rombli, praef. Bèthune. 7) Wilhelmus I.

1112. dicatque eis Cluniacensis praeceptum. Preparansque eis quae necessaria erant, ascensis equis, eos Rumiliacum perduxit. Inde vero Cluniacensis transiens, usque Leons¹ pervenit.

95.^a Audiens vero, duos nostros monachos, qui Cluniaci iam antea professi erant, adhuc Atrebatum demorari, missis caballis, eos ad se vocavit. Abbas Lambertus, ut hoc audivit, turbatus, Atrebatum concitus venit et abbatem Aquicinensem, de quo supra memoravimus^{2, 5}, cum edito Morinensi ad Cluniacensem premitens, monet, ut illum conveniant ex sua parte, quatinus sibi reddat suos; si noluerit, eum appellet Romae coram papa de oppressione rationem redditurum. Factumque est ita. Appellatione igitur facta, Cluniacensis mitius ex consilio coepit agere, quia cognovit se gratiam Romanam tunc obscurius habere. Veniente igitur abbate nostro Leons, Cluniacenses cum eo nescio quid quasi amicabiliter proposuerunt. Sicque noster ad nos reversus, cum familiaribus suis coepit tractare, quo^b facto opus esset in tanto negotio, quia considerabat difficile Cluniacensibus posse resistere, sed difficiliter Flandrarum superbiam Burgundionum dominationem admittere.

96. Animatus itaque suorum consilio, Romam proficiscitur expositurus Romanae curiae Cluniacensium iniuriam. Cui fortuna tam laeta arrisit facie, ut quicquid postulavit absque¹⁵ ulla difficultate a papa Paschali iudicio totius Romanae curiae impetraret. Invenit enim eos adversus Cluniacenses commotos.

97.^o De consecratione Henrici imperatoris.

1111. Iam enim antea Henricus junior rex orientalis, qui Henrici regis Angliae filiam³ duxerat, patre mortuo, Romam cum exercitu maximo, apostolica benedictione in imperatorem²⁰ consecrandus, petiit. Nam eatenus, ut dixi superius⁴, inter apostolicum sacerdotium et regnum imperatorum scisma erat. Sed dum inter se convenire non possent, rex papam cum universis cardinalibus captum compulit, ut ei privilegium, quod privilegium⁴ postea unicum est privilegium, papa concederet, nullum episcopum consecrari nisi ex assensu regio⁵. Quo facto, consecravit eum. Hoc vero Cluniacenses detestantes, potius ex superbia²⁵ quam ex iusticia Romanis verba scripsere ignominiosa. Quibus irritati, Lamberto abbati indulerunt litteras⁶ et privilegium⁷, quibus quae facta sunt sive ab eodem abbate sive ab episcopo sive a comite contra libertatem Sithiensis ecclesiae omnia irrita fierent. His nuntius abbas et reversus cum gaudio, susceptus est a nobis cum tripudio, quibus non erat ultra de iterando labore suspicio. Sed frustra, quia adhuc viridi latuit anguis in herba^{8, 30}.

98.^a Pater vero Lambertus, ut sapiens, in die bonorum non immemor malorum, metuens Romanorum cupiditatem et inconstantiam, Cluniacensium vero in re perficienda plurimam constantiam, et sibi et posteris per multos quaesivit internuncios a Cluniacensibus pacis concordiam. Quam recusantes, cum abbate suo Pontio Romam proficiscuntur, non tam nostri causa quam pro recuperanda apostolica gratia. Qua vix reddita, dum abbas infra palatium³⁵ in quodam cenaculo residens cum suis tractaret de nobis, subito cenaculum cecidit et unum morte contrivit, alteriusque coxa ita contracta, ut ad hospicium manibus famulorum deportaretur; caeteri vix evaserunt⁹. Quod plerique pro miraculo habentes, dixerunt, sanctum Bertinum pro suis iniuriis illud deiecisse. Nilque ad votum consecuti, ne omnino rubore perfunderentur, litteras emunctorias utcumque adquirentes, quibus abbati Lamberto⁴⁰ precipiebatur, ut de professione Cluniaci facta responderet aut prefixo die se apostolicae presentaret praesentiae, reversi sunt Cluniacenses. Sed noster abbas auxilio Cononis legati Franciae et cardinalis, nobis valde amici et familiaris, has debilitavit litteras.

99.^a Videntes autem nostri adversarii se undique impares esse et a multis de improbitate sua sibi derogari, simulavere se concordiam suscipere velle. Cuius rei gratia pater⁴⁵ Lambertus cum Iohanne presule Cluniacum venerunt; factumque est, ut, cum illi, tempus redimentes, meliores expectarent dies, noster quoque abbas, si aliud non posset, pacem

a) LXXXIV. G. b) quod T. c) LXXXV. G. d) deest T. e) LXXXVI. G. f) LXXXVII. G.

1) Lens. 2) c. 86. 3) Mathildem. 4) c. 83. *nns disponente Domino*, in quo haec contineantur, datam a. D. 1113. Sed haec certe est = Jaffé 5) LL. II, p. 71; Jaffé nr. 4662. 6) Guérard II, 42, p. 253, datae Apr. 20 (aut a. 1114, aut 1115); Jaffé nr. 4724. 7) Cf. bullas Guérard II, 38 (1112, 1113), Gaufr. Vos. c. 18, Labbe, Nova Bibl. II, p. 299, qui a S. Martiali hoc confectum esse scribit. Ioh. Longus 40, 10, falso dicit: Iohannem Gaitanum cardinalem necatum, Pontii crus fractum esse. 8) Cf. Verg. Ecl. III, 93. 9) Cf. Ioh. Longus 40, 10, falso dicit: Iohannem Gaitanum cardinalem necatum, Pontii crus fractum esse. 55

tantum in diebus suis acquireret, fucata potius amicitia quam vera invicem reconciliarentur. Concessisque illi monachis quos prius habuit, ad nos cum favore adquisitae libertatis rediit; futurum, ut post eius obitum quae pacificata videbantur in chaos reverterentur antiquum. In vita tamen eius ecclesia in pristino statu permansit. Illo senio delabente*, omnia interius et exterius paulatim defecere.

100.^b De quodam miraculo sancti Audomari.

Quo tempore quidam clericus dixit se per beatum Audomarum a captivitate paganorum hoc modo liberatum. Quadam die christianorum atque gentilium congressione invicem facta, pagani superiores fuere, nonnullisque christicolis occisis, quibusdam etiam in captivitate ductis, clericus cum caeteris captus, in dominium cuiusdam primatis devenit; quidam comminationibus ad denegandam Christi fidem urgeretur, territus, subito ei in memoriam sanctus Audomarus incidit: eius meritum et sanctitatem Ierosolimis a nostratibus iam antea audierat. Quem, in tanta angustia coartatus, dum sibi adesse devote postulat, ilico in monachica veste inter circumstantium multitudinem invocanti, caeteris non videntibus, visibiliter astans sanctus Audomarus, compedibus eum solvens: 'Sequere', inquit, 'me'. Statimque eum sequens, extra oppidum venit, cunctis qui aderant eum abeuntem cernentibus, sed quod fugae intenderet non animadvertentibus. Quo extra oppidum posito, sanctus hunc reliquit. Moxque custodibus quasi de extasi mentis ad se reversis, dum fugisse intelligunt, cum magno strepitu insequuntur fugientem. Quos audiens insequentes, magis conturbatus, extra viam publicam paululum secedens, sub arbore contigua resedit hostesque suos et in via et extra videns discurrere et in se pedibus impingere, non est visus ab eis. Oculi enim illorum tenebantur, ne eum agnoscerent; cum ecce illi oranti sanctus Audomarus equo albo insidens et pontificalibus redimitus indumentis illi apparuit et, post se ascenderet, ammonuit. Ascendit ilico, boas¹ ferens in manibus. Quem in brevi multa pervolans terrae spacia sanctus deposuit, et quis esset, vel quid faciendum esset, vel quo pergeret, manifestis insinuavit indicibus. Cum catenis pervenit Ierosolimis, narrans omnibus, qualiter sit ereptus; et quia immensi ponderis vincula fuerant, ex uno anulo duos fecit et ad Sanctum Audomarum in Flandriam venit eosque in conspectu eius, cunctis ammirantibus, ante altare appendit.

101.^c De ecclesia Sancti Petri in Gandavo.

Anno Verbi incarnati 1117, ecclesia Sancti Petri in Gandavo, iam dudum tam regulari 1117. districtione quam liberalium artium nobilitata eruditione, adeo tunc temporis ab utroque pastorum incuria deciderat^d, ut imbi cerneret totius dissolutionis confluisse sentinam, per honorabilem virum Arnoldum eiusdem monasterii abbatem reilluminata est^e. Qui de nobilioribus totius Brabantiae oriundus, electione concordi fratrum in abbatem consecratur. Dum ab omnibus de religione desperaretur, coepit prudenter penes se tractare, vitulos indomitos, contra stimulum disciplinae semper recalcitrantes, sub iugo regularis normae aratro dominico non facile posse coaptari. Quod ut quomodo posset, patrem Lambertum consulit. Adeunt ambo Balduinum puerum et Clementiam matrem, qui Flandriis preerant, ut mergenti Petro et 'Salvum me fac' clamanti cum Domino manum extendant. 'Ne dubitetis', inquit, 'modicae fidei de nostro auxilio, quod, opitulante Deo, vobis in omnibus aderit tempore oportuno'. Sicque dispositis, quae necessaria erant itineri, praefixo die comes, Iohannes episcopus, pater Lambertus cum 12 suis fratribus Gandavum conveniunt, illis more foliorum frustra trementibus et adventui nostro³ cedentibus.

102.* Quorum adventum quidam eorum ex prioribus iam antea praenoscens, in somnis se vidisse testatus est quosdam incognitos in choro *Te Deum laudamus* ab initio usque ad finem cantantes et in fine uniuscuiusque versiculi sublimi voce adicientes: 'Sancte Bertine, kyrieleyson! Cuius visionis presagium futurorum praetendebat eventum; nam, beato opitulante Bertino, misertus est Dominus populo suo et hereditatem suam non despexit in Sancti Petri cenobio. Ubi adeo et tunc et postea fervor regularis incanduit, ut superexcelleret in religione omnes ecclesias, a quibus ea tempestate admissa est correctio. Quae et a cenobitis Sancti Bavonis, licet coactis, non multo post tempore suscepta et a nonnullis

a) delabente c. b) LXXXVIII. G. c) LXXXIX. G. d) deciderant c. e) XC. G.

1) id est ligamina pedum ferrea addit Tassart. 2) Cf. Ann. Bland. a. 1117. 3) Simon igitur unus fuit duodecim fratrum.

aliis Flandrarum monasteriis est incepta; sed ipso patre¹ pre infirmitate et senecta debilitato, coepit tepescere et pene usque in defectum languescere.

103.^a De ecclesia Sancti Remigii Remensis.

Correctis igitur prope cunctis totius monarchiae Flandrarum cœnobiis, ad Gallicanum coturnum humiliandum regularis extenditur ferula. In Remensi namque urbe metropoli-
tana aeccliam Sancti Remigii usque adeo interius dissolutio, exterius vero rerum neces-
sarium opperuit² desolatio, ut, cum non abbatiæ sed regni appellanda esset nomine, vix
paucis inibi degentibus sufficerent subsidia vitæ. Metropolitanus igitur et circumadiacen-
tium aeccliarum virorum prudentium consilio abbate³ eiusdem cœnobia sub honesta
1118 causa et quasi ex proprio assensu remoto, fratribus ex libera electione imminabat alium
substituere. Contione itaque facta, pater Lambertus cum caeteris et cum electis Sithien-
sium fratribus intererat, ad cuius nutum omnium intentio respiciebat. Qui, divina procul
dubio lactus gratia, Odonem abbatem Sanctorum Crispini et Crispiniani⁴ martyrum, virum
ad omnia sagacem et industrium, eis eligendum insinuavit⁵; hunc namque de Suessionensi
civitate Remis proficiscens secum adduxerat. Substitutus igitur, vellet nollet, ad onus im-
positum caneli euangelici similitudine genu cordis flectitur; et tanta instantia ad melio-
randa quæque intus et extra acingitur, ut contra opinionem omnium, multis adversitati-
bus undique concurrentibus et occurrentibus, aeccliam sibi commissam propemodum in-
signiorem cunctis Galliae cœnobiis in exteriorum rerum abundantia, in aedificiorum ad
usum hospitiū divitum et pauperum eleganti honorificentia, in proposito regularis fervore⁶
redderet et reverentia. Sic Flandria Gallis rivulos propinavit religionis.

104.^a De obitu Balduini comitis.

1118 Quo tempore Balduinus comes cum Willelmo, filio Roberti⁷, quem Henricus rex Angliæ
captum tenebat, in Normannia contra eundem regem cum exercitu profectus, a quodam
Brittone levi ictu vulneratur⁸. Qui dūlino languore correptus, monachus Sancti Bertini⁹
1119 in extremis¹⁰ efficitur et anno dominicæ incarnationis 1119, sine herede moritur¹¹ et in cœ-
nobia Sithiu, astante Karolo, eius successore, cum universa procerum multitudine et electo
Flandrarum flore, tumulatur, data pro eius anima 40 librarum herquaria. Cuius frater Wil-
lelmus, minor nati, antè patrem mortuus¹², Sithiu sepelitur¹³, a patre data parte cuiusdam
berquariae ad anniversarium pueri faciendum¹⁴. Karolus vero iure propinquitatis successit;
erat enim filius Canuti regis Daciae ex filia primogenita¹⁵ Roberti Frisonis et Gertrudis.

105.^a De depositione Hermetis abbatis Bergensis et successore eius
Thoma.

Quo principante, erga religionem exarsit diaboli invidia, et per quosdam virtutum
simulatores veritatem subvertere studens, inter Bergenses tali ordine semina submisit dis-
cordiæ. Abbas enim Ermes, dum coram fraterno colore fucatis sepe conquereretur de regi-
minis aggravatione nimia, seque onus velle deponere fateretur, nisi timeret de depositione
postea frustra poenitere, illi toxicato consilio suggesterunt, ut terminum paucorum dierum
præfigeret, infra quem depositionem abbatiæ sacramento super euangelium confirmaret,
ne spe amplius recuperandi honoris ad regimen anelaret. Credit tandem¹⁶ stultè versi-
1122 pellium persuasioni et, accepta stola, super euangelium iuravit quicquid iurandum illi
dictaverant; et statim se iurasse poenituit; accessitque Iohanne episcopo et abbate Lam-

a) XCI. G. b) apparuit c. T. c) abbatem c. d) XCI. G. e) XCIII. G. f) tamen T.

1) Lambertus. 2) Azenario, qui sedit a. 1109—1118. 3) Crespin le Grand (Suessionense). 4) Cf. Gallia christ. IX, p. 232. 307. 5) Ducis Normanniae. 6) Cf. Gallia præsertim. Herim. Tornac. c. 25. 26; Lamb. And. Geneal. com. Flandriae c. 9. SS. IX, p. 311; Walteri V. Karoli comitis c. 5. 6. SS. XII, p. 511. 7) Infra octo dies ante mortem, ut scribit Herim. l. l. 8) Die Iun. 17, in villa Roslaria moritur, ubi habitum monachalem acceperat, ut scribit Walterus et Lambertus l. l. 4. 9) A. 1109, ut scribit Ioh. Longus 40, 9; cf. Geneal. Bertin. Cont., SS. IX, p. 306. 10) Cf. chartam Balduini Guérard II, 45, p. 256: *Preterea vero, quia pater meus locum illum diligens, ordine ac religione ibidem instaurata, fratrem meum Guil-
telmum eodem in loco sepelivit etc.*; Lamb. Geneal. c. 8. 11) Chartae non exstant, sed vide Calixti II. papae privilegium a. 1119, Guérard II, 48, p. 261: *terram, quam comes Robertus pro remedio animae suae et filii sui Willelmi cobis dedit, similiter her-
quariam, quam comes Balduinus, qui in monasterio restra sepultus est, cobis dedit et quam Chrobus ei in comitatu succedens legali donatume concessit.* 12) Adela.

berto; se stulte egisse paenitendo fatetur. Sed frustra. Nam dum mediatores inter ipsos aliquod pacis medium componere vellent, monachi animo obstinato se nunquam periuro obedituros asserebant. Qui dum diffidunt de episcopo, comitem Karolum adeunt et pecunia inductum ad id quod postulant sibi conciliant; qui alias bonus, si contra avariciam sibi consulisset aliquantulum. Quo spondente auxilium, oritur inter abbatem et monachos lis et contentio; quae dum Taruennae finiri non poterat, Remis ad metropolitanam sedem causae fit appellatio. Quo dum tenderent, famulum Iohannis episcopi, quem pro ducatu ab ipso monachi acceperant, parentes ipsius abbatis Ermetis, illo nescio, interficiunt. Cuius morte offensus episcopus, animum ad opitulandum abbati subtrahit atque ad monachorum voluntatem implendam se totum erexit. Videns vero abbas se in omnibus inferiorem, loco cessit atque in quadam aeclesiola sancti Nichasii Remis usque ad obitum suum se inclusit. Episcopus vero quandam virum religiosum nomine Thomam, nuper ex preposito clericorum regularium monachum Sithiensem effectum, Bergensibus abbatem substituit; et eodem anno in depositione sancti Bertini omne illud coenobium ignis consumpsit¹ Dei satis evidenti iudicio, ut cuius monachum tam subdole tractaverunt, in eius festo omnibus aedificiis priarentur, quae ad usum illorum et commodum idem ipse, tam iniuste ab eis confusus, decenter et honorifice praeparaverat.

106.^a De egrotatione Lamberti abbatis.

Anno incarnati Verbi 1123. abbas Lambertus paralyti ex improvise percussus, adeo dissolvitur², ut, amissa loquela et media corporis parte debilitata, plus quam biennio, usque ad obitum scilicet, languesceret. Quo tempore cerneret omnia turbata et in antiquum chaos turbata velle reverti. Dispensatores exteriorum, quorum manus eatenus superabundaverat, causari de penuria, danda deficere, quae exigebantur iam persolvissae vel se non habere; intus disciplinae dissolutio, de substituendo abbate musitatio, ad abbatiae multorum inhiabat ambitio; magisque in hoc turbabantur, quia quidam fratres nostri, qui Cluniaci professionem fecerant, cum priore maiore in hac aeclesia tunc dominabantur.

107. De substitutione vicarii.

In magna igitur fluctuatione positi ad removendam suspicionem de Cluniacensibus et ad maiorem fratrum securitatem, consilio communi inito, decernunt cum episcopo³, vicarium abbatis Symonem⁴, postea abbatem, ad rem publicam gubernandam debere substitui. Quo facto, quidam Cluniacensium nobiscum commorantium indignati discessere, et vel odio invidentium vel ambitione ad honorem abbatiae aspirantium egerere, ut vicarius substitutus necdum anno finito deponeretur. Crederes deinde tanta inconstantia fluctuare monachos, ut milies crederes in die mutare animos. Sua quippe quaerentes, dum lubricis currunt gressibus, quid mirum si sine luce offendunt?

108.^a De electione et consecratione Iohannis abbatis

Sed quia tandem utcunque terminanda erat huiusmodi dissensio et permulta variantium instabilitas, coadunatis undecunque fratribus et comite⁵ cum presule⁶ accersito, ab ipso accepta licentia⁷, quendam Iohannem, persona honorabilem, lingua Theutonica disertum, nuper de canonico regulari monachum effectum, magno clamoris strepitu communiter eligunt, abbate Lamberto adhuc vivente et reclamante. Qui in vigilia assumptionis sanctae Mariae anno dominicae incarnationis 1124. consecratus, vix septennio abbatizavit.

109.^a De prima profectione eius Romam.

Et quia suspicio de infestatione Cluniacensium omnes, sed ipsum precipue decoquebat. remoto priore qui Cluniaci professus fuerat, paratis omnibus, Romam profectus, privilegium de libertate huius aeclesiae a Calixto papa, qui Gelasio successerat, acquisivit⁸ et cum omnium applausu reversus est atque susceptus⁹.

^a XCIV. G. ^b suppl. honorem GUER. vel dignitatem vel tale aliud verbum ^c littera initiali deest loco vacuo relicto

^d XCV. G. ^e deest T. ^f XCVII. G.

¹ Cf. Ann. Bland. a. 1022. ² Cf. ibid. a. 1022: inter monasteria Cluniacensia enumeratur. ³ Se. Lambertus abba S. Bertini paralyti dissolvitur. ⁴ quibus privilegium Calixti papae datum a. 1124, Off. 11. ⁵ Iohanne Morinensi. ⁶ Auctorem huius libri, ap. Guérard II, 98, p. 292, et aliud eiusdem papae de abbate Albiacensi ex conventu Sithiensi eligendo. ⁷ Karolo. ⁸ Iohanne. ⁹ Sed in privilegio Cluniacensibus dato a. 1120 (Jaffé nr. 4968) S. Bertini Jaffé nr. 5188, 5123.

112.^a De obitu Calixti papae et conspiratione monachorum adversus eum¹.

1124. Vix tribus post haec mensibus emensis, Calixtus, qui de Viennensi episcopo factus apo-
 Dec. stolicus et Clementiae comitissae^b germanus, moritur; successitque Honorius. Dumque
 1125. securitatem et prosperitatem sibi opinaretur affuturam, subito Sithienses levitate solita
 contra eum¹ conspirantes, eum deponere vi, non accusatione, nituntur. Sed praemunitus
 hominum suorum consilio, conspiratores captos per diversa coenobia dispersit. Ipse aeccle-
 siam de Lisgnege² cum appendiciis suis a Simone Tornacensi sibi acquisivit³.

115.^a De obitu Lamberti abbatis.

Cuius regiminis anno primo, anno vero incarnati⁴ Verbi 1125.⁴ pater Lambertus hoc
 Lae 23, 46. verbum ore frequentans in extremis: *In manus tuas commendo spiritum meum*, obiit et in
 1125. capella sanctae Mariae, quam ipse infirmis aedificaverat⁵, Iohanne episcopo⁶ exequalia⁷
 Jan. 22. administrante officia, sepelitur.

Epitaphium.

*Sic homo splendet quasi flos, velud herba virescit;
 Sed subito moritur, cinerescit; nec reperitur,
 Quod, Lamberte, satis pater ostendis pietatis,
 Haec cuius fossa brevis inclita contiget ossa.
 Sublimis sensu, doctrina, nomine, censu;
 Quem genus ornavit, facundia notificavit;
 At cinis ecce iaces. Obitum signate, sequaces,
 Dena Kalendarum quem lux rapuit Iuliarum!*

116. De quodam miraculo sancti Bertini.

Ea⁸ tempestate mulier quaedam de Lotharingia, vinclis ferreis brachia utraque habens
 pro paenitentia constricta, in hoc coenobio, multis astantibus, precibus sancti Bertini solvitur.

117.^a De interfectione Karoli comitis.

1127. Anno 1127, incarnati Verbi, octavo vero sui principatus anno, Karolus apud Brugis in
 Mart. quadragesima missam audiens, infra canonem orationibus instans, manum cum elemosina
 pauperi porrigens⁹, manu servorum suorum coram altari propter iusticiam occiditur. Cuius
 mortem portentuosae signa¹⁰ praecurrunt. Nam in dungionum fossis abundantia sanguinis
 emanans et a plerisque decoctus, intolerabilem foetorem de se reddidit, sanguinem qui effu-
 sus est in morte Karoli vel in ipsius ultione pretendens⁸ et foetorem proditiōnis quaqu-
 versus expandens.

118.¹ De ultione eius et successore Willelmo.

Quo occiso, Ludovicus rex in Flandria⁸ venit et, licet cum⁷ difficultate, successorem
 Karoli Willelmum, filium Roberti comitis Normannorum, quem Henricus rex tunc captum
 tenuit, Flandris preposuit et proditores¹ Karoli diversis tormentorum generibus, ut dignum
 erat, interemit. Demum tot clades, tot incendia, tot bella, tot perturbationes adversus
 Willelmum insurgunt, totque malis Flandria afficitur, ut tedeat dici vel scribi, quanto
 magis pati.

119.^a De Willelmo de Ypre.

Willelmus⁹ de Lo, ex concubina filius Philippi, fratris Roberti iunioris¹⁰, elevabatur, dicens:
 et. 3. Reg. 1, 5. Ego regnabo. Qui maximam partem populi sibi concilians, quaedam castra suae subdit
 ditioni. Quo cognito, rex cum Willelmo comite Ypres obviam vadit eumque captum vin-
 culis et carceri per aliquantulum temporis mancipavit. Sed postea ei prece suorum falso
 reconciliatus, idem Willelmus comiti sacramentum fidelitatis fecit, quod vix uno die servavit. 45

a) C. G. b) Flandrarum ins. T. c) XCVI. G. d) V. i. T. e) Marinarum ins. T. f) exequalia e. g) CHI. G.
 h) simo c. i) CIV. G. k) Flandriam T. l) Car. pr. T. m) CV. G.

1) i. e. Iohannem abbatem. 2) Lisseweghe, praef. 7) Cf. Galberti Pass. Karoli c. 15; Walteri
 Brugge. 3) Sequitur charta Simonis episcopi et 8) Eadem
 alia Karoli comitis, Guérard II, 101. 102. 4) Ann. 9) Eadem
 Bland. ad a. 1126, demum: *Lambertus abba S. Ber- fere verba in Ann. Bland. a. 1127.* 9) Sequentia
 tini obiit. 5) Supra c. 77. 6) Haec in Mirac. 10) Flandriae co-
 S. Bert. leguntur, nescio an hinc illo sumta an vice mitis, ut Tassart addit.

120.* De Arnol'do Dano.

Suscitavit adhuc ei Sathanas et alium adversarium, Arnol'dum scilicet, nepotem Karoli ex sorore eius primogenita¹. Dicebat enim se esse iure propinquitatis regni heredem. Qui ab Audomariolis susceptus, ex hoc monasterio sibi fecit munitionis castrum, unde rebel-
laret. Quo audito, comes Willelmus cum suis eum obsedit, nonnullis nitentibus ignem apponere². Sed, Deo nos adiuvente et comite, ne hoc quis presumeret, comminante, nil damni, sed magnam incurrimus infamiam; nam Iohannis abbatis consilio, qui forte tunc aberat, suspitione quorundam id factum perhibebatur. Arnol'dum tamen coegit tandem exire et ius totius Flandriae abiurare; sed necdum malorum finis.

121.* De Theoderico comite.

Videntes vero quidam Flandrarum proceres, comitem consilii Normannorum, qui ei pupillo eatenus adheserant, inniti, invidia ducti vel pecunia Henrici regis³ inducti, Theodericum, filium Theoderici ducis de Helsath, quem genuit ex Gertrude, filia Roberti Frisonis, vidua Henrici Bruselensis⁴, evocaverunt; et ei faventes, multa mala constituerunt in Flandria. Proditio namque, periurium, infidelitas, foederis prevaricatio a Flandris estimabatur eo tempore prudentia. Quid tandem? Post multa decem milia malorum cum valida manu armatorum in campo Hackespul⁵ Willelmus et Theodericus ad praelium conveniunt, fuga-
toque Theoderico cum suis, Willelmo cessit victoria; sed in brevi victoriae usus est laetitia.

122.* De interfectione et sepultura Willelmi comitis.

In castro namque Alst⁶ dicto Theodericum obsidens, cum iam immineret adversarium deditio, vulneratur⁷. Quo vulnere morti contiguus, monachus efficitur, et in Sithiu deportatus, ad caput Balduini⁸ comitis tumulatur⁹.

123.* De successore eius Theoderico.

Theodericus vero, multis ei resistentibus, totius Flandriae monarches appellatur; ad gubernandum agrestes mores, utpote his nunquam assuetus, valde impar. Nam, tacitis his quae in diversis locis, diversis temporibus, a diversis hostibus ingruerant mala, Willelmus de Lo ex castro Sclus¹⁰ dicto resistens, tot homicidiis, tot incendiis, tot rapinis, tot ecclesiasticarum villarum desolationibus adversus illum est debachatus, ut tempus retributionis malorum Flandrensium imminere videretur. Sed quia post tenebras speranda est lux, tam diros eventus laeti succedere successus.

124.* De obitu Suanehildis comitissae.

Uxor enim Theoderici comitis, pro qua ex cognatione consanguinitatis idem erat occulte¹¹, obiit¹². Post quam comitis Andegavensis¹³ filiam coniugem duxit nomine Sibillam, ex qua liberos utriusque sexus suscepit, cum ex priori uxore unicam tantum filiam¹⁴ habuerit, quam Iwanus de Alst¹⁵ postea sortitus est in coniugium. Willelmus quoque comiti quasi trabes in oculo gravis et odiosus, capto supradicto castro, de Flandria expulsus⁷ est in Angliam¹⁶. Accessit et tertius boni eventus.

125.* De obitu Clementiae comitissae.

Clementia namque, Roberti iunioris vidua, quae eatenus pene terciam partem Flandriae dotis loco tenuit, defuncta, comiti quaecumque habuit dereliquit. Quae adhuc vivens duas ecclesias sanctimonialium aedificavit in Broburg et apud Avednes¹⁷.

a) CVI. G. b) CVII. G. c) CVIII. G. d) CIX. G. e) CX. G. f) est exp. T. g) CXI. G.

1) Ingerta, uxore Folconis Sueonis. 2) Cf. Galberti Pass. c. 95. 97. 98. 3) Angliae. 4) Comitis Lovaniensis. 5) Die Jun. 21. — Axpoele prope Thiell. Cf. Carton, in 'Ann. de la soc. d'émulation de la Flandre occ.' (1844) Ser. 2. t. 2, p. 264 sqq. 6) Alost. 7) Die Jul. 27. 8) Hoc etiam apud Herim. Torn. c. 36. et Lamb. Geneal. Cont. 9) Tas-sart addit ante crucem, et porro: *Sed nunc temporis eorum sepulcra non apparent propter frequentem ecclesie inaltationem sive mutationem.* 10) L'Écluse, praef. Douai. 11) Locus obscurior quomodo intelligendus sit, certe nescio. Auctor Flandriae generosae inde fecit: *pro cuius consanguinitatis cognatione plurima febant mala.* 12) A. 1133. Chron. S. Bav. et Ioh. Longus ex Cont. Valcell. 13) Fulconis regis Ierosolimitani. 14) Lauretam. 15) A. 1140. secundum Chron. S. Bavonis (ex Siegb. Cont. Valcell.), ap. De Smet. Corp. chron. Flandr. I. p. 584. Cf. Gisleb. Hannon., SS. XXI, p. 509; falso Fl. gen. c. 32, maritos eius enumerat. Iwanus obiit a. 1144 (Ann. Bland.). 16) A. 1133. Ioh. Longus 42, 2. 17) Avesnes-le-Comte, praef. St. Pol.

126.^a De secunda profectione Iohannis abbatis Romam.

Cluniacenses vero patris Lamberti audientes obitum, rediviva importunitate nos pre-
 1125. venientes, Honorium papam statim in initio promotionis suae adeunt et privilegium de sibi
 subicienda Sithiensi aeclesia adquirent¹. Nuncii vero nostri post, sed tarde, venientes, nil
 libertatis antecessorum suorum nobis indultae impetrare poterunt. Sed per omnia Clunia-
 1130. censibus favens, litteris mandavit abbati Iohanni, quatinus infra quadraginta dies, visis lit-
 teris, Cluniacensibus professionem faceret². Qua attonitus iussione, secundo Romam petiit;
 munimenta libertatis Sithiensis aeclesiae curiae depublicavit, vixque obtinuit, ut dissi-
 dentes prefixo placitandi die in causam revocaret iudicioque cardinalium ventilatam deter-
 minaret.

127.^b De tertia eius profectione et dissensione Romani pontificii.

1129. Post circulum vero anni tertiā preparavit profectionem. In qua comitatus cum archi-
 episcopo Remensi³, Cluniacum cum suis pervenit, temptans, si aliquid pacis medium per
 archipresulem ibi posset invenire. Quo non invento, episcopus et abbas divisi ab invicem,
 diverso itinere Romam petierunt. Cui appropinquantes, fama promulgante, ad eos pervenit,
 1130. papam Honorium obisse, Romanos partes in electione fecisse, totam Romam turbari. Pene
 enim universa civitas, pars etiam magna cardinalium Petrum, Petri Leonis filium, eligentes,
 Anacleto appellaverunt; pars vero maior et melior curialium Gregorium presbiterum
 cardinalem ad titulum Sancti Archangeli papam constituentes, Innocentium nominaverunt.
 Qua dissensione lis utrimque exercetur et contentio, sanguinis effusio, homicidia, sanctorum
 20. locorum violatio, aeclesiarum omnium infra Urbem expoliatio. Nec minoris seviciae et
 cupiditatis exemplo ad confusionem totius aeclesiae inter utrumque decertatum est quam
 inter Pompeium et Caium Caesarem, ad desolationem totius Urbis et orbis. Remensis vero
 hoc audiens, de medio itinere reversus est; abbas autem noster Romam pervenit et in tali
 25. perturbatione omnes invenit. Auditoque prudentium sed non recepto consilio, ut cum pace
 rediens neutri parti faveret, donec terminata discordia esset, ab Anacleto, qui Cluniaci a
 puero monachus erat, privilegium aeclesiae Sithiensis impetravit. Unde Innocentius
 propter [hoc⁴] illum excommunicavit.

1131. 128. At Petrus Anacletus favorem et assensum Rogeri ducis Siciliae et Apuliae cum
 omnibus aeclesiis ditionis suae sibi concilians, a nonnullis videbatur posse prevalere. Inno-
 centius vero, sapienti usus consilio, Urbem exivit, Cluniacum pervenit, aeclesiam inibi
 consecravit; et postea Remis, pene tota sibi Latinitate favente, concilium sollemniter cele-
 bravit.

129.^c De obitu Iohannis episcopi.

Abbas Iohannes tercio Roma rediens, Iohannem piae memoriae Taruanensem episco-
 15. pum obisse invenit. Hic a puero feliciter vivere incipiens, felici progressu cotidie de
 1130. virtute in virtutem proficiens, ultimum diem felicissimo fine conclusit. Iamque mori inci-
 piens ornamentorum et librorum copiam, in quorum acquisitione devotus invigilaverat,
 Deo eiusque matri offerri super altare precepit⁵. Deinde omnia quae necessaria erant in
 usum ad exequias eius venientium, tam pauperum quam divitum, per dispensatorem pre-
 40. parari fecit⁶; post, qualiter defunctus debuisset indui vel ubi sepeliri vellet, sanissimo
 sensu ordinavit⁷; sicque divinis munitus sacramentis, anno incarnati Verbi 1130⁸, episco-
 patus vero sui 31, mundo quidem obiit, sed ad Deum in secula benedictum abiit.

130.^d De electione Balduini.

Quo sepulto, dum de substituendo ageretur presule, maxima popularis multitudo
 45. fratrem Theoderici comitis nomine Balduinum, adhuc infra aetatem [minorem⁹], conclama-
 verunt debere esse pontificem, ad tanti oneris et honoris fascem et fastum omnino impa-
 rem. Unde a metropolitano et a suffraganeis refutatus, per aliquantulum temporis in eadem
 aeclesia commorans, iusticiam requirentibus et negotia habentibus visus est respondere,
 50. sibi non faventibus mala inferens et peiora inferre intentans.

a) CXII. G. b) CXIII. G. c) sic T.; deest c. d) CXIV. G. e) CXV. G. f) sic T.; deest c.; plures voces inter-
 cidiae videntur.

1) V. Honorii epistolae Jaffé nr. 5201. 5202. 2) Im- 3) Rainaldo II. 4) Cf. Vit. Iohannis c. 7, § 28,
 pressae sunt Bull. Clun. p. 41; SS. rer. Gall. XV, p. 263 AA. SS. Ian. II, p. 800. 5) Ib. § 29. 6) Die
 [sine anno]; Jaffé nr. 5204, qui eas a. 1125. adscribit. Ian. 27; ib. § 37. 55

131.^a De electione et consecratione Milonis episcopi.

Sed cum Remensis archipresul¹ Taruaniensibus praeciperet, ut iterato insimul conuenientes personam dignam et episcopatus idoneam canonicè eligerent, nec illi pro timore comitis vel Balduini Taruanae ad hoc conuenire presumerent, Remis convocatis duobus archidiaconibus, nonnullis etiam, sed admodum paucis clericis, eorum electione Milonem quendam clericum ex domni Norberti tunc nova institutione² Morinensi aeccliesiae consecrauit episcopum anno Verbi incarnati 1130^a.³

132.^a De depositione Iohannis abbatis.

Iohannes tamen priori electo⁴ obstinato inherens animo et Petro Romae presidenti consentiens, dum arundineo baculo innititur, perforata manu eius, parti deteriori fit proclivior et cadit cum cadentibus, de casu non amplius resurrecturus. Nam non multo post litterae venerunt apostolicae, quibus interdictum est, ne monachi eum pro abbate recognoscerent nec ei obedientiam exhiberent. His ergo commotus, portitorem litterarum et fecitatorem publice in aeccliesia manibus famulorum aggreditur et, verberibus illo affecto, quasi de iniuria ultus, statim egreditur, et redditus de aeccliesia illius anni sibi usurpans, Romam ad Petrum proficiscitur.

ADDITAMENTUM.

133.^a De successore eius Symone.

Bertinienses⁵ vero, accepta a metropolitano licentia, quendam a puero nutritum in eodem coenobio nomine Symonem, virum religiosum, nobilem et bene litteratum, sed impletioris linguae, substituerunt. Qui dum tempore Lamberti abbatis, iussu eiusdem patris per nonnulla coenobia Flandriae ordinem correxisset, etiam eidem infirmanti vicarius huius loci substitutus est. Postmodum quoque tempore Iohannis abbatis post Odonem venerabilem Alchiacensem abbatem eidem loco abbas subrogatus est et per Iohannem Morinensem episcopum consecratus. Quam aeccliesiam cum per 4 fere annos strenue gubernasset, post recessum predicti Iohannis electione communi huius loci monachorum, per Milonem episcopum huc adductus est [anno⁶ 1131.] et in sede principali abbatis sollempniter collocatus; sed vix quinquennio post haec abbatizavit.

Sithienses⁶ vero perterriti litteris apostolicis⁷, quibus preceptum est, ut, remoto predicto Symone, abbatem Cluniacensem eligerent consilio, cum Milone episcopo Romam profecti sunt, iam Remis celebrato concilio ab eodem papa Innocentio et a Gallis Romam reverso. A quo licentiam liberae electionis secundum regulam sancti Benedicti et secundum morem antiquorum vix emungendo impetrantes, reversi sunt et de electione cum caeteris tractare coeperunt. Sed dum diverso spiritu in diversa trahentes, per multos variarentur, tredecim mensium sine abbate transiit spacium, nobis nunc illum nunc istum usque ad sextum eligentibus.

LIBER³ III.

1. De Leonio abbate.

Tandem Deo inspirante virorumque prudentium consilio suffragante, placuit nobis⁸ super vitulum novellum cornua producentem et ungulas, domnum videlicet Leonium Lobiensem⁹ abbatem¹⁰. Qui ex nobilioribus Furnensis populi originem ducens¹⁰, curialiter

a) CXVI. G. b) ordinis Praemonstrati add. T. c) MC. tricesimo primo T. d) CXVII. G. e) CXVIII. G. f) post in marg. suppl. c. g) manus s. XVI. hic praescripsit: Liber tertius domini Simonis abbatis in cod., ubi ante haec una et dimidia pagina vacuae relictas sunt, aut relationi de Simone abbate supplenda — nam lacunam hic hanc facile intelligitur —, aut indicii caput inscribendo; quod si rectum esset, haec ad Librum III. cum nota s. XVI. referenda essent. h) L. III. des. c. i) Lobiensem T.

1) Rainaldus. 2) Abbatem S. Iadoci in Nemore Coll. Baluz. t. 86, f. 166. Sic nobis retulit V. Cl. (St. Josse-aux-Bois) ord. Praemonstr.; cf. Cont. S. Löwenfeld. 3) Ioh. Longus 42, 3. narrat, Simonem statim post abbatiam dimissam Gandavum cecisse, sed hoc ex c. 16. tantum effecisse videtur; cum ex hoc loco patet, eum aliquandiu in monasterio remansisse. 4) Cf. Ann. Laub., SS. IV, p. 22, ad a. 1137: Hoc anno dominus Leonius abbas ad ecclesiam S. Bertini transfertur; Gesta abb. Lob. c. 24, SS. XXI, p. 327. 5) Cf. Mirac. S. Bert. de ecclesia ab eo, cum abbas Lobiensis esset, in Cluniacensi de eorum abbatia investito obedienti. territorio Furnensi aedificata.

educatus et curialibus moribus instructus, patri ac patris officio iam adultus perfungitur. Hi namque secretorum curialium consiliis et negotiis assidui, elemosinam comitum, Flaudensium ad usus pauperum Christi administrarant.

2. A quorum mundiali consuetudine mente degenerans, cum 22^a esset annorum, curiam cum mundo despiciens et Christi pauperes Christo relinquens, Aquicincti monachus efficitur sub venerabili Alviso, qui de monacho Sithiensi abbas Aquicinctensis¹ et de abbate factus est post beatum Vedastum tercius episcopus Atrebatensis². Sed cum ea tempestate, zelo Dei et virorum religiosorum studio ferventi, Gallicanae aeclesiae de dissolutione ad normam converterentur regularis disciplinae, idem episcopus iam dudum sentiens prefatum Leonium regularis temperie tyrocinii disciplinabiliter morigeratum, animadvertit hunc monasteriali regimonia perutilem et idoneum.

3.^b De aeclesia Lobiensi.

Sicque eius suffragante consilio^c archipresul Remensis³ Lobiensi hunc praefecit coenobio⁴. Quod⁵ a beato Ursmaro Leodicensi pontifice fundatum et liberali munificentia chisticolarum adeo est ditatum, ut tunc temporis insignius totius Leodicensis et Cameracensis diocesis celebraretur aeclesiis. Apostolica quoque tanta honoratum est prerogativa, ut abbates eiusdem cenobii in celebratione missarum pontificalibus uterentur indumentis vicesque pontificis agerent in Leodicensi aeclesia, quando id exigebat episcopalis absentia. ¹⁵ ~~Posteriora~~ nichilominus eiusdem aeclesiae ad similitudinem dispensationis^d mensae Salomonis^e ita erant ordinata, ut 12 praepositi singuli singulis mensibus anni administrarent omnia quae ad victum inibi servantibus et hospitibus supervenientibus erant necessaria. Verum tantae divitiae ad tantam magnitudinem paupertatis pervenerunt et inopiae, ut vix fratribus sufficerent subsidia vitae. Accingitur itaque ille novus ad opus Dei; curtes desolatas restaurat, ad culturam terrae eatenus neglectam congrua instrumenta et animalia preparat, intus et exterius diruta reaedificat, incomposita disciplinabiliter componit et ornat, hostes imminentes aeclesiae turbat et exturbat, adeoque in brevi in cultu religionis et in abundantia rei proficit exterioris, ut, coadunatis plus quam 70 fratribus, omnia administraret sufficientia.

4.^e De electione Leonii abbatis.

1137. Hunc igitur fideles Sithiensi aeclesiae censuerunt prudenti^f consilio transferendum³⁰ et contra impetum Cluniacensium ad enervandam eorum superbiam opponendum. Communiter ergo eligitur, honorabiliter adducitur, sollemniter suscipitur, prudenter cunctis, Deo gratias! praeficitur.

5.^g De prima profectioe eius Romam.

1138. Vixque unius anni spacio transeunte, Cluniacensi importunitate pulsatur, litteris apostolicis ad causam evocatur; praeparatis omnibus, cum episcopo Atrebatensi domino Alviso Nov. 11. Romam proficiscitur. Adventum Cluniacensis a depositione sancti Martini usque in mediam 1139. quadragesimam, quando generale celebrandum erat concilium, patienter prestolatur. Quo Apr. temporis spacio tum^h colloquii affabilitateⁱ, tum conversationis familiaritate, tum servicii assidua liberalitate apostolicam totiusque curiae acquisivit gratiam.

6.^h De reddita libertate huic ecclesiae.

Tandem venit dies Egyptiaci periculi. Lis utrinque conseritur, antiquiora et correctoria mediis opponuntur privilegia. Nam nostra Cluniacensium munimentis erant antiquiora, et post illorum nostra successerunt correctoria, quae adversariorum cassarent interposita privilegia^j. Cluniacensis^k quidem voluit obtinere privilegiorum ostensione sola, Sithiensi⁴⁵ vero iudicio et iusticia. At papa^l, acceptis dissidentium privilegii, per continuos 10 dies ea retinuit, et sagaciter cum cardinalibus tractans, quae praestantiori iusticia praevalere deberent, diligenter inspexit, nostrisque Cluniacensium munimenta cassari deprehendit. Sic itaque a nostris tota curia informans iudicium, liberam omnino a Cluniacensi subiectione Sithiensem aeclesiam cum abbate publico iudicio definivit^m.

^a viginti quatuor T. ^b II. G. ^c auxilio T. ^d sic T.; despens. c. ^e III. G. ^f prudenti corr. prudenti manu s. XII. c. ^g IV. G. ^h cum T. ⁱ deest T. ^j V. G. ^k privilegia T. ^l m) definivit T.

¹ A. 1111—1131. ² A. 1131—1147. ³ Rainaldus. Eadem fere leguntur G. abb. Lob. c. 18. ⁴ Petrus A. 1131, Ann. Laub. l. l. ⁵ De sequentibus abbas. ⁶ Innocentius. Cf. Gesta abb. Lob. c. 18—23. ⁷ Cf. 3. Reg. 4. 7.

7.^a De reditu eius.

Sed ne viri religiosi detrahentium invidia malo discordiae denotarentur, dominus papa 1139.
dissidentes abbates in osculo pacis reconciliavit. A quo abbas noster¹, indulto sibi de liber-
tate privilegio, auctoritate apostolica et cardinalium manu subscriptione confirmato et hor-
ribili excommunicatione munito, cum omni prosperitate gaudens et exultans susceptus a
nobis, repedavit. Litteras insuper secum detulit apostolicas, quibus intimatum est metro-
politano et suffraganeis, comiti et primoribus, clero et populo, minime et maioribus omnia
quae et qualiter facta sunt².

10.^b De secunda eius profectione Romam.

10 Et ne securitas pareret negligentiam, defuncto papa Innocentio secundo, Romam 1143.
petiit et a Celestino secundo privilegium impetrans, dignitatem libertatis nostrae renovavit
et reconfirmavit³.

13. De tertia eius profectione Romam.

13 Et ne amplius spes recuperandi Cluniacensibus aspiraret, tempore Eugenii terti tunc 1145.
15 Urbem petiit et privilegium eius privilegiis de olim recuperata libertate adiecit. Sic vir
sagax et prudens successoribus suis in posterum praevidit, ut nec multis expensis sumptuum
nec difficultate itineris nec ab incepto deterri posset labore corporis, quatinus aeclesiam
in pace relinqueret, quam omnino turbatam invenit⁴.

15 Haec quae per sexaginta annos me recole veraciter vidisse vel a veracibus audisse
20 de successibus et diversis discordiae excessibus Sithiensis aeclesiae, de Flandrensium
comitum successione et subiectae gentis inter se varia dissensione, summatim me tetigisse
lector equanimitè ferat; et quid morbus intestinae dissensionis in coenobiis inter abbates
et monachos, in aeclesiis inter praesules et clericos, in monarchiis inter comites et popu-
los, in regnis inter reges et duces, ad destructionem totius boni parere soleat, diligenter
25 animadvertat et caveat.

ADDITAMENTUM.

16. De obitu Symonis abbatis.

Anno Verbi incarnati 1148. Symon, quondam abbas huius loci, qui etiam haec omnia
a tempore domni Roderici abbatis conscripsit atque dictavit, de Gaidavo huc regressus et
30 hic infirmatus, obiit; sepultusque est in cimiterio iuxta rotundam beatae Mariae capellam
2. Nonas Februarii cum omnium fratrum lamentatione et luctu⁵. 1148.
Febr. 4.

Epitaphium.

*Abbas sacratus, virtute vigens monachus,
Celo translatus, Symon iacet hic tumulatus,
Quarta dies Februi quem pace fovet requiei.*

CONTINUATIO.

[1.]

1.^o Anno incarnati Verbi 1145, tercio vero ante obitum venerabilis viri Symonis, huius 1145.
loci quondam abbatis, qui a tempore Roderici abbatis usque huc gesta abbatum erudito, ut
40 apparet, descripsit stilo, visa est commeta; et in continenti Edessa civitas christianorum,
que et Rotasia dicitur, capta est a paganis, et in ea archiepiscopus cum omni clero suo et
plurimi de populo diversis occisionibus¹ interfecti, martires, ut credi debet, Deo² conse-
crati sunt.

2. Adversus gentiles igitur accinguntur reges et principes, nobiles et ignobiles, senes 1147.
45 et iuvenes, et anno dominice incarnationis 1147. pars maior dignitate et numero per

a) VI. G. b) IX. G. c) omnimodo T. d) hic desinit manus secunda; epitaphium alio, sed coevis manu add. r.
e) deest c. f) in rasura c. g) superscr. r.

1) Constructionem verborum sic initam post non quotur bullae Celestini papae, data a. 1144, Ian. 19,
prosequitur. 2) Sequuntur bulla Innocentii papae Jaffe nr. 6008, et Lucii papae, data 1144, Mai 26,
50 iudicialia et epistola, de qua hic dictum est, utraque Jaffe nr. 6082. 3) Sequitur laudata bulla Eugenii
papae, data 1145, Apr. 25, ap. Morand, App. p. 66.

1147. terram iter arripiens, per Hungariam et Constantinopolim ad subventionem Iherosolimitane terre proficiscitur. Pars altera navali^a prelio Saracenos, qui magnam Hispanie partem occupaverant, aggressa, Olisiponam, munitissimam Hispanie civitatem, cum magno labore et plurima utrorumque strage capit et, debellatis Turcis, liberam christianis relinquit. Illorum qui per terram profecti sunt duces precipui fuerunt: Conradus imperator Romanorum,⁵ Ludowicus rex Francorum et comes Flandrie Theodericus; et cum eis multi alii clerici et laici de utroque regno electi. Qui tamen parum vel nichil profecerunt; quia Deus, qui non
 Pr. 148, 16. in fortitudine equi voluntatem habet, nec in tybiis viri beneplacitum est ei, ut creditur, non erat cum eis; qui etiam terram illam miraculis potius quam viribus contra paganos defendere et ab eis ablatam nobis semper consuevit restituere. Multi enim eorum a Turcis 10 capti et occisi sunt, plurimi vero fame, pestilentia et labore consumpti. Ceteri vero, qui evadere potuerunt, diversa maceracione afflicti repatriaverunt.

3. Fuit in hac protectione Alvisus Atrebatensis episcopus et monachus huius loci, et abbas noster Leonius¹; sed Alvisio episcopo apud Philippopolim, Grecia^b urbem, non sine magno Francorum et Flandrensium merore in Domino requiescente², predictus Leonius 15 magne exercitus parti in celebrationibus missarum et secretis consiliis animarum prefuit; et tam in itinere quam in terra Iherosolimitana, religiosa conversatione commendandus, regibus et principibus merito gratus et amabilis extitit; et, peracta peregrinatione, repatrians, pallia et sericas vestes et alia ornamenta ecclesie non minoris precii, quam pecunia, quam secum Iherosolimam proficiscens tulerat, fuit, retulit.²⁰

4. Quod ideo dico, quia, cum idem abbas iam profectus esset, orta est inter fratres super solutione^c pecunie quam secum portaverat miserabilis seditio. At^d primo verbis, et hominibus et in derisum omni populo. Accurrunt itaque ad hoc sedandum cum burgen-
 et 1. Cor. 1, 8. sibus foedati^e ecclesie laici, et consilio prioris et fratrum sanioris consilii seditiosiores per 25 vim expellunt. De quibus traditi sunt quidam Sathane in eternum interitum, ad monasterium denuo nunquam^f reversuri; alii, et si quidem reversi sunt, tanti criminis nota nunquam caruerunt. Sedata aliquantulum seditione, distrahuntur thesauri ecclesie; cyboria et loculi sanctorum, ablato auro et argento, denudantur; sed parvum vel nullum inde sensit ecclesia emolumentum, quia non erat tunc rex in Israel, et propter absentiam abbatis unus-
 30 quisque prout sibi placitum erat agebat³. Hec ad cautelam summatim tetigimus, ut discatis, quam grave sit dispendium religioni dissensio, per quam pax et caritas confunditur, et de qua omnis iniquitas nascitur et propagatur.

5. Verum ut ad propositum nostrum revertamur, cum predictus abbas, ut dictum est, redisset, omnem fomitem odii et discordie penitus extinguere et, si quid de facultate pos-
 35 sessionum exterius et de observatione vel rigore ordinis interius deperierat, totis nisibus studebat revocare, restaurare et revocare⁴. Sed quia sanctorum summus est negatum stare diu, paucis post hec evolutis annis, ignis prorumpens de parvo tugurio ex occidentali parte Sancti Audomari medietatem fere castri et totum monasterium nostrum cum omnibus pene officinis miserabiliter incineravit, anno scilicet Domini 1152. Quod eo magis tremendum
 40 fuit, quia hoc in nocte depositionis beati patris nostri Bertini contigit⁵. Et cum sciamus, quod iudicia Dei semper iusta sint, licet multociens occulta, hec peccatis nostris imputemus, commones tam nostros professos quam advenientes extraneos, ut, qualiter festis sanctorum interesse debeant, considerent, scientes se ad mensam divitis accessisse, et qua-
 45 lia de memoria sanctorum percipiunt, talia de se Deo sanctisque eius debere fercula preparare, et non in commensationibus et ebrietatibus, in dissolutione et voluptate, sed^h in psalmis et lectionibus, in honestate morum et spirituali edificatione diem sollempnem oportere celebrare. Ut enim ostenderetur utrosque in talibus graviter deliquisse, congregatis
 50 12ⁱ aut amplius abbatibus et innumerabili monachorum multitudine, media nocte, dum ad vigiliis stare deberent⁵, irruiit super eos repente ignis in furore Domini, quos invenit

^a) navari c. ^b) polim Greece u. in rasura c. ^c) solutione c. ^d) Ad c. ^e) foedati T. ^f) superact. c. ^g) sic c.; fori. renovato scribere voluit; primum revoc. om. T. ^h) sequentia alio atramento scripta c. ⁱ) XII. a. a. in rasura c.

1) Cf. Gesta abb. Lob. c. 25, SS. XXI, p. 329. dicuntur Gesta abb. Lob. l. I. 4) Cf. Sigeb. Auct. 2) A. 1147, Oct. 9; cf. Ann. Aquic., SS. XVI, p. 304; et Cont. Aquic., SS. VI, p. 396. 407; Ann. Bland. Cont. Praemonstr. ad a. 1148; Odon. de Deogilo, a. 1153, SS. V, p. 29; Flandr. gener. c. 34, SS. IX, 55 SS. XXXVI, p. 64. 3) De Lamberto abbate Lo- p. 325. 5) dum matutinorum sollempnia agerentur biensi sibi abbate constituendo Bertinienses cogitasse Auct. Aquic. l. I.

amplius copia vini et ciborum superfluitate repletos quam gratia Spiritus sancti et caritatis latitudine roboratos. Disperguntur statim singuli tanquam oves superveniente lupo, et quot capita tot ibi fuere diverticula. Et ille quidem cappam, ille tunicam, alius frenum vel sellam amisit. Eratque in tanta multitudine paucos inveniri, qui de integra rerum suarum conservatione possent gloriari. Convertitur itaque dies festus in merorem et tristiciam; cunctique prudentes poterant evidenter^a intelligere, quam sit horrendum in manus Dei viventis incidere. Cum itaque pro tristi eventu omnes dolor et stupor invasisset, abbas tamen tanquam vir prudens hoc specialiter peccatis suis imputans^b, plus ceteris dolebat, quia iam in senium vergens, cum post tot labores et itinerum fatigationes ut emeritus requiem sperare deberet, in laberintum, nisi fune Dei educatur, inextricabilem se devenisse considerabat. Nec tamen inter adversa desperans, quid facto opus sit, habito cum amicis et viris prudentibus consilio, tractare cepit; et primo quidem per abbatias conventum dispergit. Deinde ad tanti excidii dampnum recuperandum se accingens, que de edificiis deiecta erant erigere et que angusta amplificare, que vero minus pulchra et religioni idonea erant studebat decorare et instaurare. Dei enim comitante adiutorio, multi de suis elemosinis operantem iuvare ceperunt, et precipue vir nobilis Willelmus de Ypra, filius Philippi, fratris R[oberti] comitis^c, qui plus quam Yram^d rex Tyri non solum in incisione marmorum, lapidum et lignorum Salomonem nostrum iuivit^e, sed etiam in auro, argento, plumbo et diversis muneribus totius operis non tam adiutor quam cooperato extitit^f.

6. Et cum multa de munifica erga nos huius viri liberalitate dicere possemus, hoc omnino pretereundum^g non esse censemus, quod duas nobis in Anglia ecclesias, Truleiam scilicet et Scillam^h, cum appendiciis suis ad susceptionem hospitem dedit, ex hoc maxime inspiratus, ut dicitur, quod a periculis incendii domus hospitalis intacta remansit, credens Deum exinde ostendisse, gratum sibi in illa domo in susceptione hospitem obsequium exhibitum fuisse.

7. Cartule huius donationis, que facta est tempore Stephani regis Anglie, penes nos habenturⁱ; et qualiter anniversarii eiusdem viri procuratio de ecclesiis illis fieri debeat, in martyrologiis nostris continetur.

8. Infra biennium itaque vel parum amplius, quod dictu, ne dicam factu^j, mirabile erat, cunctis que ignis consumperat multo venustius quam ante fuerant reparatis, tercio anno ad festivitatem omnium sanctorum abbates et venerabiles viros invitans, filios^k qui dispersi erant ad sinum matris revocat, optans in eis opere impleri quod in illa festivitate voce solet decantari: *In consilio iustorum et congregatione magna opera Domini*.

9. Ut igitur posteris et preteritis luctuosam exilii desolationem et revocationis sue hodiernam consolationem memoriter teneant, constituit idem abbas hoc festum de cetero ut diem natalis Domini debere sollempniter celebrari, electis ad decorandum festum dulcioris armonie responsorii, et quibusdam, que Cluniacensis ordo decantaverat, pretermisissis.

10. Post hec, ne qua viro religioso torpendi per ocium daretur occasio, Henricus rex Anglie, qui predicto regi Stephano successerat, de donatione predictarum ecclesiarum, 1154 quas de manu Willelmi de Ypra susceperamus, calumpniam adversus abbatem suscitavit, asserens, quicquid tempore eiusdem Stephani, qui terram suam hostiliter occupaverat, gestum erat, iniustum esse; nec Willelmum, qui, licet post tyrannum, ut dicebat, in regno secundus esset, de rebus violenter usurpatis aliquid posse dare, ideoque totum quod donaverat in irritum revocari debere.

11. Protractus super hiis in causam a predicto rege et baronibus eius, qui post Willelmum de Ypra ad hereditates suas redierunt, in predictis ecclesiis ius patronatus merito requirentes, viriliter resistebat, et nunc prece, nunc precio, nunc litteris apostolicis^l patrocinia sibi concilians, pacem tandem cum omnibus fecit, et non sine magno labore et expensis a novis patronis novas cartas impetrans, quod semel adquisierat conservare studuit et confirmare.

a) in loco raso c. b) e corr. c. c) preteundum c. 7 d) e ras. c.

1) Roberti H. comitis Flandriae. 2) Cf. 3. Reg. 5. donationis ab Anastasio IV. data est a. 1154, Nov. 17.
3) Cf. Flandr. gener. c. 34. 4) Throwley, Chilham, LOEW.; et ab Adriano IV. data a. 1156, Jan. 27;
Cantuariensis dioceseos. 5) Nunc Cantuariac ser- 'Archeologia or miscellaneous tracts relating to anti-
vatur; cf. N. Arch. IV, p. 622. 6) Confirmatio quity' XXV, p. 158; cf. Ioh. Longum 43, 6, p. 803.

12. Et ut breviter de eius actibus concludam, nunquam aliquo regiminis sui tempore, si sanus et incolumis fuit, ocio vel quieti vacare potuit, sed semper propria vel aliena negotia tractare, consiliis principum interesse eorumque negotium de regno ad regnum solebat circumferre. Et cum alias vir honestus et religiosus esset, in hoc tamen reprehensibilis videbatur, quod in talibus, ut quidam dicebant, plus equo gloriabatur.

c. 1161. 13. Ad paterne igitur correptionis, ut creditur, signum, quia in huiusmodi exercitiis culpa deesse non poterat, secundo vel parum amplius ante obitum suum anno corporalium oculorum lumen amisit. Quod tamen iterum, unius anni spatio evoluto, medicinalibus fomentis adiutus, etsi non adeo clare ut prius, per Dei gratiam recuperavit. Interea, quia propter defectum corporalem nec interioribus nec exterioribus, sicut consueverat, poterat intendere, cepit et interior rigor ordinis aliquantulum relaxari et exterius possessionum gubernatio periclitari. Theodericus enim comes Flandrie cum Philippo filio suo in parochia Sancti Willebrordi novum portum vel novam villam¹ facere volentes, magnam berquarie partem, quam Robertus comes pro anima filii sui Willelmi, qui ante capitaneum altare sepultus iacet, dedit², violenter usurpavit et usurpatam iniuste retinere et possidere non abhorruerunt. At contra senex Leonius, qui semper in adversis ut leo fortis esse solebat et intrepidus, etsi vires resistendi non haberet, in quantum potuit reclamavit. Qui, nec labori nec etati nec corporee infirmitati parcens, comitem adiit, eum constanter arguens et res ecclesie sue toto conamine requirens. Quem comes tum pro etatis reverentia, tum pro antique familiaritatis amicitia benigne suscipiens, cum spe bona domum reverti suasit. Sed, dum revertetur, in itinere infirmitate correptus, in lectica ad monasterium est delatus, ubi per aliquot tempus lecto decubans, langoris camino decoquitur; et tandem, ubi tempus mortalitatis debitum³ solvendi advenit, ecclesiasticis sacramentis munitus, in fide sancte ecclesie migravit a seculo et sepultus est ante altare in capella sancte Marie, quam ipse post incensionem restauraverat et ampliaverat, anno Domini 1163³. Cuius memoriam habere debent Sithienses in secula, retribuentes ei orationum suffragia, qui multa, ut apparet, in libertate ecclesie acquirenda, in amplificatis possessionibus, in diversis domus Dei ornamentis vel aliis pluribus modis eis tribuit beneficia.

1159. 14. Anno Domini 1158⁴, quinto anno ante obitum predicti abbatis, obiit Milo Morinorum episcopus, nomine et re bonus; cui successit Milo archidiaconus, canonicus Sancte Marie de Bosco⁵.

15. Carte, que tempore predicti abbatis de acquisitis vel commutatis possessionibus facte sunt, penes nos habentur; quas cum longum sit per singula recitare, hec sufficiat summam commemorare.

16. Privilegium Theoderici comitis de commutatione ville de Helcin⁶ ad quandam berquariam in Ramscapla⁷.

17. Item eiusdem de terra empta a Iohanne Raspei.

18. Item eiusdem de terra Trudbaldi in Aldenborgh⁸.

19. Et item de quadam terra in Gistela⁹.

20. Item privilegium Arnulphi comitis Gysnensis, quod liberi de theloneo apud Gysnes sumus¹⁰. Hec et multa alia privilegia in secretario nostro tempore huius abbatis continentur.

[II.] DE GODESCALCO ABBATE.

1163. Capitulum I. Mortuo^a, ut premissum est, Leone abbate, Arnoldus abbas Amigimensis concorditer eligitur, sed a Cameracense episcopo^b suo ad quod fuerat electus venire non permittitur.

a) semper corr. esse c. b) deb. mort. corr. ut editum c. c) ecclesiasticis c. d) sic corr. manu saec. XVI. ex uclxxx. e) e corr. c.

1) Ioh. Longus 43, 8, p. 805. addit: quem nominaverunt Neoportum, et nunc dicitur Gravelinas, i. o. Gravelines. 2) Cf. Simon, II, 104. et chartam ibid. II, 45, p. 256, et bullam Kalixti II. papae ap. eundem II, 46, p. 261. 3) Die 27. Ian. Epitaphium apud Ioh. Long. 43, 8, p. 806. 4) A. 1159. de-mum; cf. Siegb. Cont. Valcell. et Rob. de Monte, SS. VI, p. 460, 510. 5) Ruisseauville, praef. Montreuil. 6) Henchin, praef. St. Pol. 7) Rams-capelle. — Datum a. 1151. Fragn. ap. Malbrancq, De Morinis III, p. 714; cf. Wanters, 'Table chronol.' II, p. 343. — Cf. Ioh. Long. 43, 6. 8) Aldenbourg. 9) Ghisteltes prope Brügge. 10) Duchesne, 'Hist. général. des maisons de Guines' etc. 'Preuves' p. 93. 11) Nicolao I.

2. Reditur itaque iterum ad electionem, et per moram attracto periculo, vota nostrorum in diversa sparguntur; sed sanior pars in abbatem Hamensem Godescalcum consentit; qui a puero hic monachus effectus, in iuvenilibus annis apud Aleiacum nomine et officio prior extitit et postea ad nos reversus, ministerium hospitarii administrans, in abbatem Hamensem fuerat electus, semper et ubique caste et humiliter et religiose conversatus.

3. Verum quia sepe contingit, quod amici Dei inimici huius mundi sunt, non erat in oculis filiorum hominum gratus, semper permanens in proposito severitatis rigidus et ad humanos favores sibi conciliandos flecti nescius. Inde erat, quod comiti et secularibus displicebat et etiam, unde plus vir Deum timens angebatur, intestinum, immo parricidiale, a filiis contra eum discidium suscitabatur, ut dicere posset: Intus pugne, foris timores.

4. Primo regiminis sui anno concilio Turonis a domino Alexandro papa celebrato interfuit; ubi honeste conversatus et circa ea que agere intendebat satis sollicitus, ad nos cum privilegio et confirmationibus et litteris apostolicis honorifice est reversus.

5. Necdum fermentum malicie adversus patrem a corde filiorum erat expurgatum; nam pars magna conventus, et precipue iuvenes, quos abbas Leonius nutrierat, quibus videbatur mutatus color optimus, noluerunt eum regnare super se; conciliatisque sibi comitis et filii sui Philippi, qui, iam patre decrepito, quasi regnabat, ut dicebatur, favoribus, Taruannam in autumnali synodo, ut abbatem suum accusarent, ausu temerario venire non timuerunt.

6. Quod presciens abbas cum suis, illos contra obedientiam egressos tanquam seditiosos et sacre regule transgressores in plena synodo fecit excommunicari; convocatisque hominibus ecclesie, nobilibus viris, domum reversus, eosdem excommunicatos post ipsum monasterium intrare volentes tanquam apostatas iussit excludi. Videres itaque miserabilem congressum, parentibus et amicis exclusorum per vim ianuas irrumpere volentibus et contra hominibus abbatis eosdem cum dedecore repellentibus et quosdam eorum fere usque ad internicionem cedentibus. Audito hoc, complices excommunicatorum, qui in claustro erant, eos ad se per fores ecclesie introduxerunt; quod abbatem non latuit; qui videns se nil proficere, sed magis tumultum fieri, furioso impetui ad tempus cedendum putavit.

7. Apud Archas igitur per aliquot tempus manens, expectabat et optabat insensatorum conversionem; qui noluerunt intelligere, ut bene agerent, facientes domum Dei speluncam latronum longe detestabilius quam in Egypto; seorsum hiis qui abbati favebant et excommunicatis seorsum edentibus et bibentibus et propter excommunicationis sententiam in horrore et confusione utrisque communiter existentibus.

8. Compellitur tandem abbas, desolationem domus Dei non sustinens et rebellium obstinationem aliter cohercere non valens, patrocina comitis querere, que, proposita conditione, comes libenter impendit, scilicet ut partem berquarie, quam, ut superius diximus, tempore Leonii abbatis occupaverat, in pace retineret, assignatis ecclesie in concambium centum solidis in parrochia Sancti Iacobi de Nova-palude. Hinc quicquid dampni vel detrimenti sustinuit ecclesia illis, ut mihi videtur, respicit in capite, qui dominum et patrem suum, virum religiosum, impugnauerunt gratis, quibus iusto Dei iudicio secundum nequitiam operum suorum facta est retributio, per vim comitis quibusdam turpiter de monasterio expulsis, quibusdam per cenobia exilio relegatis. Discite, obsecro, quicumque hec legitis, hoc exemplo disciplinam, memorantes vulgare proverbium, quod 'suaviter se castigat, qui exemplo alterius auste castigationem se ipsum emendat'.

9. Anno Domini 1168. obiit Theodericus comes; cui successit filius eius Philippus.

10. Sequenti anno, scilicet incarnationis Domini 1169, obiit Milo Morinorum episcopus; et Desiderius, prepositus Insulanus, in episcopum promovetur.

Ut autem, ad materiam nostram redeuntes, gesta huius abbatis prosequamur, nullo fere quo hic preluit tempore a tribulatione et persecutione liber fuit. Intus eum odiosum et suspectum habebant monachi, foris persequebantur clerici et laici. Comiti Theoderico parum gratus erat, Phylippo, filio eius, multo minus, Roberto Ariensi et Sancti Audomari preposito, eiusdem Phylippi consiliario, instigante et dominum suum in odium viri simplicis exasperante.

a) supercr. c. b) in rasura c. c) consil. c. d) e corr. c. e) o. M. in rasura c. f) sequata quorum alio atramento et alio tempore conscripta. g) I. C. in rasura c.

1) V. quas Ioh. Longus 44, 1, p. 606. affert. 2) Theoderici. 3) I, 13. 4) Sept. 13 Ann. Camerac. SS. XVI, p. 550.

11. Accepta enim idem Robertus occasione, quod in multis locis ecclesia nostra cum ecclesia sancti Audomari redditus communes habet, dicebat, iustum et ex antiqua consuetudine a tempore Fridogisi abbatis institutum esse, canonicos nobiscum antiquas equaliter^a possessiones debere dividere. Hec et huiusmodi falsa et perversa machinatione Robertus commentans, graves et iuges abbati inferebat^b molestias, nunc possessiones ecclesie distrahendo et auferendo, nunc invadendo, nunc libertati ecclesie in quantum poterat derogando.

12. Et ut de multis pauca loquamur, idem Robertus Nicholaum quendam militem, cui neptem suam vel, ut alii dicebant, filiam tradiderat in uxorem, terram quandam in villa de Wiserne¹, per multum tempus partim ex elemosina, partim ex emptione a nobis possessam, 10 fecit calumpnari et per vim comitis auferri, datis tamen ab eodem Nicholao 60 marcis, quibus terram illam ab antecessoribus suis non nobis venditam, sed invadiatam fuisse dicebat. Abbas quandiu et quantum potuit restitit; sed oppressione maliciosi prepositi sine misericordia urgente, qui per satellites comitis possessiones nostras invadi fecerat, coactus est prefatam pecuniam recipere, arbitrans melius esse de re, ut sibi videbatur, penitus 15 perdenda aliquid retinere quam totum amittere.

13. Emit autem de eadem pecunia terram quandam in Ramscla, de cuius redditibus tribus in quadragesima dominicis vinum fratribus procuratur.

14.^c Item David, pater predicti Nicholai, tunc temporis abbas^d de Claromaresch², comite permittente et sepedicto preposito patrocinante, molitus est in villa de Archas per terram nostram fossata et aquarum conductus facere; et cum ab abbate et monachis ei contradiceretur, superbe et arroganter comminatus est, quod ab incepto opere nequaquam desisteret, donec illud ad finem secundum suam voluntatem deduceret. Verum tante arrogantie et presumptionis impatiens ultio, ut credimus, divina haut longe post subsequuta est, ut illud impleretur: 25

Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum.

Nam sequenti die predictum opus ingressus, pro libitu suo operarios de conductu faciendo docturus, in eodem loco, equo sub eo calcitrante, humi prostratus est, confractoque crure, qui sanus illuc advenerat, domum in lectica reportatus est; ab^e invasione terre nostre deinceps, Deo gratias! desistens et terribile et formidandum inuasoribus terre sanctorum 30 exemplum relinquens. Hoc et si quidem meritis sanctorum^f iure sit ascribendum, videtur tamen mihi, quod Dominus etiam in hoc respexit humilitatem servi sui, quem sua adiuvit miseratione, spem adiutorii non habentem in homine.

15.^e Item sepe nomen Robertus infra terminos parrochie nostre de Broburg quandam paludem ingenio suo et comitis expensis ad terram deduxit arabilem et in ea, nobis 35 reclamantibus, quod contra canones erat, basilicam fundans, mansiones et funiculos possessionum colonis distribuit, decimis nostris de eadem palude usurpatis et violenter detentis. Et cum hoc idem Robertus ad dampnum nostrum fecisset et detrimentum, convertit id ipsum benignus Deus nobis in lucrum et emolumentum. Nam non multo post idem Robertus, qui non solum nos, sed etiam multos per Flandriam et Viromandiam nobiles iniustus 40 fatigationibus et exactionibus oppresserat, iussu nobilis viri Jacobi de Avennes, divine ultionis, ut creditur, ministri, a vilibus personis occiditur^g, et in prefata basilica ius parrochiale monasterium nostrum, ut iustum erat, adipiscitur.

16.^e De decima tamen duarum garbarum questio, que adhuc vivente Roberto ceperat, etiam post mortem eius inter nos et abbatissam Broburgensem durabat, eadem^h abbatissa 45 privilegia comitum, sed nostris posteriora ostendente, per que duas garbas novarum terrarum, que de paludibus vel recessuⁱ maris in castellaria de Broburg adcrevisserent, volebat sibi vendicare. Super hoc abbas noster quamdiu vixit cum predicta abbatissa habuit iugem controversiam.

^a in ras. c. ^b inferabat c. ^c e corr. c. ^d sic Mirac. l. l. et Joh. Longus 44, 3; abbas c. ^e e ras. c. 50
F. s. i. s. a. in ras. c. ^f recessum e corr. c.

1) Wizerues, praef. St. Omer. 2) Hoc caput, — Cf. Laplane in 'Mém. de la soc. des antiquaires de la
latis nonnullis, etiam in Mirac. S. Bert. II, 38. Morinie' XII, p. 81 sqq. 4) Cf. Cont. Aquic.; Will.
Mabilion III, I, p. 150. legitur, sed hinc demum illo Andr. c. 65, alios. 5) Matbilde.

transsumtum videtur. 3) Clairmarais, A. 1170—1176.

17.* Contra Claromarescenses etiam, qui auctoritate novorum privilegiorum tam de veteribus quam de novis terris decimas nobis volebant auferre, plus quam semel Romam misit, tam ibi coram domno papa quam in terra ista coram delegatis iudicibus non sine magnis expensis et laboribus placitans; et si quidem parum profecit, in hoc tamen est commendandus, quod pro posse suo ius ecclesie sue modis omnibus detinere contendit.

18.* Eodem tempore ecclesia nostra terram quandam in villa Sperleke¹ ad elemosinam pertinentem perdidit, comite Boloniense Matheo secundum recognitionem bone, immo, ut melius dicam, veritatis male adversum nos divisionem requirente, et abbate nostro, qui, ut vir religiosus, simpliciter ambulabat et secundum se existimabat alterum, in id consentiente.

19.* Paludem quoque de Salperwich² et Oudemonstra³ idem abbas adversus castellanum Sancti Audomari Willelmum, qui omnes in vicinia castri paludes ad feodum suum pertinere dicebat, data magna pecunie quantitate, non tam detinuit quam redemit⁴. De aqua etiam Mera ab eodem castellano multas et graves calumpnias sustinens, in iure suo retinendo multum laboravit, empta ab ipso et ab homine eius Gerardo Houwa palude plus quam quadraginta mensurarum eidem Mera adiacentium⁵.

20.* Cum tot et tantas in exterioribus continue sustineret oppressiones, semper tamen crescebant redditus ecclesie et possessiones. Folcardus namque vestiarius, videns redditus ad ministerium sibi commissum pertinentes crevisse, petiit ab abbate et impetravit, ut singulis annis darentur fratribus nova pellicia, que eatenus nomisi post duos annos haberi consueverant.

21.* In Clemeskerka⁶ tempore eiusdem Ingrammus monachus novam curtem instituit, emptis ibidem circiter centum mensuris terre et aliis redditibus.

22.* Curtes de Aquin⁷ et de Kelmis solotenus combustas quasi de novo reedificari fecit, Archas, Longanissa, Wiserna muro cingi.

23.* [Fe]cit^a et lavatorium [en]jeum^b, fusoria arte [sum]ptuose^c elaboratum, [quod] ^d, et si quidem eo vivente [ne]quaquam^e erectum et in lo[co]^f ubi debuit fuit locatum, moriens tamen reliquit [su]mptus^g ad hoc perfici[en]dum^h sufficienter [ne]cessariosⁱ.

24.* Decreta Gratiani, libros magistri Hugonis de Sancto Victore, glosas magistri Gisleberti et magistri Petri Langobardi super epistolas Pauli, hystoriam euangelicam et Scolasticam et quosdam alios sacre scripture libros, sicut in librariis nostris apparet, scribi fecit.

25.* Cartas de acquisitionibus eius vel de concordis erga calumpniores vel infestatores predictos ab ipso factis si quis nosse voluerit, in secretariis nostris invenire poterit.

26.* Post tot autem labores et continuas luctas lecto decubans et, sicut talem decuit virum, omnibus que decedentibus necessaria sunt sacramentis rite perceptis, appositus est ad patres suos, migrans de hoc seculo anno Domini 1176.⁸ et regiminis sui quarto decimo, sepultusque est in capitulo ante ymaginem Crucifixi; cuius anima requiescat in pace. Amen!

[III.] DE SYMONE ABBATE.

40 Capitulum 1.* Post mortem Godescalci abbatis, cum ventum esset ad electionem, considerantes nostri difficile in multitudine inveniri unitatem, electis de communi cetu 12 bone opinionis, iuris eligendi abbatem ipsi concorditer prebuerunt potestatem. Qui elegerunt domnum Symonem, personam vultu venerabilem et elegantis forme virum, qui in diebus adolescentie sue a domno Leonio in monachum receptus⁹, ab illo usque ad id fere tempus indulgentius enutritus et in ordine remissius semper, ut dicebatur, fuerat conversatus. At postquam in id ad quod fuerat electus rite est sublimatus, mox mutatur in virum alterum, preteritas negligentias corrigere, ad melioris vite agonem se preparare et ad convertendum suos suorumque mores in melius operam adhibere, ut illud beati Benedicti videretur in eo quodam modo impleri⁹: *Dum de alienis ratiociniis cavet, de suis fit sollicitus*. Dicebatur

50 a) e corr. c. b) hoc capitulum suppl. scribo in margine; numerus e corr. c. c) unctis incl. abscissa c. d) est receptus corr. receptus c.

1) Eperlecques, pagi Ardre. 2) Salperwick, pagi 6) Clemeskerke. 7) Aquin, Quelmes, Arques, Lan-St.-Omer. 3) i. e. Vetus-monasterium (S. Momm-guennesse, omnes pagi St.-Omer. 8) Sept. 10. molini), a St.-Omer versus septentrionem super fl. Aa. Epitaphium ap. Joh. Long. 44, 4, p. 812. 9) Regula 55 4) Cf. chartam Philippi comitis apud Tassart, Cont. S. Benedicti c. 2. Sim. c. 17, p. 339. 5) Cf. chartam modo laudatam.

autem eius promotionem ideo a quibusdam callide fuisse procuratam, quia in similibus sibi obnoxium sperabant suis negligentis fore consentaneum. Quod utrum verum vel falsum sit, quia de alienis conscientis iudicare non debeo, non est meum diffinire. Hoc tamen veraciter possum dicere, quod illos, de quibus huiusmodi habebatur suspicio, conqueri frequenter audivi, quod a domno abbate ante suam promotionem diligerentur, etsi modo ab eius amore elongati et beneficiis essent alieni.

2. ^a Priorem, qui promotionem eius, utpote caput eligentium, pro posse et scire suo procuraverat, quia vir carnalis erat et minus huic officio aptus, fere inter ipsa initia promotionis amovit et alium vita et scientia multo utiliorem amoti loco substituit. Plerosque etiam alios, qui sperabant se abbatem invenisse secundum cor suum, spes sua fefellit; re eis quidem versa in contrarium, sed ordini et honestati domus Dei in melius quam sperabatur. Accingitur itaque novus abbas in opus monasterii sui, scilicet deiecta et confracta erigere et consolidare, ab antecessoribus suis premissa vel neglecta supplere et restaurare, variis operibus et vestibus decorare et in exterioribus possessiones ampliare, lites etiam et contentiones, que de eisdem usque ad tempus eius duraverant, honesta et rationabili concordia terminare.

3. ^a Et ut de opere eius edificiali in primis loquamur, statim ut abbas est effectus, ante ingressum monasterii pontem lapideum per flumen Agnionam¹, veteri, qui iam ruinam minabatur, deiecto, a fundamentis novum erexit et sumptuoso et quasi perpetuo opere decenter consummavit.

4. Cameram etiam ex australi parte templo appendentem, que post incensionem a tempore Leonii abbatis adeo destructa et neglecta erat, quod vix parietinarum ibidem signa apparent, multo decentius et melius quam antiquitus fuerat reedificavit; cui in latere contra meridiem cenaculum superaddidit, lignariorum arte subtiliter et venuste compactum, quod totius curie est quasi speculum et ornamentum, estimatis tamen expensis, plus continens pulchritudinis quam utilitatis.

5. Fecit quoque crucem ligneam, ymagine Salvatoris appensa, astantibus etiam Marie, Iohannis et cherubin ymaginibus aliisque pluribus ad representationem dominice passionis pertinentibus, cruci vel trabi, cui eadem inherebat, miro decore affixis²; que omnia arte sculptoria et pictoria ineffabiliter resplendentia domui Dei ornamento sunt valde et decori.

6. Frontale etiam feretri beati patris nostri Bertini de auro et argento et lapidibus mediocriter preciosis subtili opere fecit excudi³. Feretrum sancti Folquini et aliud quoque, in quo reliquie de virginibus Coloniensibus et alia sanctorum pignora continentur, de argento et cupro superaurato et lapidibus crystallinis decore opere fabricari et ornari fecit. Tempore enim huius abbatis due vel amplius de societate 11 milium virginum a Colonia ad nos sunt delate⁴.

7. Vasculum etiam de ebore operose factum, in quo reliquie sanctorum Nerei et Achillei sunt recondite⁵, comparavit; et Philippus prior eodem tempore aliud vasculum subtili arte excusum⁶ de auro et argento et cupro superaurato fabricari fecit. Post hec cyborium, quod, sicut supra commemoravimus, dum abbas Leonius in expeditione Iherosolimitana esset, decrustatum fuit, cupreis ymaginibus superauratis parum minoris pulchritudinis, etsi minoris valoris, quam si ante essent, idem abbas reparavit; partem tamen sumptuum de hoc, infirmitate preventus, successori suo solvendam reliquit. Casulam rubeam aurifrigio optime circumligatam et aliam albi coloris satis bonam et tres vel amplius cappas sericas et pallium bonum in ornatum et thesaurum ecclesie comparavit et reposuit. Ante portam monasterii, in terra quam a Luca burgense plus quam centum marcis emerat, fundamenta domus lapidee iecit, quam similiter, sicut de cyborio diximus, successori suo infirmitate gravatus, perficiendam dimisit, taxatis, antequam perficeretur, in expensis et sumptibus plus quam trecentis et sexaginta marcis.

His de materialibus eius operibus succinctim enarratis, ad ea que de adquirendis

a) e corr. c. b) in rasura c. c) honestati c., ubi notati domus in ras. d) rationabilia corr. rationabili c. e) sic T.; passionibus c. f) sic Y.; excudi c. g) sic T.; exclusum c. h) Aut vaci littera b et infra super Casulam littera a superscriptae indicare videntur, haec — reliquit ad inferius esse transponenda. i) de h. superser. c.

1) Aa. 2) V. ymaginem eius ex cod. Audomar. p. 343. narrant. 3) Cf. Tassart c. 23. 4) I. 4. nr. 715. ap. Laplane I, tab. 24. 5) Cf. quae Ioh. 6) Iohanni III. Longus 45, 1, p. 812. et Tassart, Cont. Sim. c. 22.

possessionibus vel de litibus et controversiis, que predecessorem suum nimis oppresserant, pacificandis operatus est, stilum vertamus. Primo igitur controversiam, que a tempore Godescalci abbatis de decima Nove-paludis inter nos et abbatissam Brburgensem adhuc durabat, pacificare intendens, cum rem videret implicitam, presertim qua abbatissa multis et fortibus inmitteretur adiutoriis, scilicet privilegiorum auctoritate, curie favore et superba sanguinis nobilitate, abbas compromisit in arbitros, abbatissa¹ libenter amittente et id ipsum requirente. Arbitri itaque in primis parrochiam nostram ab adiacentibus parrochiis dividentes, decimam communiter partiendam arbitrati sunt, ita tamen, quod pro salvandis privilegiis nostris, que Broburgensibus priora erant, abbatissa partem sibi assignatam sub trecensu duorum solidorum a nobis possideat. Huius transactionis carta inter² nos et abbatissam communiter facta penes nos habetur³. Que etsi multum iniquitatis quantum ad nos videatur continere, scio tamen et indubitanter affirmo, abbatem, si melius potuisset fecisse, nequaquam in huius compromissionis arbitrium consensisse.

1179. Alexander papa Lateranis residens, generale a cunctis mundi 1179. partibus concilium evocavit, ubi et abbas noster cum reliquis affuit; ibique tempore concilii honeste conversatus, inter alia que a domno papa impetravit litteras commisionis ad Morinensem episcopum et litteras commonitorias ad Philippum comitem Flandrie de decima⁴ alletium adquisivit³. Regressus itaque ad propria, quia sciebat omnia per Flandriam ad nutum comitis fieri, cum litteras apostolicas eidem presentasset, comes illos de Greveningges et omnes maritimos de Broburgensi castellaria et de comitatu Boloniensi, cuius tunc temporis dominus erat, utputa tutor comitisse Ide, neptis sue, illos de Kalais et de Peters⁴ convocavit, suadens eis et imperans, ut apostolico mandato obedirent. Quod illi audientes, ut turba in conturbationem labi faciles, tumultuose responderunt, a seculo non esse auditum, aliquos decimam alletium exigere; hoc omnino fieri non posse; melius velle mori, quam in huiusmodi subiectionem se paterentur redigi. Illi qui prudentiores erant favorem comitis secreto promissionibus sibi conciliare studebant, alii terribiles minas effundebant, quod monachos prius occidendo decimarent, quam monachis decimas alletium persolverent. Sic abbas illa die nichil proficiens, tristis et quasi desperans abscessit; nonnullis etiam de nostris ei⁵ tacite subsannantibus et dicentibus: 'Unde hoc Symoni, ut melior omnibus predecessoribus suis, venerabilibus viris, esse vellet, qui nunquam tale aliquid exigere voluerunt, cum multo maioris potentie, religionis et scientie essent? Propter hoc tamen ab incepto opere non destitit; sed memorans vulgare proverbium, quod 'ad primum ictum quercus non cadit', iterum per litteras et mediatores maximeque per virum religiosum Gerardum de Mecines, consiliarium comitis, precibus et promissionibus eundem comitem attemptat, se suaque omnia ei exponens, tantum ut ecclesiam in iure suo iuvaret et manuteneret. Hinc comes, erga humiles et sibi subditos misericordie semper visceribus habundans, ad humilem abbatis instantiam litteras ad illos de Kalais, qui pertinaciores erant, fieri iussit, mandans eis, voluntatem suam esse; ut cum ecclesia Sancti Bertini pacem debeant facere. Has litteras cum duo monachi, Stephanus tunc temporis hospitiarius et Wilhelmus de Dringham, illis de Kalais attulissent, populus effrenis et furibundus noluit expectare, ut mandatum domini sui audiret, nec intelligere, ut beneficeret, sed currentes ad arma, monachos occidere voluerunt. Qui fugientes in templum seseque illic prout melius poterant concludentes, diem extremum vite sue adesse putabant, nil nisi horam mortis prestolantes, altero eorum coram altari prostrato, altero super altare sedente et inter brachia ymaginem sancti Nicolai tenente. Illesi tamen per misericordiam Dei, nobili viro Balduino constabulario de Ermlingham eos conducente, evaserunt. Cognito hoc, comes ultionem tante presumptionis non duxit negligendam⁵, nemine tamen nominatim inculpato in palam apparente, in omnes culpam deflexit, multans eos in pena mille librarum. Inter nos etiam et illos de querela componens, partem unam decime, unde lis erat, nobis, alteram constructioni vel reparationi ecclesie, terciam pauperibus erogandam assignavit, et ne nos amplius deberemus exigere vel ipsi de cetero minus dare, tam idem comes quam Ida comitissa Boloniensis obsides se utrimque constituerunt; decernentes⁴ quoque, ut pax firmior esset, ut, sicut nos

a) i. n. e. a. c. f. in rasura c. b) superscr. c. c) sic c. d) d. q. in ras. c.

1) Mathilde. 2) Impressa Chart. Sith., Cont. Sim. c. 26, p. 347. 3) Cf. Ioh. Long. 45. 2, p. 813.
4) Petresse, suburbium oppidi Kalais.

terciam partem decime habituri essemus, ita in solutione tercie partis predictarum mille librarum maritimos omnes iuvaremus. Carta de contractu huius compositionis penes nos habetur¹.

9. Eodem tempore Philippus comes, nondum adepto desiderio quo de berquaria, quam in parrochia Sancti Willebrordi, ut superius diximus², habebamus, cum ubique res nostras tanquam fidelis ecclesie defensor defenderet et manuteneret, ibi tamen, cum multas et graves sustineremus iniurias, hoc corrigere dissimulavit et quasi ex industria, ut possessionem illam in odium et tedium nobis³ verteret, quodam modo, ut videbatur, consensit. Unde idem abbas voluntati comitis obtemperare⁴ utile credens, concessit ei totam berquariam, redditus etiam centum solidis, quos Theodericus pater suus abbati Godescalco in Nova-palude as-
1193. signaverat⁵. Comes vero dedit nobis in concambium viginti libras in terra Furnensi, de brevi Leonii notarii, quas et privilegio⁶ suo perpetuo habendas confirmavit.

10. Circa idem tempus — quod superius, dum de edificiis vel materialibus eius operibus loquerer, pretermisi — fecit idem abbas ex australi parte monasterii vivarium, iuxta quod ripam versus Archas nobis et ordini utilem et congruentem acquisivit et instituit.
15

11. Tempore huius abbatis anno Domini 1183. exemplar et speculum totius⁷ sanctitatis, vere penitens, beatus Bernardus migravit de hoc seculo⁸, quem propter multa que in obitu eius evenerunt et adhuc ad tumbam eius eveniunt miracula collegio sanctorum aggregatum esse, simplicitas credit ecclesie. Cuius penitentiam, actus vel miracula si quis nosse voluerit, extat de huius libellus⁹, in quo seriatim hec omnia addiscere poterit.
20

12. Quodam tempore, dum Theodericus comes Hierosolimis esset⁷, Leonius abbas de manu Philippi, qui vivente patre quasi perfunctorie iura comitatus exercebat, quandam terram in territorio Furnensi, circiter triginta duarum mensurarum, que de feodo comitis erat, in elemosinam receperat, Lambertum, cuius eadem⁴ terra fuerat², monachum faciens; que, regresso eodem Theoderico, cum a propinquis eiusdem Lamberti in causam tracti essemus, nobis est abiudicata, eo quod filius de hereditate, que ex parte patris venit, vivente patre nichil potuit vel debuit dare, quem constabat secundum leges nondum aliquid habuisse. Hanc terram abbas, de quo hic sermo est, favore comitis et baronum qui iudices curie erant studio et diligentia sua sibi acquisito, recuperavit, dictante et iudicante curia, quia privilegium comitis inde habebamus, quod comes privilegium suum salvare deberet, et sicut³⁰ pater donationem, que⁴ de terra sua sine suo assensu facta fuit, quamdiu vixit potuit infrimare⁶, ita filius, qui hereditarius heres erat, quod per se factum recognoscebat, conservare debuit et confirmare. Verum quia eadem terra multo tempore a laicis possessa erat et de manu in manum vendita et revendita et, ut melius a nobis elongaretur, multis etiam nobilium virorum hominibus implicita, si non aurea tunc pacis fuissent tempora, plus nobis ad-
35 iudicatio terre illius nocuisset quam profuisset, presertim cum idem laici adsererent et probare vellent, quod, datis Iordano monacho et camerario nostro viginti marcis, tempore Theoderici comitis nobiscum pacem fecissent. Terram illam duobus vel parum amplius annis post hec in manu nostra tenuimus, sed nunquam sine querela; nam carruce nostre multo-
40 cians de eadem violenter fuerunt eiecte, horrea furtive succensa, et nunquam inde nisi per vim comitis aliquid profectus habere potuimus. Unde timens successor⁸ eiusdem abbatis, quod, si aurea pacis tempora mutarent colorem suum, plus detrimenti quam commodi nobis posse ex hoc evenire, communicato cum fratribus et hominibus ecclesie consilio, pacem cum predictis hominibus fecit, accepto ab eis quantum potuit pecunie; quibus, ut pax firmior esset, eandem terram in feudum dedit.
45

13. Terram quoque, quam, sicut superius diximus, in villa de Wiserna Nicholaus, filius [David¹ abbas de Claromaresch], dudum per violentiam Roberti de Aria nobis abstulerat, idem abbas recuperare volens, eundem Nicholaum per litteras apostolicas in causam traxit, quam tamen successori suo finiendam reliquit. Successor itaque, habito cum viro prudenti et religioso² Radulpho Remensi decano, qui huius cause iudex erat, et aliis amicis ecclesie
50

a) superscr. c. b) obtemperam corr. obtemperato c. c) t. n. in rus. c. d) in rus. c. e) e corr. c. f) haec des. c. suppleri ex Iohanne Longo cap. 45, parte 6, qui hunc locum exscripsit, et sic legitur etiam supra II, 14.

1) Tassart eam omisit, quia nichil nobis hoc tempore Poenitentis, auct. Iohanne, postea abbate S. Bertini, prodest. 2) l. 13. II, 8. 3) Supra II, 8. 4) Chart. AA. SS. Apr. II, p. 675 sqq. 7) In tertia eius expeditione ultramarina, ut videtur, a. 1157—1159. 55
c. 84, p. 716. ad a. 1182. 5) Will. Andr. 6) Vita S. Bernardi 8) Iohannes III. a. 1186—1230.

consilio, quia^a abbas Godescalcus, ut supra dictum est¹, a predicto N[icholao] 60 marcas acceperat et inde aliam terram emerat, et quia difficile et periculosum erat violentiam Roberti de Aria² posse probari, assensu conventus compositione securius quam iudicio eandem causam finiendam putavit, acceptis a sepe dicto N[icholao] 11 marcis, de quibus emptum est³ avi sui anniversarium in villa de Helcin, et assignatis de sepe dicta terra, quam sepe dictus N[icholao] eatenus liberam tenuerat, 20 solidis singulis annis de cetero nobis in censum persolvendis.

14. Ut autem de gestis huius abbatis breviter concludam, semper, quamdiu compos sui extitit, studium eius et intentio in edificando aliquid vel fabricando fuit vel etiam acquirendo^b. Verum quattuor annis vel parum plus^c ante obitum suum quartanam febrem incidens, cum fere cunctis diebus vite sue, sicut^d superius diximus³, tepide in religione vixisset et remisse, accepta de necessitate infirmitatis occasione, quia quartanariis optimo vino et delicatis cybis uti precipitur, potui et sumptuosis epulis nimis indulsit, ita quod illud Boetii⁴ manifeste in eo videretur impleri: *Multos deliciae morbos et intolerabiles dolores velut quendam nequitiæ fructum fruuentium solent inferre corporibus*. Multa exinde tam interius quam exterius cotidie super nos accrescebant inconvenientia, que longum est enarrare per singula. Ut tamen de multis pauca loquamur, dominus abbas cotidie per se et per medicos suos deliciose vivendo multa expendebat; prior, qui similiter multociens infirmabatur, eadem faciebat: omnesque exemplo prelatorum nostrorum consentanei et inexcusabiles in hoc viderentur potationibus et commensationibus plus quam necesse erat operam dantes. Hinc omnia monasterii ministeria, et maxime cellararii et vinetarii, in profundum debitorum sunt demersa, ita quod unde solvi possent non esset apud nos substantia. Inde erat, quod tam in curia Remensi quam etiam in curia comitis de abbate nobis destinando frequenter tractabatur, et, ut dicebatur, quidam per conducticios^e mediatores a comite et per munerum promissiones a consiliariis archiepiscopi non sine periculo anime sue abbatiam minus religiose querebant. Hoc cum⁵ Sithienses comperissent, evocato Desiderio Morinorum episcopo, rogaverunt abbatem, ut cure renunciaret, honestius et utilius esse dicentes, ut abbatiam sponte desereret, quam quod ei auferretur invito. Consilio itaque filiorum et precibus acquiescens, resignavit curam regiminis anno Domini 1186, in translatione sancti Benedicti, 1186. Jul. 11.
30 assignatis ad necessaria vite, quamdiu viveret, in Poperinghem 60 marcis et prioratu de Oeslara⁶ cum omnibus pertinentiis suis. Vixit autem post hec usque ad octavas sancti Vincentii⁷, mortuusque apud Oeslara et inde huc allatus, sepultus est in navi ecclesie prope introitum chori, ex aquilonari parte, ante reverendam dominice passionis representationem, quam ipse, sicut supra diximus⁷, sumptuoso opere et subtili sculptorum et pictorum arte 1187. Jan. 28.
35 construi fecerat et decorari. Cuius anima preventu mortalitatis dignum penitentiae fructum non perdat, sed per misericordiam Dei requiescat in pace! Amen.

a) qua c. b) in loco raso c. c) p. pl. in loco raso c. d) sic c. e) conducticios c.

1) II, 12. 2) Qui vero iam a. 1174. interfectus philos. III, 7. 5) Oxelaere, praef. Hazebrouck, est (Cont. Aquic. p. 414 sq.), cum haec post a. 1186. 6) Jan. 29. defunctus secundum Tassart c. 47, p. 362. 40 demum acta sint. 3) III, 1. 4) De consol. 7) III, 5.

CHRONICON VEDASTINUM.

Codex bibliothecae publicae Duacensis nr. 753, olim 'monasterii Marchianensis liber sancte Rietrudis', sane inter pretiosiora historiae monumenta est referendus, sed multa habet peculiaria et quae dubitationem praebent non facile extricandam. Viro celsissimo principe de Hohenlohe, qui legati imperii Germanici munere apud rem publicam Franco-gallicam fungitur, preces meas benignissime adiuvante, Berolinum missus et ope socii nostri Dr. Krusch diligenter examinatus est et descriptus. Foliis constat 138 in 17 fasciculos divisus, quorum plerique 8, unus 6 et unus 7 folia continent; duo folia (31 et 119) post sunt inserta; post f. 118. unus certe fasciculus deperditus. Scriptura, cuius 15 specimina tabula praebet addita, nonnumquam novo incipiente fasciculo, nonnumquam vero in mediis foliis mutatur. Librariis singulos fasciculos scribendos traditos esse, extremae eorum paginae ex parte vel totae vacuae probant (f. 39'. 48. 48'. 70. 70'. 78. 78'). Manus diversae valde inter se discrepant; initium libri saeculo X. exeunti vel XI. ineunti tribuere possis; fasciculi VIII—X, neque hi una manu exarati, paene saec. XII. inc. signa praebent¹. Attamen quin uno tempore totus liber scriptus sit, dubitari nequit. Sunt etiam quae suadeant, ut sub ipsius auctoris oculis librum confectum esse statuamus. Notae marginales, emendationes post factae (maxime f. 79 sqq.) viz alii tribui possunt. Neque tamen ubique menda sustulit quae nonnulla folia maculant. His omnibus 20 iterum iterumque pensatis, codicem saec. XI. exeunte in monasterio S. Vedasti compositum esse puto², ita ut auctor modo eius partes describendas singulis librariis traderet, modo hi ex eius ore verba acciperent³. Neque libri in usum Marcianensis monasterii exemplar factum, sed hoc auctoris ut ita dicam autographon medio iam aeo eo transvectum statuo. Certe Herimannus Tornacensis, 25 ubi chronicam Marcianensem⁴ laudat, hanc intelligere videtur. Ibi etiam adiectum est f. 141, fragmentum continens initio et fine destitutum de reliquiis in ecclesiam Marcianensem saec. XII. translatis.

Non minus vero ipsius operis indoles ab aliis eius temporis et consilii libris recedit. Auctor, qui nomen suum nusquam indicavit, sed in monasterio 30 S. Vedasti Atrebatensi se vixisse multis locis professus est, praefatione praemissa, ex Isidoro partim descripta, se post Hieronymi, Orosii, Isidori et Bedae chronica 'subnexurum esse ea quae a modernis post illorum tempora notata sunt', monet; quibus verbis ad libros scriptos provocare videtur, quos exscripsit. Nonnullos post indicavit, sed nominibus plerumque falsis Iohannem episcopum 35

1) Nota praesertim priorum fasciculorum apertum a censibus, ut videtur, adhibitis infra monebo com-
(cc), aliorum litteras ff lineis distinctas. — Miro sane perta habuit. 3) Ita verborum formae *fit* pro
modo correctoris manus ubique fera in diptongis *ae* *aita*, *cuccessit* pro *successit* explicandae sunt. Alibi
et *oe* litteras *a* et *o* post delevit, ut more s. XIII. librarii inter se discrepant; fasciculo 12, 13. scribitur
simplex *e* legeretur. 2) De saec. XI. ineunte cogi- *con* pro *cum*; *conta* pro *cuncta*; *dextruxit* et quae 40
tavit Monod, 'Rev. crit.' 1872, p. 244; sed ipsum co- sunt eiusmodi. 4) Hist. rest. S. Martini Tornac.
dicem haud inspexit neque quae de Gestis Camera- c. 50.

Lucaracha hierosolimitanus mona-
chu quenda cu reliquit de sepul-
chro dni ad regē direxit.

pag. 161

dccc

Rex hierosolimitani monachū remi-
sit. cu quo et zacharia pbrim cu multis
donatus direxit. Rex italia ingress.
romā p. accepit. leonē papā sedis sue
restituit. ubi et zacharias pbrē cum
duob. monachis hierosolimit recūsus.
clauis domine sepulchri ac aluaris
loci clauis etiā curatū et montis
syon cu uexillo detulit.

cccc

Karolus rex ante confessionē beati
patri ipso die natalis dni admittam
aleone papa coronā imperialem
suscepit. et acuntho romano populo
imperator et augustus appellatus
est. et dispositus pro quib. uenerat
tam romanis quam totius italiae.

Chronicon Vedastinum.

Cod. Diuicensis nr. 453

f. 34

efficitur est. Pontus imperio. ad tuitionem romani impu-
familiarē quā ex uicino sanguine conueram gothorum
alam ex dacia euocans in barcelonam collocat. in opus q.
ueteres ferro solo eliminat. Gothi uiginti talē occasione
nacti pmissi obtinuerunt loca. et post biennium harbonē

f. 71

EBRONHO in tē. Ato. franci accepto consilio.
Guaratione illustre uirū in loco ei constatu-
erunt. Idcirco pfatus Guarato obsides a pippino
duce accepit. pace inuicē pactata. Erat idcirco.
ris memorato Guaratoni filius ualde efficax. atq;
eruditus in consilio. quic patris curā palatii gere.

f. 79

Anno dcccxi. Pippinus cum germano suo hernaldi
appomisse fidei iure alienatum querit. liget in transitu
Aquitania depopulat. multas capit ciuitates. lucas
uiriter conquirat. Eodē anno regnū francor. inter
se diuidunt. Karlemans alemann. in uastat.

f. 136

uuis? Karolo suo consobriuo. Quod audiens odo rex quia sui
fatigati erant. quasi ignorans hoc sequantū transiit. Zuen
deboldus uero rex & karolus cu. exequu ueniunt. laudu
nunq. obsidione cingunt. Baldunus uero comes & hno
dulhus frater eius nec non & bagnetus non bono consilio

de rebus Gothicis referentem, i. e. Iordanem, Gregorium Turonensem, Eutropium Anglorum, i. e. Nennium, Marcellum consulem, Marcellinum, nisi fallor, intelligens, quamvis quae ex eo affert in huius chronico haud legantur, Gesta Remensium pontificum, ea procul dubio quae Flodoardus conscripsit, quamvis ne in his quidem omnia illa inveniuntur quae eis attribuit, libros Artensium, quos nemo vidit vel laudavit. Iordane, Isidoro, Beda cum eius narratione comparatis, quam plurima ad verbum esse exscripta, mox intelliges; nonnumquam singula verba mutavit, sed certe haud longe ab eorum locutione recessit. Idem fere in iis observatur, quae ex Gregorio Turonensi, chronico Fredegarii nomine inscripto, a variis continuato¹, aliisque libris sumit; alibi vero easdem res, sed vix unquam eadem verba reperies. Quare libros iam perditos eum habuisse conicias. Id quod praesertim ea parte confirmatur, qua prope ad Annales Mettenses accedit, eos procul dubio secutus, quos ex Fredegario et Annales Laurissensibus maioribus pendere, sed non ultra initium saeculi IX. perductos esse, iam satis constat²: hanc libri partem, etiamsi parum novi contineat, magni faciendam esse, vix est quod moneam. Sed mirum sane est, quod de Karoli Martelli tempore, sive hoc fonte destitutus, sive ipso neglecto, alia narrat prorsus falsa, quorum originem recentiorem etiam nominis forma 'Karlez' indicare videtur; postea vero res a Karolo Magno gestas multo brevius recenset, Annales Laurissenses maiores secutus. Hos procul dubio cum Bertinianis, quos dicimus, coniunctos habuit. Largiorem messem ex iis inde ab a. 814—838, quo, fasciculo deperdito, iam narratio abrupta est, tulit, denique Annalium in ipsius monasterio scriptorum maiorem partem recepit. Quibus finitis, sive materia deficiente, sive alias ob causas operi finem dedit³.

Huic, ut ita dicam, tabulae multa auctor intulit aliunde sumta. Etiam Sallustium, Pomponium Melam affert; quaedam ex notitia provincialium Galliae, ex genealogia regum Karolingicorum fluxerunt, fortasse vero iam alibi descripta. Pontificum Romanorum catalogum inseruit⁴; pauca etiam ex brevibus Annalibus sumsisse videtur (a. 721. 744. 751. 776. 787. 793). Semel chartam monasterio suo datam integram recepit; alibi (a. 745) chartam inserendam esse, in margine adnotatur. Praeterea de sancto Vedasto, monasterii patrono, de huius abbatibus, de episcopis Atrebatensibus et Cameracensibus, de sanctis viris et feminis, praesertim iis qui Flandriam et vicinas regiones illustrarunt, multa tradita sunt, quorum originem certo certius indicare nequimus. Nonnulla qui-

35 1) Gesta Francorum num adhibita sint, dubito. 2) Cf. quae monui 'Forschungen' XX, p. 322. 3) f. 139^v. 140. alia manu saec. XII. brevis Francorum historia scripta est, partim ex historia Senonensi, SS. IX. p. 364 sqq., sumta. Ex qua haec exhibere iuvat:
40 [F]ranci origine Troani adhuc pagano ritui dediti regnum suum, ut in presenti nunc cernitur, in Gallia stabilerunt, quae nunc ab eis Francia denominatur. Anno igitur dominice incarnationis quadringesimo octogenimo quarto Hiderico eorum rege mortuo, qui
45 Treverim civitatem cepit et Aurelianis urbem decastavit, Andegavis incidit et cum Andoreacio dux Saxonum Alemanniam sibi subiugavit, Clodoveus, filius eius ex regina Basina, etc.
Alie vero historiae referunt, quod Karolus supra-
50 dictus ad Ottonem imperatorem, acunculum suum, tenuit, ducatusque Lotharingie ei datus est et Ottoni, filio ipsius
Memoratus rex [Robertus] anno regni sui decimo

venit ad auxilium Henrici imperatoris, qui Ottoni tertio successit, in obsidione Valentianensis castris, quod Baldwinus comes Flandrensiu invaserat; adiuncto sibi Ricardo duce Normannorum, cum eodem imperatore colloquium habuit apud Eocum super Curum fluxum de statu ecclesie et regni, ubi mira liberalitas et munificentia imperatoris apparuit, ut opibus regum Persarum aut Arabum posset comparari. (I. Gest. Camerac. III, 37). Hoc imperante Conrado ad invadendam Lotharingiam animum intendit, sed cito ab hoc conatu desistit.
Finis, folio exciso! Anno dominice incarnationis 1030, defuncto rege Roberto, Henricus, filius eius, regnavit annis sbe 25. Huius mater Constantia maximam regni potestatem in suam post funus mariti
4) Minus recte Monod p. 244. 249. de Agnelli libro pontificali loquitur. Neque ipsum librum pontificalem Romanum auctorem habuisse contenderim, quamvis sint quae cum illo conveniant.

dem ex notis domesticis vel vitis antea scriptis auctor haurire potuit; sed raro cum his ita convenit, ut eas exscripsisse putandus sit. Nonnulla sermone uberi et paene timido a consueta dicendi ratione recedunt, ut alii scriptori ea vindicemus oporteat¹. Neque uni libro quaecumque ad certos fontes reduci nequeunt tribuerim. Quae de Leodegario et Ebroino narrantur alius indolis esse videntur ac relationes illae de priscis Galliae episcopis; sed fortasse cum Annalibus iuncta erant quos etiam in Mettensibus exscriptos diximus. Ad eosdem vero haud ea retulerim quae de Gothis Barcinonae et Narbonae habitantibus nova atque inaudita referuntur. Prima operis parte auctor Isidori, cuius chronicon usque ad Sisenandum continuatum habuit, et Bedae vestigia sequitur; post in annales transit, annos a Christi nativitate numerans, aliquoties imperatorum annos addens. Karoli Magni vero tempore illos prorsus fere neglexit. Nonnumquam consules affert Romanos ex fastis nescio quibus sumtos.

Verba a. 591: cum ad nostra usque tempora ex huius Lotharii filia regum novorum processerit prosapia regibus Karolingicae stirpis in Gallia regnantibus¹⁵ scripta esse, facile est intellectus². Sed ne haec quidem huius libri auctori tribui possunt, si ea quae de codicis aetate et indole dixi probaveris. Accedit quod verba quae ad Gesta episcoporum Remensium referuntur minime in his, sed in Gestis episcoporum Cameracensium leguntur, quae saeculo demum XI. vergente conscripta esse constat; sive calami errore, sive consueto more falsum libri²⁰ titulum scriptor attulerit³. Codicis indolem cum hac re minime pugnare, supra dixi. Quae cum ita sint, difficile est dictu, quid noster sibi proprium habeat quidve ab aliis mutuatus sit. Nonnulla tamen ex populi ore recepisse videtur, de loco natali Fredegundis (c. a. 567), sepulchro Theoderici regis (a. 691) alia. Alibi res ipsae valde sunt turbatae (quae ad Hispaniam spectant in Italia²⁵ facta esse dicuntur; Valentiniani epistola in orationem ab Aetio habitam vertitur). Haec ipsi libri auctori imputanda esse crediderim. De eius sermone certius vix iudicare licet. Aliquoties verba inusitata vel sensu alieno adhibita videmus (pellatia his pro fallacia; resolvit pro respondit; capisuda).

Modo igitur auctoris diligentiam et uberem subsidiorum collectionem laudemus, modo satis negligentem, ne dicam temerarium fontium usum castigemus, utique fere hunc librum qui e tenebris eruatur dignum esse iudicemus, oportet.

Per medium aevum vix Atrebatenses fines egressus esse videtur. Ibi praeter Herimannum Tornacensem etiam Andreas Marcianensis eo usus est⁴; alia Guimannus (Wimannus), alter S. Vedasti monachus, qui a. 1170. iussu³⁵ Martini abbatis chartas et possessiones aliaque monasterii iura recensuit, ex hoc chronico recepit. Recentiore vero tempore F. Locrius in chronico Belgico (Atrebat. 1616. 4) non paucos locos ex eo descripsit, qui etiam aliis, praesertim Bollandistis in Actis Sanctorum usui fuerunt. Nostra aetate, postquam b. m. Bethmann minus recte plenum Annalium Vedastinorum exemplar hic deprehendisse sibi visus⁴⁰ est⁵, Dehaisnes⁶ archivo Insulano praefectus, cum novam Annalium Berti-

1) Nota etiam, quod compluribus locis de 'Gallia Comata' loquitur. 2) Alius locus a. 617. cum hoc convenit: *Blithildem genuit, ex qua Karolensium regia pullularit prosapia*, sed non discretis verbis Karolenses etiam tum regnum tenuisse dicitur. 3) Ex his etiam quae de 'descriptionibus' Dionysii papae affert sumsisse videtur, fortasse etiam epistolam Hieronymi de vastatione Galliarum. Alibi vero eorum vestigia haud deprehendi, neque ex Flodoardi libro multa sumsit. 4) Id quod Dehaisnes p. 395. monuit. 5) 'Arch.' VIII,

p. 425. Descriptionem codicis quam promisit neque imprimi fecit neque inter eius schedas inveni. Apographum in bibliotheca Parisiensi indicavit, ib. p. 313. 6) Idem cum socio nostro W. Arndt annorum 694-741. 45 exemplar communicavit, quo usus est Breyssig in libro de historia Karoli Martelli conscripto ('Jahrbücher des fränkischen Reichs 714-741.' 1869). Inusitato sane nomine 'compilationem Vedastinam' opus dicere voluit, p. 115; quod Monod l. l. p. 244. 50 retinuit.

nianorum et Vedastinorum pararet editionem (Paris. 1871), parum feliciter hoc usus est codice¹, praeterea vero maiora chronici fragmenta satis diligenter edidit (p. 361—404) et doctis annotationibus illustravit. Neque tamen ita omnium votis satisfecit². Nunc igitur plenius exhibenda duxi quaecumque ad 5 mediæ aevi tempora spectant, iis tantum omissis quae Iordanis narrationem ad verbum reddunt. Magna quidem operis pars litteris minoribus erat imprimenda; ubi vero non tam res quam verba proprii quidquam continebant, non semel anceps haesitavi, quomodo singulorum locorum indolem satius exprimere facerem. Neque ea distinguere potui, quae libri deperditi suppeditabant vel 10 quae auctor ipse addidisse censendus est.

Ex Guimanni libro ante aliquot annos edito³ appendicis loco ea subiunxi quae monasterii historiam illustrant⁴ et chronici nostri quodammodo continuationem praebent⁵. Eo a. 1192. mortuo, frater Lambertus opus continuandum suscepit, sed pauca tantum addidit⁶. Qui editionem paravit apographa recentiora episcopatus et archivi publici praefecturae Atrebatensis secutus est, vetustiore exemplari in bibliotheca Cheltenhamensi asservato⁷ destitutus; neque nobis hoc uti licuit.

G. W.

Orthodoxi patres divinis disciplinis veteris et novae legis eruditi omne tempus istius saeculi in sex aetatibus^a secundum 6 primorum dierum opera distinctis principibus et annis 20 diviserunt, sequentes, in quantum sequi optimum duxerunt, veteres hystoriographos, qui a primordio mundi ad sua usque tempora, accidentia temporum descripserunt. Horum primus Iulius Africanus sub imperatore Marco Antonio, qui post Octavianum 13. successit, simplici stilo hystoriae operam dedit. Dehinc Eusebius Caesariensis Palaestinae episcopus a mundi fabrica usque ad Con-

a) aetat. corr. etat. c.

- 25 1) Cf. quae exposui 'Gött. Gel. Anz.' 1873, nr. 1. 2) Cf. Monod, 'Revue critique' 1872, p. 245. 3) 'Chartulaire de l'abbaye de St. Vaast d'Arras . . . par Guimann publ. par M. le chanoine Van Drival'. Arras 1875. 8. 4) Praeterea ex praefatione haec afferam: 30 Quod ex descriptione illa que penes nos habetur, que anno Verbi incarnati 886, iubente serenissimo rege Karolo, a nuntiis suis, Guilberto fidelicet, Oderico et Edeberto, facta est, probare perfacile est; in qua cum universa ecclesie nostre ita ad unguem sint exarata, ut et villarum numerositas et mancipiorum diversitas et servitiorum qualitas quantitasque ubi (ubi- 35 que?) lucide et expresse denotetur, vix nos omnium decimam habere, non tam ex libro conicimus, sed experientiam sentimus. Hanc deperditam lugemus, neque de ea alibi quidquam annotatum vidi. Sed de Karoli cura bonis ecclesiarum describendis adhibita cf. Guérard, 'Irminon' I, p. 20. 5) Multa praeterea continet notata valde digna. 6) Dedicacionis versus hic exscribere iuvat: 40 Lambertus prior et armarius atque sacrista, O claustrî reverenda cohors, tibi dedicat ista. Non datur a cunctis in templo gemma vel aurum, Sed ferrum et plumbum, saga, ligna pilique caprarum; Non omnes intrant archanum theologie, 50 Et decet, ut satagens succurrat Martha Marie. Confiteor mallem Marthe complere laborem, Quam sine fine^b sequi nec prendere posse sororem. O qui fastidis moralia Gregoriana, Hec lege: non erit hec, fateor, tibi lectia vana. 55 Incenies, quis honor, quis apex, que gloria fastus
- Hinc domui, quid in hac habeat pater urbe Vedastus; Que prope, que longe domus hec sercet sibi iura. Instruct ut cunctos, librum est mihi scribere cura. Iam, nisi fallor ego, vicenū sollicitur annus, Cum mihi germanus describeret ista Wimannus. Huius percurrens ego scripta, cor applico totum, Ut complere queam germani nobile volum. Qui legis hec fratrisque meique memento rogaque, Adsit utrique et utrumque stola Iesus ornent utraque. Transierant mille ducenti octo minus anni Virginis a partu, cum transit vita Wimanni; Qua Marchus colitur martyr cum martyre fratre^c, Hac frater rapitur mihi luce, superatite fratre. Ergo superstes ego solusque relictus, utrisque In studiis vigilo tibi, sancte Vedaste, tuisque Fratribus. O lector, eterna precare duobus! Alter mortuus alterque cito moriturus, Vicat uterque Deo! vicat liber hic sicut et ipsi, Quos, o dica cohors, dico tibi dogmate scripsi! Lamberti studium terrena et celica sator, Hec qui fastidit hoc^b sufficienter alatur. Sicut Martino sum scripta dicata Wimanni, Sic nunc abbati mea dedico scripta Iohanni. Vos precor, o socii, eos nocte dieque precari, Nos Deus ut faciat eterna luce beari. Amen.
- 7) Cf. 'Arch.' VII, p. 101. Chartularium S. Vedasti Atrebatensis s. XIV; sed numerum reperire haud potui. Apographum quod Parisiis exstat ('Arch.' VIII, p. 313) recentioris est ætatis.

a) fini ed. b) hec ed.

1) Diem Marci et Marcellini iunere videtur, lun. 18.

stantinum, qui Bizantium Constantinopolim nominari iussit, Greco prosecutus stilo; quae a sanctae memoriae Iheronimo in Latinum translata in Valentis usque cesaris tempora ordinata regnis et temporibus hystoria est. Post hoc Victor Tonnensis ecclesiae^a episcopus, recensitis hinc, succincto predictorum hystoria virorum, gesta sequentium setatum^b ad consulatum usque Iustiniani minoris exploit; cuius imperii anno sexto dominus et interventor noster Vedastus, iubente misericordiarum presule, caelo receptus, ubi placida compositus pace quiescit. Orosius autem, Augustini egregii doctoris discipulus, usque ad octavum Honorii et iunioris Teodosii, Archadii filii, annum; Isidorus vero ad tempora usque Eraclii augusti; Beda nichilominus, veterum re-
 latorum ultimus, ad 11. usque Dyonisii, corpore quidem minimi, sed prudentia disertissimi, circulum, qui fuit annus Leonis imperatoris nonus, gestarum continentiam rerum denota-
 verunt. Quorum optabilem retexentes lineam, subneximus ea quae a modernis post illo-
 rum tempora notata sunt.

Ab^c optimo rerum ci. atore et summo opifice Deo.

Prima die facta est lux, et actato seculi primus Adam in delictis paradysi collocatur.

- 15
 16. Gaius Iulius post victoriam civilis belli annis 6. Hic antea, ut premissum est, consul creatus, Germaniam et Galliam optinuit ductu Comei Atrebatum ducis^d, de^e Britannia, ut in Eutro-
 pio Anglorum reperitur, sic triumphavit. Postquam^f ad Brittones legationes direxit, uti obsides et
 census more aliarum gentium Romanis regnorum dominis dirigerent, interioris naves et navium apparatus
 circa litus maris certim parabantur a Romanis. Britanni cum essent tyranii et tumidi, legationem Romanorum con-
 temperunt. Tunc Iulius Caesar valde iratus ad Britanniam cum 60 coelis pervenit in ostio fluminis Tanensis. In quo
 naufragium — ante Britanni [ex Nennio, nonnullis amissis vel aliter expressis].
17. Syro papa Dyobisius ex monacho succedit; cui curae fuit cunctas nosse sedes dyocesis suae,
 et editores quasque metropolitanas, inferiores vero suffragarias esse^g instituit^h. Post
 victrices Iulii Caesaris aquilas, per quas ante adventum Salvatoris gentium totus pene sub-
 actus est mundus, hoc tempore generalis christianitatis titulus sensit excidium, cum parti-
 cularis sanctorum numerus antea et postea perferre pro Christo domino non timuerit cor-
 poris exterminium. Nam Chrocus quidam rex Alemannorum, qui dura dedit discrimina terris, iunctis
 secum quos potuit populis, univ. is prope vastatis Gallis, aecclisⁱ Christi a fundamento eversis, tandem
 iusto Dei iudicio Gallorum impetu comprehensus, Arelato post diversa verbera, suis amissis illarum
 gentium copiis, gladio capite truncatur. Quod sub solius Gallieni imperio pervenisse claret,
 quoniam Valerianus, emensis annis 4 imperii, a rege Persarum captus est; solus Galienus annis
 decem post rexit imperium.
18. Quod his temporibus ATREBATI lana caelitus fluxerit, plurimis refertur hystoriis, et
 beatus Iheronimus ita meminit in cronica sua capitulo 45^j: Romanorum 39. regnavit Valentinianus et 35
 Valens. Valens ab Eudoxio — Ambianis imperator efficitur; sub quo Valentinianus iunior, frater eius, et Teodosius
 Magnus augusti regnaverunt. Terro motus per totum orbem factus est. Apud Atrebatas vera lana o caelo pluvio mixta
 reflexit. Atzaricus — expellit. Eusebius — moritur. Ieronimus hactenus.
19. Anno imperii Honorii et iunioris Teodosii primo, dum Alaricus rex Gothorum Romam
 invasit, Attila Hunorum rex, qui numquam patiens pacis longaeque quietis armorum, cum
 Wandalis, Alanis et Suevis quaeque sibi obvia barbarica rabie ferro et igne viam aperiant^k,
 ac post innumera strage Mettis in vigilia pascae perveniunt. De qua urbe beatus Gregorius
 Turonensis sic refert, quia, priusquam hi hostes venirent, vidisse virum fidelem in visa conferentem
 cum sanctis apostolis Petro et Paulo beatum levitam Stephanum de hoc excidio ac dicentem: Oro, domini mi, ut non
 permittatis obsecro vestro Mettensem urbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo parvitas mese pignora con-
 tinetur, set potius sentiant se populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum Incinus populi supererexit, ut
 aliud fieri non possit, nisi civitas tradatur incendio, saltem vel hoc oratorium non eremetur. Cui illi alunt: Vade in
 pace, dilectissime frater, oratorium tuum tantum cerebit incendio. Pro vero vero non obtinimus, quia dominicae sanctionis
 super eam sententia iam processit. Invaluit enim peccatum populi, et clamor militum eorum ascendit coram Domino; ideo
 cremabitur incendio. Unde non dubium est, quod horum obtenta urbe vastata oratorium permansit illesum.
20. Attila^l cum Hunis et Wandalis vel caeteris collectivis nationibus, quarum summa, ut
 Iohannes^m Ravennatae urbis episcopus scribit, fuere quingenta milia, a Mettensi urbe rece-
 dens, innumera christianorum oppida humo conequans, Remis campestem civitatem velut
 immanis lues invadit, quam forti obsidione vallatam diruit, ubi preciosus martyr Nicholas

a) corr. evel. c. b) setat. corr. etat. c. c) haec rubra colore scripta sunt. d) a c. e) duo vocabula erasa c. f) e. gr. 55
 Ars enim latenter constructa invisibilis militibus Romanis fuit: post Trinoventum addit: in quo gravissima strages Brit-
 tanorum facta est. g) e corr. c. h) hap., ut videtur, corr. ap. c. i) alia manu pergit c. k) hancos erasum videtur.

1) Cf. G. Camer. I, 2, SS. VII, p. 403, ubi de Comeo quamvis etiam chronicon genuinum Vedastinus hoc
 a Caesare subiecto narratur. 2) Cf. G. Camer. I, 5, loco consuluisse videatur. 3) Iordanem intelligit,
 p. 404. 4) scil. Excerpti a Fredegario compositi, 60

gladiis furentium cum populo occubuit. Hunc gesta Remensium¹ pontificum referunt eius sedis arci decimum prefuisse post venerabilem Sixtum, qui, ut scribitur², a beato Petro apostolo ordinatus atque in Galliam ab eo directus, Dei dispositione primus apicem Remensis sedis obtinuit. Quae urbs populi numerositate desolata, castra civitatesque cunctae, quae Mosa atque Scalz³ fluvii necne Summa atque Sequana confovent usque in sinibus maris occidentalis, gravissimo, sed iustissimo Dei iudicio persequentium manus cessere; inter quae Camaracus et Atrebas, quae gemino gubernabantur pastore, praepeditibus peccatis ruere, et neque superstes praeter ruinarum inditia evasit, qui futuris non tamen monumentis aliquibus potuisset. Marorum fracturae terra deiectae dant inditia, quid cum his duabus civitatibus perpessae sint Treveris, Tungris, Tornacus, Morina, Bolonia, Ambianis, Belvacus, Parisius circumiacentiaque castella, quorum nomina ob legentium fastidium ommissa sunt. Interea tamen, dum sanguis taliter christianorum in peccatorum remissionem sufferentium atque in reprobationem divinae misericordiae succedentium igni ferroque haurebatur, Anianus, vitae merito Deo dignus, Aurelianensis civitatis erat episcopus, quem 15 deterrebat mens presaga mali³, ne parilis hostium congressio offenderet illi, Romam ivit⁴, auxilium Etii tunc temporis patritii iuris consultus clarissimi expetii. Accepta securitate succurrendi, vir sanctus regreditur, cives ad Deum spem precesque erigere hortatur, dein collecto milite et disposita statione custodiae ad resistendum paratur. Supercedendum est nunc, quoniam temporis est meminisse, quis fuerit iste Attila Hunorum, quae eius regio, 20 quae gens, quae gentium manus tot Germanorum et Galliarum nobiles attentaverit ausa regiones.

Veterum relatores hystoriarum totius terrae circulum Oceani limbo circumseptum triquadrum statuunt ¹ eisque tres partes Asiam^b, Europam et Africam vocaverunt. De quo tripertito orbis terrarum spatio innumerales penae scriptores existunt, qui non solum urbium locorumque positiones explanant, verum etiam, et quod est liquidius, passuum miliariorumque dimetiunt quantitatem. Insulas quoque marinis fluctibus intermixtas tam maiores quam etiam minores, quas Cycladas vel Sporadas cognominant. Et insularum cum plurima sint nomina diversaque ritus incolentium, veniendum est ad eam de qua ratio haberi disponitur. Est, ut Claudius Ptholo- ¹ ² ³ ⁴ ⁵ ⁶ ⁷ ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³ ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ¹⁰⁰⁰

^a) In marg. add. manu coeava: Sarmaticis montibus Sarmate gentes.
^b) In marg. add. eadem manu ut supra: Germani sic appellati, quod terrae vicinitate et gentium affinitate Gallicis vicini.
^c) In marg. add. eod. manu: Sic Iordanis.
¹) Flodoardus libro I. ante Nicassium novem recenset 4) Gregorius II. 7. et Vita S. Aniani, Duchesne I. episcopos, sed Nicassium haud diserte decimum dicit. p. 521, rem aliter narrat.
²) Cf. Flod. I. 3. 3) Cf. Verg. Aen. X, 843.

Jord. c. 6. Scytharum, vel Gothorum, qui Phylimer successerat, Versozen* Aegyptiorum regi ad Phasim** fluvium occurrit, eumque graviter debellans, in Aegyptum usque persecutus est. Et nisi Nili annis intranatabilis obtulisset fluentia vel munitiones, quas dudum sibi ob incursiones Aethyopum fieri precepisset, ibi eum in eius patria extinxisset.

Oros. l. 1. Sed dum eam ledere nequivisset, revertens pene omnem Asiam subiugavit atque vegetalem fecit: ubi per 15 annos

Jord. c. 6. sine pace immorati, tandem armorum flagitatione revocantur. Ex cuius exercitu multi provincias contuentes subiectas, 5 deserto suorum agmine, in Asia partibus resederunt eamque quasi coloniam indepti sunt. Movebitur*

* l. 33. interim forsitan animus legentium vel audientium*, scire volentium, quare ex Asia partibus in Europam transierint, dehinc quomodo superiores Burgundie regiones occupaverint, cum certa res sit, ex antiquo Tolosam civitatem et eius finitima eos tenuisse ad tempora usque Chlodovei, quem Remigius Francorum apostolus in Christo regeneravit, qui eos a Francorum finibus propulit.

Rome post exactos reges dum^b prudentia consulum et fortitudine populorum totus pene orbis terra marique fragore obviantium armorum concuteretur, tempore quo Ptholomeus, Cleopatre filius, regnum Aegyptiorum Luliusque Cornelius Sylla Romanum potius

Jord. c. 12. est consulatum, Gothi ab Asia migrantes, Datiam invaserunt, quae trans Danubium posita, corona cingitur montium, quam non minus annis 352 tenuerunt ad tempora usque Maximini Gothi, qui

Jord. c. 13. triennio Romanis imperavit. Ille Maximus, patre Gotbo Mica nomine progenitus, decorus et procerus, fortis aeque viribus, dum adolevisset, Romam adiit, oculis se Septimii Severi imperatoris, qui 16. Octaviano successerat, presentavit, in ludis militaribus cum iuvenibus operam dans, corporis agilitate et virtute superavit, captus in stadio premiis, iussus est in militiam ascribi. Sub Antonino, Severi filio, 20 ordines militum ad bella consule duxit, ac sepe famam factis extendens, plures militiae gradus centuriam tulit. Cum Aurelio Alexandro contra Parthos mirabiliter dimicans, vicit, sed post^c modicum Alexandro militari

* l. 34. tumultu Maguntiaro gladiis extincto, ipse militum electione abque senatus consulti imperator effectus est. Politus imperio, ad tuitionem Romani imperii familiarem, quia ex vicino sanguine concretam, Gothorum alam ex Datia evocans, in Barclonam collocat incolasque veteres foro solo 25 eliminat. Gothi igitur talem occasionem nacti, permissa obtinuerunt loca, et post biennium Narbonam, super ripam Rodani fluminis sitam^d, non sine multo suorum sanguine, dein post quinquennium sua rabie depopulantes, Tolosam indepti sunt, foederatque cum Romanis^e, annui stipendiarii sub 22 imperatoribus annis manserunt 247.

Sub Galerio imperatore partes Asiae, sedes videlicet antiquas patrum, revisentes in-

Jord. c. 20. traverunt, ritu barbarico Hellesponticum fretum retrahentes, Troiam et Ilium secundo deleverunt.

* l. 21. Sub Diocletiano et Maximiano Narseum regem Persarum cum omnibus copiis extinxerunt, cum Constantino Magno Liciniam Italiae caesarem persequentes, in Thessalonica clauum gladio peremerunt. Cum Theodosio, virtute et^f prudentia consultissimo, tunc iuris publici patricio, sed post victoriam consulatu

cf. Marcellin. Jord. c. 26. Ausonii et Olibrii imperatore facto, contra Eugenium tyrannum, qui, Gratiano imperatore occiso, Gallias 35 occupaverat, exierunt, predictum tyrannum cum copiis extinxerunt. Nam isdem Gratianus ob frequen-

c. 27. tem Wandalarum incursionem in Gallias manebat. Verum postquam imperator Theodosius rebus excessit humanis, ceperunt eius filii rem publicam minorare, Gothos consueta dona subtrahere. Uada permoti, verentes, ne longa pace eorum solveretur fortitudo, malentes proprio labore regna querere et subiugare quam alieno dominio per-

* l. 34. otium subiacere, collecto exercitu, cum suo rege Alarico Pannoniam vastaverunt, Stilicone et Aureliano consulibus 40 Romam intrantes, maximam eius partem incendentes, cum ingentibus spoliis et innumera preda recesserunt.

Sed mox grave ferens res publica eos habere hostes, quos consueverat adiutores regni- que defensores, muneribus reprobatos recepit foederatos. Fama interea et vera Rome perlata est, ob diuturnam Romanorum atque Gothorum amicitiam Attilam Hunorum regem 45 occidentalem atque Comatam Galliam igne et ferro exterminari, et quaerebatur, ut subveniretur, animabatur, ut armis tanta viri audacia premeretur. Hunos nam superius diximus³ secus litus Pontici maris manere quidem hieme, aestate campos velut animalia pervagare, venatione tantum usos, vitam per longum tempus ita exegisse. Sed ubi numerositate populi eorum excessit audacia, vicinarum gentium quietem perturbare ceperunt fraudi-

bus et rapinis. Ostrogothas sibi vicinos, qui longissimam oceani Germanici ripam insidebant, a quibus illi discesserant Gothi, quos notavimus ex Asia in Europae Galliam transisse, primo invadunt, sed mox repulsi, agilitate corporum confisi et agmine suorum, rursus crebro

Jord. c. 24. pertemptant, donec federatos recipiunt. Alanos, quos dicunt Slavos, pugna sibi pares, sed humanitate

* l. 35. — in pignora suo primo die nota deserunt. Nam maribus — beluina^f vivunt sevitia. Wandalos, quos nunc 55

* l. In marg. add. manu, ut supra: Sic Orosius.

** l. In marg. add. manu eadem: a quo Phasides aves exortae vel cognominatae sunt ex Jord. c. 6.

a) haec linea in litura c. b) ante dum littera erasa c. c) p c. d) et p || prud. c. e) a. c. in litura c. f) bel erat. c.

1) Nota singularem scriptoris errorem. 2) Cf. Jord. c. 16. 3) Haec ita ventiquam leguntur.

appellant Guenedos, attemperaverunt, suis victoriis facile applicavere. Gens Suavorum, id est Alamannorum, Gallis saepenumero infesta, et ipsa Hunis cessit foederata. Quod multis regnis terrarum non fuit ad minimum incommodum. Haec apud Hunos agebantur, in quantum fides hystoriarum est credenda temporibus Vespasiani filiorumque eius Titi atque Domitiani, qui Sármatas atque Dacos evincere laborabat. Enimvero elapsis annis 300 paulo amplius, dico autem imperii Theodosii iunioris et Archadii, Honorii filio^a, dum Innocentius papa nomen meritis evincens sedi^b Romanae curam administrabat, Gallia a Deo relicta, quia pondere peccatorum aggravata, stragem populi sui solvebat coacta. Non hanc Iulianam neque Alemannicam coequare potuit mortiferam rabiem, quoniam haec, quanto populorum numerositate multiplicior, tanto grandine et pernicite immanior. Is namque Attila Scytarum atque Hunorum dominus calicem irae furorisque iusti iudicii propinaturus populis, tantis secum sociatis gentibus, quo via contulit vivifica, Christi aepclesiarum mysteria dissipavit, castra et civitates christianitate viduavit. Et ubi post lamentabiles christianorum cedes Parisius, gravi barbarorum labore oppressa, succubuit, circumquaque^b vastatis, Aurelianis tenditur, ipsaque agminibus hostium circumvallata perturbatur. Sed inter agendum precibus beati Aniani eiusdem urbis episcopi ab Etio Romanorum patritio, affabilitate, prudentia et belli fortitudine optimo, qui erat ex Italia, patre natus Gaudenio, occurritur; cui in auxilio affuerunt duce rege Theoderico et filio eius Torismundo Gotbi, id est Longobardi, Franci, Burgundiones, Sarmatae, Armoriciani, Litigiani, Ribarii, Olibriones, Romani quondam milites. Attila exitus Romanorum fama, ab Aurelianis recessit; bellum sitiens, Romanis^c occurrit. Convescitur itaque ab utroque populo in campos Maurianos, qui Catalaunici dicuntur, centum leugas, ut Galli vocant, in longum tenentes et septuaginta in latum: leuga autem Gallica una mille et quingentorum passuum spatium metitur. Erat in eisdem campis positio loci declivi tumore in editam collis erecta et lata. Hunc locum, quoniam habilis erat ad repugnandum, uterque exercitus ambiebat. Attila suos dirigit, qui cacumen montis invaderent; sed ab Etio praeventur. Ubi isdem patritius Gothis et caeteris populis talem adorsus est orationem^d: 'Prudentiae vestrae est, fortissimi gentium, adversus orbis conspire tyrannum, qui optat mundi generale habere servitium, qui causas prelii non requirit, sed quicquid commiserit, hoc putat esse legitimum. Ambitum mundi sua spe brachio metitur, superbiam licentiae satiat, qui ius fasque contempnens, hostem exhibet et naturae. Cunctorum etenim meretur hic odium, qui in commune omnium se approbat inimicum. Recordamini, queso, quod certo non potest oblivisci, ab Hunis non per bella, ubi communis casus est, futum, sed quod graviter angit, insidias appetitum. Ut de nobis Romanis taceamus, potestis hanc inulti ferre superbiam? Aratorum potentes, favete propriis doloribus et communes iungite manus; auxiliamini etiam rei publicae, cuius membrum tenetis! Quam sit augeam nobis exoptanda aut amplexanda societas hostis, interrogate consilia! His accensi milites verbis: 'Habetis, ait Theodericus rex, 'Romani desiderium vestrum. Fecistis Attilam et nobis hostem; sequimur illum, quocumque vocaverit. Et quamvis infletur de diversis gentium victoriis, norunt tamen Gothi confingere cum superbis. Hinc nullum bellum dixerim grave, nisi quod causa debilitat, quando nil triste parit, cui maiestas ardeat'. Adclamant responso inlites^e ducis: letus sequitur vulgus: fit omnibus ambitus pugnae; hostes iam Huni desiderantur, armis prestolantur. Interea Attila cum videret exercitum pro montis^f vertice turbatum, tali cum ex tempore credidit alloquio confirmandum: 'Lectissima manus, post victorias tantarum gentium — sepultus est'. His verbis accensi, in pugnam cuncti precipitantur circa horam diei nonam. Sic etenim Attila statuerat; ut, si secus cederet, nox imminens subveniret. Sed Dei omnipotentis virtute impetum christianorum ferre non valens pars adversa, Attila cum suis aufugit, ex plaustris mox et equinis sellis septum fragile castrorum in modum piramidis sibi prestravit intro clausus, ut, si adversarii statuissent persequendum, flammis se iniecisset, ne aut aliquis eius vulnere letaretur aut in potestate tantarum gentium perreniret. In hoc fortissimarum gentium bello ab utrisque partibus 165 milia caesa referuntur, exceptis 15 milibus Gepidarum et Francorum, qui ante congressionem publicam noctu sibi occurrentes, mutuis se concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunorum parte pugnantibus.

Gallia Comata tanto hoste adeo, ut primo paucis pretitulavimus, tempore sed pauco, remansit deleta, ut vix, ut ita dicam, in initio respirationis defuit, qui perpauca auditoribus nuntiare potuerit. Etenim cum hystoria Marcelli consulis referat, dicens^g: provincia Belgica secunda: metropolis civitas Remorum una, civitas Camaracensium una, civitas Atrebatum una, civitas Vermandorum una, civitas Tornacensium una, civitas Morinum, id est Pontum, una, civitas Bononiensium una; cumque Dionisius a beato Petro apostolo 24. papa, qui fuit temporibus Valeriani et Galieni, ante hoc christianorum excidium, scire cupiens parrochias dyocesis suae, easdem pretitulas sedes acceperit numero signatas pastore proprio, ex collecto senario episcoporum^h numerus redditur ternarioⁱ.

Bethlemites^j Iheronimus imperii Honorii et iunioris Theodosii tertio annum aetatis habens octuagesimum, vir in Christi aeclesia magnificus, fama relationis tanti excidii

a) Ita c. b) in litura c. c) Romanus corr. Romanis c. d) n. cunctorum. Etenim c. e) es e corr. c. f) munitis corr. prima manu montis c. g) XV milibus c. h) episcoporum c. i) ad manu pergit c.

60 1) Verba sunt Valentiniiani ad Gothos scripta. 2) V. Not. prov. Gall. ed. Guérard p. 17. 3) Quid haec sibi velint, nescio.

permotus, lamentum affectu matris exsolvens, in epistola de monogamia ad Geruntiam viduam ita meminit: Innumerabiles, inquiens, et ferocissimae nationes universas Gallias occupaverunt, quicquid inter Alpes et Pyreneum est, quod Oceano et Reno includitur Quadi^a, Wandali^b, Sarmatae, Alani^c, Gepidae, Heruli^d, Saxones, Burgundiones, Alamanni, et de lugenda res publica! hostes Pannonii^e vastaverunt. Maguntiacus, nobilitis quondam civitas, capta atque subversa est, et in ecclesia multa hominum milia trucidata. Vangiones^f longa obsidione delati. Remorum^g urbs praepotens, Ambiani, Atrebatenses extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus translatae in Germaniam. Aquitaniae Novemque-populorum, Lugdunensis et Narbonensis provinciae praeter paucas urbes cuncta populata sunt, quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames. Non possum absque lacrimis Tolosae facere mentionem, quae hucusque ne rueret sancti Exuperii episcopi merito praestiterunt. Nunc sed quid dicam? Legitur, quoniam Servatius meritis a Deo datus servavit Tolosam, Anianus urbem Aurelianam, Briccius, immo antecessor eius memorandae humilitatis Martinus Turonicam. Nos, urbibus flammatis patribusque caesis, accipimus, Galliam Comatam deletam cum clero et pontificibus. Quinam vero fuerint, ignoratur, cum multis sanctorum locis super id requisitum sit; solius Dei cuncta noscentis id ascribitur notitiae, cui est suorum nomina scire. Sed pro pudor! cum antiquae aedificationis recordatio teneatur, Camaracum, Tornacum, Ambianis, Taruntiacum^h Gallos ad munimentum sui ante adventum Christi aedificasse, Gneum Pompeium Atrebatum et Suessionis construxisse — sed utrumⁱ, ignoro, illum senserim, qui ex Hispania nobiles triumphos egit et Gallos vicit, postquam consul Marcellus Mediolanum expugnavit^j, an illum, qui ex industria animi ante praescriptam aetatem consul a consulibus, interpellante Cornelio Sylla, electus sit^k, tum in Sycliam nobiliter militavit, tum in Hispaniam, tum contra Mitridatem regem Ponti, ad postremum capta Hierusolima et Aristobolo victo secum Romam adducit, Hirtano^l in pontificium Iudaeorum stabilito — demirandum, quomodo contigerit, cur vel sola pontificum nomina ipsa deleta antiquitas non repraesentaverit. Verum non sola Germania atque Gallia a tanto hoste passa est discrimina; eadem namque coacta sustinuit Italia, milite et rerum copia^m opulentissima. Nam post tantae caedis exterminium Torismundus ad paternum solum reversus est Tolosamque ingreditur. Qui licet fratrum et fortium Gothorum et superiorum Gallorum turba gauderet, ipse tamen sic sua iniuria moderatus est, ut nullius reperiret de regni successione certamen.

Attila vero nanta occasione — tenore devastant necnon et Tyricum, quod nunc dicitur Papiam, aequali sorte decidunt viciniae loca saevientes alidunt demolunturque poene totam Italiam. Reversus itaque Attila in sedes proprias — geminata sustinuit ingloriosaque recessit.

Preterea sedato pulvere capisudaⁿ redit faties celi, ablutaque feculentis emundata squaloribus, pulchriora, quia fecundiora atque sanctiora Saturni exurgunt tempora, et novis luminaribus caelitus effusis expurgiscens renovatur predicando, illuminatur^o tota occidentalis Europa. Sed in tam vasto terrarum spatio apparent rari laborantes, rariores^p secundum contingens in defensione patriae equites. Interea si quis scire contenderit, quoto temporis spatio haec sedes pontificatus Camaracus atque Atrabas pastoribus remanserint viduatae, recurat tempora ab anno imperatorum primo Honorii et iunioris Theodosii, qui fuit salutifera incarnationis 410, dum septem reliquis Gallia sanguine exorbitatur, usque ad tempus quo, Christo disponente, pontifex ordinatus Atrebatum dirigitur dominus Vedastus: sunt anni 122, infra quae tempora a Deo Galliae dantur remedia, dum Remigius nascitur matre Cilinia.

¹id. Theodosius minor, Archadii filius, regnat solus ann. 27. Augustinus doctor egregius Hypponiensis [564] episcopus, quae est in Africa, tertio mense obsidionis suae civitatis migravit ad Dominum, cum vixisset ann. 66.

¹id. Per idem tempus Nestorius Constantinopolitanus¹ episcopus suae perfidiae demolitur errorem. Adversus quem Efesina 45 synodus congregata, eius^m impia dogma condemnat. Hoc etiam tempore diabolus in specie Moysi Iudeis in Creta apparet, dum eos per mare pede secro ad Terram repromissionis promittit perducere, plurimis necatis, reliqui qui salvati sunt confessum ad Christi gratiam convertuntur. His temporibus, id est quinto imperii anno Theodosii iunioris,

¹39. Martinianus², Theodosii successor, annis 7. Cuius indico Calcedonense³ concilium geritur; ubi Eulices [565] cum Dioscoro Alexandrino episcopo condemnantur. Huius imperii⁴ anno 1. Remigius Christi ordina-
¹id. tione, annis natus 22⁵, Remensis ecclesiae episcopus electus ordinatur. Teodericus rex Gothorum, iunior Torismodi, qui cum Aetio patritio Attilam ab Aurelianis bello fugaverat, cum ingenti exer-

¹*) *Manu al. in marg. add.*: id est Hungri.

²*) *Manu al. in marg. add.*: Vangiones. Ipsi sunt Vurmacenses.

a) Quadi corr. Quadi; Wandalus corr. Wandali; Alanus corr. Alani c. b) *ita codices G. Cam.* c) *e corr. c.* d) *post add. c.* 55 e) *ita c.* f) *in hura c.* g) *mi e corr. c.* h) *occidentalis corr. occidentalis c.* i) *rariores c.* k) 5748. c. l) Constantinopolinus c. m) *s post insertum c.* n) *Calcedonensi corr. Calcedonense c.*

1) Cf. Flod. H. Rem. I, 6, et G. Camer. I, 5, ubi ubi nihil de Pompeio. 4) Cf. ibid. V. 8 sqq. 5) Vocantamen ultima Hieronimi verba desunt. 2) Fortasse balum proorsus incognitum. 6) Cf. Flod. H. Rem. I, 11, Taruennam intelligit. 3) Cf. Pauli Hist. Rom. III, 6.

- cito Ispaniam ingreditur. Merovecus, ex stirpe^a Clodionis¹, regnat in Franciam, sedem regni habens Camaracum. Gerosius Autisiodorensis et Lupus Treccasius episcopi insignes habentur.
- ^a Leo maior cum Leone filio suo^b 17. Leone maiore obeunte anno aetatis 28, Leo iunior Zenonem [5667. Beda. Tr. 40. f. 40. Marc. f. 41. f. 41.] filium consortem imperii facit. Aegyptus et Alexandria synodum Calcedonensem detrectans, immundo spiritu arrepta, canina rabie latrat. Tunc primum apparuit hereses Acefalorum Calcedonense concilium impugnantium, quod ideo Acefali, id est sine capite, nominantur, quia, quis primus eam heresim introduxit, non inveniatur; cuius heresis peste plurimi haecenas Orientalium^c languent.
- Victorinus, iubente papa Hylario, scripsit paschalem circulum 532 annorum. Beda.
- Defuncto Merovingo, qui annis 9 regnavit, Hyldricus, filius eius, regnum suscepit. Quod annis 24 strenue regens atque dilans, vita decedens anno imperii Zenonis quarto, filio reliquit Chlodoveo. Tr. 40. f. 40.
- Gelasius papa, successor Felicis, temporibus Teoderici Gothi et Anastasii^d sedi Romanae preluit. Cat. post. f. 41.
- Zenon annis regnavit 17. Ab isto Acefalorum heresis defenditur, et defensores Calcedonensis synodi [5684. Beda. f. 41.] abdicantur. Iste Zenon Leonem augustum, filium suum, interficere cupiens, pro eo mater eius alium figura similem optulit ipsunque Leonem occulte clericum fecit; qui in clericatu usque ad Iustiniani tempora vixit. Per idem tempus corpus Barnabe apostoli et euangelium Mathaei eius stilo scriptum ipso revelante reperit. Greg. II. 27.
- Clodoveus anno regni sui^e quinto, imperii autem Zenonis 8, Siagrium^d Romanorum regem, filium Egidii, a Suesionibus expulsi; qui victus^e campestri certamine, ad Alaricum regem Tholose confugit. Clodoveus velociter ad Alaricum mittit, ut Siagrium reddat, alioquin noverit sibi bellum inferendum^f. At ille metuens legatis victum tradidit. Quem Clodoveus receptum custodiae mancipavit, regnoque eius accepto, gladio eum feriri iussit. Gelasio papa Anastasio successit; Anastasio Simmachus. Cat. post. f. 41.
- RUFU PATRITIO CONSULE.** 492.
- Anastasius imperat annis 27. Iste Acefalorum errorem vindicans, episcopos Calcedonensis [5717. a]. lib. 11. f. 11. synodi defensores exilio dampnat. Evangelia quoque tamquam ab idiotis euangelistis composita reprehendit atque emendat. Fulgentius Kartaginensis episcopus fidei et scientia claruit. Per idem tempus apud Cartaginam Olympus quidam
- 25 Arrianus in balneis sanctam Trinitatem blasphemans, tribus igneis aculis angelo emittente visibiliter est combustus. Barbas quoque quidam Arrianus episcopus dum contra regulam fidei quandam baptizans dixisset: 'Baptizato Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto', statim aqua fontis illius nusquam comparuit. Quod aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad ecclesiam catholicam abiit et iuxta morem evangelice fidei baptismum Christi suscepit. Symmacho papa^f Hormisda successit. Quem Anastasius dum persequeretur, fulmine percussus est interit. Cat. post. f. 41.
- 30 Anno huius Anastasii primo Clodoveus regni sui decimo Thoringis bellum intulit eosque suis dicionibus subiugavit. Quibus Libere possessis, anno sequenti Chrothildem duxit uxorem, virginem christianissimam, quae fuit filia Chilperici, filii Gundovei Burgundionum^h regis. Idem anno regni sui 15, commola gente Francorum, Alemannis bellum intulit, sed adversariorum audacia snorunque strage territus, compulsus fortissimum Deum christianorum invocavit, mox victoriam optinuit. Patrata^e victoria, regnum cum populo sibi subdidit; memorque sponsonis ad baptismum properavit; iter agens regressionis ad Comatum Galliam per Tullum oppidum, quod nobilitabat tunc temporis verax fama sanctae conversationis beati Vedasti. Quem accersitum, ut salutariter christianorum religionem ab eo audiret, secum duxit; sed inter eundem, cuius esset vir sanctus meriti, Deus omnipotens declaravit illuminatione caeci. Hunc domnum Vedastum Aquitanici usque ad haec moderna tempora a Petragorica regione profitentur nativam originem
- 40 habuisse^g, maxime quia sepulchrum patris atque eius matris imbi esse; et exemplo Abrahamae patriarchae egressum a suae gentis natione, pro Christi nomine peregrinando pervenisse Tullio oppido; quod cum caeteris Germaniae et Galliae civitatibus post crudele exterminium Attilae reparabatur christianitatis titulo. Perventum est Remi, quo rex a regina et sanctissimo Remigio interruptibus nuntiis operiebatur. Baptizatus cum multa gente Francorum, ibi beatum Vedastum praedicto commendavit archiepiscopo sublimiorum virtutum gradibus sublimandum; sub quo
- 45 annis 35^h in eadem urbe mansit. Infraⁱ quae tempora in civitate Viennensi maximus fuit terremotus, ubi multae ecclesiae et domus concussae atque subversae fuerunt. Sed et cervorum atque luporum feritas per portas ingressa, per totam urbem anno integro nihil metuens obrabat. Advenientibus quoque diebus paschalis sollempnitatis sanctus Mamertus, qui in ea urbe erat episcopus, dum missarum sacra in ipsa sigilla celebraret, regale^j palatium intra murum divino igne succensus est. Pavore omnibus perterritis et ecclesiam egressis, credentibus ne hoc incendio sit urbs tota consumeretur aut disrupta tellure debisceret, sanctus sacerdos prostratus in terram, cum lacrimis Domini misericordiam precabatur. Penetravit caelos munda oratio episcopi, et mox divinitus ignis extinctus est. Peractis 8 diebus paschalibus, fraterna vocatione quam plurimos convocat Galliarum episcopos, inter quos sanctissimum metropolitanum Remigium, ut eorum tractaret consilio, qualiter iram Domini iminentem mitigaret a^k populo^k. Et, ut
- 55 legitur in Remensium gestis pontificum^l, vir sanctus senio pressus, cum corporis premeretur inveni-

a) e corr. c. b) anò. erat. is c. c) Oritalium c. d) Siagrius corr. Siagrii e. e) rasura 10 litterarum sequitur c. f) extremum a erat. c. g) percussit corr. prima manu percussus e. h) Burgundionum corr. Burgundionum c. i) regale corr. regale c. j) aplo (apostolo) c.

60 1) Ita Gregor. II. 9. 2) Zenonis Lib. pont. 3) Haec litteris maioribus scripta unde auctor sumserit, nescio. 4) Haec cum V. Vedasti conveniunt, sed neque in vetustiore neque apud Alcinium his verbis narrantor. 5) Cf. quae in codice quodam Vitae vetustioris, 65 AA. SS. Febr. I. p. 794, leguntur. Dehaisne monet, eticimnum castellum Combifis in finibus Petragoricis et Lemovicensis dioeceseos tamquam locum natalem Vedasti rumore populi indicari. 6) Haec exscripsit Guimannus. 7) Eiusmodi nihil ap. Fiodardum legitur; sed iisdem fere verbis in G. epp. Camer. I. 8. narratur.

- G. Cam. 1, 8. litato, beatum Vedastum illic direxit vicariae sollicitudinis cooperarium. Quorum communi consilio decretum est, servari icinium, quod fridug ante ascensionem Domini usque tunc per christianorum ecclesias celebratur; sique terrorum portenta quiescerant Clodoveus post baptisterium, in quo nomen accepit Ludwicus, Albricum regem Gothorum, qui a Pictavis usque ad flumen Rodani superioribus et optimis Burgundiae partibus principabatur, facta congressione in campo Vogladine, decimo ab eadem urbe Pictava 5
 Greg. II, 37. militario, interfecit; dein usque ad Alpes Pennatas regnum suum dilatavit. Regressus ad occidentales regni Francorum partes, Raguachatum quendam regem Camaraco manentem impureque vi-
 et G. Fr. II, 38. ventem, qui ex stirpe illius Clodionis descenderat, qui ab eadem urbe post Wandalarum debachationem Romanos extruderat, bello trucidat. Obiit anno aetatis 45, regni trigesimo, anno post Alarici regis interfectionem quinto; sepultus est in ecclesia apostolorum Parisius, quam Crothildi reginae 10
 et Greg. II, 43. construxerat. A transitu sancti Martini usque ad obitum Clodovei anni 112 reperitur; qui fuit annus incarnationis Domini 512, imperii Anastasii 22.
 Clodoveo humanis rebus exuto, quatuor filii eius, id est Theodericus ex concubina natus, Chlodomeris, Childebertus et Lotharius ex Rothilde regnum suscipiunt et inter se equaliter dividunt. Theodericus, quoniam prudens erat consilio atque bello, sedem habuit regni Remis, Clodomeris Aurelianis, 15
 et G. Fr. I. Hildebertus Parisius, Lotharius Suessonia.
 His temporibus monachorum pater et dux sanctissimus Benedictus preclaris rutilabat virtutibus. Nummis, quos Romani Terentianos, Graeci Follerales vocant, Anastasius imperator suo in nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.
 519. Iustinus maior consulatu Filaxeni et Probi tertio regnat annis 8. Iohannes, Romanae ecclesiae [5719. 20
 Marc. I, 43. papa 53, anno a Petri apostolorum pontificumque praesulis 485. sessionis eius, Theoderico rege sese pro Arrianis suis ceremoniae reparandis, solus dumtaxat Romanorum sibi met decessorum Urbe digressus, Constantinopolim venit, miro honore a Iustino receptus est; dexter dextrum ecclesiae insedit solium diemque Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit.
 Greg. III, 7. Theodericus rex cum Theoberto filio a Remis, assumpto a Suessoniae fratre Lothario, Thoringiam occupavit. 25
 Nam post mortem Ludovici a filiis eorum desciverat. Thoringi autem venientibus Francis dolos preparant et in suam redigunt potestatem.
 Isid. Iustinus, synodi Calcedonensis amator, Acaefalorum haeresim abdicat. Theodericus rex Gothorum Ravenna Iohannem papam beatissimum ad se dolo accersiens, in custodiam retrusit, ubi et obiit. Post cuius obitum iusto
 et Lib. Pont. I, 43. Dei iudicio nonagesimo octavo die rex interiit et mortuus est. Quo etiam tempore BOETHIUS, vir litterarum gladius clarissimus, senatus consultum atque plebis scitum prudentissime amministrans, ab eodem Theoderico Arriano gladio extinctus est consulatu Olibrii solius.
 526. Regio Cenomannica laetabatur universa in miraculis et conversatione monachorum patris BENEDICTI laudabili vita, nec minoris gaudii Francia, quae sui archiepiscopi REMIGII predicatione initiata illuminabatur doctrina, proficiebat sancti viri vita. 35
 Cal. post. Iohanni papae Felix successit: qui et ipse conversatione vitae felix.
 Marc. Anno Regiae Urbis conditae centesimo nonagesimo septimo Iustinus imperator Iustinianum, ex sorore sua nepotem, iam dudum a se nobilissimum designatum, regni sui successorem creavit.
 Isid. Iustinianus regnat annis 40, secundum quosdam ann. 38. Iste Acaefalorum haeresim suscipiens, [5758. omnes in regno suo episcopos tria Calcedonensis concilii capitula dampnare compellit.
 et Marc. Persis adversus rem publicam dimicantibus, Bilicharius patricius bellicis instructus 40
 Isid. rebis a Iustino mittitur; qui ita eos armis edomuit, ut et rei publicae gloriam ad priscum statum reduceret et hosti terrorem linqueret. Qui etiam, postquam deiecit Persarum ad propria remeasset, in Africa Wandalarum gentem cum rege delevit.
 Marc. Per idem tempus corpus sancti Antonii monachi divina revelatione repertum in Alexandria perducitur et in 45
 ecclesia sancti Iohannis baptistae humatur. Charthago etiam civitas anno excensionis suae 96. pulsus deiecitque Wandalis et Gelimeri rege eorum capto Constantinopolim misso, quarto Iustiniani consulatus, ipsius moderamine recepta est, suaque cum patria firmius quam dudum fuerat redintegrata.
 Beza Dionysius paschales scripsit circulos, incipiens ab anno dominicae incarnationis 532, qui est annus Diocletiani 248, post consulatum Lampadii et Orestis. Et nota, quia iste cyclus magnae reversionis per connumerationem fit concurrentium et epactarum, quorum concordia non redit nisi post 532 annos, id est decies novies 20 et 8, vel vigies octies deni ac noveni ducantur, et 532 fiunt, quod sunt 424 cum suis quartis, vel cum quinquagenis tribus octavis, senis trientibus, qui extra iacent, semolis.
 Cal. post. Felici papae Bonifacius natione Romanus successit. 55
 Sanctissimus igitur Remigius Remorum, quae est secunda Belgica, archiepiscopus,

a) suppl.: laborante ex Marc. b) accessiens c. c) in littera c. d) p. c. e) superscr. c. f) suppl.: copias.
 g) superscr. c. h) redintegrata c. i) in s. G.

1) Haec unde sumserit, nescio. Neque cum Mar- Iustino II, et Ophilone facta refertur. 3) Ita Isid.
 cellino conveniunt. 2) Neque, unde haec sumserit, 4) Haec exscripsit Guimannus.
 compertum habeo; nex Boethii alibi consulis 60

Francorum doctor prestantissimus, vir ingenuitate eloquentiae facundissimus, aetate et meritis iam maturus, cum beatissimum patronum nostrum VEDASTUM, quem in eadem urbe educatum à se sancta conversatione cerneret virtutum culmina scandere et totum sese in miracula caelestium rerum transformare, sublimatum gradu pontificali, Atrebatæ illum direxit euangelizaturum. Ordinatus est anno Iustiniani imperatoris 5, Lotharii Francorum regis, filii Clodovei, qui et Ludovicus, anno vigesimo, consulatu Dedicii^a sexies^c et Paulini quater^d, anno incarnati Verbi 531, indictione 9, epacta 18, concurrente 2, cyclo lunari 16, anno ab Urbe condita 1233, Regiæ autem Urbis 204. Qui perveniens ad dirutæ urbis introitum, duos offendit egentes et debiles, terrenarum rerum stipem poscentes; sed credo Christi domini voluntate affuisse presentes. Nam vir sanctus auro argenteoque privatus, pauperis in Christo quod vitæ est tuta facultas, oratione mundi cordis premissa, et sospitate debilibus data, non reddita, uterque gratioris voti spem^e adeptus, recessit ad propria. Quod factum huic civitati per beatissimum Remigium fuit grande remedium; qui divina dispositione talem istis regionibus previdens direxit antistitem, cuius prædicatione palpantes^f in meridie radium veri solis coeperunt inspicere, ablutique unda salutaris baptismi ad fontes aquarum, non ut claudi, sed virga Dei correcti baculoque sustentati, salierunt ut cervi; visitaverat enim eos oriens ex alto, qui respexit miserando filios Israel in Aegypto. O propitiatorii divini vultus oculi! o misericors respectus et incomprehensibilis! o effluens pietas et inenarrabilis! Claret ubique terrarum tui operis perfectio, patet in omnibus gentibus tuæ miserationis dignatio; est coram munificentiæ tuorum donorum largitio; unde a cunctis seculis, omnibus horis, tibi soli Deo vivo et vero debetur laus et iubilatio. Renovantur itaque secula per novarum frugum semina post tot mortifera discrimina; reparantur ecclesiarum moenia non interrupta, sed funditus diruta; reaedificantur Christi altaria, in^g quæ modo peccata multorum exhausta, verum eorum omnium qui christiano pretitulatur nomine, quos fides insignit in opere^h, sunt exinanita per eum qui semel introivit in sancta, æterna redemptione inventa, ex eo quod suscepta est veri et incontaminati hominis forma, per quam recepta spæ accepimus ad Patrem ingenitum accessum, per unigenitum eundem mediatorem et redemptorem nostrum Ihesum Christum. Cernimus impletum illud apostolicum: *Ubi erat delictum, superhabundavit gratia; ubique regnavit peccatum in mortem, coepit regnare gratia per iusticiam in vitam æternam.* Remigius præterea venerabilis memoriae præsul, plenus aetate, plenus etiam virtutum munere, nonagesimum septimum pene complens annum, percepturus laborum premia, migravit ad Dominum. Remenses, usi consilio prudenti, dominum nostrum pontificem VEDASTUM adsciscuntⁱ, utpote familiarem unaque cum eis sub sancta archipraesulis doctrina imbutum, quatinus eius tractatu et providentiæ pastor tantæ sedi Deo dignus reponeretur. Qui cleri et populi favori assentiens, electione sua electum^j in sede archiepiscopali Romanum intro-mittit. Ipse vero pastor regressus ad filios novarum olivarum uti oliva uberrima, cuius a Deo sic nomen insignitum^k est VERE. DANS. THUS. uberrimum sacrificiumque ex se probatissimum, fructificans in deserto vineam, educens ex Aegypto, quorum nomina is iam notaverat vitæ libro, qui providentiæ ex æterno præsciverat in vitæ verbo.

Lassus tango melos, Phrigique per enneachordum^l

Pulsó modum, gravis allevians fastidia mentis;

Lux pia, caelestis via, pax et vita perhennis,

Christe Deus, sanctam lapsis tu porrige dextram,

Mentibus inspirans divini luminis auram!

Te, vitæ fontem, da posse videre fluentem,

Unde fluat nobis virtus et causa salutis!

In té vita sumus, per te vim mentis habemus.

Pectoris ergo^m gradus firma, rege corporis artus,

Ut tibi totus homo deserviat ordine certo!

Civitates igitur Atrebatæ atque Cameracæ renovatæ gratiæⁿ in Christo sorores fuere,

a) Dedicii G. b) spæ adeptæ corr. spæ adeptus c. c) palantes corr. Dek. d) in — peccata in litura c. e) e e corr. c. f) ad e corr. c. g) m post add. c. h) inditum G. i) enneachordos legendum esse, recte monuit Dek. k) o e corr. c. l) superacr. c.

55 1) l. e. a. 538. Sed de sexto consulatu Dedicii nihil constat.

tali antistite decoratae atque desponsatae. Sed ut sanctus sanctificaretur adhuc, clariorque fieret lucerna supra montem posita, utque, quod excellentius his est, veneranda atque gloriosissima Trinitas esset operatrix in patroni nostri operatione, quam dilatabat predicatione, eodem tempore civitas Belvacorum se subiecit nostri pastoris regimini. Nam et ipsa nostri calicis bibitione vidua per longum tempus sacramentis Christi episcopique desolatione*. Quae 5 miracula et doctrinis illius quantum fuerit augmentata, infra ipsius episcopii limina circaque eius vicinia usque hodie aecclesiarum declarant monumenta in Christi nomine et patris nostri veneratione pretitulata.

et Greg. III, 6. Per idem tempus Clodomeris ab Aurelianis exercitum movens, cum fratre suo Lothario, qui Suevis residens, Burgundias super Godomarum irruunt. Burgundiones armatis congregiuntur, atque 10 Clodomeris corrui; sed Franci duce Lothario victoriam optinuerunt. Crothildis regina nepotes suos, *et ib. III, 18.* filios Clodomeris interfecti, acceptos nutrit, Parisius in sancta permanens viduitate, elemosinis et orationibus assidue dans operam. Anno sequenti Lotharius rursus et Hildebertus, frater eius, *et ib. III, 11.* Burgundias petunt, praedia et incendiis devastant.

Cat. pont. Greg. III, 22. Bonifacio papae Iohannes cognomento Mercurius successit; cuius pontificatus anno secundo Theodericus 15 rex vicesimo tercio regni sui anno obiit. Theodebertus, filius eius, successit. Lotharius et Hildebertus con-surgentes contra Theodebertum, regnum eius auferre voluerunt; sed ille, datis muneribus, a leudibus suis defensatus est *c. 24.* et in regnum stabilitus. Ceraens Hildebertus, quod ei prevalere non posset, legationem ad eum misit, dicens: 'Filius non habeo, te tamquam filium habere desidero.' Quo veniente, tantis eum muneribus ditavit, ut ab omnibus miraretur. *c. 18.* Interea dum Crothildis regina Parisius moraretur nepotesque suos, filios Clodomeris, nutrit ut regno 20 sublimaret, Hildebertus, habito cum Lothario fratre consilio, dolose ad reginam miserunt, dicentes: 'Mitte nobis nepotes nostros, ut per nos intromittantur in regnum.' Quae gavisus, dolum eorum ignorans, pueros misit. Quos acceptos cultus in ascellis eorum infixis necaverunt, aquis ascensis recesserunt, regnum Clodo- *Greg. I, 1.* meris inter se dividerunt. Regina, compositis feretro puerorum corpusculis, Parisius in aecclesia sancti Petri tumulavit.

Cat. pont. Greg. III, 25. Iohanni papae Agapitus successit; Agapito Silverius; Silverio Vigilius. Cuius temporibus amatissimus 25 pater monachorum et dux BENEDICTUS a Benevento MAURUM, electum discipulum, virum sanctitate vitae honestum, Cenomannis cum quibusdam fratribus et sanctorum pigneribus direxit. Qui auctoritate regis Theodeberti freti, coenobium construxerunt in honore beati Petri apostoli, ubi et ipse beatus MAURUS requiescit, quodque usque hodie facultatibus ditatum honorifice permittat in laude omnipotentis Dei. Hildebertus post haec et eius nepos Theo- *Greg. III, 28.* debertus commoventes exercitum, contra Lotharium ire disponunt. Ille autem haec audiens et aeternum se horum exercitum non sustinere, in silvam confugit, totam spem suam in Deo transfundens. Sed et Chlothildis regina haec audiens, beati Martini sepulchrum adiit, et in orationem prostrata, totam noctem per vigilem duxit, orans, ne inter filios suos civile bellum consurgeret. Nec potuit latere Lotharius, sed quiescit et reperit in silva obsidetur, et inter eos tractatur, ut sequenti die moriatur. Consilium tamen illorum frustratur, volente Iesu Deo 35 salvare innocentem et protegere. Fit mane quo illum decreverant interimere, et ecce orta tempestas tentoria dissipavit, res diripuit, cuncta subvertit illosque turbavit. Miscentur fulgora tonitruis creberrimis, et lapidosa grando caelitus inclementer super eos ruit. Illi nimio tremore et instantissima cornutes tempestate, in faciem sternuntur, nec minus a lapidibus decidentibus gravissime verberantur. Maximus illis timor, ne consumantur caelesti incendio. Videres quoque de equibus eorum qui poterant inrevo- *Greg. III, 29.* cabilem amplecti fugam, ita ut vix in vicesimo possent stadio reperiri post parvissimam diei horam. Tandem realium fraterni sanguinis se admisisse cognoscentes et coacti contentes, votis Deum suppliciter adorantes et poenitentiam promittentes, ad Lotharium nuntios celeres mittunt et pacem petunt. Lotharius autem nullo tonitruorum rugitu, nullo grandinis verberis et strepitu vel aliquo tempestatis motu concutebatur, sed elementi serenitate fovebatur. Concessa igitur utrimque pace, ad propria regreditur quisque. 45 *c. 47.* Sic gesta nullus ambigat precibus reginae et sancti MARTINI virtute.

Est oppidum in territorio Vilcassini¹, quod interiacet in confinio comitatus Neustriae atque episcopatus Belvacensis, quod olim vocabatur Wardara², nunc mutato nomine dicitur David-villa, quod certissime scimus fuisse patris Vedasti, nunc beneficalis cedit Normannis³; ubi dum predictus vir Domini xenodochium construeret, nuntium accepit, quod Parisius 50 a rege Lothario et venerabili eius matre Rothilde operiretur. Quo perveniens, post locutionum spiritalium genera, post de gubernando regno consilia, favente regina, a predicto rege indeptus est pagum qui appellatur antiquitus Vungiscurt, nunc Angileurz⁴ nuncupatur, necnon Bardioli-vallem cum vineis et familiis. Quae post obitum patris aecclesia Belvacensis tenuit ad

* Ita c.; consolatione carebat G. b) quae sequitur spatium 1 litterae c. c) freti — req. quodque in littera c. 55 d) medium s. superacr. c. e) superser. c. f) al. manu pergit c.

¹ Le Vezin. ² Lawarde-Manger (dép. Somme, haisne putat, de commutatione honorum inter monasterium S. Vedasti et Gemmeticense a. 1024. dicitur, DEH. Sed Monod, 'Revue critique' 1872, facta cogitandum esse. De hac apud Guimannum p. 253, potius de vico Vardes (dép. Seine-inferieure, nihil reperi. ⁴ Angicourt; Baljeval (dép. Oise, 60 cant. Neufmarché) cogitandum esse censet. ³ De- arrond. Beauvais, cant. Liancourt). DEH.

tempora usque Teoderici regis, filii Clodovei secundi, et beate memorie Auberti episcopi, dum Christo disponente predictus Domini sacerdos allatus est tibi nunc eius fulget memoria. Anno igitur incarnati Verbi 544, qui etiam fuit 14. episcopatus eiusdem senioris et intercessoris nostri domni Vedasti, transiit ad claritatem immortalitatis sanctissimus pater Benedictus, 12. Kalendarum Aprilis, cum 12 apostolis sedem possessurus perhennitatis.

Rothildis regina 37 annos deducens in viduitate sancta, diem extremum presentis clausit ^{cf. Greg. IV, 1.} vita decessit. Lotharius sedem regni, Parisius scilicet, recepit. Teodebertus etiam rex 14. imperii anno diem obiit; Teobaldus, filius eius, annis 7 supervixit. ^{cf. ib. III, 32.} Quo sine liberis defuncto, Lotharius idem ^{cf. ib. IV, 14.} regnum eius Remis campestre adeptus est. Cramnus preterea, Lotharii regis filius, contra patrem ^{cf. ib. IV, 20.} insurgens, fretus auxilio Conobri Britannorum comitis, rapinis atque incendiis regnum patris devastabat. Adversus quem velut alter David egressus, bellum instituit. Quibus confligentibus, comes Britannorum terga vertit, armis insequentium corruit, Cramnus comprehensus in togario positus, flammis exurit. Lotharius post haec, fratrum suorum ultimus, quattuor filiis suis regnum divisit et anno imperii sui quinquagesimo primo obiit. Cessit itaque Cariberto sors habere Parisius, quod fuerat Hildeberto, Guntranno Aurelianus, quod fuerat Clodomeri, Chilperico Suessonas, quod fuerat Lothario, Sigeberto Regis, quod fuerat Teoderico. Huni iterum partem Germania vastantes, Galliam intrant. Sigebertus rex hostiliter obviam pergit, bello vicit, fugere compulit. Infra quod Chilpericus rex, frater eius, Remis pervadit et alias civitates vel castella que illius erant abstulit. Sigebertus victor a Hunis rediens, Suessonas, quae Hilperici erat, occupat, Teodebertum, filium eius, interceptum et in exilium direxit, quaeque vero suae fuere soris recepit. Post haec uxorem duxit Brunehildem, filiam Atanagildi regis Italiae. ^{c. 21.} Vigilio papae Pelagius successit, cui et Iohannes, cuius primo pontificatus anno Iustinianus imperator ^{c. 22.} Constantinopoli obiit. ^{cf. c. 23.}

Iustinus minor regnat annis 11, vir in omni avaritia deditus, contemptor pauperum senatorumque spoliator. ^{cf. 48.} Hinc tanta fuit cupiditas, ut arcas fieri iuberet ferreas, in quibus auri talenta congereret. Hic in Pelagiana heresi lapsus, ^{ibid.} regno eiectus est. Narsis patritius Totilam Gothorum regem in Italia superavit et occidit; qui deinde per invidiam Bedae Romanorum, pro quibus multa contra Gothos laboraverat, accusatus apud Iustinum, quod servitio premeget Italiam, depositus est. Qui mox recessit Neapoli Campanie et scripsit genti Langobardorum, ut venirent et possiderent Italiam, quam tunc primo adepti sunt. Iohannes papa ecclesiam apostolorum Philippi et Iacobi, quam predecessor eius Pelagius ceperat, perfecit et dedicavit. Armenii tunc primum fidem Christi suscipiunt. Carabertus rex, primi Lotharii filius, finem vivendi dedit; Guntramnus, frater eius, regnum recepit, sedem scilicet Parisius; unde grave scandalum adversus eum a fratribus excrevit.

Chilpericus rex, cum ex Audovera regina tres filios genuisset Theodebertum, Merovecum et Clodoveum, Italiam nuntios direxit, sororem Brunehildis, quam Sigibertus, frater eius, acceperat, petiit, cum multis thesauris ab Athanagildo patre rege promeruit, in coniugium suscepit. Haec Gallsindis vocabatur. Quae primo quidem honore suscepta, post prae amore aliarum odio habita, ut suspicio fuit ex consensu regis, in lecto sugillata reperta est. Qua defuncta, Audoveram recepit; quam gravidam relinquens, cum Sigiberto fratre adversus Saxones hostiliter abiit. Interea regina filiam peperit, ex qua eadem Fredegundis, regis cubicularia et occulte concubina, decepta ita. Cum pullulasset fama in Francia reges regressuros cum victoria, ait Fredegundis dominae suae: 'Ecce dominus noster victor regreditur; iube filiam tuam baptizari, ut gratiosius tibi et illi rex congaudeat'. Parato ergo baptisterio presentemque episcopo qui sacro mysterio puellam immerserat, defuit matrona, quae eam de fonte deberet suscipere. Mox Fredegundis ait reginae: 'Suscipe filiam tuam a fonte, quoniam magis tibi quam alicui nostrorum proxima est'. Quae ignara eius doli, a fonte suscepit. Adveniente igitur rege, it obviam deceptrix, dicens: 'Deo gratias, domino rex, quia devictis adversariis sospes regrederis. Sed cum qua dominus meus rex dormiat, eligat, quia domina mea ex filia baptizata commater tua effecta est'. Rege aulam suam introeunte, regina occurrit cum puella; ad quam ait: 'Inlicitam rem per simplicitatem egisti, iam uxor mea esse non poteris'. Qua amissa, Fredegundem duxit uxorem, elegantem ac male callidam. Haec ex territorio Belvacensi nata est de familia atque sancti VEDASTI villa Vungiscurht, quam, ut praelulimus, Lotharius rex nostro dederat patrono.

Huni iterum Gallias repetunt; quos Sigibertus rex rursus expugnare volens, copiosum movit exercitum. Cumque confingere deberent, ludificati demonum fantasii Franci terga verterunt. Sigebertus captus, quos vincere nequivit armis, placavit donis; sicque reges muneribus invicem datis foederantur, itaque Huni cum gurgano rege recedunt.

Post haec Sigebertus rex Arelatensem urbem cupiens capere, Arvernus ire precepit, habentes in capite comites Firmum et Audovacrum. Quo venientes, Arelatam ditione coeperunt. Quod comperiens frater eius Guntramnus, Celsum patricium illic direxit. Hic absque dilatione primo Arverniam urbem spoliata milite repperiens coepit, positus custodibus, Arelatum tendit. Exercitus Sigeberti contra aciem tendit, sed victus a Celso patricio, multis occisis, quam plurimis in Rhodano necatis, paucis natatu parmarum transpositis, cum dedecore in patriam sunt regressi.

a) Suessonas corr. Suessonas c. b) dimidia p. 48. et tota p. 48 vacant c. c) accepit corr. inter scrib. suscepit c. d) habi. corr. m. cad. bapt. c. e) p. d. n. corr. n. d. p. c. f) d e corr. c.

- Greg. IV, 12. Langobardi Gallias expetunt; Amatus, Guntrami regis patricius, cum Burgundionibus fit obviam, sed commisso bello, terge vertit et ibi corruit. Numerus occisorum de Burgundionibus colligi non potuit. Anno post tertio Langobardi iterum Gallias intrant maiori manu; sed Burgundiones eos duce patricio Mummolo ita edomuerunt, ut pauci^a ipsis permittentibus effugerent, qui patriae nuntiarent.
- e. 46. Chilpericus rex Clodoveum filium suum cum exercitu direxit, ut urbes quae partis erant Sigeberti 5 invaderet. Qui^b abiens Turonis ac Pictavis cum pervasisset, Sigebertus cum fratre iunctus^c Guntramno, Mummolum patricium illum dirigit, et is civitates recepit, Clodoveum fugere compulsi usque Burdegalam.
- e. 48. Dum ibi nullo inquietante resideret, Sigulfus dux exercitus Sigeberti, collecta pauca et utili manu, super eum irruit. Quem fugientem cum tubis et bucinis velut cervum^d pavidum fugans, insecutus est, perque terminos Andegavenas ad patrem redire ingloriam permisit. Chilpericus ira commotus, dum frater eius Sigebertus 10 circa Rhenum esset, per Theodebertum, filium suum maiorem, civitates eius rursus pervadit atque Pictavis, dein Lomovicum Canturicum reliquoque circumvicina castra vastat et diripit. Infra quod dum haec agerentur, Sigebertus exteras ultra Rhenum gentes movit legatosque Guntramno, ut sibi occurreret, direxit. Qui simul venientes foedus inquit, super Chilpericum ire disponunt. Sentiens haec Chilpericus, castra movit et usque Avalonem accessit. Quem fratres insecuti, acies belli preparant; sed timens, ne colliso 15 utroque exercitu regnum eorum carueret, pacem petiit, civitates, quas iniuste per filium invaserat, reddidit.
- e. 51. Sequenti anno Chilpericus, pacis inimicus, cum Guntramno pacem inuit, hostem collegit et usque Remis accessit, cuncta quae potuit ferro et igne vastavit; dein rursus Theodebertum filium Turonis cum exercitu direxit. Sigebertus cis Rhenum optimam gentium collectam copiam Godegisilum et Guntramnum duces post Theodebertum misit; quem insequentes, bello gravi victo occisum in campo relinquunt; ipse 20 fratrem^e insecutus, a Francia extrudit, Parisius cum valida manu intravit, ibique^f ad eum Brunehildis regina ab Aurelianus venit. Chilpericus fugiens cum uxore et filiis Tornacum venit ibique se munivit.
- e. 52. Parisiacenses^g Franci, qui quondam fuerant regis Hildeberti, fratris primi Lotharii, relicto Chilperico, Sigebertum ad villam cui nomen est Victoriaco^h invitant, super clipeum levant et regem sibi statuunt. Verum post recedente cum gaudio exercitu, gaudium in merore versum est. Nam duo iuvenes quos 25 legationem ferentes regem appropiant eumque cultris veneno a Fredegunde infectis in lateribus feriunt. At ille vociferans corruit et spiritum emisit, anno secundo cycli magnae reversionis 43, qui fuit annus incarnati Verbi 575.
- cf. Greg. V, 8. Eodem anno vir clarissimae sanctitatis Germanus Parisiorum episcopus migravit ad Dominum. Quintus^b aderat et is annus aetatis praecleari et Deo digni nobis vicini amantissimi Amandi pueri. 30
- Greg. V, 1. Igitur interemptio regis Sigeberti, Gundewaldus dux Hildebertum, filium ipsius, furtim a Brunehilde matre abstulit, collectoqueⁱ patris exercitu, Remis regem constituit die natalis Domini. Chilpericus e. 2. Parisius venit, Brunehildem Rodomis^k exilio subegit; post quod filium suum Merovecum cum exercitu Pictavis direxit. Qui^l patris inssam inmutans, Turonis accessit et paschales dies inibi psollempiter egit et regresso calle Rodomum venit, uxorem patri^m sui Brunehildem sibi in matrimonio sociavit. Quod nefas 35 pater audiens, animo amarus illo velocissimo adveniens, filium secum Suessionas adduxit, post paululum tonsoratum ut clericum presbiterum ordinari fecit Cenomannisque transmisit. Inde patrem effugiens, post multa peracta mala interficitur. Iustus minorⁿ anno imperii undecimo amens effectus expellitur.
- Idem. Greg. VI, 1. Tiberius regnavit annis 6, vir strenuus atque sapiens, selemosinarum largitor. Ille quadam die per pavementum 40 deambulans palatii, in marmorea tabula crucem dominicam vidit sculptam et ait: 'Crucis dominicae frontem armamus, faciem signamus, pectora munimus et eam pedibus conculcamus?' Iussit illico tabulam auferri. Qua sublata, reperitur secunda, habens idem signum. Iussit et haec elevari. Reperitur et tertia, habens maius signum alicuius duarum in Parisio lapide incisum. Qua oiecta, reperitur thesaurus super centenos auri mille solidos. Tertio Id. Novemb.^o noctu festivitatis sancti Martini in^b medio lunae stella fulgens claritatem lunae evincens 45
- Greg. V, 24. apparuit, super subterque stellae aliae visae sunt, sed quid portenderit ignoratum est. Ipso anno luna in nigredinem versa haec saepe visa est; ante natale Domini tonitrus fure grandia. Beatae memoriae Gregorius levita commentaria in Iob describit et praesente Tiberio imperatore Euticum de carnis resurrectione diffidentem convicit.
- Idem. Greg. VI, 17. F. 38. Filii Guntrami regis ambo subito morbo corripuntur. Eodem anno Samson, filius Chilperici, obiit.
- Cal. post Greg. V, 40. Sequenti anno Clodobertus senior et frater eius iunior vita decesserunt. Iohanni papae Benedictus successit. 50 Clodovechus, filius Chilperici ex alia muliere, cum solus ex fratribus superesset, dolo Fredegundis occiditur. Guntramnus rex cum Hildeberto nepote pactum inuit, civitates vel castra quae illi violenter tolerat reddidit. Quod comperiens Chilpericus, timens ne super se irruerent, nuntios per civitates suae partis, ut se observarent, direxit. Ipse vero cum omnibus quae melius habebat infra muros Camaraci se recessit.
- Cal. post Greg. VI, 30. Benedicto papae Palagius successit. Tiberius imperator cum aegrotare coepisset et vivere desperaret, vocavit Sophiam 55 augustam dicens: 'Impletum sentio tempus vitae meae, nunc tuo consilio tractandum est, qui rei publicae praesit'. At illa: 'Mauricius', inquit, 'vir strenuus et sagax est, qui saepe contra inimicos rei publicae dimicans victoriam optinuit'. Hoc enim dicebat, ut, hoc obveniente, huius coniugio neceretur. Iussit ergo Tiberius filiam suam ornamentis regalibus curari, vocatoque Mauricio, ait: 'Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum'. Et celebratis nuptiis, Tiberius vita decessit. Et finito iustitio, Mauricius indutus purpura ornatusque diademate, ad circum processit. Sic 60

^a) In marg. manu scribae add.: uxorem fratris patris sui.

a) paucis corr. pauci c. b) e corr. c. c) iunctus corr. iuncti c. d) cervuum c. e) i. f. corr. f. i. c. f) Parisiacens c. g) exir. o superser. c. h) super quintus aliquid eras. c. i) collectaque corr. inter scrib. collectoque c. k) R. e. initura c. l) patris corr. manu al. patri c. m) initura c. n) ex || : : 9 litterae erasae, sed in marg. post suppl. pellitur c. o) Novemb. c.

etenim moris fuit post Magnum Constantinum et nunc est. Acclamante populo laudes, copiosa largitus est munera sicque in imperio confirmatur. Misit post haec Hildeberto regi quinquaginta milia solidorum c. 42. argenti, ut Longobardos ab Italia extruderet. Qui commoto exercitu Italiam intravit; sed Longobardi ad eum properantes et munera multa offerentes, subdiderunt se eius ditioni, insuper spondentes se pari eius permanere. Audito imperator, quod cum his in pace foederatus esset, pecuniam repetebat; sed rex in suis fuis, nec responsum a legatis dedit. Eidem regi Hildeberto filius natus est, qui a Magnerico Treverorum episcopo baptizatus *Theodebertus vocatus est. Is est Magnericus, conversatione laudabilis, vitae sanctus, qui beatum pontificem nostrum Gaugericum litteris eruditus, aeclesiasticis gradibus decoravit, vigesimus quintus episcopus post sanctissimum EUCHARIUM, Petri apostolorum principis discipulum.

Chilpericus de venatione regressus obscuro dum quodam vesper equo descenderet, a quodam latere et ventre graviter vulneratus, rivum coagulati sanguinis evomens, spiritum exalavit. Reliquit filium aetate quattuor mensium, qui a Guntramno rege baptizatus, Lotharius est appellatus. Contigit et huic quod et avo illius Lothario, quia defunctis fratribus et nepotibus primatum totius Franciae 15 obtinuit.

Alter Hildeberto regi filius natus est, qui et ipso a Verano Cavillensi episcopo a sacro fonte susceptus, Theoderici nomen accepit. Erat ipse episcopus magnis praeditus virtutibus, infirmis signum crucis faciens et multos sanitati restituens.

Guntramnus rex, uxore et filii destitutus, anno regni sui 25: nepotem suum Hildebertum ad se accessitum coram frequentia populi haeredem regni sui illum statuens, ait: 'Per hanc hastam quam manu teneo omne regnum mei iuris trado; quoniam, peccatis meis impediens, nullus mihi superest filius, tu haeres in regno succede'. Ipso tempore lues inguinaria valde populum intercepit, et a Marsilia usque Lugdunum hoc morbo pene tota periclitabatur Gallia. Unde mestus rex Guntramnus providens huius pestis remedia, iussit omnem populum ad aeclesiam convenire et rogationes summa cum devotione celebrare, nihil aliud triduo vesci nisi pane ordeo et aqua, vigiliis nocturnas agi; sicque Christi miseratione a plaga cessatum est. Celebre vulgatum est, quod contigit. Mulier quaedam cuius filius quartano typo gravabatur in strato decidens, accessit inter turbas populi ad tergum regis, velut illa euangelica quae accessit clinica post vestigia Domini, sanitatem adeptam, recessit sana, clam abscedens aliquas fimbrias ex eius vestimento — fimbriae enim vermiculatae, coccinae atque iacinctae in regum vestimentis ponebantur 25 — aquae immersit, filio bibendam dedit, moraque convalescit.

Hildebertus igitur cum moraretur cum uxore et Brunehilde matre intra terminum urbis quam Strateburgum vocant, quae et Argantoracensis dicitur, ex urbe Suessonica atque Meldensi aliarum quae suae partis erant primores Francorum adeunt eum, dicentes: 'Da nobis unum de filiis tuis, ut serviamus ei, et velut pignus de progenie tua nobiscum retinentes, facilius resistendo inimicis terminos tuarum civitatum defendere possimus'. Unde rex gavisus Theodebertum natu priorem illis delegavit, iungens illi domesticos palatii comites, qui filium nutrent atque docerent, famulos qui curam servitii regalis impenderent.

Fredegundis regina anno filii sui quarto legatos ad Guntramnum regem dirigit, dicens: 'Profectus dominus meus usque Parisius et nepotem suum tanquam filium a sacro fonte dignetur excipere'. Quod audiens rex, episcopus, id est Aetherium Lugdunensem Burgundiae, Siagrium Augustidunensem, 40 Flavum Cavillonensem Parisius ire, baptisterium parare precepit. Ipse dein insecutus cum principibus regni, cum regio apparatu in vico Neptodoro haud procul a civitate puerum episcopis obtulit ad baptizandum. Quem excipiens: 'Lotharius', ait, 'vocetur. Resolvensque crescat puer, huiusque sit nominis executor, sicut ille quondam cuius nomen adeptus est'. Votiva oratio regis effectum optinuit in propagatione regalis successionis, cum ad nostra usque tempora ex huius Lotharii filia regum 45 novorum processerit prosapia.

Eo tempore Anulgi imperatoris Persarum uxor nomine Caesara virum clam fugiens, cum quattuor pueris totidemque puellis ad Iohannem episcopum Regiae Urbis perveniens, baptizari expetiit. Quo baptizata, ab augusta, Mauricii imperatoris uxore, de sacro fonte suscepta est. Haec dum quaereretur multis locis a legatis regis Persarum, Constantinopoli reperta est. Legati protinus ad Mauritium veniunt, dicentes: 'Redde nobis dominam nostram, uxorem regis Persarum'. Imperator abnuat, dicens, nihil se scire de uxore illius. Tunc imperatrix augusta ait: 'Elegans mulier quaedam baptizata huc accessit, dicens se unam e populo; videte, ne ipsa forsitan sit quam quaeritis'. Qua visa, ad pedes eius corruunt, dicentes imperatrici: 'Ipsa est domina nostra'. Dicit ei augusta: 'Da illi responsum'. At illa ait: 'Vivit Dominus, cuius fonte renata sum, quia canibus non loquar; vivunt enim non ut homines, sed ut canes. Et nisi conversos et christianos videro, responsum non reddam'. Qui libenti animo gratiam baptizati, favente augusta, perceperunt, sicque Caesara dixit ad illos: 'Si viro in eo curae sum, permittat se in fide Christi initiari et baptizari, non enim aliter ad ipsum revertar'. Quod audiens Persarum imperator, legatos Mauricio imperatori cum multis muneribus misit, mandans, ut sanctum Iohannem Regiae Urbis pontificem 60

a) e corr. c. b) in marg. manu coepta add.: Cabillonensi. c. c) Theoderic corr. ut vid. manu ead. Theoderic^o c. d) manu ead. post insertum c. e) manu ead. in marg. suppl. c. f) superscr. ead. manu c. g) litterae m signum tam legi nequit c. h) obtinuit corr. abnuat c.

1) Cf. V. Gangerici, AA. SS. Aug. II, 672. 2) Blithilde secundum Genealogiam domus Karolingicae. SS. T. XIII.

- Fred. c. 9. Anthiochiam dirigeret, quia ipso tradente baptismum Christi suscipere vellet. Tunc Mauricius episcopum direxit et apparatus infimissimum Anthiochiae fieri iussit. Inibi Gregorius eiusdem^a urbis episcopus atque Iohannes Constantinopolitanus cum aliis episcopis et presbyteris infra spatium duarum ebdomadarum 60 milia Persarum cum rege baptizaverunt. Ecce non solum vir infidelis per mulierem salvatus fidelem, sed multa et innumerabilis multitudo utriusque sexus ad Christum confluit. Nec passa est prudens sibi et aliis utilis Caesara regina baptizatis viris iungi paganis mulieribus; suavit viro, ut peteret Mauricius imperatorem episcopos et clericos divinae legis, quos secum in Persidam duceret, ut non baptizatos mundarent et fidem eis Christi predicarent.
- c. 6. Quod et factum est. — Defuncto Leowildo rege Italiae pagano, Richaredus, filius eius, successit. Hic divino tactus amore^b, Arrianam respiciens heresim, baptizari se fecit, deinde Gothos omnes et eadem^c facerent suavit. Libros etiam Arrianae sectae, qui per totam Italiam legabantur et imitabantur, condanari in loco qui Tolotum dicitur iussit, quos in domo una componens, incendio concremavit; pro quibus christiane religioni libros restauravit.
- cf. Fred. c. 22. In Genuensi urbe revelatione angelica inventum est corpus pretiosi martyris VICTORIS, qui cum legione Thebeorum capitalem suscepit sententiam, caput corpori ita compaginatum acsi sectio nulla fuisset, facies rubicunda quasi viventis hominis, anno post passionem martyrum 318. Anno imperii regis Guntramni 30. tunica domini^d nostri Iesu Christi, quae ei a milibus in passione sublata est, proficiente Symone Iudaeo, duabus ebdomadibus multis cruciatibus affecto, in civitate Zaphid procul ab Iherusolimis reperta est integra in arca marmorea. Quam Gregorius Anthioceus et Thomas Iherusolimorum necnon Iohannes Constantinopolitanus episcopi cum aliis multis episcopis, clero cum populo triduum celebrante ieiunium, 20 cum arca levi onere pedestri gradu Iherusolimam detulerunt, eamque in loco ubi crux Domini adoratur posuerunt. —
- Cat. post. Pelagio papae Gregorius, doctor magnificus, successit. Hic in sacro canone^e auxit: 'Diesque nostros in tua pace dispone atque^f ab aeterna dampnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege^g numerari.'
- Fred. c. 13. Ipso anno sol a mane usque ad meridiem ita minoratus est, ut vix eius tertia pars appareret, forte obitum regis Guntramni bonitate pleni designans; nam anno sequenti 5. Kal. April. migravit sepultusque^h est in ecclesia sancti Marcelli, quam ipse^d miro opere exornatam construxerat. Post quem Hildebertus, nepos eius, regnum recepit, et is post quartum imperii annum obiit; filii eius regnum dividerunt. Theodebertus adeptus est Austrasiorum regnum, sedem habens Metensem urbem. Theodericus Burgundiam, regnum Guntramni, sedem habens Aurelianis.
- c. 17. Lotharius mox, instigante matre, Parisius veniens, rituⁱ barbarico regnum Theoderici invadere 30 disposuit; adversus quem idem Theodericus cum fratre Theodeberto hostiliter veniens, castra in loco cui nomen est Latitisco statuit. Quibus ex adverso Lotharius ditaculo superveniens, exercitum eorum graviter trucidavit fratresque exinde fugere compulsi.
- Anno sequenti Fredegundis regina obiit.
- *I. 54ⁱ c. 18. Clades glandolaria ipso tempore Burgundiae populum nimium gravabat. Brunchildis ab Austrasiis 35 de regno Theodeberti eiecta, ad Theodericum, nepotem suum, confugium fecit. Hic aviam suam libenter excipiens, glorioso honoravit. Iterum globi ignei per caelum quasi currentes instar hastarum ad occidentem visi sunt; signantes venturi presagium belli. Nam Theodebertus cum Theoderico fratre exercitum copiosum moventes, super Lotharii regnum irruunt, contra quos Lotharius exire non timuit. Sed confligente exercitu super fluvium Aroanna, pars Lotharii gravissime cesa est, et ipse exinde Parisius cum paucis aufugit. Multi inibi nobiles capti, plures occisi, castra etiam vel oppida circa ripam Sequanae sita rupta atque depopulata sunt. Lotharius Parisius inclusus, coactus per pacationis vinculum firmavit, ut inter Ligerim atque Sequanam usque mare Oceanum et Britannorum limitem Theodericus reciperet, ducatum omnem inter Sequanam et Isaram Theodebertus haberet. Haec occidentalis pars ab Isara et Summa fluviis usque ad mare Lothario relicta est. Post haec Theodericus 45 c. 23. cum fratre Theodeberto exercitum rursus moventes, Wasconiam suae dicioni redigunt et tributarios faciunt.
- Isid. Focas dux et rei publicae patricius victor a Persida rediens, Mauritium imperatorem interfecit, imperiumque assumens, regnavit annis 8.
- cf. Isid. Beda *I. 53. Persesⁱ Cosdroe, virum quandam bello utilem, consilio prudentem, regem super 50 se statuunt, bella adversum Romanos movent, partes orientales Romanis subiectas auferunt, Iherusalem vastant, lignum dominicum secum cum multis rapinis tollunt, milites etiam Romanos, quos Focas ad tuitionem patriae reliquerat, gladio quosdam truncant, alios captivos ducunt.
- Fred. c. 24. Theodericus factione Brunchildisⁱ Desiderium Viennensem episcopum, virum sanctum, 55 c. 25 ab episcopio deiecit, in exilium direxit. Ipso anno sol obscuratus est. Lotharius cum ducatum inter c. 26. Ligerim Sequanamque invadere cupit, Theodericus hostiliter occurrit. Merovecus, filius Lotharii, capitur, uterque exercitus inter se graviter perimitur, sicque Theodericus victus Parisius ingreditur. Compendio villa Theodebertus cum Lothario pactum iniiit.
- c. 27. Brunchildis, memor prioris iniuriae, qua a regno Theodeberti eiecta pro meretriciis 60 fuerat, Theodericum urgebat, ut super Theodebertum exercitum moveret ipsamque regno eiceret, dicens,

a) s. ex c. corr. c. b) superscr. c. v) e. corr. c. d) ipso c. e) risu corr. ritu c. f) ne superscr. manu prima (?), prius i e. corr. c.

1) Haec unde sumta sint, nescio.

non eum esse filium Hildeberti, sed cuiusdam hortolani. Cui^a rei credulus rex, exercitum colligere Protadium principem palatii iussit. Verum in itinere a militibus interempto Protadio, qui susu Brunchildis bellum urgebat fieri, Theodericus confusus atque coactus, paco cum fratre facta, cum exercitu illesus regressus est ad propria.

5 Postea Theodericus pessimo aviae suae deceptus consilio, Desiderium ab exilio revocatum lapidari e. 32 iussit; ad cuius sepulchrum Deus omnipotens multa et mira operatus est magna. Quo peccato credendum est regnum in posterum filios eius amisisse.

Anno⁴ Focae imperatoris tertio Gregorius, non solum Romanorum, sed et omnium christianorum doctor prestantissimus, migravit ad Dominum. Huic Sabianus succedens, sedit anno uno, mensibus quinque; post quem Bonifatius, qui sedit mensibus novem. Isti Bonifatius^b alter successit Bonifacius ex civitate Valeria praefuitque annis sex, mensibus octo. Is Romae, eliminata omni spurcitia idolorum a templo quod vocabatur Pantheon, quod Decius imperator extruxerat, mutata veneratione, in honore sanctae MARIAE et omnium sanctorum in Kal. Novembris psollempnitatem celebrare statuit.

Beatus Columbanus ex Hibernia adveniens insula in Burgundiae partes, in primis annis Theoderici regis gratissime ab eo susceptus est, rogatus quoque, ut ubicumque sibi placeret coenobium regis adiutorio extrueret. Construxit ergo Luxovii coenobium ordini monachorum congruum. Ad quem praedictus rex sepiissime cum donis veniens, suffragia orationum viri sancti magna cum devotione posebat. Verum emenso aliquanto tempore, cum idem rex ad virum Dei visitandum venisset, in crepari ab eo coepit, cur concubinarum adulteriis misceretur et non potius legitimi coniugii^c solatio frueretur, ut regalis proles ex eo procederet. Rex viri Dei ammonitioni consensit seque adimplere quod consiliatus fuerat spondidit. Unde verens^d Brunchildis, deteriorem gerens animum animo Iezabelis, si rex abiectis concubinis reginam aulae praefecisset, dignitatis ipsa solito honore minueretur, acceptis duobus regis filiis, secum tenuit. Vocatoque beato Columbano, pueros representat. Ad quam sanctus vir ait: 'Qui sunt isti?' At illa: 'Regis', inquit, 'sunt filii, benedictione tua eos in regnum roborat'. At haec sanctus prophetae spiritu plenus resolvit: 'Nequaquam istos sceptrum regalia suscepturos credas, de lupanaribus enim emergerunt'. Illa forens atque indignata, regi deteriora nuntiat. Et quid multis morabor? Quoniam animus Brunchildis non solum sauciatus, sed et deceptus ab angelo invidiae fuerat, contra virum Dei regis bonum animum pervertit instigatque, ut sanctus Dei a regno eiceretur. Tandem post multas contumelias sancto sacerdoti illatas a Luxovio expellitur; dum mente revolvit, utrum ad Hiberniam insulam repedaret, nota Dei voluntas ei incidit, ut Italiam properaret. Quo perveniens, absque ullius contradictione coenobium construxit in loco cui nomen est Bobium et inibi post multa honorum operum certamina plenus dierum migravit ad Christum. Hoc tempore monasterium Sancti Petri in Ganda^e a sancto Amando^f edificatur.

Eracius^g annis 26; cuius 16. imperii anno Sclavi Romanis Graeciam tulerant nec non Syriam et Aegyptum [5834. Isid. plurimasque provincias. In Hispania Sisebodus Gothorum rex plurimas eiusdem Romanae potestatis urbes coepit et Iudaeos regni sui subditos ad Christi fidem convertit. Post quem Suintilla religiosus princeps bellum cum reliquis Romanis urbibus inicit celerique victoria totius Hispaniae monarchiam primus obtinuit.

Theodericus rex cum resideret in comitatu quod vocatur Halsatium, ubi nutritus fuerat, quem etiam pater suus Hildebertus illi relinquerat, a Theodeberto ritu barbarico pervaditur. 'Unde discurrentibus nuntiis inter hos duos reges, conditum est, ut ad placitum convenientes iudicio Francorum finiretur, cuius parti comitatus ille provenire deberet. Ad diem et locum statutum reges conveniunt; ubi Theodericus cum decem scaris militum affuit. Theodebertus multo numerosiori^h copia occurrit. Unde Theodericus coactus quattuor comitatus, id est Halsatium, Sugentinsem, Turonensem atque Campanensem, ad partem Theodeberti in vitas sacramento firmavit. Sed regressi ad propria,

45 Theodericus iniuriam fratris aegre ferens, cum Lothario pactum primo inicit; dein exercitum totius suae partis regni, id est Francos, Burgundiones, Bryttones, Cenomannicos, Arvernos, Transiuranos adversus fratrem movit. Theodebertus, congregatis Austrasiis, Alemannis, Ribuariis, Ostrolendis, Noricis, Tullo fratri occurrit, ubi praeparatas militum acies repperit. Bellum inicit, sed non aequa fratrum voluntate finitur. Nam primo congressu pene omnes principes partis Theodeberti prostrati sunt. Ipse cum reliqua multitudine per territorium Metense fugiens, Vosagum transit, Coloniam pervenit. Theodericus post tergum sequens eum, cum exercitu Ardennam pertransiens, Tolbiacum pervenit. Theodebertus rursus cum Saxonibus, Thoringis vel quibuscumque sicubi colligere potuit nationibus adversus fratrem Tolbiacum pervenit. Ibi denuo prelio gravi adeo commisso, ut, phalanges in ingressibus certaminis contra se preliantes, cadavera occisorum non haberentⁱ, ubi inclina iacerent, sed stabant inter

55 viventes. Simile dixerim Catilinae cum Romanis bellum^j, in^k quo, ut ait Salustius^l, locum, quem belliger occupavit vivus, tenuit defunctus. Theodericus rursus Theodebertum superat et terga cum exercitu vertentem, a Tolbiaco usque Coloniam fugientem per prona populum trucidat. Theodericus Coloniam ingressus, thesauros Theodeberti recepit, inibi quoque idem Theodebertus captus represen-

a) cui⁹, ut videtur, corr. cui c. b) Bonifatius c. c) coniugii corr. mox coniugio c. d) ver. spatium unius litterae vacat c.

e) Ganda, una litt. (a?) erasa c. f) A. e. manu coeva in marg., ut numero 5834. omissio spatium detur c. g) E e corr. c. h) numeros, ut videtur, e corr. c. i) t erasum, ut videtur, c. k) pergit alia manu stilo multo crassiore c.

l) Cf. Sall. Catil. c. 61.

tatur. Qui protinus veste et armis nudatus, Cabillone dirigitur, filiusque eius parvulus nomine Mero-
 vechus iussu Theoderici a quodam per pedes ad petram percussus, cerebroque a capite erupto, amisit
 spiritum. Lotharius ducatum Dentileno secundum convenientiam Theoderici suae ditioni redegit. Unde
 nimia indignatione commotus, exercitum contra Lotharium movere iussit. Sed Mettis exercitum ope-
 riente, profusio ventris Theodericus moritur, et mox unusquisque in sua. Brunehildis cum filiis
 Theoderici quatuor, Sigeberto, Hildeberto, Chorbo et Meroveo, Mettis adveniens, Sigebertum in regno
 patris instituo nebat. Lotharius consensu quorundam procerum partis Theoderici defuncti Auster
 ingreditur. Cumque Captonaco accessisset et Brunehildis Vurmatia cum 4 filiis Theoderici resideret,
 Lothario nuntios direxit, ut quototius a regno nepotum suorum recederet. Lotharius legatis respondit, se
 velle implere, quicquid iudicio electorum Francorum indicaretur. Brunehildis Sigebertum, seniore filium
 Theoderici, in Toringiam direxit; apud quem Warnerium maiorem domus et Albuino cum ceteris pro-
 ceribus destinavit, post tergum eorum indiculum dirigens Albuino, ut Warnerium clam interficeret, quia
 ad partem Lotharii, ut fama ruminabat, se transferre volebat. Albuinus, lecto breviculo, disrupit in
 terram proiecit, et receptus est a quodam sequentium, qui erat commilitonum Warnerii, et lectus,
 coram venit fraus Brunehildis. Warnerius numero milite se munivit, deinde cogitare clam prudenter
 coepit, quo pacto filii Theoderici opprimerentur, regnumque Lotharii elevaretur; quod tunc provenit
 eventu. Brunehildis memor malorum quae gesserat in reges Francorum — nam ipsius factione calida
 reges Sigebertus et Meroveus, Hilpericus, genitor Lotharii, Theodebertus cum filio Lothario, alter Meroveus
 et puer Lotharius perempti sunt — verita, ne ipse Lotharius, qui in incremento corporis bello
 atque consilio vigeat utilis, regno sublimaretur ipsaque dispendium patere capitis, Burgundionum
 gentem, Austrasios atque Arvernos necnon et Cysrenos adesse contra Lotharium,
 premisis muneribus, iussit. Sed preventum est a legationibus Warnerii maioris domus regie,
 qui animos militum venientium circa Lotharium amore obligaverunt odiumque inre-
 vocabile adversum Brunehildem exacerbarunt. Tandem iussu reginae Sigebertus, Theo-
 derici filius, cum valido, sed infido exercitu in campis Catalaunicis, ubi quondam Aetius
 Romanorum patricius cum Attila Hunorum rege pessimo bellum gesserunt, pervenit, Lothari-
 um non impari manu opperientem excepit. Cumque super fluvium Coxonia certamen arripere debu-
 erit, exercitus Sigeberti ultra terga vertit; sic in propria quisque loca regressus est. Sigebertus ex-
 ercitu destitutus, campis palans, Burgundiam ingreditur. Lotharius hostiliter usque Secon-
 nam fluvium ingreditur. Capiuntur inibi filii tres regis Theoderici defuncti, Sigebertus, Carbo et Mero-
 vechus; mox exilio directi in Neustriam, usque ad diem mortis exules duxerunt tempora.
 Brunehildis post haec Lothario presentatur, quae iussu regis per comam capitis ad caudam calcitantis
 equi ligata, calcibus et velocitate cursus equi membris disrupta perit. Firmatum est omne regnum Fran-
 corum, sicut a priore Lothario, avo scilicet eius, fuerat dominatum, quod 16 post annis feliciter
 tenuit, pacem habens cum universis. Anno imperii sui 30. Beretrudis regina obiit; ex qua idem
 Lotharius Dagobertum et sororem eius Blithildem generavit, ex qua Karlesium regia pul-
 lulavit prosapia.

Lotharius rex Dagobertum, filium suum, consortem imperii fecit, super Austrasios regem constituens.
 Bonifacio pape Deusediti successit; quo post triennium obitante, item Bonifacius, natione Romanus, de civitate Nepoli,
 paps ordinatus est. Cuius temporibus Perses Romanorum imperium minuunt, Iherusalem
 duce Cosdroe vastant, thesauris spoliant, crucem dominicam asportant, quae, sicut
 habetur in publicis scriptis, Eraclio imperatore cum filio Cosdroe pugnante, super
 pontem lapideum civitatis Adennae cum victoria Iherusolimis est relata. Imperator,
 Persas triennio victoria et ditione receptos, Constantinopolim regressus est. Bonifacio pape Honorius
 successit. Agareni, qui usurpato nomine vocantur Saraceni, provincias Eraclii imperatoris vastant;
 contra quos imperator milites ad resistendum direxit. Saraceni milites superant, utque legendis fertur,
 150 milia militum peremerunt. Imperator bellum reparare cupiens, peremptos milites restaurat, 150 milia
 pugnatorum auro locatos suo auxilio contrahit, adversum Saracenos dirigit, mittens primo legionem ad
 portas Caspiae, quas Alexander Magnus Macedo super mare Caspium aereas fieri et serari iusserat propter
 sevitiam paganorum, qui ultra montem Caucasum habitabant, easdem portas Heraclius aperiri iussit.
 Eadem portae adhuc transitum prebent Iherusolimis euntibus, quae quondam extractae
 iuxta finem Caucasi, longissimi et altissimi montis, in cuius termino Maurus quidam miles
 Heraclii lapideum fecit castrum, quod hactenus vocatur castrum Maurorum. Saraceni du-
 centis fere milibus contra milites Heraclii dimicatori procedunt; sed dum adeo prope uterque exercitus
 condesisset, ut die crastina bellum inire deberet, irruens nox affuit, in qua iudicio Dei de exercitu
 Heraclii 52 milia militum exanimata reperta sunt. Die crastina dum certamen debuit iniri, exercitus
 Heraclii velociter regressus est. Saraceni more solito, sed iam audacius imperium Heraclii depopulant.
 Anno imperii Lotharii 42. praedicatione sanctissimi et amantissimi Amandi Bavo, post-

a) patrem c. b) s, ut videtur, post add. c. c) Hupericus corr., ut videtur, Hupericus c. d) Austasios c. e) Arvernos c.
 f) Hyschenos c. g) infido corr. infido c. h) r superscr. c. i) Loth. — ingreditur manu scribae postea in marg.
 add. c. k) ad — calcitantis in marg. manu scribae add. c. l) silverb. superscr. manu scribae c. m) Beretrudis
 corr. manu recentiore Ger. c. n) legationem Fr. o) aperi corr. aperi c. p) vocat c. q) iudicio c.

1) Haec ne ipsi auctori tribuas, nomina corrupta vetare videntur.

modum et ipse preclarus confessor, ex pagano convertitur ad fidem christianam atque ab eodem sacro sacerdote baptizatur¹.

Lotharius anno imperii 45.^a presentem vitam finivit et Parisius in ecclesia beati Vincentii in suburbio sepelitur. Transacto unius lustri post baptismum², obiit venerabilis confessor³.
 5 ¹ Domini Bayo anno solius regis Dagoberti secundo: Qui dum vigesimum quintum aetatis duceret annum, Gomatrudem, quia⁴ sterilis, relinquens reginam, Nantildem, unam de ministerio cubiculariam⁵, puellam spetiosam⁶, duxit uxorem. Post haec cum regia magnificentia Auster regnum circumiret, Ragnitrudem quandam puellam stratu suo assavit: ex qua filium genuit, qui natus a sanctissimo Amando baptizatus, Sigebertus est⁷ nominatus. Dagobertus, commoto exercitu Francorum
 10 Ostrôleudorum, coniunctis secum Saxonibus, qui tunc temporibus tributarii erant, Slavos et Avaros, quos dicimus Hungros, domuit, sibi tributarios effecit. Fuit enim isdem rex elemosinarum profluus largitor, iustitiae amator, et nisi vulnere caeci ignis illeceus succubisset, cunctos pene antecessores excessisset. Anno imperii eius post obitum patris Lotharii sexto Eligius et Audoenus, militia seculari viri egregii, seculum descereutes, clerici efficiuntur idonei, studentes incremento sanctorum virtutum in Deum proficere. Et eodem quidem anno defuncto Aychario Noviomensis sedis episcopo, annuente Domino, qui fidelis est promissor⁸ et remunerator cumulatis mercibus reddens premia, clamore populi atque electione totius cleri Eligius eligitur, a rege Dagoberto in sede preponitur⁹, septimus a beato Medardo Vermandorum episcopo; Audoenus vero post, ut ordo refert, presulatum Rotomagi adeptus
 20 est. Honorio pape Severinus successit, sedens mensibus duobus¹⁰; Severino Iohannes. Anno imperii Dagoberti octavo Eraclius imperator vita decessit.

Eraclonas, filius Eraclii maior natu, cum matre Martina duobus annis imperat. Iohanni pape Theodorus successit. Aribertus rex, frater Dagoberti regis, sed ex concubina, qui totam regebat Wasconiam, superiorem Burgundiam usque Ararim fluvium et Alpes, defunctus, reliquit filium parvulum nomine Clipericum¹¹; quo nec post mora defuncto, Dagobertus regem illius adeptus est.

Constantinus, filius Eraclii, frater Eraclonae, imperat 6 menses. Brevitate temporis cum fratre et matre nil utile gesserunt.

Constantinus, iunior filius Constantini, imperat annis 28^b, anno Dagoberti Francorum regis 10. Hic deceptus a Paulo Regiae Urbis episcopo corrumpitur in heresim, sicut avus eius Eraclius a Sergio eiusdem urbis pontifice, confitentem adversus¹² fidem catholicam, nec unam nec duas voluntates aut operationes esse in Christo, quasi nil velle aut operari posse credendus sit Christus. Theodoro papae Martinus successit. Hic, Rome in mense Octobri congregata synodo 105 episcoporum, Cirium Alexandrinae, Sergium Regiae Urbis episcopos, sicut praecessor suus Theodorus, necnon Pyrum atque Paulum, Sergii successores, anathematizavit. Post haec Theodorus exarcus ab imperatore missus tulit Martinum papam de ecclesia Constantiniana¹³ perduxitque Constantiopolim; quem exilio Cersonam relegavit, ibique vitam finivit. Multa inibi a Deo eius meritis sunt prodigia. Slavi cognomento Vinidi quam plurimos Francos¹⁴ negotiantes acceptos, ablatis thesauris, interemerunt. Unde Dagobertus rex ira commotus, Austrasios ex uno latere, Langobardos et Alemannos ex altero Slavos¹⁵ depopulare cepit. Slavi e contrario exercitum preparantes, ab Alemannis et Langobardis¹⁶ graviter superantur et captivantur, sed audaciam resumentes, super Austrasios irruunt et cum dedecore perterritos persequuntur.
 40 Saepenumero posthaec in Toringiam et in pagos Francorum irruunt et vastant. Anno 10, regni sui, cum ei nuntiatum esset, Wenedos in Toringiam fuisse ingressos, cum exercitu copioso Mettis veniens, transit Ardennam, Maguntiam accedens, Rhenum transire disponit. Saxones missos ad regem dirigunt, supplicantes, ut tributum quod pater eius Lotharius imposuerat indulgeret — nam quingentas inferendales vaccas singulis solvebant annis —; ipsi deinceps contra Slavos se certaturos et litem Francorum defensuros, hac mercede spondent. Consilio suorum rex accepto, tributum cassavit; sed Saxorum promissio modicum effectum tenuit. Dagobertus rex cernens Toringiam¹⁷ regionem ceterosque Francorum pagos a Wenedis graviter depopulari, consilio procerum Sigebertum filium suum super Austrasios regem constituit sedemque regni in Mettis civitate habere precepit, commendans eum cum regio apparatu ad Agysilum ducem palatii et Gunibertum Coloniae urbis pontificem, qui sanctissimo Severino in eadem sede
 50 quintus successerat; secum autem¹⁸ retinuit Glodoveum pueram, quem ex Nantilde regina diu sterili Deo annuente¹⁹ susceperat. Wascones cum acriter rebelles esse cepissent predasque multas super Francos exercerent, Dagobertus 10 duces cum valido exercitu super eos direxit; qui adeo perdomiti²⁰ sunt, ut sua sponte impulsu Clippiaco ad regem venirent et rursus fidelitatem promitterent. Dagobertus anno imperii sui sextodecimo profluvio ventris egrotare cepit. Qui perlatus ad basilicam sancti Dionysii, quam extruxerat²¹ et magnis donis decoraverat pretiosisque intus ornamentis²² exornaverat,

a) *minio post in loco vacuo add. c.* b) *cubiculariam c.* c) *sā superscr. manu al. c.* d) *fidelis iterum add. c.* e) *II: bus eras. I c.* f) *ita. c.* g) *15 litterae miniatuae (sine dubio numerus annorum mundi) erasae sunt c.* h) *numerus minio post add. c.* i) *ū manu al. in litura c.* k) *ni superscr. manu al. c.* l) *Francus corr. Francos c.* m) *l superscr. c.* n) *Lau in litura c.* o) *superscr. c.* p) *p superscr. c.* q) *extruxerat c.* r) *or e corr. c.*

6) 1) Haec cum neutra S. Bavonis vita conveniunt. 4) Cf. V. S. Amandi c. 16, Mabillon, Acta II, p. 716.
 2) Tribus annis post conversionem; Vita S. Bav., 5) Cf. V. S. Eligii, Dachery, Spicil. VII, p. 193. Mabillon, Acta II, p. 402. 3) Ita G. Dag. l. 1.

diviso regno duobus filiis, vita presentis decessit. Filii eius Sigebertus in Austrasia et superiora regna, Clodoveus pater cum Nanthilde matre Burgundiam, Franciam atque Neustriam rexerunt anno primo septimi et decemovales Dyonsii, qui fuit annus incarnati Verbi 646.
 Clodoveo et fratre Sigeberto regnantibus, anno imperii eorum primo Theodorus papa migravit ad Dominum, Martinus, vir catholicus, successit. Peracto triennio, Audoenus Rotomagi presul ordinatur.
 Et in regno quidem Sigeberti Pipinus Saxo, in Clodovei vero Erchinoaldus ex genere Dagoberti regis duces palatii constituti sunt. Circa aeclesias aeclesiarumque terra interque bonus, circa plebis scitum oterque affabilis. Horum duorum unanimis fuit voluntas, iusticiam colere, pecunias spernere. Martino papa Eugenio successit. Eugenio post biennium Vitalianus. Cuius temporibus cenobium Fontanellis dictum constructum a sancto Wandregisilo confessore Christi et Erchenaldo principe palatii anno incarnati Verbi 656. Eodem anno Gertrudis, filia Pipini ducis, virgo sanctissima, migravit ad Dominum. Clodoveus reginam accipiens elegantem atque prudentem nomine Baldechidem, genuit ex ea tres filios, Lotharium, Hildricum et Theodericum. Amandus interea, nomine et meritis amantissimus, post multiplices atque felices cursus certaminum, anno domini lesu 661, etatis suae nonagesimo primo, abiit ad remuneratorem suum, percipiens munus perpetuum.

Pipinus, dux Sigiberti regis, obiit, reliquit filiam parvulam nomine Beggam, defuncta iam sorore Gertrudem, filiumque strenuum, qui bello atque consilio atlem nomine Grimoaldum. Quem cum quadam pars procerum elegisset, Otto quidam, baiulus quondam Sigeberti, obtulit, ducatum regni consensu regis obtinuit. Grimoaldus atque Cunibertus urbis Coloniae episcopus pactus amicitiarum inciantes, tractant, qualiter Otto de principatu deitatur. Copulant secum Leatherium duce Alemannorum; a quo idem Otto improvisè interfectus est, paternumque honorem recepit Grimoaldus. Sigeberto rege nec post longum sine liberis defuncto, Clodoveus regnum recepit et Lotharium, filium suum primogenito, Neustriam commisit, Hildricum duce Austrasiorum prefecit, Theodericum iuniorem secum retinuit. Hoc tempore sanctus Amatus Senonensi aeclesiae presidebat episcopus. Clodoveus cum decem et octo annis post obitum Dagoberti patris regnasset, summa tranquillitate defunctus est. Franci absque dilatione Lotharium in regno regem stalunt. Defuncto Erchinoaldo palatii comite, viro strenuo et sapiente, Franci Ebroino iussu regis curam palatii committunt. Hic Erchinoaldus cum fratre Adalbaldo, patre sancti Maurontii, reedificaverunt Duacum castrum et infra castrum Dei genitricis Marie templum. Hic enim locus antiquitus fuerat consecratus.

Anno primo celi octavi Dyonsii obiit sanctus Wandregisilus in cenobio quod extruxit Fontanellis. Lotharius, cum quatuor annis Francorum rexisset imperium, valida febre correptus obiit. Dissensio protinus inter Francos exorta de imperio est, quibusdam Hildricum, quibusdam fratrem eius Theodericum sublimare cupientibus; sed Ebroinus contra voluntatem palatinorum et principum regni Theodericum in regio solio sublimavit. Consulens itaque propriis utilitatibus, ob id illum regem constituit, ut preventum beneficiis illum sibi amicum faceret et contra inimicos omnes firmum sibi adiutorium prepararet. Igitur Theodericus regiae dignitatis culmen adeptus est; qui lateri suo nequissimum Ebroinum adaptans, eiusdem grassantis ingenio stimulante, in tantam exarsit insaniam, ut non solum plebem iniurians, verum etiam primates non minime affligens, alios trucidaret, alios a regno exterminaret. Franci enim his diutissime adacti iniuriis, nec tamen ferocitatis, quam semper habuerunt, oblii, unanimiter insurrexerunt in eum, et quibus insequentibus ad tantum miserie redactus est, ut non solum principatus palatii dignitate adepta de regno pulsus aufergerit, verum etiam totius veniae decidens spe, precisa capitis coma in Lusovio monasterio sub regula se victurum sponndit. Suscepit igitur habitum monachi, de monacho nichil habens, sed fictionem cordis vestimenti religione palliabat. Hoc autem quam digna religione factum est, operum exhibitione postmodum evidentissime claruit. Eodem tempore in sententiam unam pari consensu optimates palatii ac totius regni Franciae proceres convenerunt, quatinus Theodericus regno privaretur ac frater eius Hildericus, qui eo tempore monarchiam Austrasiorum tenebat, patris regno potiretur. Quod factum est. Eo itaque

a) o add. manu rec. e. b) minio post add. e. c) imperi corr. imperii e. d) e corr. e. e) Vitali c. f) num. minus post add. e. g) ita e. h) etatis corr. minoris etatis e. i) S. o. r. corr. S. r. o. e. k) obi m. litura e.

1) Haec etiam Ann. Laub., Gandenses alii. De anno altero codice bibliothecae Duacensis legi, annotavit certius non constat. 2) Haec alibi ita haud le- Dehaisnes. 4) Similia, sed multo brevius, in utra- guntur. 3) Idem in libro argenteo S. Amati et que S. Leodegarii vita narratur.

eiecto, Hildericus, frater eius, revocatus sublimatur in regnum. Qui diu fratrem suum cum eisdem insecutus, tandem captum tenuit et violenter iniuriis^a et fecit tonsoratum coma capitis, in quodam monasterio sub regula vivere coegit. Franci Leudicum, Erchenaldi filium, maiorem domus regiae consilio beati Leodegarii episcopi statuunt.

Constantinus^c imperator post plurimas et insauditas depredationes^b provinciae factas occisus in balneo perit.

Constantinus^c, filius superioris Constantini, regnat annis 17. Sarraceni^d Iherosolimam capiunt, Aegyptum et Alexandriam^e necnon et Africam depopulantur. Adeo Constantinopolitanum minuit imperium, ut nichil huius Constantino preter Urbem Regiam, Macedonia^f et Traciam reliquant, ex his imperatorem in mille solidos auri singulis annis solvendo tributarium esse cogunt. Verum post quinque annis re-sumptis viribus tributum solvere contempsit. Vitaliano papa ad caelestia migrante, Adosodus successit. Post quem Donus sedem adeptus est apostolatus. Donus papa, peracto uno anno et mensibus 5, obiit, Agatho successit. Cuius temporibus, id est anno nono Constantini junioris, sexta synodus Constantinopolitana^g habita est. Et prima quidem universalis synodus in Nicæa fuit contra Arium 318^h patrum temporibus Iulii papae, presente Constantino imperatore. Secunda Constantinopolim 150ⁱ patrum contra Macedonium et Eudoxium hereticos temporibus Damasci papae et Gratiani principis. Tertia in Epheso 300^k patrum contra Nestorium Regiae Urbis episcopum temporibus Celestini papae sub Theodosio maiore. Quarta in Calcedonia 630^l patrum sub Leone papa et Martino imperatore adversus Dioscorum Alexandrinum urbis episcopum et Euticem nefandissimum praeule monachorum. Quinta item Constantinopolim contra Theodorum et omnes hereticos tempore Iulii papae et Iustini imperatoris. Sexta haec temporibus Constantini junioris et Agathonis papae, ubi Macharius^m Antiochenus episcopus cum suis sequacibus et precessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyro, Paulo et Petro anathematibusⁿ est anno incarnati Verbi 676^o. Agathoni pape Leo iunior successit, presideus mensibus 10.

Eo tempore Leodegarius Augustidunensis episcopus devenit Luxovium ibique sanctae conversationis suscepit habitum. Ubi non tam corpore quam mente veterem hominem ex-ertus, cum actibus suis studebat cotidie piis operibus novo homini conformari. Hildricus Fran-corum rex cum secundum seculi honorem strenue imperium regeret, ut minus prudens malum iracundiae in se non domuit neque levitatem animi superflua, qua detinebatur, refrenavit. Nam cum quadam die virum nobilem Bodilonem ad stipitem ligatum absque legis iudicio graviter virgis corrigi iussisset, inde Francorum animus adversum se incitavit. Rex quae egerat vilipendens, post pau-lulum in silvam Laiconis venandi causa abiit; Bodilo, dedecoris facti non inmemor, cum suis regem insecutus, inflicto mortali vulnere, recessit, et ad Ansegisum^o ducem Austrasiorum se transtulit. Leoni papae Benedictus successit.

Rege Hildrico interfecto, Theodericus, frater eius, in Francorum regno sublimatur. Quod audiens Ebroinus, a cenobio Luxovii, ubi sub falso nomine monachi morabatur, egressus, ascitis secum quos olim habuit amicos, tirannidem^p arripuit, Austrasios sibi verbis blandis allexit, mane-ribus corrupit, sicque ad regem ire contendit. Sed inter eundem Abacrio villa perveniens, Leudisium principem palatii cum thesauris defuncti regis Hildrici obvium habuit, sub specie false pacis promissa dataque fide amicitiae, inibi eum occidit; dein citissime confugium ad regem Theodericum fecit, a quo ei principatus palatii redditus est. Benedicto papae Iohannes, Iohanni Conon successit, et hic, peruenso brevi spatio, successorem habuit Sergium. Augustidunenses a Luxuvio cenobio beatum Leodegarium, sanctitate vitae egregium, educunt, atque in sede episcopali cum maximo laudum tripudio restituunt. Enimvero Gallia, pretiosis sanctorum corporum irradiata, vernabas etiam tum temporis preclarisque Christi luminaribus, dumolvebantur in te lapides vivi in aedificio Christi patientia atque fortitudine optimi quadrati: Genesis videlicet archiepiscopus erat Ludunorum^q, Austregisilus archiepiscopus^r Bituricorum, Audoe-nus episcopus Rotomagum, Amatus episcopus Senonensium^s, Leodegarius episcopus Augu-studunorum, Faro episcopus Meldensium, Drausius episcopus Suessorum, Lambertus epi-scopus Tungrorum, Authbertus episcopus Cameracensium, Audomarus episcopus Morinorum; Bettinus abbas^t in Sithiu, Vulmarus in Bolonia^u, Richarius in Centula. Horum temporibus Maurontus in palatio predicti regis Lotharii necnon Theoderici gloriosus princeps habebatur. Qui Maurontus filius fuit Adalbaldi incliti principis et sanctae Rietrudis^v, quae post obitum eiusdem sui mariti Adalbaldi cenobium Martianense edificavit et reditibus exaltavit. Horum, quamvis terrarum regionibus abiunctis, unicuique ensis circa femur propter tumores^w noc-ternos, omnes hi tenentes gladios et ad bella doctissimi, perfectione operum robustissimi, quorum oculi sicut columbarum super rivos aquarum, pectora lacte lota residentia iuxta fluentia plenissima, labia myrram primam erant distillantia. Tempore eodem Colonien-^x

^a ita c. ^b depeccat. corr. inter scrib. deplacit c. ^c C. a. miniatore om. c. ^d Alexandri a littera exasa c. ^e Con-
^f ita c. ^g est c. ^h numerus miniatore in littera c. ⁱ numerus miniatore c. ^j littera a* post prius a exasa c.
^k tirandem corr. a miniatore tirandem c. ^l in littera c. post haec l. ^m hinc vacant in prior l. h. suppl. c.
ⁿ prius o e corr. c. ^o corr. rec. ut videtur, manu timores c. ^p Colonien corr. Colonien c.

1) Cf. V. Rietrud. c. 5. 14, Mabillon, Acta II. p. 941. 945.

aeclesie preerat Raginfridus, Remensi Angelbertus, Treverensi Numerianus, Noviomensi Mummolinus, venerandi successor pontificis Eligii, Belvacensi Deodatus *.

Ebroinus praeterea¹, auctor et amator dissensionum², sponsonis dominice orationis immemor, sed avitae recordationis odii memor, statuit persequendos quos olim meminuit habuisse contrarios, qui eum a principatu palatii deposuerant. Et ut alter apostata Iulianus

5 Detianas³ renovans persecutiones, Francorum multos paterna haereditate privavit, alios pecuniis spoliavit, quosdam gladiis⁴ extinxit; inter quos venerabilem Leodegarium, Heduae urbis episcopum, persequens gravi ira, multis primo afflictum supplicii, deinde oculis a capite erutis, lingua praecisa, ad ultimum, interemit, quem martyrem dignum sancta virtus fecit patientia. Urbem Haedua accepi temporibus Octoviani Augusti a duobus eius nepotibus fuisse constructam, quam cum illis Augustus iure perpetuo habendam concessisset, vocaverunt eum Augustidonum.

60 Predicti Ebroini rabiem quam plurimi Francorum declinantes, confugium ad domum Pipinum Austrasiorum ducem fecerant cum Colonia. Verum cum Dei vera disposito tam inlustri persecutoris munus reddere decrevisset actionis, Ermenfrido, in discrimine mortis involuto⁵, se in veritate invocanti, velox prebuit auxilium. Is natione Francigena, vita et moribus catholicus, dum sepe numero, ut dives et nobilis optime se ab inimico christianorum Ebroino defensaret, quadam die incautus cum paucis suorum hostem cum multis precautum⁶, sed sine adiutorio Dei preventum, offendit. Qui, amissa spe effugiendi, misericordem et omnipotentissimum Deum invocans, armorum copiam irrupit, uno 65 actu infelicis Ebroini animam excutens, ad sibi 'digna inferna' direxit neque ulterius christianum⁷ laederet interdixit. Post haec timens regem Theodericum, confugium fecit ad gloriosum ducem Pipinum. Hic Pipinus regio stemate exortus fuit, patre Ansigiso rege, avo Arnulfo, qui deposito, militari cingulo, ecclesiastica sanctione decenter ornatus, Mediomatricum, quae est Mettis, sanctificatione vitae adeptus est sedem, proavo Arnulfo⁸, abavo Ansberto ex genere senatorum, qui uxorem duxit Blithildem, filiam Lotharii regis Francorum, sororem primi Dagoberti regis, Genitrix vero eius dicta est Begga, filia Pipini 70 principis, qui ab silva quae vocatur Carbonaria ad fines usque Fresonum⁹ iusto moderamine cunctum infra regebat popululum. Huic quia masculini sexus proles defuit, domum Pipinum, nominis sui aequivocum filie suae filium, heredem sui regni statuit. Constantinus imperator anno Theoderici regis Francorum septimo vita decessit.

75 Iustinianus minor, filius Constantini, imperat annis 10. Anno incarnati Verbi 685, presidente Sergio Romanorum papa¹⁰, anno sedis suae 5, Theoderici vero Francorum regis 8, Iustinianus imperator pacem cum Sarracenis constituit et papam¹¹ Sergium, quia¹² erraticae suae synodo, quam Constantinopolim fecerat¹³, favere et subscribere noluisse, misso Zacharia protospatario suo, iussit Constantinopoli deportari; sed pervenit¹⁴ militia Barennae urbis vicinarumque partium, Zachariam iniuria et contumelias affectum ab urbe Roma expulit et papam liberavit. Ideo papa Willebrordum¹⁵ cogimento Clementem ordinavit episcopum Fresoniae genti. Africa etiam, quae per 83 35 non minus annos rebellaverat, Romano imperio restituitur. Huius etiam Iustiniani temporibus, dico autem anno imperii ipsius tertio, 687. anno incarnati Verbi corpus sancti VEDASTI, Deo disponente, transfertur angelica revelatione a sede pontificali a duobus pontificibus Auberto et Audomaro sanctis, post annos episcopatus sui 118¹⁶. Qua translatione peracta, vir sanctae et dignae memoriae Aubertus episcopus migravit ad Dominum; cui successit Vin- 40 ditianus, meritis et operibus et ipse magnificus.

45 Anno sequenti Pipinus successibus prosperis orientalium Francorum, quos illi propria lingua Ostro-landos vocant, tenebat principatum. Hinc Suavos et Noricos, Turingos et Saxones, qui ab imperio Francorum post obitum incliti Dagoberti regis desciverant, frequenti¹⁷ super eos inruptione devicerat et suae ditioni subegerat.

Anno incarnati Verbi 690. celebris habetur transitus sacratissimi AMATI Senonensis episcopi.

50 Anno incarnati Verbi 691, Sergii papae nono, Iustiniani Constantinopolitani imperatoris quinto, Theoderici regis Francorum 12¹⁸, Atta venerabilis monachus a rege Theoderico eligitur, a predicto episcopo Vinditiano benedicitur, monasteriique Sancti Vedasti cura ei¹⁹ committitur²⁰, quod annis 20 et dimidio optime rexit. Predictus vero rex Theodericus super donativa, quae nuperrime contulerat loco ad usus fratrum inibi Deo militantium, tale privilegium publica audientia fieri iussit:

a Deodatus corr. Deselatus c. b) sequitur rasura 8 lit. c. c) e corr. c. d) D e corr. c. e) gladios corr. gladius c. f) domum c. g) alterum o e corr. c. h) precautum c. i) inferni corr. prima manu inferna c. k) nu lo in libra c. 55 l) da in libra c. m) e corr. c. n) S p. corr. p. S. c. o) in libra c. p) ita c. q) preterit Beda. q) Willebrordus c. r) post add. manu al. c. s) id inserat eadem manus ac mox commemorata c.

1) Non Annales Mettenses, quos habemus, sed alios SS. V. p. 21, ubi etiam annus 129, legitur. Ann. Elnon. vetustiores in illis exscriptos esse adhibitos, etiam min., ib. p. 18, anrum habent 686. V. etiam quae hoc loco monendum est. 2) Cf. Ann. Bland. a. 697, infra ad locum Guimanni annotavi. 3) i. e. 685. 60

Vindicianus^a Cameracensium vel^b Atrebatensium ecclesiae episcopus omnibus sanctae Dei ecclesiae filiis. Si locis quae Deo dicantur nostra^c pontificali auctoritate aliquid conferimus, quo in meliorem erigantur statum, credimus nobis mercedem exinde a Deo recipere atque ad augmentum vitae aeternae capiendae emolumentum non modicum speramus nobis 5 acquirere. Quapropter noverint omnes fideles, presentes videlicet^d atque futuri, quia dominus noster piissimus rex Theodericus in generali placito habito in Compendio palatio in conventu 10 venerabilium episcoporum, videlicet Audoeni, Austrogisili, Audomari, Eligii, Faronis atque Lambertii, necnon et illustrium abbatum Agili, Wandregisili, Filiberti, Bertini atque Scupilionis, suggestit humiliter nostrae pontificali celsitudini, quantum episcopali privilegio roborarem, 15 quicquid ipse contulit Nobiliaco monasterio, ubi sanctus Vedastus corpore quiescit, quod ab ipso rege mirifice ac decenter regis constructum sumptibus, solum in suburbano Atrebatensium civitate, in quo loco nuper fuit translatum corpus dicti pontificis Christi Vedasti a beatissimo Autberto episcopo, nostro videlicet predecessore hac^e honorifice humatum. Denique omnibus notum est, eundem locum pertinentem fuisse ac^f subiectum ecclesiae Atrebatensium civitatis. Sed a 20 memorato rege gloriosissimo Theoderico, me consentiente una cum clero nobis subiecto, est a nostra sequestratum civitate. Igitur considerantes dignam et humillimam sepius dicti incliti regis^g, ratum duximus opere perficere, quod ipse suggererat. Haque per sanctam et indivi- 25 duam Trinitatem pontificali auctoritate obtestamur cunctis^h sanctae ecclesiae Dei filiisⁱ, presentibus^j videlicet et futuris^k, ut hoc episcopale privilegium a nobis pro Dei amore editum, ita ut a nobis constitutum est, inviolabiliter conservetur. Ab hodierno videlicet die et deinceps per pontificalem auctoritatem omnes seculares et iudiciares potestates excludimus ab ingressu memorati monasterii atque castrum, ut liceat monachis Deo inibi famulantibus ex hoc et reliquum tempus quiete vivere, ab omni mundano strepitu esse sequestratos, et adiuramus per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, neque comes nec aliqua regia vel iudiciaria potestas presumat illorum 30 ingredi monasterium sive castrum neque ibi convivia^l extruere neque placita nec aliquid facere nisi permissu et voluntate abbatis, qui prelatum fuerit loco, unaque cum voluntate monachorum. Sed sint monachi Deo ferventes in prefato loco, iuxta quod beatus Augustinus docet de opere monachorum vel iuxta traditionem sancti Basilii vel secundum regulam sancti Columbanii vel sanctissimi Benedicti. Et hoc in arbitrio^m abbatis constituimus. Si autem talisⁿ 35 extiterit causa, ut merito episcopus accersiri debeat, nisi vocatus ab abbate vel a monachis, aliter, ut diximus, nec alicui liberum ingressum consentimus. Interdictum etiam anathematis et pontificali auctoritate stabilimus, ut ipsum castrum cum monasterio et villulis Filiciacum, Tilgildum, Hadas, Haetnam-curtem, Salthiacum cum Theobra silva, Theuludum, Liniacum, puteis, aquis et appenditiis ad se pertinentibus, nec aliquis presumat in his quae diximus aut in villis 40 inibi pertinentibus precinctam habentibus inferre aliquam molestiam, latrones vel bannos accipere, parefridos inquirere, sed liceat monachis quiete omnia possidere, quo valeant liberius pro pace^o sanctae Dei ecclesiae et vita regis ac coniugis ac statu regni Domini clementiam exorare. Si quis vero observator huius privilegii a nobis editi extiterit, accipiat mercedem a Domino et benedictionem in presenti vita et in futura vitam aeternam. Qui vero nostrae^p auctoritatem 45 parvi penderint illudque modo temerare presumpserint, per nostram pontificalem auctoritatem reddantur extranei a liminibus sanctae Dei ecclesiae et a cetu christianorum et a regno Dei, 50 et descendant cum Dathan et Abyron in infernum viventes, et cum Iuda traditore domini nostri Iesu Christi accipiant sortem et societatem in die iudicii et cum diabolo dampnationem aeternam. Amen.

45 Ego Vindicianus hoc privilegium a mea parvitate editum scripsi.

Ego Audoenus archiepiscopus iussu domini Theoderici regis et rogatu fratris nostri et coepiscopi Vindiciani hoc privilegium subscripsi.

Ego Agilis abbas subscripsi.

Ego Bertinus abbas subscripsi.

50 Ego Wangisus abbas subscripsi.

a) bis scriptum c. b) spatium 8 lit. vocal c. c) hūc c. corr. manu recentissima ūc c. d) h. eras c. e) ab c. f) deest vocabulum. g) cunctis corr. manu recentissima cunctos c. h) filius corr. m. rec. filios c. i) presentibus corr. m. rec. praesentes c. j) futuris corr. m. rec. futuros c. k) alterum i. superscr. prima manu c. l) superscr. c. m) auctoritati corr. m. rec. auctoritatē c. n) subscripsi c.

55 1) Editum Brequigny-Pardessus II, p. 180.

Ego Philibertus abbas subscripsi.

Ego Scupilio abbas mon. Sancti Quintini iussu domni Theoderici et rogatu Vindiciani hoc privilegium scripsi et subscripsi^a.

Data Kal. Mai, anno 12. domni Theoderici regis, indictione 2. Actum in Compendio palatio in Dei nomine^b feliciter. Amen.

^{cf. Ann. Met.} Profugi igitur Francorum, qui insecutione praedicti Ebroini ad domnum Pipinum confugerant, audita^c interfecione praedicti Ebroini, domnum Pipinum adeunt, postulantes legationem dirigi ad Theodericum regem Francorum, quatinus ipsius adiutorio parentibus adiunctis terrisque amissis reddi mererentur. Prefatus dux, prudenti legatione directa, non quae pacis fuere repererunt. Verum, suadente Bertario, Theoderici regis consiliario, bellum indicitur, profugos quosque^d Francorum vi recepturos minatur. Legatio eorum duce Pipino et optimatibus eius quod acceperat refert; in commune placuit arma corrumpi, profugis et viduis subveniri. Plebiscitum acclamatur; ab utrisque partibus Carbonarias convenitur; bellum instat, sed non aequo proventu finitur. Nam multi Francorum partium Theoderici regis bello se subtrahentes, causa parentum quaquaversum delituerunt. Certaminis erat ab utroque velle vinci et a neutro horum nolle superari. Anno 691. Theodericus bello fugatur, Parisius usque a 15 Pipino profugisque Francorum insequitur; sed Sequana fluvius imminens malum determinavit.

^{ib.} Anno sequenti Pipinus dux Rabodoni Frisionum duci bellum indicit, gravi praelio devictum tributarium fecit^e.

^{cf. 71. Fred. c. 98.} Ebroino interfecto, Franci, accepto consilio, Waratonem illustrem virum in loco eius constituerunt. Idcirco praefatus Warato obsides a Pipino duce accepit, pace in iuvicem patrata. Erat id temporis memorato Waratoni filius valde effrax atque eruditus in consilio, qui vice patris curam palatii gerebat, nomine Gislemarus, qui ob nimiam calliditatem et sagacitatem patrem ab honore supplantavit. Quem sanctus Audoenus episcopus increpabat saepius, ut ad pacem vel patris indulgentiam remearet; qui audire renuit et in duriciam cordis permansit. Fuerunt igitur inter Pippinum et praefatum Gislemarum discordiae multae et bella civilia multa. Nam ad castrum Namucum contra hostem Pippini ducis Gislemarus consurgens, fraudulenter, falso iuramento dato, quam plures eorum nobiles viros occidit. Inde vero 25 reversus, ob supplantationem patris vel^f alia maliciam non modicam, quam fallaciter perpetraverat, a Deo percussus praedictus Gislemarus, ut dignus erat, iniquissimum fuiti spiritum. Illoque mortuo, pater eius Warato honorem pristinum maiorum dominatus sui recepit.

^{c. 80.} Eo tempore beatus Audoenus episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum. Eratque ei^g matrona nobilis et strenua nomine Ansledis. Cuiusque gener nomine Bercharius honorem maiorum dominatus palatii suscepit. Eratque 30 status parvus, intellectus modicus, levis atque citatus, Francorum amicitias atque consilia sepe contempnens. Haec indignantes Franci, Auditoranus, Reolus et alii multi relinquentes Bercharium, ad Pippinum per obsides confugiunt, amicitias copulant, bella super Bercharium vel reliquam partem Francorum concitant.

^{c. 100.} Pippinus commoto exercitu hostili ab Austro consurgens, contra Theodericum regem et Bercharium properans ad bellum, conuenit in oppido Virmandensi in loco qui dicitur Teatrixio bellum mutuo gesserunt. Praevalente Pippino cum 35 Austrasiis, Theodericus rex cum Berchario fugam inuit, Pippinus victor extitit. Persecutosque eos eorum cum regione subiugavit. Sequenti tempore idem Bercharius ab adulatoribus falsis amicis interfectus est, instigante Ansledis matrona, socra sua. Post haec autem Pipinus Theodericum regem capiens et thesauris^h et domum palatii, peragensⁱ, in Austris remeavit. Eratque ei uxor nobilis et prudentissima nomine Pletrudis, genuitque ex ea filios duos. Nomen senioris Droocus, nomen vero iunioris Grimoaldus.

^{cf. Fred. c. 101.} Anno 694. Theodericus rex imperii sui anno 17. finem vivendi fecit, atque in monasterio Sancti Vedasti sepelitur; filius eius Clodoveus succedit.

^{Beda. Cat. post. t. 72.} Iustinianus imperator ob culpam perfidiae regni gloria privatus, exul in Pontum secedit. Sergio papae Iohannes succedit.

^{Beda. 693.} Anno incarnati Verbi 695. Leo annis tribus imperat. Sanctus Ansbertus Neustrorum episcopus presenti vita decessit. Papa Sergius in sacrario beati Petri capsam argenteam, quae in angulo obscurissimo^k diutissime iacuerat, et in ea crucem diversis ac preciosis lapidibus adornatam Domino revelante reperit.

^{cf. A. Met. 693.} Pipinus Drogonem, primogenitum suum, ducem posuit Burgundionum, tradens illi uxorem Anstrudem, filiam Waratonis quondam maioris domus regis Hildrici. Ex qua idem Drogo filium suscepit nomine Hugonem.

Anno tertio Leonis imperatoris^l Audomarus Morinorum episcopus, vir eximiae sanctitatis, obiit.

^{Beda.} Anno incarnati Verbi 698. Tiberius imperat annis 7. Cuius primo anno imperii sanctus Bertinus, vita et miraculis insignis, migravit ad Dominum in Nonis Septembris. Finem fatiunt dies caniculares; fine ultimi diei mutati sunt viri sancti invicti labores, quoniam, dum termino vitae diem clausit ultimum, in regeneratione^m viva diem accepit perpetuum Ihesum 55 Christum dominum nostrum.

^{cf. Fred. c. 101. A. Met.} Clodoveus, Theoderici regis filius, obiit; Hildebertus, frater eius, succedit. Cui Grimoaldus, ducis Pipini secundus filius, maior domus extitit, vir mitissimus et mansuetudine plenus, bello strenuus. Hic, ut a patre didicerat, Francos cum summa diligentia sub rege regebat. Rursus Frisiones, duce Rabodone paganoⁿ rebellantes, regiones usque ad Renum devastant, ecclesias subvertunt; quibus 60 domnus Pipinus hostiliter occurrens, gravi strage proterit; et, ut solitus, victor extitit et suae ditioni subegit.

^{a) e corr. c. b) n. f. A. in litura c. c) audita c. d) 5 linee huius paginae et tota proxima pagina, quaternione finis, vacati c. e) in corr. vel c. f) pepet. c. g) intellecto corr., ut videtur, intellecta c. h) sta c. i) u e corr. c. k) papae corr. imperatoris c. l) regnar. corr. regener. c. m) ragano corr. pagano c.}

1) Haec in Ann. Mett. non leguntur. 2) Waratoni, cuius mors a nostro perperam omittitur.

Igitur praefatus Pipinus aliam duxit uxorem nobilem et elegantem nomine Chalpiadam^a, ex qua genuit filium vocavitque nomen eius linguae proprietate Carlo. Crevitque puer elegans atque egregius effectus est.

Annus post transitum preclari confessoris Amati 11^b fuit annus incarnati Verbi 704^c, quo anno obiit sanctus Maurontus, Deo dignus levita. Qui licet sanctae matri fuerit superstes 5 annis 13^d post expleta pie administrationis munia, 4^e Nonas Maii functione liber^e reddita, ut condigna^f laborum suorum perciperet premia, ad celi subvectus palatia, perhenni vivens cum Christo vita, iugi cum eo laetatur gloria.

Anno 705. Iustinianus secundo cum Tiberio filio annis 6. Hic auxilio Terbelli regis Bulgarorum regnum^g recipiens, occidit eos qui se expulerant patrilios et Leonem, qui locum eius usurpaverat, necnon et successorem^h eius Tiberium, qui eum de regno electum toto quo ipse regnabat tempore in eadem civitate in custodia tenuerat. Hic Constantinum papam ad se venire iubens, honorifice suscepit ac remisit. Hic etiam cum exercitum multum mitteret in Pontum ad comprehendendumⁱ Philippicum, quem ibi reliquerat, conversus omnis exercitus ad partem Philippici, fecit eum ibidem imperatorem. Mox cum exercitu reversus Constantinopolim, pugnavit contra Iustinianum duodecimo ab urbe militario, et vicio atque occiso, Philippicum regnum eius suscepit.

Anno Iustiniani primo Iohanni papae alter Iohannes succedit: Iohanni Sisinnius; Sisinnio Constantinus.

Drogo, filius Pipini, defungitur, in Metensi urbe in ecclesia beati Arnulfi sepelitur. Eodem anno Atta venerabilis abba monasterii Sancti Vedasti neenon Sancti Petri in Ganda 15. Kal. Februarii obiit. Hadulfus prepositus abba eiusdem loci efficitur, et isdem a Vinditiano episcopo 20 benedicatur.

Anno sequenti contra rebelles Alemannos exercitum movens, praedis et incendiis^k depopulans, valde 27. perdomuit.

Anno 711. Philippicus imperat anno 1, mensibus 6. Idem Constantino papae litteras pravi dogmatis misit; quas Beatus ille cum apostolicae sedis concilio respuit.

Grimoaldus, filius Pipini, filiam Rabodonis ducis Frisionum duxit uxorem.

Anno dominico 712. annis imperat 3 Anastasius. Hic Philippicum captum oculis privatum dimisit. Idem litteras Constantino papae misit Romam per Scolasticum patricium et exarcem Italian, quibus se factorem catholice fidei et sancti sexti concilii predicatorem esse docuit. Constantino papae Gregorius successit.

Anno imperii Anastasii 2. sanctus Ursmarus praesenti vita decessit. Hildebertus etiam rex anno regni sui 17. obiit. Dagobertus, iunior filius eius, regnat. Beatus Vinditianus Camera-censis sedis episcopus sub hoc tempore migravit ad Dominum. Cui successit Hildebertus, Hildeberto Hunaldus^l.

Anno dominico 714. egrotante Pipino in Iopilla villa, quo sita est super fluvium Mosam, cum ad visitandum cum Grimoldus, filius eius, properasset, in basilica beati Lamberti martyris dum iacens orari^m, perfossum gladio a quodam Ragnario occubuit. Dagobertus rex Teodalduum puerum, filium Grimoldi, maiorem domus constituit. Et hic brevi spatio temporis vivens, finiit vitam. Cuius in loco Ragenfridum favore Francorum maiorem domus constituit rex Dagobertus. Dominus Pipinus de infirmitate non firme convalescens, omnes filii interfectores peremit; sed eodem anno iterum molestia corporis oppressus, 17. Kal. Ianuarii obiit, relinquens filium elegantem parvulum nomine Karolum. Orta est maxima conturbatio tunc temporis in gente Francorum. Nam idem Karlez insidiis novercae suae detinebatur.

Anno incarnati Verbi 715. Theodosius imperat anno 1. Hic electus in imperatorem, Anastasium apud Nicaeam civitatem gravi prelio vici, datoque sibi sacramento, clericum fieri ac presbyterum fecit ordinari. Ragenfridus maior domus regiones circa Colonia m incendiis atque praedis depopulat et cum Rabodoneⁿ Fresorum rege pactum iniit.

Anno Domini 716. Leo annis 9^o imperat. Sarraceni cum immenso exercitu Constantinopolim venientes, Beatus triennio civitatem obsident, donec, civibus ad Deum clamantibus, plurimi Sarracenorum perirent frigore, fame, pestilentia, ac sic perenni obsidione abacerent. Qui inde regressi, Bulgarorum gentem, quae est super Danubium, bello aggrediuntur, et ab hac vici, refugiunt ac proprias naves repetunt. Quibus^o alta maria sulcantibus, ingruento subita tempestate, plurimis mensis, plures fractis navibus per litora sunt necati, vix pauci non absque timore evaserunt.

Dagobertus rex anno Leonis imperatoris tertio obiit. Lotharius^p, filius eius, 7 aetate mensium apud villam regiam quae Kalá dicitur ad nutriendum committitur; et maiores domus Ragenfridus atque Hilpericus Francorum regnum invadunt. Duces et principes domni Pipini defuncti Karolum, filium eius^q iam annis novennem, solio patris statuunt. Quod veraci nuntio dum comperissent, Hilpericus solo nomine rex et Ragenfridus maior domus terrore permoti, exercitum rursus congregantes, Arduennam silvam permeant, Colonia m civitatem obsident. Quam expugnare

a) ita c.; lege Chalpiadam. b) non superscr. m. al. c. c) cum superscr. m. al. c. d) a. 13 e corr. c. e) Hb c. f) cum digna c. g) e corr. c. h) comprehendum c. i) Hunaldus corr. prima m. Hunaldus c. j) Rabodone corr. inter scrib. Rabodone c. k) IX. superscr. c. l) m) superscr. c.

60 1) 3. Non. Mai V. Rietradis, Mabillon, Acta II, p. 949. AA. SS. Mai II, p. 52. editus. 2) Dagoberti filius in Anno ab inc. D. 701, anno 4. Childoberti regis, filii G. Franc. Theodericus dicitur; sed Chlotharium IV. Theoderici, migravit ad Dominum 4. Non. Mai; locus auctor intelligit; cf. infra a. 724.

templantes, acceptis à civibus muneribus, non victores, sed profugi, accepto adventu Karli ducis, celeritate celeri regressi sunt.

Anno ab incarnatione Domini 717. Hadulfus abba monasterii Sancti Vedasti, defuncto Hunaldo Cameracensis sedis episcopo, favore cleri et populi acclamatione, iussu Hilperici regis, episcopus efficitur. Qui ideo in Artensibus libris potius abba quam episcopus describitur, quoniam annis ferme 12 presidens, à monachis, quibus ut abba ⁷³ preluit, se abbatem, à clero et populo se episcopum nominari voluit.

^{et A. Mett.} Karolus dux, non immemor iniuriarum Hilperici, exercitum ab oriente commovit, Carbonariam silvam transit, Hilperici regnum depopulans, gravi strage attrivit. Quo comperto, Hilpericus cum Ragenfrido ad tuendam patriam in occursum properant. Castra metatus est uterque exercitus haut procul à se distans 10 in pago Cameracensi iuxta villam quae dicitur Vinliacus. Commissa est pugna anno dominicae incarnationis 717, ut alia refert cronica 721, die dominica in quadragesima, duodecimo Kalendarum Aprilium. Quoad diu sub incerta sorte militavit, sed tandem, victore Karolo, Hilpericus et Ragenfridus fugam arripuit, exercitum eruenta cede exterminandos relinquunt. Karolus princeps, divino auxilio victoria patrata, spoliis innumerabilibus suis distributis, cum validioribus Hilpericum et Ragenfridum Parisius 15 usque civitatem secutus est. Inde, cuncta regione subacta, Coloniam urbem regressus, in solio paterno resedit. Hilpericus et Ragenfridus Eodoni Aquitaniorum duci missos destinant et ut secum Karolo resisteret pretio invitant.

⁷³ Anno incarnati Verbi 718. Eudo Aquitaniorum princeps cum Ragenfrido et Chilperico arma in Karolum assumpsit. Sed prefatus Aquitaniorum dux, ut nuntiis Karolum sibi occurrere seque sui regni fines tueri accepit, timore exanguis animo, fugam maturavit, Hilpericum cum suis parvi pendens thesauris. Quem Karolus insequens, interfecit, illiusque universa depopulans, domum ingenti cum gaudio rediit, triumpho potius nobili. Eodem vero anno isdem Burgundiae urbes invadens cum castris, Lugdunum, urbem Galliae nobilissimam, suae subegit ditioni, Massiliensem Arclatensemque urbes penetrans, suis cuncta in manu admissa, principatus ad sui sedem remeavit. Sed cum globatis legionibus 25 Saxoniam abiit, et eam acri afficiens bello, sibi tributariam facit. Quo anno Dagoberto rege morte amittente regnum, Karolus, regni sui decus, regem esse consensit Lotharium², eius filium, ut liberius posset debellare partes orientales. Chilpericus et Ragenfredus, qui tunc temporis maiores domus regnum Francorum invadunt; et subsequenti

719. anno hisdem et Rabbodoni Frisionum duci, quem adsciverant sibi in contubernio, 30 affuit pugna cum invicto Karolo; sed victoria ut semper cessit duci inclito.

Anno ab incarnatione Domini 720. Wlframnus³, vere abbas et Neustrorum gloria, Christo, cui militavit, sorte non sub incerta reddens animam, ex huius vita seculi migravit caduca.

⁷⁶ Anno ab incarnatione Domini 721. Karolus Francorum commovens exercitum, Hilperici Ragenfredique desiderans extinguere contumaciam, bellum adversus eos iterat; sed auspice Christo stragem occisorum permaximam eis reddidit Karoli ducis strenui industria. Unde Chilpericus suo cum compari fugatus, eodem se tuitus est anno; sed sequenti

anno Domini 722. capitur ab invicto duce Karolo. Ragenfredus vero timore perterritus, cupiens se liberare a Karoli manibus, fugam arripuit quam potuit citius, et relinquens arvarum plana et sui globum exercitus, per loca aquosa et saltus pervenire tetendit munitionis 40 gratia ad quandam vicum qui dicitur Theodorici-mansus⁵, quod beatae ac gloriosae Rictrudis⁶ est fundus; namque ipso dinoscitur loco per prata et uberrimos saltus quondam rex degisse Theodericus. Verum fugae dum intenderet, mortis timore percussus, haut procul miliarium unum à villa quae Martianas dicitur, aquis est involutus. Verum ignoratur, utrum ab aliquo eum fugante ibidem loci fuerit confossus aut equo malo omine lapsus⁸.

45 Anno 723. preter causas interiores regni nil actum est a Karlo et Lothario Francorum rectoribus nobilissimis.

⁷⁵ ^{et Fred. cont. c. 107.} Ingressi vero anno 724. ipse rex Lotharius, Dagoberti filius, vitam finivit.

Anno 725. Francorum regnum Karolus, defunctis regibus, more regis regere cepit; sed anno ipso nullam in partem exercitum duxit.

50 Gregorum imperator Constantinus annis regnavit 52.

Beda sacerdos huc usque chronicam suam contexuit.

^{a) 707 c., ubi manus rec. X inseruit. b) duc ante princeps (sic) eras. c. c) in marg. add. c. d) Ragenfredos corr. Ragenfredus c. e) Rictrudis corr. Rictrudis c. f) h. superscr. c.}

1) Haec neque cum G. Franc. neque cum Ann. Mett. (dép. Nord), arr. de Douai. Court au Bois un lieu- 55 conveniunt. 2) Haec dubiae valde fidei esse, monuit dit de la même commune. DEH. 6) Haec unde Breysig, 'Karl Mart.' p. 119. 3) Cf. Ann. Bland., sumta sint, non constat; neque cum vera historia SS. V, p. 22. 4) Nota hic et saepius similes com- conveniunt; v. Breysig p. 31. 115. 7) Anno potius 719; cf. Breysig p. 32. 8) Neque haec recte se habent. Beuri; not. marg. s. XVII. — un lieu-dit de Beuvry Beda non ultra Leonis tempora chronicon perduxit, 60

Ab anno Domini 721. rex Germaniae victoriosus usque ad 737^a. mitigans regni interiora, et ut sapiens in pace sua muniens menia, nusquam belli abiit causa¹.

Anno 728. Hadulfus episcopus et abba beati Vedasti ex cenobio, de quo superius tractatum est, recessit ab hoc seculo, procul dubio felicem reddens animam Christo.

Sequenti vero 729. Madelbertus et ipse abba animam commisit caelo et, ut truditur^b dies, die superveniente altero, annus, et anno sic praetereunte, tertio^c ipso a septingentesimo Beda venerabilis sacerdos.

Sacra cuius memoria Christi gaudet aecclesia,
Mutans transitoria, meruit percipere perhennia.

10 Is a iuventa didicit sacrum dogma, post multo se tradidit labori aecclesiae ad commoda.

Gregorius papa, natione Sirus, ex patre Iohannes, sedet annis 10, mensibus 8, diebus 25.

Anno 747. audiens Karolus Sarracenos, iam optenta Golia et Septimania, ^{cat. post. 77.} ^{cf. A. Mett.} Provinciae partes intrare, et eos Avionem castrum munitissimum obtinere, sui quibusdam exercitus premissis, castrum qui ob-

15 ipsa consumit, et exhinc Rodanum flumen et Gothorum penetrans fines, Narbonam, urbem viris opulentissimam, castris circumcinxit et Adthiman regem Sarracenorū imbi conclusit. Hic dum rumor Sarracenorū Hispanensium ad aures pervenit, cum Armomacha Francis infesto rege adversus Karolū arma sumunt; quibus, Christi elementa succurrent, rex et Franci acerrime resistent, victoriamque, paucis suorum

20 deducunt; ingenti valde preda ditati, omnibus hostibus suis necatis, civitatibus adnichilatis, quos in urbe incluserat sub custodia dimissis, cum triumpho regrediuntur nobili. Sanctus Erminus abba et episcopus vita et miraculis^d obiit gloriosus.

Anno 738. Karolus cum suis Renum transmeans, hostiliter Saxoniā adit, cunctosque regni, ob- ^{cf. A. Mett.} sidibus sumptis, iterum tributarios facit; et sequenti

25 739. Provinciam adit, eaque peragrata, adusque litus maris ad Massiliam veniens, ducem Moroum, perfidiae causa Sarracenis adscitum, ^{77.} e finibus expulit regionemque illam imperio Germaniae subiugavit. Inde vero, cunctis prospere dispositis, regreditur ad sui sedes regni.

Anno 740. idem rex Francorum prepotens, omnibus erga se hostibus devictis et sibi subiugatis, interiores causas modeste composuit, sed Francorum nusquam exercitum bello expeditum duxit.

30 Anno Domini 741. Karolus, dum ea quae pacis erant infra fines disponderet regi, bis legatos beati pape Gregorii ab apostolica sede suscepit. Qui sepulchri apostolorum principis claves pretiosa vincula detulerunt cum muneribus magnis. Qui honor nemini Francorum principi ab apostolico viro directus fuit. Is epistolam suscipiens a presule Romano, principum civium urbis Romae decreto, relicto imperatoris dominio ipsi quod mallet se ad suam tuitionem tradere^e. Karlo, Domino repensis omnibus, summo

35 cum gaudio ad propria^f magnis cum copiis direxit legatos et suis ex fidelibus ad apostolorum limina magno cum munere dirigit viros et per eos epistolis quae sibi visa fuerant destinavit presuli memorato. Eodem anno percipiens se egrotare, in unum suis optimatibus congregatis, filiis aequa lance principatum divisit, primogenito suo Karlemanno Alemanniam, Turingiam, Austriam subiugavit, et iuniori Pipino Ne-

40 striam, Burgundiam ^{78.} Provinciam concessit. His aequae compositis, Pipinus in Burgundiam exercitum duxit et ibi plura quae emendanda fuerant, cuius iuvit gratia, correxit. Praeterea princeps et vir regalis progenie

Karolus Parisius adveniens, sancti ac totius Germaniae capitis Dionisi sepulchrum adit, magna post orationem cui munera devote contulit; eo et anno febre correptus, in pace obiit, 13. Kal. Novembris et positus est in basilica sancti Dionisi. Is armis strenuus, lenis in humilibus, in inimicis asper-

45 ritus, gentem Francorum 26 annis rexit et 6 mensibus. Karolus adhuc vivens Gripponi aliquam partem Neustriae, Austriae et Burgundiae, regnum gentis dum divideret, concubina sua Sonichilda, pueri genitrice, suadente, concessit. Qua re Franci commoti, consilio inito, principibus suis secum sumptis Pipino et Karlo-

50 manno, exercitum congregant, Gripponem adversus eunt. Gripo haec audiens, cum sua genitrice fuga lapsus Lauduno-Clavato se abscondit. Verum illic insecutus ab inimicis, dum se minime evadere posse cerneret ab eisdem, in fiduciam fratrum suorum venit. Quem accipiens Karolomannus, in Novo-castello, custodiendum misit^g.

Anno^h 742. Pippinus cum germano suo Hunaldum a promissaeⁱ fidei iure alienatum querit, Ligerim^l. ^{79.} transit, Aquitaniam depopulat, multas capit civitates, Lucas viriliter conquirit. Eodem anno regnum Francorum inter se^m dividunt. Karlemansⁿ Alemanniam vastat.

Anno 743. Pippinus et Karlomans^o adversus Odilonem Baioariorum ducem exercitum^p ducunt, et

55 venientes super^q fluvium Lehe^r nomine, castra metati sunt in planitie; quod et Baioarii fecerunt altera ex parte, sed infra breve^s dierum spatium acri bello conflicti, Francis terga^t dedere^u. Odilo vero cum

a) 737. corr. 727. c. b) ita c.; traditur ed. c) i. t. corr. t. i. c.; legendum videtur: tricesimo i. ae. d) mir e corr. c. e) tradere Karlo. domino c. f) a m e corr. c. g) sequitur rasura 10 litt. c. h) 3 lineae huius paginae et tota pagina 78^a vacant, quaternione finito, c. i) in litura c. Pergit alia manus. k) abromisq corr. a promissq c.

l) Ligerim corr. Ligerim c. m) in litura c. n) ita c. o) 753. c. p) s. f. superscr. c. q) brev corr. brevo c. r) superscr. c. s) dedeco corr. dedero c.

1) Haec valde a vero recedunt; auctor hoc loco fontibus, tam Ann. Mett. quam cont. Fredegarii destitutus fuisse videtur.

- et A. Mett. Teutoboldo Alemannorum ducem fugam fecit, Franci spolia ditantur innumerabili. Captus est autem et Sergius, domni Zachariae papae nuntius, falsó qui ex^a apostolica auctoritate bellum interdixerat Francorum ducibus. Haec dum agerentur, Hunaldus, cuius iam mentionem fecimus, Ligerim transivit^b, Carnatis^c urbem igne concremavit. Eodem anno Karломannus^d Saxoniam adiit, castrum Hocseburc^e cepit et Theodericum Saxonum ducem sibi subiugavit. Zacharias, natione Graecus, ex patre Policronio, annis 5 sedit 10, m. 3, d. 12. Inter Goisleum, Ragenfridum et Widonem^f abbatiam patris VEDASTI annis rexerunt 2.
- et A. Mett. Anno 743.^g Pippinus et Karlemans, exercitu conglobato, Hunaldum adversus eunt; qui percipiens se^h ab eis prevaleri posse, omnes eorum placitumⁱ se spondidit facturum. Eodem vero anno adversus Saxones rebelles^b eunt, et cunctis eiusdem terrae subactis, Theodericum, eorum regem perfidum, iam 10 secundo capiunt, secum exulandum^j in Franciam adducunt^k. Hunaldus Attonem suum decipiens germanum, ad se venire fecit^l, eumque caecum reddens, sub custodia retrusit; et nec multo post temporis, coma dempta sibi capitis, monachite habitum sumpsit, Waifarum, ex se genitum, principatum relinquens regni. Eodem quoque anno Karolus Magnus nascitur^m.
- et A. Mett. Anno 745.ⁿ Karломannus manu valida Saxoniam ingreditur, et captis habitatoribus, absque belli 15 discrimine adquiret qui regi affines esse videbantur, quorum plurimi sacramenta baptismatis consequuntur. Dominica-curtis traditur^o beato Vedasto a Karlemanno^p. Romanus abbas monasterii^q patris Vedasti efficitur, duobus post vivens annis^r.
- et A. Mett. Anno^s 746. Karломannus Alemannos sibi infidos adiit eosque absque belli discrimine superat; eodemque anno, quod se alienari a seculo vellet, Pippino fratri suo indicat. 20
- et A. Mett. Anno 747.^t Karломannus eaduca respiciens seculi, Rome a beato papa Zacharia clericatus honoris habitum sumpsit, capitis coma sibi dempta, sed^u non multo post temporis Cassinum montem adiens, spondidit se vivere sub regula^v patris Benedicti, professionem regularem fatiens. Obtato abbati. Eiusdem vero spatii anni Pippinus Grifonem, fratrem suum, e custodia, in qua eum Karломannus dimiserat, liberavit. Eodem anno Adalricus, arte medicinali probatissimus, Atrebatensium 25 abbas efficitur.
- et A. Mett. Anno 748. Pippinus Saxonum fines penetrat multosque rebellium superat, quorum multi sanctom consecuti sunt baptismata. In eodem itinere castrum Hocseburgh^w cepit fratrem suum Grifonem, tyrannico fastu repletum suisque infestum, studuit persequi; sed dum comprehendere nequit, ad sedes regreditur regni. Quo anno Gripho Baioriam^x petit et Tassilonem adquisivit. Hic 30 natus est ex Hiltrude, sorore Pippini; et inmutavit^y se numerus annorum in
- et A. Mett. Anno 749, quo Pippinus Baioriam pergens, Grifonem et Lanfridum inde educit et Tassilonem inibi ducem constituit, set et solita pietate 12 comitatus in partibus Neustriae Grifoni dedit; quibus ille spreis, Waiforio Aquitaniorum duci se contulit.
- A. Mett. Anno 750. Pippinus^z rex. Hic primus, Zacharia papa iubente^{aa}, consecratur in regem a Bone- 35 fatio pontifice, et post a Stephano papa in Sancti Dionisii basilica consecratur cum^{ab} seculura progeny. Hildericus^{ac}, qui falso rex vocabatur, tonsoratus est et in quoddam^{ad} monasterium missus.
- A. Laur. mai. Anno incarnati Verbi 751. Iterum Pippinus Saxoniam adiit^{ae}. Gripho, dum^{af} confugium facere voluisset^{ag}, a Theodino viro illustre interfectus est. Huic Theodino^{ah} montes Alpini in custodia erant commissi. Exin omnis terra Francorum Pippini sub iogo admissa est. 40
- et A. Mett. Anno 752. Pippinus exercitum in Gociam duxit. Narbonam civitatem, sub custodia derelicta, post triennium optinuit, Sarracenis a Gotia^{ai} expulsis, christianos ab eorum dominio liberavit; et inmutavit se numerus annorum in
753. Pippinus rex Saxoniam adiit^{aj} civitatesque omnium cum^{ak} firmitatibus dextruxit. Cui dum resistere nequirent, omne regis imperium se facere sponderunt. Inde revertens, suosque versus Bri- 45 tanniam ducens, Venidis castrum conquirit Britanniamque Francis subiugavit. Stephanus, natione Romanus, sedit annis 5, diebus 30.
- et A. Mett. Anno 754. Pippinus placitum habuit secundum consuetudinem maiorum Kal. Mart. Bernaco villa publica^{al}. Eodem anno Heystulfum regem Langobardorum pro afflictione, quam erga populum Romanum fecerat, cepit, Pentapolim, Narnias, Cecanum et omnia quae beato Petro Hæystulfus^{am} abstulerat, Ste- 50

^{a)} *Ala manus s. XI. vel XII. in marg. addit. [c]artula inserenda [est] Karломanni ex [h]iis quae dedit beato [V]edasto, id est Dom[ini]ca-curtis, Vallis [sup]er Summan.*

a) explicata c. b) transit corr. transit c. c) ita c. d) r e corr., ut videtur, c. e) Hocse in litura c. f) 754. c. g) o. e. placidum ad sp. f. in litura c. h) es eunt e corr. c. i) ndum e corr. m. al., quae verbum correctum in marg. repetit, c. k) add. m. al. c. l) facit corr. fecit c. m) 755. corr. 745. c. n) e corr. c. o) in (?) monasterio corr. monasterii c. p) sequitur rasura 16 litterarum c. q) ita sterum manu pergit c. r) set corr. m. al. sed c. s) hoc seburgh c. t) ita c. u) post 3 lit. ras. c. v) iubete c. w) consecratur c. x) Hildericus corr. Hildericus c. y) o e corr. c. z) ibi corr. dum c. aa) voluisset c. ab) confirm. c. ac) Eyst. corr. Heyst. c.

1) Nota huius locutionis usum singularem. 2) Hoc a. 758. 4) Cf. Fred. cont. c. 116; Ann. Lauresh. 60 cum nullo alio teste convenit, cum alii a. 742, alii a. 753. 752. a. 747. indicent. 3) Ita Ann. Laur. mai. inde ab

- phano papae reddidit, sibiq; tributarium faciens, abire permisit, et apostolica benedictione suscepta, *cf. A. Met.*
 gaudens rediit. Hoc anno beatae memoriae Karolomannus monachus ad Dominum migravit. Bone- *781.*
 fatius archiepiscopus in Frisia verbum Dei predicans, martirio coronatur. *cf. A. L. M.*
- Anno 755. Pippinus contra Heystulfum regem Langobardorum congressiones et impetus penes Ro- *cf. A. Met.*
 manos fatientem iterum pergit; quem deinde tributarium facit.
- Anno 756. Pippinus interfora munitionis regni, nusquam exercitum dedit. Heystulfus rex Langobar- *A. L. M.*
 dorum divina ultione percussus, vitam amisit. Stephanus unxit duos filios Pippini in reges, Karolum et Karlo- *754.*
 mannam.
- Anno 757. Constantinus imperator Pippino organum misit inter multa, antea non visum in Frantia. *cf. A. Met.*
 Quo anno placitum agens in Compendio villa publica, Tasilonem regno Francorum sacramentis *10*
 conciliat, spondentem se fidelem esse ipsi regi contra per tempora.
- Anno 758. Saxones Pippinus adiens, eorum destruit firmitates. Castra metatus est in loco qui *11*
 dicitur Sithinia, quo multi Saxones ceciderunt, reliqui vero ipsorum quotannis vestigal 300 aequorum *12*
 polliciti sunt solvere. Et inmutavit se numerus annorum in *A. L. M.*
- 759, quo anno Pippinus nusquam iter exercuit, sed causas interiores regni modeste composuit. *cf. A. Met.*
 Natus est ei filius, cui nomen suum imposuit; qui vivens duobus annis, in tertio obiit. Eodem anno *15*
 Pippinus natalem Domini in Longlare et pascha in Iopila studuit celebrare.
- Anno 760. Pippinus rex versus Waifarium ducem Aquitaniorum duxit exercitum. Quod ille audiens, *A. L. M.*
 direxit nuntios suos Hautbertum et Dadinum, danseque obsides Adalgarium, Therium, spondit sub iurcurando, *760.*
 quod commiserat se emendaturum. Pippinus his gaudens accidentiis, ad sedes regressus regni. *cf. A. Met.*
- Anno 761. Waifarium Burgundiam usque ad Cavallonem urbem depopulat; sed dum rumor ad Pip- *16*
 pinum pervenit, qui eum insecutione conatus est angere gravi, citissimo datis obsidibus, *17*
 hoc pacificavit.
- Anno 762. tertio in Aquitaniam Pippinus iter faciens, cepit civitatem Bituricham et castrum Toarcia; et inmutavit *A. L. M.*
 se numerus annorum in *18*
763. Quo anno Pippinus quarto iter fecit in Aquitaniam, ibique Tasilio fatiem eiusdem regis fugiens, benefacta *19*
 eius cum sacramentis postposuit. Pippinus Aquitania depopulata, regressus ad propria. Sigebertus Atreba- *20*
 tensium abbas efficitur, post vivens annis quatuordecim.
- Anno 764. Pippinus nusquam exercitum ducens, Frantiae resedit, causam inter Waifarium et Tasilonem per- *A. L. M.*
 tractans cum multis. Quod et 765. similiter fecit. *21*
- Anno 766. rex supradictus Argentomum castrum, quod Waifarium antea destruxit, restauravit.
- Anno 767. Pippinus de sancta Trinitate cum Romanis et Grecis placitum habuit, postea per Narboeam *22*
 adiens Aquitaniam, cepit Tolosam, Albiensem similiter. Eodem vero anno iterum Aquitaniam adit, et captis muni- *23*
 tionibus multis et castro Scorialio, Torinna urbe et Petrolia aliisque quam plurimis, regressus ad sedes regni; *24*
 et inmutavit se numerus annorum in *25*
768. Dominus Pippinus Remistanum cepit, postea Waifarium Petrogórico interemit. Inde perveniens ad Sancti *26*
 Dionisii limina, et sciens se in proximo morte finiri suprēma, principes suos in unum convocat, filiis *27*
 suis Karolo et Karolomanno regnum dividit et iura. His rite peractis, 8. Kal. Octob. in pace obiit, *28*
 anno 53. suae aetatis. Sepelierunt eum filii sui in basilica sancti Dionisii. His transactis, Karolus *29*
 et Karlemannus in reges elevantur a Francis. Stephanus papa, natione Siculus, patre Olivo, annis 4 sedit. *30*
 Karolus anno imperii sui primo Hunaldum Aquitanie fraudulenter principatum arripere conantem *31*
 adit. Cuius fraudulentiam Deo auxiliante dissipavit, Wasconiam sibi parvo milite subiugavit, super *32*
 fluvium Dornoniam aedificavit castrum quod dicitur Fronciacus. Inde vero Hunaldum a Lupo Wa- *33*
 sconum principe suscepit, ad quem timore regio fugam iniiit. *34*
- Karolus anno imperii sui secundo habuit sinodum in Warmontia civitate, et Karlemannus collo- *35*
 quium cum regina Berta, sua genetrice, in castro Salússa nomine. Karolus celebravit natalem Domini *36*
 in Magontia civitate et pascha in Herstallio. *37*
- Karlemannus anno imperii sui et domni Karoli tertio finem vivendi fecit; uxor eius Italiam 771. *38*
 cum duobus filiis petiit. Karolus monarchiam regni Francorum optinuit. Celebravit natalem Domini in villa *39*
 Tyniaco et pascha in Heristallio. *40*
- Karolus rex anno imperii sui 4. in partibus Saxoniae pergens, castrum Eresburgum cepit. Ad Ermensul *41*
 usque pervenit, ipsam sanum destruxit. Dum enim siccitate inibi deficerent, cuncto exercitu quiescente, ex pro- *42*
 pinquo quodam torrente aquae proruperunt largissimae, et a Saxonibus datis obsidibus, ad sedes regni regressus. *43*
 Adrianus papa, natione Romanus, patre Theodoro, regione Vialato, vir valde preclarus et nobilissimus, sedit annis 24. *44*
 Karolus anno imperii sui 5, missis domini apostolici Adriani susceptis, invitantes ipsam super Desiderium regem 773. *45*
- a) na e corr. c. b) fatientem c. c) percussus (persuasus?) corr. percussus c. d) emisit corr. amisit c. *46*
 e) e corr. c. f) regni corr. regno c. g) concilia c. h) i. e. cuncta. i) adiens corr. abiens c. k) requi corr. *47*
 reliqui c. l) velligal c. m) a eras. c. n) ultimam i e corr. c. o) i. e. in litura c. p) duobus c. q) studuit *48*
 corr. studuit c. r) initio duas litteras (et vel ei) eras. c. s) com corr., ut videtur, cum c. t) com corr. cum c. *49*
 u) Scora e corr. c. v) in marg. add. c. w) subr. corr. supr. c. x) VIII. e corr. c. y) a. a. in litura c. *50*
 z) i e corr. c. a) n superscr. c. b) it in litura c. c) in litura c. d) via c. pro Atiniaco. e) cūto corr. *51*
 cuncto c. f) ita e corr. c.
- 1) Haec tam ab Ann. Mettensibus quam a Laur. mai. Ann. Lob. supra p. 228. 4) Ita cum Ann. Laur. *52*
 recedunt. 2) Ita recte cum Ann. Laur. mai.; Ann. mai. etiam fragm. Bas., supra p. 28. *53*
 65 Mett. et fragm. Bas. supra p. 28. Dorminiam. 3) Cf.

- cf. A. Mett. Langobardorum pro tuendis sancti Petri rebus. Quibus respondit, se facturum secundum petitionem eorum. Et moto exercitu, ipse perrexit per Censum montem, quibus Bernardus, eius avunculus, preerat per Iovis montem. Desiderio vero frustra clusas muniente et magno^a defendente milite, probatissima legio per facilem^b montis cursum mittitur a rege. Quos videntes Longobardi, fugam iniere. Et relicta a Karolo marca contra Saxones absque federatione ab eisdem Saxonibus occupatur, adoque castrum Buriaburg^c ab eis pervenitur. Hoc prestigium confinales^d dum cererent ante hoc, de hac causa solliciti, castellum sunt ingressi. Dum Saxones exteriora concremarent, basilicam Fridislar nomine conati sunt cymbare, quam divina clementia protexit plenissime^e. Franci^f cum suo rege ad Papiam usque pervenire; in qua Desiderio incluso, ipsam civitatem obsedit et vallo firmissimo eam circumdedit. Celebravit rex hisdem in castris natalem Domini et pascha Rome.
774. Karolus anno imperii sui 6. Papiam cepit Desideriumque regem cum uxore et filia et thesauro omni, et cunctis Langobardis spontaneam fidem dantibus ei, victor regreditur ad sedes regni. In 63. eadem regressione^g Franci cum Saxonibus pugnas tres iniere, sed iuvante Deo victores exitere.
775. Domnus Karolus anno imperii sui 7. iter agens in partibus Saxonie, Sigiburgum castrum cepit, Aeresburgum recediteavit. Sui cum Saxonibus pugnare, ex quibus victoria potiti multos perimere. Ipse rex optimates sumens secum, perrexit usque Obacrum fluvium, quo omnes Austreleudi^h Saxones se regi ipso fideles esse iuraverant. Saxonesⁱ iterum prelium erga Francos fecere, sed, eos Domino impediente, terga Francis dedere. Quorum perfidiam audiens rex Francorum, super eos duxit exercitum, ex quibus stragem quam^j maximam dimisit occisorum. Qui dum reversus esset ad propria^k, audit, quod Hrotgaudus rex Langobardorum mutata fide, debellaret Italiam. Quem adiens continuo cum paucis,
776. anno 8. imperii sui ipsum Rotgaudum occidit, et captis civitatibus Foroivle^l, Tarwisio^m cum aliis multis, ad Franciam cum prosperitate regreditur ingenti. Interim Saxones castrum Eresburgum, a Francis derelictum, destruxeruntⁿ. Quod similiter per placita de Segiburgo conati sunt facere. Sed dum nequirent sua vota perficere, die quadam bellum adversum christianos, qui in ipso castro residebant, preparare; qua hora apparuit celeste signum in similitudine duorum scutorum supra^o domum ecclesie, videntibus cunctis qui intra extraque fuere. Hoc videntes pagani, qui a foris erant, statim timore perterriti, fugam arrepti, interficiebant se alii ab aliis. Qui enim retro propter pavorem aliquem^p respiciebant, infligebantur lanceis^q eorum qui ante eos fugiebant et in humeris portabant, quidam eorum inter se perpassi, divina ultione cadebant iudicati. Franci eos persecuti sunt interficiendo illos usque ad flumen Lippam, castro salvato; gratiamque pro victoria reddentes Deo, regrediuntur continuo. Karolus rex Varmantium sinodum congregat, hancque audiens causam, firmitates Saxonum dissipat, et venientes ad eum cuncti, ipsorum per vadum patriam ipsi^r reddunt. Et fatentes se esse christianos, promittunt se sub Karoli dominatione victuros. Domnus Karolus Heresburgum readificat et aliud quod est, super Lippam. Et prospere cuncta dispositis et obsidibus^s a Saxonibus acceptis, regreditur ad sedes regni. Leo annis sedet 26. Rotfridus Atrebatensium efficitur abbas. Ludovicus Pius, filius Karoli Magni, nascitur^t.
777. Domnus Karolus rex anno imperii sui 9. sinodum publicam habuit ad Paderbrunnen prima vice; quo Franci venientes et Saxones undique pene omnes. Sarracenicis ex partibus Hispanie, baptisma consecuti sunt^u Karoli iussione.
778. Karolo^v regi anno imperii sui 10. Hispaniam adientis Allobroges et multi ex partibus Austrie vel Baioariae seu Provinciae et Septimaniae et pars Langobardorum^w ad Caesaraugustam debellandam sunt coniuncti. Saxones vero scientes, regem et Francos tam longe abuisse, per suasionem cuiusdam Widochini^x ceperunt rebellare. Quibus innumerabilia perpetrantibus facinora, Franci a rege eis obviam missi preparaverunt bella. Pugna vero cepta auxiliante Domino et bene finita, Francis victoria est concessa. Celebravit rex natalem Domini in Haristallo et pascha similiter.
779. Domnus Karolus rex anno imperii sui 11. Saxones iterum superat, et acceptis obsidibus, in 45 Franciam remeat.
780. Karolus rex anno imperii sui 12. iter ad disponendam Saxoniam pergit; ubi omnes Bardogavenses et multi Nortleudi sunt baptizati^y. Eodem anno rex cum regina Hildegarda, sua uxore^z, Romam a dit.
781. Karolus rex anno imperii sui 13. pascha Romae celebravit, et papa Adrianus Pippinum, regis filium, baptizavit^{aa} atque eum super Italiam et fratrem eius Ludovicum super Aquitaniam reges unxit. Tassilo monitione seu iussione domini apostolici Adriani Karolum regem, sibi dans obsides, conciliat, sed facile postponit promissiones quas fecerat.
782. Domnus Karolus anno imperii sui 14. contra Saxones pugnat, quos Deo iuvante superat. Quo facto, Saxones huius fraudis^{ab} magistros et complices omnes tradiderunt regis dominio, excepto Widochiano, qui fuga lapsus est partibus Nortmanniae^{ac}.

a) magno corr. magno c. b) ita c.; difficilem Ann. Mett. et Chr. Mois. c) confinales corr. confinales c.; ita vero etiam Ann. L. m.; confines Mett. d) plur. c. e) Austreleudi c. f) per superac. quam c. g) propriam c. h) Foroivle c. i) dext. corr. dest. c. k) e corr. c. l) em e corr. c. m) e corr. c. n) r. i. corr. i. r. c. o) obsidibus corr. obsidibus; e post corr. i c. p) Karoli corr. inter scrib. Karolo c. q) ita c. r) uuido chinni c., ubi alterum i e corr. s) baptizati, ut videtur, c. t) uxore corr. uxore c. u) baptizavit corr. baptizavit c. v) r e corr. c. 60 w) Nortmanniae c., ubi rasura 30 lit. sequitur.

1) Cf. Ann. Mett. supra p. 29. Hoc loco et Ann. Lab. p. 229. comparatis, iam communi fonti, Annalibus vet. deperditis, quae sequuntur hic inserta fuisse, concludere licet. 2) Qui narrationem abbreviavit rerum ordinem valde obfusavit. 3) Haec utrum ex Ann. Laur. mai. sumta sint, an ex aliis deperditis, perspicere non potest, Ann. Mettensibus deficientibus. 4) A. 778. 5) Haec ad Saxones referenda sunt.

Karolus anno imperii sui 15. Saxonēs rebelles adit, quos more solito vicit. Qui iterum post 783. fugam se coniungentes, iterum regi et Francis ex se dederunt victorum strages. Eodem anno obiit beatae A. L. m. memorie regina Berta [mater^a regis] 4. Idus Jul., et domna se bene merita Hildegardis, uxor^b Karoli, pridie Kal. Mai. Vurmantia urbe sociavit se domnus Karolus Fastradae reginae. Hoc anno fit incendium monasterii 5 Sancti Vedasti post eius obitum 213 annis.

Domnus Karolus anno imperii sui 16. Renum transit ad Lippiam, ingressusque Saxoniam, incendia 784. et populationes agit per ipsam. Denique Frisones dum nequiret adire rebelles, Karolum filium^c 784. summis contra Westfalos, quos ei dum obviam irent reddidit victos. Quo facto, ad patrem redit cum gaudio. Iterum hiemis tempore Saxoniam Franci adiere.

10 Karolus rex anno imperii sui 17. Eresburgum natalem Domini^d cum uxore sua domna Fastra- 785. dana et filiis^e celebravit, Saxonēs depredavit, castra eorum cepit, Widochindum et Albionem ad se venire facit, A. L. m. quos baptismum suscipere spontaneum fecit.

Domnus Karolus anno imperii sui 18. exercitum ad debellandos Brittones misit, cui Audulfum^f, 786. eius pincernam, prefecit. Quibus Deo iuvante, Brittones regi subiugavere. Eodem anno concilium ad 15 apostolorum linina eundi capit gratia causae Italicae disponendi. Rex prefatus^g natalem Domini in Florentiae civitate celebravit.

Karolus rex anno imperii sui 19. Rome a domno papa Adriano honorifice susceptus est, et Are- 787. gisina Beneventanus dux ei legatos misit deprecantes, ut in Beneventano non introirent Franci. Hoc denique Francis annuere nolentibus, a supradicto duce 12 obsides cum Grimaldo, eius filio, Karolo mittuntur, 20 omnesque Beneventani et ipse dux cum Rumaldo, suo filio, regis amicitiam^h iuraverunt. Tassilo domno papae ex suis mittit, postulantes eum, ut regem pacificum faceret ei. Quod rex ei annuens facile, coram apostolico eum illis pacem voluit firmare, sed illis negantibus, dncem cum sibi consentaneis anathematizat papa gloriosus, si non regis prefati parerentⁱ iussionibus. Quo facto, rex et papa invicem sibi vale- 788. dixere, in Franciam rex precelsus^j remeat^k, moxque papa Tassilonem per sacramenta, que Pippino et 25 sibi et filiis suis cum Francis fecerat, monefacit, ut veniat ad se^l. Quo renuente, rex exercitum in eum duxit; sed dum cerneret se non posse evadere, manibus regis se tradidit. Signum^m crucis in vesti- bus quorundam apparuit.

Domnus Karolus anno imperii sui 20. sinodum Ingilabafumⁿ congregat, ibique a Baioaria regi Tas- 788. silonis patefacta^o est pellatiam^p. Quem dum omnes iudicarent reum^q maiestatis dignumque dicerent esse mortis, piissimus rex eius miserus est et eum secundum eius petitionem cum^r filio suo Theodone misit 30 in^s quodam cenobio, ut ibi commissa sua dederet. Pauci Baioariorum, qui in adversitate regis erant, exi- 789. liantur. Pugnatum est inter Francos^t et Langobardos. Grecis praerat Hildebrandus dux Spulitanus, Lan- gobardis Grimoaldus, quem eis preposuit domnus Karolus; sed victoria Langobardis cessit. Eodem anno pugna Francorum atque Baioariorum contra Avaros; ubi Karolus rex Gramannum atque^u Odacrum, patrem 35 Balduini comitis Flandrensium^v, misit. Domino adiuvante pugna^w fuit Francorum atque Baioariorum. Post haec iterum pugna ab Avaris commissa fuit contra Baioarios, sed more solito Baioarii regrediuntur cum triumpho.

Domnus Karolus anno imperii sui 21. Sclavos^x suo dominio subegit et celebravit natalem Domini 789. in^y Vurmantia et pascha similiter. A. L. m. 789.

40 Sequenti vero anno nullum fecit iter, sed in supra dicta urbe natalem Domini et pascha celebravit. Rado 790. abbas monasterii Sancti Vedasti efficitur.

Karolus rex anno imperii sui 22. contra Avaros ultra modum persequentes christianos exercitum^z 791. ducit. Qua de re Franci cum Baioariis et Saxonibus et Alemannis misericordiam Domini sibi adeo postulavere, vigiliis cum lactaniis egere, ut victoriam ex ipsis Avaris meruissent optinere; quam eis Do- 45 mini clementia contulit benigne. Franci Avaros fugavero et absque belli discrimine ad propria rediere. Rex Karolus in Rencsburg natalem Domini, similiter et pascha celebravit. A. L. m.

Sequenti vero anno, qui fuit annus imperii sui 23, in Rencsburg natalem Domini et pascha celebravit et 792. nusquam exercitum duxit.

Anno 793, qui fuit annus imperii Karoli^{aa} regis 24. Saxonēs contra regem Karolum^{ab} aliena- 50 vere^{ac}. Ipse vero rex natalem Domini ad Sanctum Kilianum in Wirsinburg^{ad} celebravit. A. L. m.

Domnus Karolus anno imperii sui 25. in Franconia pascha celebravit^{ae}. Ibi obiit Fastrada regina. Rex 794. super Saxonēs cum suis adit, quos iterum suo dominio subegit, indeque ad palatium quod Aquis vocatur rediit, ibique natalem Domini et pascha celebravit.

Domnus Karolus anno imperii sui 26. Saxonum iterum pellatiam audiens, cum magno comitatu 795. 55 eorum fines penetrat eorumque multos haud iniuria necat, acceptaque^{af} obsidibus, ad Gallias remeat^{ag}.

a) alia manu post add. c. b) uxor eadem manu qua mater regis in litura scr. c. c) prius a e corr. c. d) filius corr. filius c. e) alterum u e corr. c. f) prefatus corr. prefatus c. g) For. c. h) amicitia c. i) pararent c. k) pascha corr. inter scrib. pascha c. l) post r. 10 litt. erasae, papa superscr. c. m) Ingilab. corr. Ingilab. c. n) patefact. c. o) ita c. p) superscr. c. q) c. f. in litura c. r) i. q. c. in litura c. s) e corr. c. t) Fraudr. c. u) victoria 60 A. L. m. v) post B. eras. sub c. w) ex in litura c. x) alterum e e corr. c. y) a post insertum c.

1) pascha Ann. vet. 2) De Karolo sermo est. 3) Cf. Ann. S. Amandi, Lauresh., Hersfeld. al. 4) Eodem vocabulo pro fallatia infra a. 795. utitur auctor. 5) Graecos Ann. L. m. 6) Cf. Ann. Alam. al. a. 792.

- ^{f. 86.} In palatio qui dicitur Aquis natalem Domini et pascha celebravit. Alcuinus^a diaconus cognomento Alpinus, Karoli regis preceptor, abba monasterii Sancti Martini^b, sanctitate^b et doctrina clarus habetur.
796. Karolus rex anno imperii sui 27. Saxoniam ingreditur, et ea peragrata, cum integro exercitu in Gallias se recepit, filium suum Pippinum e Pannonia redeuntem cum magno thesauro Aquis suscepit. Adrianus papa obiit; cui 5 Leo papatus loco successit. Hic sedit annis 21.
- ^{f. 87.} Pippinus Karolus anno imperii sui 28. mediante Novembrio mense ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intravit, legatos Avarorum ibi cum magnis muneribus suscepit. Inde Adellam Sarracenum cum filio suo Hludovico in Hispanias reverti fecit et filium suum Pippinum ad Italiam misit. Celebravit vero natalem Domini et pascha Heristelli^c.
798. Anno imperii Karoli regis 29^d. Nortleudi legatos regis, qui apud eos ad faciendas iustitias erant, comprehendunt, quosdam eorum trucidant, quosdam ad redimeendum reservant, ex quibus aliqui effugerunt, caeteri redempti sunt. Quod audiens rex, collecto exercitu, de Heristelli ad locum qui Minda dicitur perrexit, in desertores arma corripuit, totam inter Albiam^e et Wisoram Saxoniam populandam peragravit. Franci 4000 ex Nortleudis interemerunt, caeteri datis obsidibus cum rege pacem firmaverunt. Hirenna sola imperatrix, defuncto filio Constantino, annis 3 Grecorum imperium rexit.
- Anno incarnati Verbi 799, qui fuit annus damni Karoli regis 30, Romani Leonem papam letanis maiore captum execraverant linguamque ei absciderunt. Dominus Karolus Saxoniam ingreditur, Karlum, filium suum, ad Sclavorum colloquium et ad recipiendos Saxones, qui de Nortleudia venerunt, in Bardougavi direxit. Leonem pontificem summo cum honore suscepit simulque Romae regredientem dimisit. Rex Aquisgrani reversus est. Inibi 20 natalem Domini celebravit.
800. Dominus Karolus anno imperii sui 31. Romam adiit, qua re Leoni papae crimina obiecta sint, inquiri. Obiecto dum non inventur, papa ab inlata criminatione purgatur. Rex filium suum Pippinum in Beneventanorum terras prelatum iri iussit. Natalem Domini Rome celebravit.
801. Karolus anno imperii sui 32. imperator efficitur, a Leone pontifice corona eius capiti imponitur et a 25 cuncto Romanorum populo^h adclamatur: 'Karolo Augusto a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romanorum vita et pax'. Post haec criminatores pontificis iussit ut reos maiestatis dampnare; sed papa pro eis interveniente, conceditur eis vita cum membrorumⁱ corporis integritate.
802. Imperator Karolus anno imperii sui 33. Saxones vastavit. Hirenna imperatrix Constantinopolitanorum inter Grecos et Romanos amicitiam firmavit. Rex Aquisgrani pascha celebravit.
- ^{f. 87.} 803. Dominus imperator Karolus anno imperii sui 34, dispositis Pannoniarum causis, in Baiariam profectus est. Aquisgrani Decembrio mense reversus^k est ibique natalem Domini celebravit.
804. Imperator Karolus anno imperii sui 35. Aquisgrani hiemavit. Leo papa cum eo natalem Domini celebravit. Christi sanguis in Mantua civitate reperitur. Nicoforus imperat.
805. Karolus anno imperii sui 36. misit exercitum cum filio suo Karlo super Sclavos qui vocantur Behemi; unde 35 prospere in Wosgo silva ad patrem rediit. Celebravit vero rex natalem Domini in Theodonis villa palatio suo, ibique ad eum venerunt Pippinus et Hludovicus^l, filii sui.
806. Dominus imperator Karolus anno imperii sui 37. de ducibus et populis Venetiae et Dalmatiae tractat, postea de pace conservanda inter filios suos ordinar, cuique eorum^m partem regni, ne quid mali inde eveniat, tribuit. Leoni papae, ut haec scripto firmaret, mandavit; cui et assensum prebuit et manu propria subscripsit. Imperator celebravit natalem Domini Aquisgrani palatio suo.
807. Anno imperii Karoli regis 38. sepe numero eclipsis lunae ac solis apparuit. Prodigia plurima in quibusdam visa sunt stellis. 4. Kal. Martii eclipsis lunae fuit, et in aereⁿ apparuerunt eadem nocte scies mirae magnitudinis. Nicta patricius cum Pippino in Venetia pacem firmavit, inde vero reversus est Constantinopolim. Hoc anno imperator Aquis pascha celebravit.
808. Imperator Karolus anno imperii sui 39. Karlum, filium suum, ad Albi cum valida Francorum et Saxonum manu contra Godefridum regem Danorum misit, et ibi rebus^o prospere dispositis, cum incolumi exercitu in Saxoniam se recepit. Imperator, edificatis duobus castris, presidioque contra Sclavorum incursiones disposito in eis, Aquisgrani hiemavit. Natalem Domini et sanctum pascha ibidem celebravit. Rado abba venerabilis et rector patris Vedasti coenobii vitam^p finivit. Is bonae famae et sancti meriti fuit atque quam plurimum^q in restaurandis^r rebus aeclesiae insudavit. Qui, concremato templo beati Vedasti, alium in melius reaedificavit, ut diligens lector in versibus reperiet subscriptis, qui sic initium^s dant legendi^t:

*Haec² domus aula² Dei flammis crepitantibus olim
Arsit et in cineres tota redacta ruit,
Sed miserante Deo Rado venerabilis abba
Construxit melius ac renovavit eam.*

a) in litura c. b) e. s. e. d. corr. s. et d. e. c. c. c) an c. d) curaciondas, ut videtur, corr. ad faciendas c. e) Albiam c. f) Nortleudis c. g) e corr. c. h) populorum c. i) in marg. suppl. c. k) rev. e corr. c. l) Hlud. corr. Hlud. c. m) superser. c. n) ara corr. aere c. o) re e corr. c. p) litam corr. m. ad vitam c. q) prur. 60 corr. plur. c. r) restaurandis c. s) d. i. corr. i. d. c. t) legenti superser. di manu coepta c. u) alma Alc. ed.

1) Ita auctor Ann. Laur. mai. recte interpretatus esse videtur. 2) Cf. Alcuini Opp., Migne, Patrol. lat. Cl, 2, p. 741.

*Plurima presenti domui ornamenta ministrans,
 Exornans totam muneribusque sacris,
 Cancellos, aras voluit vestire metallis*,
 Vedasti fabricans sacrofagumque^b patris,
 Pallia suspendit parietibus atque lucernas
 Addidit, ut feret lumen in aede sacrum;
 Officiis Domini fecit quoque vasa sacrata
 Argento necnon aurea tota quidem.
 Induit altaris speciosa veste ministros,
 Ut foret aegregium^c semper ubique decus,
 Omnia melliflua Christi devotus amore
 Restaurans opera, vir pius, in melius;
 Pro quo quisque legas titulos rogitare memento,
 Adiuvet utque illum gratia summa Dei!*

15 Anno ab incarnatione Domini 808, qui fuit annus Karoli regis 40, dominus Ludovicus^d in occiduis parti-
 bus Hispaniam^e ingressus est, Bertosam civitatem obsedit, ibique diu moratus, cum vidisset, quod eam capere
 non posset, dimissa ibi obsidione, in Aquitaniam se recepit. Godefridus rex Danorum domino mandavit imperatori,
 quod se ab iniuriis sibi criminibus vellet purgare quodque amicitiam pristinam cum eo vellet renovare;
 verum ei denegatur^f ab imperatore. Trasco dux Abodritorum in emporio Resio ab hominibus Godefridi per dolum
 20 interfectus est. Eclipsis lunae contigit 7. Kal. Ian. Adalängus Atrebatensium abbas efficitur.

Mauri de tota Hispania anno imperii Karoli regis 41. cum maxima classe primo Corsicam^g, deinde Sac-
 diniam appulere. Pippinus rex Veneticorum ducum^h, Venetiam terra marique iussit appetere, Veneticos conqueri
 absque suorum discrimine. Imperator Karolus contra Godefridum regem Danorum progreditur, castrisque iuxta
 Wisero-fluvium positis, Godefridi minarum eventum protolatur, ibique post paulum idem Danorum rex a suo quodam
 25 milite interfectus esse imperatori nuntiatur. Rex Italiae Pippinus, Karoli Magni filius, obiit 8. Id. Iulii, Medio-
 lanum sepelitur. Bernardus, eius filius, in regnum Italiae constituitur. Imperator Aquis veniens,
 mense Octobrio pacem cum Nicoforo imperatore et cum Ambulaz rege Hispaniae firmavit. Godefrido Danorum rege
 mortuo, Hemmingus, filius fratris eius, in regnum successitⁱ ac pacem cum imperatore firmavit.

Karolus imperator anno imperii sui 42, pace cum Hemmingo firmata, tres exercitus in tres partes regni sui 811.
 30 misit, unum trans Albiam in Linnones, alterum in Pannoniam ad controversias Honorum et Sclavorum destruendas,
 tertium in Brittones ad eorum perfidias finiendas. Qui omnes, rebus^j prospere gestis, incolumes reversi sunt
 domi^k. Dominus Karolus hoc anno Gandavo venit, nave fieri iussit. Karolus, imperatoris filius, 2. Non. Decem-
 bris obiit.

Anno incarnati Verbi 811, qui fuit annus Karoli regis 43, Hemmingus Danorum rex moritur; cui 812.
 35 cum Segofridus, nepos Godefridi, et Anulo, nepos Herioldi, succedere voluisset, commisso prolio, ambo moriuntur. Fratres
 Hemmingi Herioldum et Ragenfridum reges sibi Dani^l constituunt. Nicoforus obiit; cui gener^m eius Michaelⁿ 7. 88.
 regno successit, qui pacem cum rege Francorum firmavit. Hoc anno Idus Mai. post meridiem eclipsis solis fuit.

Domnus imperator Karolus anno imperii sui 44. Aquis hiemavit, et habito consilio^o generali, Lato-
 vico^o, filio suo, nomen imperatoris dedit et eius capiti diadema regni inposuit. Bernardum, nepotem suum, regem^p
 40 Italiae appellari iussit. Stauratus imperat^q. Michael imperator Bulgaros bello appetens, haud prosperis suc-
 cessibus utitur, ac proinde domum reversus, deposito diademate, monachus efficitur. Leo, Bardae patricii filius, loco eius
 imperator constituitur. Crumas rex Bulgarorum, qui Nicoforum interfecit et Michaelem de Mesia fugavit, Constanti-
 nopolim hostiliter accessit, iuxta portam civitatis castra posuit; quem Leo imperator incautum excepit et vulneratum
 fugiendo sibi consulere ac patria turpiter redire coegit.

Karolus imperator, dum Aquisgrani hiemaret, anno aetatis circiter septuagesimo primo, imperii autem 45^r, et 814.
 ut quidam 46, subactaque Italiae 48^r, ex quo vero imperator et augustus appellatus est 14, quinto Kal. Febr.
 humanis rebus excessit; cui Ludovicus Pius successit, qui cum Leone Constantinopolitanorum imperatore
 pacem more^s paterno firmavit. Bernardum regem Italiae, nepotem suum, ad se evocatum, muneribus donatum in
 regnum remisit. Cum Grimoaldo Beneventanorum duce pactum fecit^t atque firmavit, eo modo quo et pater, scilicet ut
 50 Beneventani tributum annis singulis 7 milia solidos darent^u. Tunc duos ex filiis suis Lotharium in Baiosiam, Pippi-
 num in Aquitaniam misit.

Anno 815. conventum in loco qui dicitur Padirberno^v generalem populi sui habuit, ubi ad eum — legati vene-
 runt. Romani cum Leonem — imperatori nunciavit. A L. m. (Ber.)

Anno 816. Wascones — profectus est.
 55 Anno 817. Luna Nons — quo tendebat proficiscitur. Interea imperatori nuntiatum est, nepotem suum Ber-
 nardum^w Italiae regem quorundam consilio tyrannidem — apparuerunt. Huius consurationis participes fuerunt Anselmus
 Mediolanensis et Teodulfus Aurelianensis episcopi.

a) metallis c. b) que post add. c. c) a eras. c. d) e corr. c. e) vel ac superser. c. f) desunt verba perfidia
 incitatur. g) Ambulaz superser. vel e c. h) successit corr. suce. c. i) p. r. corr. v. p. c. k) manu at. pergit c.
 60 l) pcccx :::: eras. i et 3 ill. c. m) s. v. e. A. n. H. corr. s. e. A. n. H. v. c. n) g. e. superser. c. o) ita c.
 p) rege corr. m. al. regis c. q) e e corr. c. r) 47. Ann. L. m. s) ita perperam c.; 43. Ann. L. m. t) more —
 pactum fecit in litura c. u) daret c.

1) Inverso ordine haec tradunt Ann. Laur. m. 2) Haec cum sequentibus pugnare, patet.

- A. L. m. (Ber.). Anno 818. Detecta fraude — ad hybernandum reversus est.
 Anno 819.^a Conventus Aquisgranum — ordinata sunt.
 Anno 820. Transacta hinc — loca pervenit. Exercitus vero — reversi sunt. Hoc anno propter iugis — reversus est.
 Anno 821. Conventus — suscipio dicitur. Medio mense Octobrio — quinta eo anno fuerunt. Autumnalis 5
 satio — damnum intulit.
 Anno 822. Dominus imperator consilio — emendare curavit. Saxones — hyemavit.
 Anno 823. Lotharius cum secundum — Compendium palatium, Nuntiatum est — responso remisit. Hoc
 anno prodigia — cadentia. Et in territorio Comensi — irradiavit. Et in multis — consumpsit. Impera-
 tori Hludovico ex Iudith imperatrice filius natus est, cui nomen inpositum est Karlo. 10
 Anno 824. Legati Paschalis Romani pontificis — fecit opperiri. Hlotharius vero — habuisse dicitur.
 Anno 825. Saeco paschali — venire precepit. Imperator vero audita — vivere coepit.
 Anno 826. Cum regi Bulgarorum — foederis causa directi sunt: Baldricus vero et — preberentur impe-
 ravit. Praeterea dum haec aguntur Hludovicus — subiecta est.
 Anno 827. Imperator duobus conventibus habitis — clarificata sunt.
 Anno 828. Conventus Aquisgranum — obscurata est. Ferunt — Aquis palatium. Imperator circa — impe[n]dit. 15
 Anno 829. Post exactam — celebravit.
 Anno 830. Conventus ibidem — Aquis properavit. Halitricario Cameracensi episcopo defuncto,
 Theodericus iussu domini imperatoris ordinatur.
 Anno 831. Circa Kalendas Februarii Michahale imperatore obeunte, Theophilus, filius eius, 20
 succedit. Imperator Ludovicus, sicut conditum erat — solitus fuerat.
 Anno 832. Indignatus Pipinus — Cinomannis pervenit.
 Anno 833. Celebratis sanctis diebus — dimitterent (Rotfeih — vocatur *desunt*). Nam aliqui ex illis — Aquis
 pervenit.
 Anno 834. Dominus imperator in Aquis — hiemandum profectus est. 25
 Anno 835. dominicae nativitatis festum — ad hiemandum rediit.
 Anno 836. Inchoat 17. Dionisii circulus. Imperator Aquisgranum natalis Domini — ad Hlotharium
 direxit, paterna reverentia monens inflectere et ut de episcopis — sedis propriae redderentur. Ad haec
 Hlotharius — praebuisse testatus est.
 Anno 837. Imperator post natalis Domini sollempnia purificatione sanctae Mariae episcoporum conventum habuit, 30
 in quo de statu sanctae Dei ecclesiae plurimum tractatum est et quid cuique ordini proprii conveniret patefactum
 atque descriptum est. Epistola — firmaverunt.
 Anno 838. Peractis sacrae — iniunctum est. Hludovicus autem — atque Alemanniam. Igitur imperator
 — Magoniam pervenit.
 Anno 839.^b Adalonus monasterii Sancti Vedasti abbas humanis exemptus est. Hludovicus 35
 imperator — Rodoma dicitur properavit. Praeterea die septimo — impendendam. Imperator urbem Vangionum —
 non tardaret. Imperator Aquitanos obvios habuit. Quos autem Cavillone filio suo Karolo more patris coram
 commendatos sibi eidemque filio suo sacramenti interpositione firmavit — in hiberna concessit. Fulcho
 abbas monasterii Sancti Vedasti statuitur.
 Anno 840. Imperator nativitatis — destitit machinari. 40
 Anno 841. Ludovicus et Karolus, alter — sacramenta tenere delegerunt. Herioldo, qui cum ceteris Danorum
 pyratibus¹ per aliquot annos Frisiae aliisque christianorum maritimis incommoda tanta sui causa ad patris
 iniuriam invexerat, — celebraturus advenit.
 Anno 842. Karolus Threcas adiens — Galliae factus est. Ratholdus abbas fit monasterii Sancti
 Vedasti. 45
 Anno 843. Theophilo imperatore defuncto, Michael cum Theodora matre imperat. Hlothar-
 rius et Ludovicus — utrique adhaerentibus. Extra hos autem terminos Atrebatum tantum Karoli
 fratris humanitate indeptus est; ceterae — expubi sunt. Defuncto Ratholdo abbate, Matfrido
 laico abbatia committitur.
 Anno 844. Hiemps mollissima — grandia moliens^c 50
 [Anno^d dominicae incarnationis 870, imminente² Danorum persecutione, fratres Deo et
 sancto Amato apud villam ab antiquis Broilum, a modernis vero Menri-villam vocatam ser-
 vientes corpus sui patroni Duacum propter sevitiā Danorum munitum deportaverunt et
 in sui iuris ecclesia, in honore sanctae Dei genitricis Mariae in fundo sancti Maurontis ab
 antecessoribus constructa, posuerunt. Placatis vero predictae persecutionis fluctuationibus, 55
 predicti fratres Karolum regem Francorum et Arnulfum comitem Flandrensium³ adeunt, et
 quid super hoc agendum sit, pariter consulunt. Karolus autem rex Francorum et Arnulfus
 consul Flandrensium, convocatis episcopis et principibus suis, eorum consilio, ordinatione
 divina preunte, hoc statuerunt, quod in Duaco gratia exaltandi remaneret in perpetuum
 corpus sanctissimum, in ecclesia beatae Mariae, in qua superius memoravimus esse trans-
 latum.]

a) 809. c. b) 809. c. c) quaternione evulso multa desunt c. d) folio post inserto alia manu huius anni narratio add. c.

1) Haec in aliis codicibus perperam omissa esse, patet. 2) Similia in Libro argenteo S. Amati legi, annotavit Dehaisne. 3) Qui non ante a. 918. comitatum Flandrensium adeptus est.

Et igitur tempore Iohannes agnomine Bellus Cameracensis ecclesiae episcopali cathedrae presidebat, qui probitate morum sanctitatisque fama preclarus longe lateque radiabat radio- rumque suorum lumine multos circumquaque perustrans illuminabat. Hunc itaque be- tissimum presulem tam predictus rex quam comes, ut ad collocandum sanctissimum corpus veniret, familiariter petunt. Quorum petitioni presul benignissime acquiescens, veniensque Duacum talis officii diligentissimus executor, sanctum, ut decuerat, honorifice collocauit. Preterea edicto dominationis suae statuerunt et privilegiis suis firmaverunt, ut, quicquid beatus Amatus et fratres Deo et sibi famulantes habebant, donec in Menrivilia erant vel deinceps habituri erant, hoc etiam in Duaco morantes firmiter haberent et sine contra- dictione possiderent; libertatem etiam ipsius ecclesiae firmam statuerunt].

Anno dominicae incarnationis 874. Karolus — — factus.

Ann. Ved.

Hudowicus imperator obiit. Is Hudowicus rex fuit Germaniae, frater Karoli Francorum regis. Cui Hudowico 5. Kal. Septembris successerunt filii eius Hudowicus nomine patris acqui- vocus, Karolus et Karlomanus. Defuncto Hudowico, fratre Karoli, pessimo usus consilio — — cogitare coepit.

cf. Ann. Bert. 876.

15 Anno 875. Karolus rex Italiam — — limina apostoli Petri peruenit. Nam 10. Kal. Ianuarii Romam ingressus, a Iohanne papa honorifice susceptus est.

Anno 876. Karolus — — papam sicque remeavit in Frantiam. Eclipsi solis 4. Kal. Novembris hora diei decima.

20 Anno 877. Karolus legatos misit, qui cum Normanniis — — in regnum statuunt, et 6. Idus Decembris ab Hinc- maro Remorum archiepiscopo Compendio palatio benedicuntur in ecclesia sanctorum Cornelii et Cipriani.

cf. Ann. Bert.

Anno 878. Iohannes papa ab Lamberto — — salutaverunt. A quo Iohanne papa Trevas Ludovicus iterum coro- natus benedicuntur. Tunc Incmarus — — Italiam. Hudowicus etiam rex, filius Hudowici, legatos misit ad Hudowicum regem Francorum, filium Karoli, ut — — indictione 12.

cf. Ann. Bert.

25 Anno 879. Hudowicus etiam rex, filius Karoli, gravior — — anno aetatis suae circiter 34, indict. 12, An. Ved. defertur iterumque Atrebatibus refertur. Balduinus, Audacri filius, moritur et Sibthi sepelitur.

Anno 880. Northmanni Tornacum — — dominorum. Hudowicum regem Germaniae advocant venire — — resederunt. Ludovicus rex Francorum et eius — — Februario. Post haec Hudowicus rex Germaniae parat — — praelio. Hoc modo Hudowico [Germaniae] — — in sua. Post haec Hudowicus rex Germaniae — — atque occisus. 11. Kal. Octobris iterum corpus sancti Vedasti Vallis defertur, indict. 14.

30 Timor quoque — — Compendio palatio.

Anno 881. Nonas Ianuarias corpus sancti Vedasti Belvacus cum omni ornamento aspor- tatur. Northmanni vero cum infinita multitudine monasterium nostrum³ ingressi — — ad castra. Interim Hudowicus rex Francorum gravi — — hiemandum. Hac etiam tempestate Hudowicus rex [Germaniae] senior obiit. Karolus vero, frater eius, Romam perrexit, imperator efficitur, a Iohanne papa benedicuntur.

35 Anno 882. Australes Franci — — decessit; cui — — successit.

Anno 883. Post haec Northmanni — — negotium. Rodulfus abbas ordinatur.

Anno 884. Per idem tempus — — Franciam.

Anno 885. Karolus imperator — — superiores.

Anno 886. 8. Idus Feb. — — quod voluit.

40 Anno 887. Northmanni vero Segonnaum — — caelestem, ut credimus.

Anno 888. Northmanni vero — — devastant. Verum ut — — egit.

Anno 889. Post nativitatem — — non cessant.

Anno 890. In ipsa etiam — — devastarent. Alstingus — — venire castrum.

Anno 891. Hi vero qui Noviomio — — coegerunt.

45 Anno 892. Rodulfus — — Nonas Ian. sepultusque — — antecessit regem, venitque in Bruociam, atque ita rex — — vitam finivit. Franci qui in Francia — — permanere sive.

Anno 893. Post pascha — — reversus in Francia; Odo vero remansit in Aquitania. Messivo tempore — — Compendio iit. Karolus vero cum Fulchone Romis repedavit.

Anno 894. Denique post pascha — — morabantur.

50 Anno 895. Constricti vero hi — — agerent.

Anno 896. Odo rex — — tenerant, Karolo concedere. Sed Rothulfus — — firmant.

Anno 897. Post haec usque — — servarent fidem.

Anno 898. Obiit — — Ian., corpusque eius — — fecit et Richardus. Post haec rex — — redire ad navea. Castrum quod dicitur Mosterio vel Inguer' obsederunt. Northmanni Britanniam petierunt, ut ibi hiberno tempore memorarent. Sed Britanni adunati contra eos in praelium, terga ver- terunt Northmanni, cecideruntque ex eis fere quatuordecim milia, atque ita redire ad navea in Sequana. Hiemis vero tempore — — in natalo sanctorum Innocentium commisit — — in regnum suum.

55 Anno 899. Balduinus — — ad sua loca. Karolus vero rex — — effecta reversi sunt.

a) predict. post corr. pred. c. b) fuit add. sed del. c. c) ita c. d) in marg. add. c. e) Hluicus c. f) ita

60 (obsed). Lob.; Ingverobis dicitur c.

1) A. 866—879. Cf. notam S. Amati Duac., SS. XXIV, p. 28, quacum Liber argenteus eiusdem convenire dicitur. 2) A. 878. 3) Cf. Ann. Lob., supra p. 233, quibuscum chronicon hic et in sequentibus convenit.

**EX GUIMANNI LIBRO
DE POSSESSIONIBUS SANCTI VEDASTI.**

De obitu viri Dei et sepultura eius, et de translatione corporis ipsius,
et de situ civitatis, castris et abbacie.

Beatus Vedastas, predicator egregius, a sancto Remigio Remorum episcopo Atrebate^b civitati desti- 5
natus, Atrebatensem ecclesiam simul et Cameracensem verbo predicationis et exemplo bone operationis
per 40 annos strenue gubernavit; sicque ut verus Israelita eterna precepturis premia per columpnam
lucis a Domino vocatus, de huius seculi erumnis ad supernae re-promissionis gaudia anno imperii Iustini
minoris 6. emigravit, sepultusque est in ecclesia beate Dei genitricis Marie, non longe a dextro cornu
altaris, in quo loco usque hodie fidelium devotio ejus veneratur sepulcrum; ubi cum 118 annis iacuisset, 10
beatus Aubertus septimus ab eo predictus rexit ecclesias. Cepit^c idem beatus antistes de eius translatione
meditari, indignum quippe iudicans, thesauro abscondito in agro, lumineque manente sub medio, fidelium
devotionem tanto divitiarum fulgore per tanta temporis spatia privari. Cumque die quadam illucescente
aurora extra sacrarium ecclesie deambularet, orientem versus intendens, vidit in loco qui est ultra flu-
violum Critionem^d, ubi nunc sedet abbacia, juvenem locum basilice arundine metientem; visionemque 15
intelligens angelicam, illic sanctum beati Vedasti corpus transferendum spirita^e revelante cognovit. In-
vitato itaque Audomaro Morinorum episcopo, effossum thesaurum felici translatione mutavit anno dominice
incarnationis 687, Iustiniani imperatoris tertio, prima die mensis Octobris. Cui translationi, ut multa^f
chronica testantur, Lambertus^g, tunc Leodicensis episcopus, non multo post martir effectus, nunc vero
tota terrarum orbe meritorum gracia conspicuus, interfuit. In eodem igitur loco beatus Aubertus cen- 20
suum monachorum propriis sumptibus construxit. Nec super hoc quisquam ambiguitatis scrupulus
subrepat, quod hic locus tunc extra civitatem ad orientalem plagam fuisse, nunc autem in
medio civitatis esse probatur, quia, sicut in veteribus chronicis legimus, hec civitas anti-
quitas in monte qui Baldui^h-monsⁱ dicitur sedit, sicut ruinarum vestigia et vallorum aggetes,
qui contra Iulium Cæsarem et Romanos constructi sunt, hodieque contestari videntur, qui 25
eo tempore apud Strumun^j fixis tentoriis civitatem obsidentes dimicabant. Illis vero diebus,
quibus gens Normannorum^k, de vagina sue crudelitatis educa, in nostris cervicibus graviter grassata
est, beatus Vedastus Bellovacum^l translatus est; et gens, que in modum messis in his partibus uberrime
excreverat, ultrici divine ultionis falce miserabiliter demessa, exaruit. Post multum vero temporis
de captivitate ad natale solum, accepta vivendi licentia, regressi, ob amorem sancti et loci firmitatem, prio- 30
ribus relictis mansionibus, circa sui doctoris autam confluxerunt.

Quod hortatu sancti Vindiciani^m Theodericus rex abbatiam ampliavit et,
ipso petente, iuri apostolico mancipavit.

Contigit in diebus illis, ut, inter palatinosⁿ de rege constituendo ortis simultatibus, beatus Leode- 35
garius Augustodunensis^o antistes, qui insignis in palatio habebatur, ab Ebroino maiore, domus regie
multas perpassus insidias, post multos agones multasque patientie coronas, in pago Atrebatensi compre-
hensus capite plecteretur; quod hactenus apud nos reservatur^p. Ob hoc igitur tantum et tam grave
facinus generali evocato concilio^q, Galliarum episcopi ad palatium concurrunt, et exquisita ad liquidum
veritatis sinceritate^r, regem Theodericum, qui in ecclesia beati Vedasti cum uxore sua Doda sepultus quiescit,
cuius fiducia hoc malum evenerat, publice penitentem in arbitrium Vindiciani Atrebatensis tunc episcopi 40
iniungende penitentiae gratia contrahunt. Qua ex re opportunitatem nactus idem episcopus, eidem regi
in penitentiam loci nostri amplificationem iniunxit, quatinus rex pastori nostro et doctori beato Vedasto
per hoc regratiaretur beneficium, quia pacem, quam in terram nostram predicando attulerat, violans
etiam martiris sanguine fedaverat. Quod rex grater suscipiens reminiscensque antecessorum suorum,
qui ecclesias sancti Dionisii sanctique Remigii necnon et Corbeie ampliaverant^s, huic negotio animam 45
intendit in tantumque et nobilitate et divitiis insignivit, ut idem locus et multa rerum opulentia exuberaret
et civitatis totius firmitas castrumque regis vocaretur et esset. Postea autem Vindicianus episcopus sapientis
usus consilio, precevens in futurum et de futurorum episcoporum suspectus insolentia, sue devotionis
affectu ecclesiam beati Vedasti a proprio sequestrans episcopo, etiam de manu regis, ipso rege annuente, sua
sancta culliditate et industria extorsit et, retenta dumtaxat in manu regis advocatia, ob tutiorem liber- 50
tatis^t firmitatem, in manus Romani^u presulis, ipse super hoc Romam adiens, devote delegavit. Quam

a) corr. iatus c. Paris. 11731, s. XVIII, ubi f. 89 sqq. Guimanni liber ex parte descriptus est. b) Atreb. ed. saepius. c) deest ed.
d) multorum ed. e) Balduinied. f) Bellovacum ed. g) Wind. c. h) palatium c. i) Augustodun. ed. k) consilio ed. l) deest c.,
ubi veritate corr. veritate. m) ampliaverunt c. n) t. firmitatis tuitionem corr. t. libertatis tuitionem c. o) summi ed.

1) Haec ex Vita Vedasti auct. Alcuino, AA. SS. Febr. I, 5) Etrun. 6) Cf. Hist. translationis, AA. SS. Febr. I, 55
p. 799, manasse videntur. 2) Crinchon. 3) In p. 809. 7) Cf. quae in chronico narrantur, supra
Alcinni libro et similiter in S. Auberti vita Ando- p. 696.
marus episcopus praesens laudatur. 4) Boudimont.

felicis memorie Stephanus papa^a suscipiens, preter hec privilegia, que a rege et Gallicanis episcopis erant conscripta^b, proprii sui privilegii gravitate roboravit^c, et quecumque vel iam collata vel in futurum eidem loco erant conferenda, sub Dei et beati Petri et sedis apostolicę protectione suscepit. Quo quidem privilegia, in scriptis papiribus exarata et in presenti tum vetustate tum crebris incendiis pene^d dirupta, pro reliquis apud nos habentur, et exemplaria illorum, que huic subnectimus, quia nobis semper defensionis propugnaculum sunt et fuerant, in thesauris nostris conservantur.

Quod usque ad tempora Karoli regis abbatia Sancti Vedasti in manu regum semper fuerit.

Itaque a tempore regis Theoderici usque^e ad tempora huius Karoli abbatia Sancti Vedasti in manu regum fuit, ita ut ibi reges natale Domini, pasca et sanctam pentecosten frequenter cum magna ambitione celebrarent. Sub quo tempore Balduinus comes Flandrie, filius Odoci^f, vir audax et fortis, ita ut Ferreorum-brachiorum vocaretur, filium eiusdem Karoli Iudith nomine uxorem duxit et ex ea filium Balduinum, qui postea nepos Karoli et comes inclitus dictus est, genuit. Mortuo vero Karolo rege, mortuis etiam filiis eiusdem Karoli Ludovico et Karlomano^g, paucis tempore altero post alterum regnantibus, Franci, neglecto Karolo, filio Ludovici Balbi, puero vix decenni, Odonem comitem sibi regem preficiunt, qui fuit^h filius Rotberti ducis, quem Rotbertum, sicut cronica testantur, una cum Ranulphoⁱ duce Aquitanie peremerant^j. Eo tempore abbatia et castrum in manus Balduini comitis, nepotis Karoli, et successorum eius devenit; qui Balduinus, avi sui Karoli memor, qui ecclesiam beati Vedasti multis ornamentis aureis illustraverat, sancti amore ductus, vas preciosissimum ex candido puroque argento fabricari iussit, in quo eiusdem confessoris Christi corpus in loco aureo repositum est, simulque 12 apostolorum et duorum Innocentium reliquie, quas avus eius Karolus, donante sibi eas Adriano papa, de Roma attulerat.

Quod pro conrodiis^k regis vel comitis^l institutum sit gavulum [sive^m ius gabelli], et de caritate comitis.

Postquam vero Balduinus defunctus est, successores eius comites, quanto nobis viciniore, tanto onerosiores esse ceperunt. Quod enim regi in quinque vel etiamⁿ decem annis semel impendi solebat, comiti, quotiens eum in Atrebatum venire contingeret, impendi oportebat. Non solum autem; sed ipse comes Atrebatum veniens, ipse quidem in ecclesia hospitabatur, milites vero suos ad villas Sancti Vedasti quinquagenos seu centenos hospitalionis^o gratia dirigebat. Qui cum violento tumultu et militari lascivia quasi libere hospitibus abutentes rusticis importuni essent, idem^p rustici ad abbatem recurrerant, rerum suarum direptionem, uxorum adulteria, filiarum deflorationem et alia multa intolerabilia cum querela deplorantes. Unde abbas, communicato consilio, poscentibus rusticis, annuente comite, capitulo et baronibus, huiusmodi conrodia pro gavuli commutatione redemit, et huiusmodi extinctis conviciis, comes sibi eam, quam usque hodie in ecclesia habet, caritatem quasi in monumentum retinuit, scilicet: quando est Atrebatum 2 panes et^q dimidium sextarium vini, ferculum piscium vel fruxurarum semel in die. Et sciendum, quod, si regem Francie in Atrebatum esse contingat, regi et non comiti caritas ipsa defertur. Et quoniam de gavelo locus incidit, ipsius denotande sunt consuetudines.

De consuetudinibus gavuli, et de corveis comitis.

In villis igitur^r Sancti Vedasti que gavelum solvunt^s debent singula curtilla 2 mancaldia avene, unum et^t dimidium denarium ad deductionem, 1 panem ad canes et 1 gallinam^u ad aves comitis. Carruca [debet^v] modium avene, dimidia carruca dimidium modium; terra ad unum iumentum 4 mancaldia. Feodi liberi sunt. Terre dominicate Sancti Vedasti libere sunt^w a gavelo, et quecumque ad dominicatum ecclesie redeunt, libere esse debent. Porro quia he consuetudines cum gratia pacis et quietis a maioribus institute sunt, in pravos usus cotidie pervertuntur. Cetera supersedemus^x. Quedam tamen que nostris temporibus venerabilis pater, cui hoc opus dedicamus, et vos et nos videre contigit^y, ad posterorum memoriam dirigimus, quod et vobis et omnibus legentibus gratum fore credimus.

a) *deest c.* b) et u. ed. c) Odon ed. d) Karlomanno c. e) fil. f. Rob. d. q. Rob. c. f) Ranulfo c. g) peremerat c. h) conrodiis c. i) *haec des. c.* k) hospitalionis c. l) *idem c.* m) *deest ed.* n) *solvere d. z. c. debent 2 ed.* o) unum 1 (t. e. 1/2) d. c. p) gallinam c. q) a g. s. c. r) *super cedemus ed.* s) contigerit c.

1) Edita p. 17 sqq. 2) Ib. p. 22. Stephani carta aperte falsa, quippe quae a. 8. d. Theuderici regis, 55 tempore Pippini maioris domus data dicitur. 3) Idem quod alibi 'conredium' 'corredum' dicitur; Duncange II, p. 545.

Quod rex Francorum conrodia in ecclesia Sancti Vedasti habere voluit, et ei negata sunt.

Rex Francorum Ludovicus¹, filius Ludovici regis cognomento Grossi, cum in Atrebatum veniret, conrodia sibi in ecclesia Sancti Vedasti extrui mandavit; sed vestra ei vigilantia constanter negavit, et ne nobilitas ecclesie per licentiam ullatenus insolesceret, pessime consuetudinis ortum in ipsa radice amputavit. Quamobrem rex cum gravi stomachatione, missis nuntiis et propriis dispositis clientibus, bona nostra de Angilcort² inbanivit. Cumque contra ecclesiam rigidus infremeret et implacabilis deteriora minaretur, agentibus comite Flandrie Philippo et baronibus, ei a religiosis ac sapientibus viris suggestum est, quod in ecclesia sancti Vedasti nihil haberet, quippe cuius advocatiam comes Flandrie de ipso in feodum teneret. Nam Karolo comite Flandrie et regis Dacie^a filio a primoribus Flandrie apud Brugis occiso, cum scandalo enormi Flandria turbaretur, supradicti regis^b Ludovici pater Ludovicus, qui rex Grossus dictus est, in malefactores illos locutus^c iudicia, cum multa ambitione Flandrias intravit, et cum in Atrebatum per mensem et eo amplius moraretur, de ecclesia Sancti Vedasti nisi eam que comiti deferri solet caritatem nihil penitus accepit. Hec igitur cum regi intimarentur, regratius est, maxime quodam signo sequente turbatus, quod aperte in dominum^d Deum et sanctum Vedastum factam testabatur injuriam. Nam quidam Bernerus de Claro-monte, qui pre ceteris iracundiam principis contra ecclesiam suis consiliis armaverat, in lectum decidit, et iam propinquante exitu, se a sancto Vedasto occidi publice proclamans, expiravit. Ex illo regem frequenter Atrebatum venire et nihil in ecclesia Sancti Vedasti nisi supradictam comitis caritatem vel querere vel accipere vidimus. Nam cum, sicut presentes vidimus, aliquando idem rex Atrebatum venisset, ecclesiam sancti Vedasti oraturus intravit; cui venerabilis Henricus Remorum archiepiscopus, ipsius germanus, qui in ecclesia nostra eius operiebatur adventum, occurrit, ipsunque de loco, in quo sanctus Dei confessor Vedastus quiescit, facta oratione, egredientem in choro Sancti Vedasti salutavit. Cumque se fraterni amoris astringerent amplexu, ut inter ludendum fieri solet, idem archiepiscopus fratri^e suo: 'Quid', inquit, 'hodie comedetis?' Illo autem se nescire confesso, consequenter archiepiscopus: 'Ne timeatis', ait; 'Sanctus Vedastus unam vobis sicut uni monachorum prebendam dabit. Nichil amplius speretis, nec plus habere debetis, nec plus habituri estis'. Cui rex aridens: 'Nec ipsam ergo', inquit, 'abiecturi sumus'. 30

Responsa Henrici Remensis archiepiscopi de libertate monasterii Sancti Vedasti.

Et cum rex loci venustatem templique structuram laudaret: 'Quin immo', inquit archiepiscopus, 'nobilitatis insigne ammiramini. Nulla a nostris antecessoribus universis, scilicet regibus Francorum, constructa est ecclesia, que huic se conferre audeat. Nichil vobis, nichil michi, nichil ulli mortalium preter apostolice sedi eam debere, constat'. Et inter colloquendum ipsum regem egredientem de templo ad ianuam^f usque conduxit. Ipse autem presul^g regressus, non tantum propriis expensis vixit, verum etiam de suo nonnumquam universo conventui caritatem impendit. Cumque in capitulum invitatus, premissa verbi Dei consolatione, pro se et^h pro rege, fratre suo, regnique statu orari peteret, eique tam abbas quam universum capitulum propter suam erga nos benevolentiam orationes, conrodium atque servicia offerrent: 'Vestrum', inquit, 'erga me servitium de caritate totum est, de debito nichil'. Presentes erant Henricus Silvanectensis episcopus, Iohannes abbas Lobiensis et alie magni nominis persone quam plures. In nostra igitur moratus ecclesia archiepiscopus, numquam Andream Atrebatensem episcopum, licet sibi familiarissimum, nisi petita et accepta ab abbate licentia, ad sibi colloquendum vocavit, non ignorans privilegiorum nostrorum^h tenorem, que episcopum ab introitu castri arcent, nisi ab abbate vocatus fuerit. Ipsum insuper episcopum, cum ex cleri sui consilio quasdam in libertatem nostram contexere calumnias attemptaret, amica increpatione compescens: 'Ego', inquit, 'in ecclesia Sancti Vedasti nichil habeo; tu, frater episcope, quomodo te quicquam asseris?' 50 Cum preterea ingravescente diuturno scismate Francia dominum papam Alexandrum, utpote filia patrem, in consolationis sue gremio confoveret, et eodem papa cum universa

a) Danie ed. b) deest c. c) laturus? d) s. f. c. e) v. u. c. f) ianuas c. g) deest ed. h) offerret c.

1) VII. 2) V. supra p. 687.

curia Senonis sedente, necessaria per ecclesias* collecta fieret, universi abbates ab eodem Henrico archiepiscopo ex parte domini pape summoniti Remis convenerunt. Et cum in celebri conventu abbas quoque Sancti Vedasti adesse, intuens eum gratulabunde^b archiepiscopus: 'Non erat, inquit, tuum huc ad nostram summonitionem venire, qui domini pape specialiter es abbas et monachus; a te nichil sumus accepturi, quia domino pape de nostro, non de suo servitium impendere debemus'. Querelis nichilominus super abbate Sancti Vedasti ad eum venientibus: 'Censura', inquit, 'iustitie nostre super ipsum non currit, nec nostrum, sed Romanam curiam querat, qui contra ipsum agere intendit'.

De controversia, que fuit inter [Andream^c] episcopum [Atrebatensem^d] et abbatem [Sancti Vedasti^e] pro libertate monasterii et castri.

In ipsa tempestate inter eundem Andream episcopum et cives Atrebatenses pro quadam^f causa ortis similitudibus, episcopus civitatem inhamavit, et in hoc banno abante ascensionem usque in vigiliam pentecostes civitas permansit. Aliis ergo cessantibus ecclesiis, cum ecclesia sancti Vedasti cum suis collateralibus et conliberis^g filiabus, id est ecclesia sancti Petri, ecclesia sancte Marie et ecclesia sancti Jacobi, apertis ianuis et pulsantibus signis, laudes Dei celebraret, graviter dicti^h indignati clerici, postquam completi sunt dies pentecostes, statimⁱ ascendentes cum suo antistite, curiam domini pape Alexandri, que tunc Senonis sedebat, adierunt, super hoc querelam deposituri et, ut cessante matre ecclesia quoque sancti Vedasti cessaret, abbas etiam episcopo obedientiam faceret, elaboraturi. Directi nichilominus a capitulo legationis gratia duo fratres, presente et presidente domino papa Alexandro et circumsedente universo cardinalium senatu, episcopo^j et suis in faciem restiterunt. Cumque vehementer causa ingravesceret, dominus papa, mandatis lectisque ac relectis utriusque partis privilegii studioseque ac diligenter inspectis: 'Filiam', inquit, 'non decet ancillari, nec ab ecclesia Sancti Vedasti, que nullo mediante specialiter ad ius beati Petri et nostrum spectat, ullam obedientiam vel subiectionem alicui preterquam Romano pontifici exhiberi'. Episcopo autem negotium suum non prosequente, dominus papa Alexander litteris et privilegii, que suis in locis invenies^k, abbati interdixit, ne alicui episcopo preterquam Romano pontifici obedientiam faceret, episcopo prohibuit, ne super hoc ecclesiam suam amplius inquietaret. Hec posteris ad memoriam sufficiant; nos ad proposita redeamus.

De capella sancte Marie in Pomerio, et de puella ibidem divinitus resuscitata.

Sciendum autem, quod ea pars civitatis que Pomerii nomen sibi retinuit, antiquitus pomerium et hortus Sancti Vedasti fuit; sed cum civitas incredibiliter multiplicari inciperet, quia ob iuventutis insolentiam eiusdem pomerii fructus ecclesie deperibant, consilio maiorum in hortos et hostagia divisum, hospitibus ad manendum contraditum fuit. Porro capella sancte Marie ibidem posita^l, que modo parrochie et nomen et dignitatem obtinet, illo^m tempore, capella tantummodo erat et preter tres vel quatuor monachos, qui ob infirmitatis sue recreationem in pomerio morabantur, neminem ad opus divinum admittebat. Et quoniam locus ita poscere videtur, quoddam in eadem ecclesia beate Dei genitricis gestum nostris diebus miraculum, non unius vel duorum, sed totius civitatis testimonio comprobatum, hic inserimus, ut, quante venerationis idem locus sit, universi noverint. Cum igitur estivo tempore, omnium bonorum ridente fortuna, civitas Atrebatensis in his que ad pacem sibi filios suos, qui in ipsa erant, materno oblectaret affectu, etiam feretrum et reliquias sancte Marie de civitate ob nascentia eiusdem ecclesie edificia in parvo furo, [ubiⁿ] nunc crux lapidea iuxta monetam sita est, cives posuerant ludisque iuvenilibus et offerendarum ambitione certatim honorabant. Una igitur dierum homo quidam in pomerio secus ripam fluvii Crienionis deambulans, sub assere, qui in transversum aque iacebat, nescio quid cadere conspexit, et diligentius explorans, puellulam, que ibidem paulo ante ceciderat et a flumine trahebatur, invenit. Cumque magno clamore universam turbasset viciniam, cum ceteris et mater accurrit, suamque prolem recognosceus, et iam sine voce, sine sensu rigidam atque frigidam inter brachia stringens, diu multumque lamentata, circa ecclesiam sancte Marie in pomerio, quia absente presbitero cum clavibus ingredi non poterat, potenti fide ter deportavit. Tertia vice completa, clericus presbiteri subito turbatus nuntio, cum clavibus advolvit, et aperta statim ecclesia, facta-

a) ecclesiam ed. b) gratulabundus ed. c) desunt c. d) e. q. r. e) cum liberis ed. f) deest ed. g) st. a. h) deest c. i) hoc et sequens cap. in c. omissa. k) illa ed. l) m)

1) Editae p. 89 sqq., datae 13. Febr. (a. 1168—70) Beneventi. 2) Nunc etiam Chapelette-au-Jardin dicta. SS. T. XIII.

que a populo grandi irruptione, mater infantem super altare extendit sibi que suam a beata Dei genitrice reddi progeniem cum lacrimis et magne fidei devotione postulavit. Quid multa? Sub oculis omnium revixit puella, et mox a sua genitrice beate Dei genitrici in ancillam est contradita. Statim ergo, suadentibus amicis et vicinis, mulier cum eadem puella feretrum sancte Marie in foro gratias actura adiens, ibidem infantem exposuit, et congregata populorum infinita multitudine, sermocinatores, qui non tam virtutes amantare quam lucrum querere optabant, puellam ante feretrum revixisse, temeraria assertione populo persuadere conati sunt. Verum populus, qui presens rem viderat, eorum mendacia abhorruit, beatam quidem Dei genitricem eam ibi et alibi in celo et in terra potentissimam firmissime credens, sed sermocinatorum, qui quod in viridario evenerat in foro evenisse contendebant, portentuosam dementiam irridens. Sicque factum est, ut, unge sermocinatores lucrum speraverant, inde detrimentum incurrerent. 10 Acta sunt hec Verbi incarnati anno 1160.

Controversia inter monachos et clericos pro capellis in fundo Sancti Vedasti edificatis.

Cum igitur ecclesia Sancti Vedasti, sicut ex premissis apostolicis et episcopalibus scriptis manifestum est, has ecclesias: sancte Crucis, sancte Marie et sancti Mauritii, diu 15 cum magno labore et violentia placitorumque et expensarum gravamine contra canonicos tenuisset, nostris temporibus grandis inter eosdem canonicos et ecclesiam Sancti Vedasti emerit querela huiusmodi ex causa. Cum civitas Atrebatensis et populorum abundantia et rerum affluentia in dies cresceret, nonnulli primorum civitatis in multitudine habituarum et superbia vite elati, antiquorum consuetudine non sunt contenti, sed ad parrochias suas ire 20 fastidientes, ipsi in propriis mansis et capellas extruere et capellanos habere ceperunt, consensu nimirum et hortatu clericorum, qui in hoc et merebantur gratiam potentum et reddituum suorum prospiciebant augmentum. Quamobrem abbas et monachi id ad ecclesie sue incommodum fieri sentientes, partim pro fundo Sancti Vedasti, partim pro fundo simul et iustitia reclamare vehementer et contradicere ceperunt, et cum neque per comitem neque 25 per aliquem potentum posset hec sedari controversia, in tantum eiusdem litigii fomes invaluit, ut agentibus monachis etiam curiam domini pape Alexandri hec attingeret querela. Qui utpote universitatis pater universis que sua erant assignare procurans, filiis ecclesie nostre, ne quisquam in fundo Sancti Vedasti inconsulto capitulo quidquam construere auderet, privilegium indulsit, et venerabilibus Gualtero Tornacensi et Henrico Silvanectensi 30 episcopis causam delegavit¹, per apostolica scripta precipiens, quatinus rem studiose ac diligenter investigarent² et eandem querelam, utrique parti suo iure conservato, deciderent. Qua canonici suspicione confertiti, arte et divitum precibus obtinuerunt, ut, abbate et capitulo, electis quoque iudicibus episcopi³ assentientibus, quatuor vel quinque fideles et authenticæ persone ab utraque parte concorditer electe illam pacifica compositione con- 35 troversiam determinarent; que in unum convenientes, ipsam compositionem, sicut in scripto Andree episcopi infra subiectum est, compleverunt.

Quod tota civitas Atrebatensis sita sit in fundo Sancti Vedasti.

Notet igitur diligens lector et ex precedenti descriptione vicorum atque platearum certissime teneat, quod universa civitas Atrebatensis in fundo Sancti Vedasti sit, nihilque 40 in toto civitatis ambitu absque abbatis et ecclesie consensu construi possit, nisi tantum in vico strate, in ea videlicet parte que episcopi est. Quamobrem satis mirandum est, quasdam in hac civitate ecclesias Sancti Vedasti non esse, cum diligenter prescrutanti dubium non sit, omnes huius civitatis ecclesias vel ipsius debere esse vel ab ipso teneri debere. Sed id ex predecessorum simplicitate et negligentia contigisse credimus, qui nimirum terre 45 spatiositatem et habitatorum raritatem intuentes, eam que modo est restrictissimam habitationum raritudinem⁴ et copiosam habitatorum confluentiam minime previderunt. Nam nostris diebus cum et potentum civium et canonicorum insolentia ecclesias in fundo Sancti Vedasti construere attemptasset, reclamantibus abbate et capitulo, et apostolice sedis ob- sistente reverentia, id penitus non potuit, sicut in superioribus huius libri partibus mani- 50 festum est, privilegio illo² quod inscribitur 'De concordia capellarum'.

De⁴ ecclesia sancte Marie de Strumis.

Ecclesia sancte Marie de Strumensi Atrebatensi civitati vicina est sita in loco ubi quondam Romani, principante Iulio Cesare, contra Atrebatenses⁵ obsidione diuturna dimicantes,

a) investigarint ed. b) episcopis ed. c) carit. c. d) rubrum deest ed. e) Atrebatum c.

1) Editæ p. 159. 160 (a. 1168/69). 2) Andree episcopi a. 1161 (1171?), p. 161.

castra fixerunt, sicut vallorum et aggerum vestigia hodieque contestari videntur¹. Illuc igitur plerique civium, tam primorum civitatis quam et popularium, propter bonam loci famam et operis Dei assiduitatem filias suas in monasterium virginum contradentes, cum eisdem filiabus vel etiam matribus seu uxoribus suis, ibi ad succurrendum morientibus, 5 predia, mansos, possessiones, quarum fundus Sancti Vedasti erat, ob remedium anime sue offerebant. Et in tantum hec consuetudo invaluit, quod ecclesia Strumensis per huiusmodi irrationabiles offerendas possessiones que de iure Sancti Vedasti erant ad suum dominicatum traxit. Cumque a venerabili abbate Sancti Vedasti Martino facta fuisset reclamatio et ad beate memorie papam Alexandrum missa legatio, idem papa eisdem sanctimonialibus tales 10 misit litteras:

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus universis monialibus de Strumis salutem et apostolicam benedictionem.*

Iustitie naturalis ratio persuadet, et in lege et in euangelio continetur, ut quod tibi vis fieri alii facias et quod tibi non vis fieri alii nullatenus debeas irrogare. Quoniam igitur in eo 15 sumus officio disponente Domino constituti, quod iura universorum Christi fidelium debeamus illa et integra conservare, per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus possessiones monasterii Sancti Vedasti Atrebatensis neque importunis precibus potentum neque alio modo illicite acquiratis vel contra iustitiam aliquatenus occupetis. Data Anagnie 2. Nonas Augusti. 1161†

Cumque ecclesia Strumensis acceptis litteris necdum ab iniusta pervasione desisteret, 20 facta ab abbate memorato appellatione et in presentia domini pape et universo conventu cardinalium civitate regia^b Parisius dispecta diligenter placiti ratioque, talis inter utramque 1163. ecclesiam facta est per conventionem compositio, ut ecclesia Strumensis hostagia Sancti Vedasti, que in predictis erant possessionibus, ad unam marcham augeter et ea que iam oblata erant libere et quiete possideret; de cetero autem nullatenus huiusmodi oblationes, 25 que contra rationem erant, quereret et, si offerrentur, non amplius quam duobus annis retineret, sed eas alicui qui proximus esset offerenti, et si hoc opportunum non esset, alteri cuilibet venderet.

De* Dominica-curte.

Villa que Dominica-curtis* dicitur civitati vicina est, quam ecclesia Sancti Vedasti ex longo antiquitate 30 iure libere possidet. Hanc villam, sicut in vita beati Vedasti plenissime scribitur², cum aliquando principes huius seculi monachis auferre molirentur, nota Dei precibus patris Vedasti consilium iustorum consilio impiorum prevaluit. Caius miraculi summam et hic perstringere dignum duximus, ut neminem lateat, quanto amore et honore idem pater noster sit amplectendus. Principantibus igitur in regno Francorum Pippino et Carlomanno, comite Atrebatensi Theobaldo, abbate Sancti Vedasti Alrico, idem comes Theobaldus predictam villam ab ecclesia detruncare suoque 35 comitatu sociare attemptavit. Qui cum regem adisset, ut super hoc rex ei patrocinaretur, monachi ad suum regem dominium suumque patronum Vedastum cum multa precum instantia currentes, desiderio cordis et voluntate labiorum non sunt fraudati. Nam cum rex comitem Remensem dirimende cause gratia a suo latere direxisset, idem vero comes comiti Atrebatensi magis quam monachis favorem suum inclinaret, nocte quadam vir vite venerabilis editus ecclesie sancti Remigii somno 40 depressus quendam in secretario ecclesie sanctum Remigium voce flebili inclamantem audivit. A quo cum sanctus Remigius, quoniam esset, sciscitaretur: 'Ego', inquit ille, 'sum frater Vedastus, qui ad barbaros vestro precepto destinatus, non infructuoso^d labore in messe Dei licet indignus desudavi operarius. Nunc autem astiterunt reges terre et adversum me meosque principes convenerunt in unum, auferre molientes quod a fidelibus mihi meisque est collatum'. Cui rove- 45 rendus pontifex, ut ad diem placiti vicinos sibi verbi Dei cooperatores maritimos obtinere loca, scilicet Audouenum, Audoumarum, Bertinum, Vulmarum, Amardum, Quintinum, Gaugerium, Eligium, Lucianum adduceret, imperavit, seque cum Gallicanis sanctis, Martino, Medardo, Dyonisio, Germano aliisque Aquitaniam incolentibus occurrurum spondidit. Cum igitur illuxisset in crastinum, editus episcopo, episcopus comiti Remensi rem retulit et eum ab iniusta pervasione com- 50 pacere stultuit. Qui cum gravi stomacatione episcopi verba irritis et monachum vino sepultum vel mendacia confinasse vel vana somniasse exprobravit. Mox equum ascendens, cum iuxta locum, ubi eadem visio apparuerat, devenisset, celeste iudicio perurgente, de equo ad terram provolutus, crure fracto, cum multo suorum labore et lacrimis semivivus ad domum delatus est. Satisque Theobaldus, qui malorum horum et causa et fomes erat, cum equo sederet, musca equi naras occupavit, qua sonipes molestis efferatus, levatis in altum calcibus, sessorem suum excutens, miserabili obitu extinxit. Ex huius miraculi terrore predicta villa, cum prius libera esset, extunc Sancti Vedasti liberior efficitur.

a) Strumensi ed. b) regis ed. c) haec in cod. om. d) infructuose ed.

1) V. supra p. 678. 2) Domencourt. 3) Mir. S. Vedasti, AA. SS. Febr. I, p. 807.

ADDENDA.

ANNALES CHRONOGRAPHI VETUSTI.

In codice Coloniensi CIII. sub Hildebaldo archiepiscopo exarato cyclis paschalibus a. 532—1063. in margine adiuncta est series imperatorum ita scripta, ut ea quae a. 1—531. conveniunt, nulla distinctione facta, cum reliquis sint commixta. Additae sunt aliae quaedam notae, potissimum ad calculum paschalem spectantes, quae vel eam ob causam editione dignae sunt, quia ab Herimanno Augiensi in conficiendo chronico adhibitae fuisse videntur. Carolo Magno, qui ultimus est, 27 anni tribuuntur; unde efficitur, ut a. 795. haec scripta videri possint; singulari quodam casu, nam avo quoque et patri idem annorum numerus tribuendus erat.

Ita Wattenbach noster, Ecclesiae metropolitanae Coloniensis codices manuscripti (1874) p. 131, cuius editionem inde ab a. 378. repetendam duxi. Herimannus quin simili opere usus sit, dubitari nequit, cuius auctorem tamen hoc codice multo antiquiorem putarim, ita ut ille nonnumquam veram lectionem servaverit (cf. a. 417. 444). Veros annos uncis rotundis inclusi. Notae pleraeque, V. Cl. Krusch monente, ex libris de paschatis tempore conscriptis sunt excerptae.

G. W.

- [378^a]. Finita chronica Eusebii et Hieronymi^b Valente VI. et Valentiniano consulibus. Gratianus 6.^c 20
- [380]. Abhinc Tafilus^d paschalem suum incipit.
- [382]. Incipit^e Romana supputatio Antonino et Siagrii consulibus.
- [385]. Theodosius 11.
- [387]. Annus^f Diocliciani 103^g.
- [395]. Archadius 13. 25
- [397]. Ambrosius^h Mediolanensis obiit.
- [399]. Tempia idolorumⁱ demolita, et gladiatorum ludi tulti sunt Malleo et Teodori^k consulibus.
- [409]. Honorius 12.
- [410]. Roma^l inrupta ab Alarico. 30
- [415]. Reliquie^m sancti Stephani patefacte Luciano presbitero.
- [417]. Hocⁿ pascha sub Zosimo papa.
- [418]. Sol^o defecit hir.^p 3, 14. Kal. Ag[usta]s, et apparuit stella^q ab oriente ardens usque ad Septembrem.
- [424^r]. Theodosius 26. 35
- a) a. 910. c., et ita deinceps — 517 (1059). b) Hieron. c. c) sc. ann., et ita deinceps. d) Theophilus Alexandrinus episcopus Herim. e) An. Dioclicianus vel Diocliciano hic et infra c. f) iussu imperatorum in diversis partibus orbis add. Herim., qui consulibus omisit. g) ita c.; Teodoro emend. W. h) haec sensu carent. Herim.: Quaesio et dissenso de huius anni pascha oritur sub Zosimo papa Romano. i) lege: hora. W. k) cometa u. Herim.
- 1) Ex epist. Pascasii § 1; desunt apud Herimannum, ex aliis libris tradit. 4) Similia ap. Marcellinum 40
2) Cf. epist. Proterii § 4. Ex eadem annus 89. a. 373, legi, annotavi SS. V, p. 81. 5) Rectius 423. W.
93. a. 377. annotantur. 3) Haec Herimannus fusius

[444]. Annus Diocliciani 160. De [hu]ius^a pasc. Proterius et Pascasinus Leoni pape scribunt.

[449¹]. Marcianus 7.

[457]. Leo 12. Hoc² anno Victorius suum paschalem composuit Constantino et Rusco³ 5 consulibus.

[474]. Zenon 17.

[519³]. Iustinus 8.

[527]. Iustinianus 38.

565. Iustini⁴ an. 11.

10 576 (578). Tiberius an. 7.

583 (582). Mauricius 21.

604 (602). Focas an. 8.

613 (610). Eraclius 22.

639 (641). Hieraclonas 2.

15 642 (641). Constantinus 27.

669 (668). Constantinus 17.

686 (685). Iustinus 10.

696 (695). Leo 3.

699 (698). Tiberius 7.

20 703. Obitus sancti Benedicti⁴.

712 (711). Philippus 1.

713. Anastasius 3.

714 (713). Philipus dux^d obiit.

715 (714). Carius 27.

25 717 (716). Theodosius 1.

741. Pippinus 17^e.

768. Carius 27.

a) ins c.; huius anni p. Herim. b) scribe: Rufo. c) lege: Iustinus; nisi a. 11. Iustini (qui regnavit ann. 13) vetustum chronographum scripsisse conicere velis. d) lege: Philippicus. W. e) lege: 27. W.

30 1) Rectius 450. W. 2) Victor. prol. § 10; alter Herimannus a. 456. ex Beda. 3) Rectius 518. W. 4) Scilicet abbas Wirimuthensis primi dicti Biscop. W.

ANNALES REGUM SANGALLENSIS.

Ne quidquam huic desit collectioni tabulis paschalibus illatum, brevissimos annales hic repetendos duximus, quos V. Cl. Dümmler, socius noster, nuper ex codice Sangallensi nr. 184, p. 221—231. manu saec. IX. exaratos, edidit (N. Arch. V, p. 428), quamvis nihil novi referant. Ad annalium quos nunc vulgo S. Amandi dicimus exemplaria (SS. I, p. 6) prope accedunt, nonnumquam cum Annalibus Augiensibus brevissimis (SS. III, p. 136) conveniunt. Auctor praesertim principum et regum Francorum ordinem excerpit, sed annos saepe turbavit, quare veros uncis inclusi. G. W.

690 (687). Primus Pipinus regnare coepit.

716 (714). Karolus, filius Pipini, regnare coepit.

731. Baedae dormitio.

741. Karolus defunctus est. Karlomannus et Pipinus regnare coeperunt.

45 746 (747). Karlomannus Romam perrexit.

766 (768). Pipinus rex obiit Kalendis¹ Octobris. Karolus et Karlomannus regnare coeperunt.

1) Lego: 8. Kal. Octobr.; Ann. S. Amandi I, l.

cf A Aug
br.

ib. 735.

ib

771. Karolomannus obiit 2. Nonas Decembris, et Karolus regnare coepit.
 801. Karolus imperator factus est.
 814. Karolus imperator defunctus est 5. Kalendas Februarias¹.
 840. Eclipsis² solis 4. Nonas Maias 7. hora. Hludowicus imperator defunctus est
 12. Kalendas Iulias¹.
 856 (855). Hlotharius imperator obiit.

1) V. Ann. Laubac. SS. I, p. 15. 2) Cf. Ann. Alam. ib. p. 49, ubi rectius dies 3. Non. Maias indicatur.

ANNALES SANCTI DIONYSII.

Codex Vaticanus reginae Christinae nr. 309. saec. IX, olim Petavii, f. 17—36. Annales continet ad cyclos paschales in monasterio S. Dionysii prope Parisios 10 diversis manibus exaratos, f. 37—58, in foliis post adiectis eosdem descriptos (2) et primum ad a. usque 1264. et post ab aliis — 1292. continuatos. Quorum partem Dacherius Spicilegii t. II, p. 808. inseruit et alii (Felibien, Probationes hist. mon. S. Dionys. p. 203; Bouqueti cont. X—XII. XVII. XXIII) post eum ediderunt, integros vero nuper V. Cl. Berger ad codicis fidem, notarum 15 singularum tempore et auctoribus diligenter recensitis, luci dedit (Bibliothèque de l'école des chartes XL, 1879, p. 270 sqq.). Prima notarum pars quam maxime convenit cum Annalibus S. Germani SS IV, p. 3. editis, et primo aspectu, utrum exemplar antiquius sit, dubitari posse videtur. Nam modo in hoc modo in illo quaedam alia addita sunt manu, quae utrique sunt communia. Attamen 20 haec primum in S. Dionysii monasterio esse scripta, post ad S. Germani coenobium situ proximum translata, persuasum habeo, cum notae quaedam ad illud spectent (a. 865. 965), aliae saeculi X. res paullo accuratius tradant, eae vero quae codex S. Germani ex Annalibus Anglicis iam saec. IX. recepit minime in nostro legantur. Ideo his postea, non uno quidem tempore, addita esse quae 25 in vicino loco annotata erant, statuamus oportet. Maior eorum pars, ut h. m. Pertz iam de Ann. S. Germani monuit, cum Ann. Augiensibus brevissimis (SS. III, p. 136) convenit, sed uberius indicat exemplar, in quo notae annalium quos dicimus Murbacenses cum aliis (v. a. 688. 715. 717) erant coniunctae, sed non ultra a. 814. deductae. Qui haec cyclis intulit notas ad a. usque 887. 30 genuinas, ut videtur, addidit; alius vero quaedam ex Annalibus Einhardi interpolavit. Haec et alia additamenta minoribus litteris exprimenda curavi, additiones vero saec. XII. factas prorsus omisi. Continuationem vero inde a saec. X. paulatim adiectam eam recepi, quae in Annales S. Germani transiit, ex illis vero, quae post tam huic codicis parti quam foliis adiectis alii post 35 alios adiecerunt pauca tantum selegi, quae ad res nostras facere videbantur. Omnia haec cum codice iterum diligentissime contulit V. Cl. Mau, manus accuratius distinxit, lacunas non paucas explevit, ita ut nunc demum praesertim prior Annalium pars genuinae lectioni restitui potuerit. G. W.

96. Passio^a sanctorum martirum Dionysii, Rustici et Eleutherii.
 278. Beata^b Columba martirium complevit.
 412. Obiit^c sanctus Martinus Turonorum episcopus.
 509. Transitus sancti Benedicti.

^{a)} manu s. XI. ^{b)} manu s. X. ut videtur. ^{c)} altera manu s. XI.

524. Obiit^a Clodoveus rex primus in Francia christianus.
 572. Obiit^b Clotharius rex †.
 585. † Obiit^b Sigebertus rex †.
 607. Obiit^b Chilpericus rex.
 642. Obiit^c Dagobertus rex. et A. S. G.
 651. † Obiit^b Clotharius rex †. ib.
 657. Obiit^d Clodoveus rex, filius Dagoberti. ib.
 660. Adventus^e sancti Benedicti in Gallia. ib.
 677. Auduenus^f episcopus¹ migravit ad Dominum¹.
 688. Pippinus^g primus regnare coepit. ib.
 708. Intravit Pippinus in Alemanniam. ib.
 712. Pippinus moritur. ib.
 714. Kalolus^{h, i} contra Ratbodum pugnat. ib.
 715. Karolus regnum cepit. Grimoaldus est occisus². ib.
 717. Leo¹ imp[erium] suscepit². ib.
 730. Karolus pugnavit contra Sarracenos in Pictavis. ib.
 735. Bede presbiteri dormitatio. ib.
 740. Teodoldus interficitur.
 741. Karolus¹ Martellus^{3, 4} obiit¹ Id.^{3, 4} Octob.³ Karlomannus et Pippinus regnum
 20 ceperunt. ib.
 750. Pippinus benedictus est ad regem. ib.
 752. Pippinus in Italiam perrexit. ib.
 754. Consecratio^e altaris.
 755. Pippinus Longobardos superatur. c.¹ ib.
 25 763. Pippinus moritur 8. K. Octob. Karolus et Karlomannus eliguntur in regna. ib.
 769. Karlomannus obiit³.
 771. Kalorus^h, qui et Magnus dictus est, in Italiam perrexit.
 775. Karolus perrexit in Ispaniam. ib.
 781. Hildegardis et Bertrada obierunt.
 30 783. Superav[it] Saxon[es] atque ad^m.
 785. Karolus reversus est victor de Roma. ib.
 791. Fuit fames maxima in Francia. ib.
 793. Hui subie[cti sunt] K.ⁿ.
 814. Karolus¹ Magnus obiit.
 35 822. Toringa^{o, s} cespis longitudine pedum 50, latitudine 40, altitudine 6 sine manibus precisus spatio
 ab eo loco 25 pedum sublatus invenitur.
 826. Adventus^{p, r} sanctorum Sebastiani et Gregorii papae de Roma.
 827. Adventus^p sanctorum Petri et Marcellini in monasterio Sancti Medardi.
 841. Fit¹ bellum Fonta[ne]ticum. ib.
 40 844. Gregorius^q decessit; Sergius successit; Leo successit; quo anno Sara-
 ceni basilicam sancti Petri et Pauli vastaverunt. ib.
 845. Nortmanni Parisius primitus veniunt, necnon Hugo et Ricbod[us] eodem anno⁸ ib.
 interimituntur⁸.
 865. †
 45 866.
 869.
 870.
 877. Obiit Karolus tertius [Calvus¹], Hludowici imperat[oris] filius. ib.
 887. Karolus¹ imperator tertius moritur¹ ib.

50 a) eadem manu s. XI. qua a. 412. b) tertia manu s. XI. c) quarta manu s. XI/XII. d) manu s. X/XI. e) manu s. X.
 f) 8 c. g) manu s. XI. h) ita c. i) haec prius quam cetera scripta videntur. k) superscripta ea manu quae
 reliquis horum annorum notas exaravit. l) ita c.; superavit r e Ann. S. G. m) abscessa; eruu legi videtur; et Ale-
 manni 2. n) Karoli 2. o) alia manu. Haec etiam in Ann. S. G. alia manu addita dicuntur. p) manu s. XI.
 q) quae sequuntur alia manu addita sunt. r) quae his annis scripta erant legi nequeunt; nota a. 865. in Ann. S. G. ad
 55 monasterium S. Dionysii pertinet. s) manu s. XII. add. Idem in Ann. S. G. alia manu add. t) Odo rex a Francis
 elevatur 2. Kal. Mart. Ann. S. G., ubi haec alia manu scripta sunt.

1) Constantiensis; v. Ann. Murb. (Lauresh. Alam.), Ann. S. Germ. leguntur. 2) Cf. Ann. Laub., SS. I, p. 7 sqq. aliis verbis traduntur. 3) Ex Ann. Einh. sumta
 4) Annales S. Germani eodem modo ordinem tur- sunt. 5) Haec etiam ex Ann. Einh. hausta sunt.
 60 bant. 6) Neque agnomen neque dies mortis in 7) A. 844, abbates Sithiensis et Centulensis.

CONTINUATIO.

919. 11.^a Kal. Aug. tempore vespertino facta est tempestas tam valida, que non solum fruges ad nihilum redegit et arbores radicitus evulsit, sed et animalia et homines in locis quibusdam interfecit; cuius lapides tantae ferebantur magnitudinis esse, ut aliquanta ova anserum sua magnitudine superarent^a. 5
937. 17.^a Kal. Iul. Rotbertus rex mor[itur].
954. 15.^a Kal. Octob. obiit Ludovicus rex.
958. 15.^a Kal. Iul. obiit Hugo dux Francorum.
965. Hoc anno 5. Kal. Aug. consecratio altaris in honore sancti Petri. Vespertino tempore cecidit tempestas secus coenobium domni Dionysii mire magnitudinis, sed non longe a castello, et tunc secute sunt fulgure, iam fratribus¹ aliquantis quiescentibus, que interfecerunt duos fratres. Quorum unus erat iuvenis subdiaconus^a, qui cecidit ante altare sancti Petri, et statim expiravit; alter vero senex atque presbiter, qui cecidit dum psalmos decantaret, prostratus ante altare sanctae Trinitatis: subito extinctus est, non sine grandi merore atque fletu ceterorum. 15
- Tempore¹ quo ab Aquitania Hugo dux Ludov[icium re]duxit, Lotharii regis filium.
978. Ottho, filius Otthonis, rex Saxonum ante² (?) muros (?) Parisiorum venit^b.
986. Obiit Hlotharius, filius Ludovici, qui regnavit annis 32.
- Anno 987. obiit Ludovicus, filius Hlotharii, et ipso anno 5. Non. Iul. Ugo rex factus est, et in supradicto anno 3. Kal. Januar. Rodbertus, filius Hugonis, Deo iuvante rex ordinatus est. 20
- magensi puella quedam menses 5 viva dormivit.
- Obiit Hugo gloriosissimus Francorum rex. Rotberti¹ filius regis^a, qui etiam nunc puer² mirificis bellorum insignibus, pietatis¹ et mansuetudinis gemmis³ laureatus, effulsit¹.
997. 8. K. Novembr. obiit Hugo rex³. 25

EX CONTINUATIONE ALTERA.

1024. Anno^a ab incarnatione Domini 1024. obiit in pace Henricus imperator augustus.
1051. Leo^a papa in Galliam venit.
1055. Dompnus^a Leo papa obiit.
1087. Sanctus Nicolaus episcopus a Myrea Lycie transfertur in Varim^a Apulie. 30
1099. Urbanus^a papa obiit. Id. Iulii Ierusalem a christianis captatur. Eodem anno Urbanus papa obiit.
1118. Paschalis papa obiit, et Gelasius succedit.
- Iohannes papa, qui et Gelasius, obiit, et Calixtus depredari (?)^a Galliam venit.
1130. Honorius obiit; Gregorius, qui et Innocentius, Petrucius quoque, succedit. 35
1146. Imperator quoque Alemannie ipso anno exhortatione¹ abbatis Clavallensis Bernardi cum suo nichilominus exercitu eandem peregrinationem suscepit.
1153. Obiit Eugenius papa.
1154. Obiit Anastasius papa. Adrianus succedit.
1159. Obiit Adrianus papa. 40
1163. Alexander et Victor successerunt. Hoc anno fuit fames magna.
1167. Hoc anno Willermus medicus attulit libros Grecos a Constantinopolim.
- 1168 (?).^a Hoc anno allata sunt tria corpora virginum de Colonia in ecclesiam beati Dionysii a magistro Rainaldo.
1179. Hoc anno celebratum est concilium Rome ab Alexandro papa, ubi fuerunt 300^a 45 episcopi 12 minus; abbatum Deus numerum novit.
1182. Hoc anno orta gerra inter regem Francorum et comitem Flandrensem.

a) manu s. X. b) desinit in Ann. S. Germ. ea manus, quas hucusque maiorem partem scripsit. c) haec cetera aetate antecedunt. d) manu s. XI. e) post add. ead. m.; desit Ann. S. G. f) alta manu e. g) legi videtur. h) litterae non legi videntur; O. f. O. Parisius venit Ann. S. G. i) ita e.; sed Rotbertus legendum esse videtur, cum et tunc temporis nondum filius natus esset. k) registade e.; quod sensu caret. Neque regis adest legere velim. l) ita Berg.; Man de his verbis dubitavit. m) in ras. c. n) haec supra post a. 986. scripta sunt; eadem brevius a. 1024. relata, sed magnam partem abscissa. o) manu s. XII. p) Narim 1?; Valim 2. q) dpari c. r) et hort. c.? e) vel 1167.

1) Etiam haec in Ann. S. Germ. leguntur. 2) Robertus annos e. 25—27 habuisse videtur; v. Kalkstein p. 469. 3) Hucusque Ann. S. Germani cum his conveniunt. 55

1186. . . . et pax facta est inter regem et comitem Flandrensem.
 1214. Hoc anno fuit bellum in Flandria, ubi [capti*] fuerunt comes Bolonie et Ferrandus et multi alii.
 1215. Hoc anno celebravit Innocencius papa generale concilium.
 5 1216. Hoc anno obiit Innocencius papa.
 1223. Suspensus est in Flandria quidam qui se dicebat comitem Flandrie Baldwinum et imperatorem Constantinopolitanum, qui multos seduxerat, ut sibi consentirent.
 1246. Hoc anno dixit rex, quod Iohannes haberet comitatum Henoie post mortem matris et Guillelmus comitatum Flandrie.
 10 1285. Hoc anno obiit Martinus papa.

EX CONTINUATIONE TERTIA.

1233. Hoc anno obiit Ferrandus comes Flandrie.
 1244. Eo anno . . . devenit Lugdunum Innocencius papa quartus.
 1263. Hoc anno translati sunt die sancti Gregorii reges Odo, Hugo Capez, Robertus,
 15 Constantia eius uxor, Henricus, Ludovicus Grossus, Phylippus, filius Ludovici Grossi, Constantia regina, que venit de Hyspania.
 1264. Translati sunt reges in dextro choro, scilicet Ludo[vicus] rex, filius Dagoberti, Karolus Martallus rex, Berta regina, uxor Pipini, Pipinus rex, Hyrmitrudis regina, uxor Karoli Calvi, Kallomagnus rex, filius Pipini, Kallomagnus rex, filius Lu[dovici] Balbi, Ludo[vicus]
 20 rex, filius Lu[dovici] Balbi.
 1284. Hoc anno venit quidam in Alemanniam, qui dicebat se Fredericum esse, et multos deceptionibus suis ac magicis artibus, de quibus peritus erat, decepit, ita ut multum comitatum, ut dicebatur, haberet, et multi crederent, illum esse eundem Fredericum qui quondam imperator fuerat. Tandem cognita malicia sua, tamquam maleficum et obsecran-
 25 dis artibus operatorem in eisdem partibus concrematus est.
 1285. Hoc anno in fine Martii obiit Martinus papa; cui successit Honorius.
 1292. Isto anno motum fuit bellum inter regem Francie et comitem de Henaut.

a) deest c.; captus est a Philippo rege Ferrandus comes Flandrie et comes Bolonie et m. n. 2. b) quae in folio post adiectis 57 aq. legitur.

30 1) Uxor Ludovici VII, quae obiit a. 1160.

NOTAE

S. SALVATORIS SCAFHUSENSIS.

Leguntur in folio codici archivi publici Scafhusensis, in quo monasterii S. Salvatoris possessiones describuntur, post assuto, editae 'Arch. f. Schweiz. Gesch.' VII, p. 250, et cura V. Cl. Baumann, 'Quellen zur Schweiz. Gesch.' III, p. 139. Hic eas a Bernoldo celeberrimo rerum scriptore exaratas putat, quod probare nequeo, cum menda non pauca librarium minus diligentem arguere videantur, et ipse Bernoldus in chronico suo nihil de monasterio fundato et dedicato adnotaverit, sed alia manu in codice autographo, monasterio isti donato, de ea re post relatam sit (SS. V, p. 388). G. W.

Anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi millesimo 64, indictione 2, regnante rege* Heinrico III, admodum adhuc puero, anno autem regni eius 8, 3. Nonas Novembris dedicatum est templum Domini in hoc loco qui Scefhusa dicitur a Rumolfo, venerabili viro,

a) superscr. c.

Constantiensis ecclesiae presule, in honore sancti Salvatoris, id est in nomine sanctae et individuae Trinitatis et sanctissimae crucis et in honore sanctae et perpetuae atque intemeratae virginis Mariae, genitricis eiusdem domini nostri Ihesu Christi, et sancti Michaelis archangeli omniumque supernorum civium et illorum sanctorum, quorum reliquiae hic continentur et quorum nomina hic in sequentibus notata inveniuntur, et omnium insuper sanctorum, sub secundo istius monasterii abbate Liutolfo, venerando viro, presentibus aliis abbatibus, Herinamo scilicet de Cella sancti Meginradi, Immone de Fáváris, Hérrico de Altorf, Arnolfo de Petrishusa, Gerungo de Rhenaugia, Warinhario de Cella sancti Blasii. Quod templum quidem vi^a bonae memoriae^b Eberhardus^c, occidentalium Sueviae partium civis et Turegiae provinciae comes illustris^d, cogitans de animae immortalitate et de premio retributionis aeternae, consilio et auxilio piissimae suae coniugis, vocabulo Ita, et prefiguratione atque adiutorio cuiusdam Liutaldi, sui fidelissimi ac venerandi presbiteri, artis architectoriae satis conscii, construxit et ordine decenti iuxta vires proprias, prout potuit^e, pene^f patravit atque de predio, quod a regibus digno servitio et a liberis Alamannis iusto commercio adquisivit, traditione legitima secundum legem nobilium Alamannorum dotavit, honoravit et banno episcopali, sicut lex habet divina, confirmari rogavit et sub mundiburdio sancti Petri apostoli, agente et precipiente sanctae Romanae ecclesiae summo pontifice^g Alexandro, facto in scriptis privilegio^h, libertati concessit, nullum omnino inde heredibus suis dispendium vel detrimentum faciens, sed paternam suam hereditatem integram et inconvulsam eisⁱ derelinquens. Omnibus^j igitur monasticis officiis et stipendiis dedicationis et traditionis huius monasterii ita sicut predixi solemner iuxta propriam suam^k possibilitatem adimpletis, ac vestibus sacerdotalibus et diversorum officiorum libris cum luminum instrumentis cunctisque utensilibus oratorii ad hoc pertinentibus satis idonee et apte dispositis, capellas quoque in modum crucis per gyrum constructas, secundum suum modulum etiam legali institutione dedicatas, dote legitima confirmavit; collectisque servis Dei cum suo abbate statuit, hic Deo servire cum fide et caritate omni tempore. His itaque rite et ordinate iuxta suum posse patris, ipse sequens sanctorum vestigia patrum, derelictis omnibus seculi pompis, se ipsum etiam dereliquit, et monachus in isto loco factus, ipsaque eius prefata atque dignae semper^l memoriae pia coniunx Ita sacro velamine vilibusque viduitatis vestibus induta, ambo postmodum in Dei servitio sobrie^m et casteⁿ viventes, iustam et Deo amabilem vitam ducebant.

Istae namque reliquiae continentur in altare summo sancti Salvatoris: de ligno sanctae crucis, de vestibus^o, quibus indutus erat Dominus, quando crucifixus est, de sepulchro Domini, de loco ascensionis Domini, de mappa, de veste sanctae Mariae; reliquiae sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, filii Zebedei, et Iacobi, fratris Domini, Bartholomei, Philippi, Tomae^p et Marci euangelistae; de veste sancti Iohannis baptiste; reliquiae sanctorum Innocentium, sancti Stephani protomartiris, sancti Vincentii martiris, Romanici^q martiris, Theodori martiris, Vitalis martiris, Zenonis martiris, Chrisogoni martiris, Blasii martiris et episcopi, Bonifacii episcopi et martiris, Eustachii martiris, Amati martiris, Iustini et Iusti martirum, Viriani^r martiris, Orferi martiris, Exsuperancii martiris, Faustini martiris, Crescentini martiris, Prisciniani^s martiris, et sanctorum confessorum: Silvestri pape, Aurelii episcopi, Benedicti abbas, Martini episcopi, Galli confessoris, Odalrici episcopi;

in dextro altare: de vestibus sancti Iohannis baptiste; Zachariae prophete, Iusti Symeonis;

in sinistro altari: de vestimentis sanctae Mariae; sanctae Walpurgae virginis, sanctae Mariae Magdalene et sanctorum Innocentium, Basillae virginis, de corpore sanctae Paulae virginis, de sociis 11 milia^t virginum, Agnetis virginis, Agatae^u virginis et martiris, Eutropiae martiris, Glodesindae^v martiris, de costa sanctae Scolasticae virginis, sanctarum Verenaee virginis, Odiliae virginis, de corpore sanctae Lucillae virginis et martiris, de osse sanctae Luciae virginis, Iulianae virginis, Afrae martiris, Barbarae martiris, Felicitatis virginis, Gertrudae virginis;

in altari sanctae Crucis: de cruce Domini; Stephani protomartiris, sanctorum Innocentium, Pancratii^w martiris, de sandaliis^x sancti Sixti episcopi, Leudegarii episcopi et martiris, Trophimi episcopi et martiris, Policarpi, de corporibus Lazari et Marthae, Pancratii martiris, de corporibus sancti Ciriaci martiris, Zoili martiris, de corporibus sancti Andreae apostoli, sancti Secundini martiris, Corneli pape et martiris, de corpore sancti Stephani pape et martiris, de corpore sancti Bonifatii martiris, de corpore sancti Leonis pape, de corporibus quadraginta martirum, sancti Abdon et Sennes martirum, Mauricii martiris, Exuperii martiris, Merammi episcopi et martiris, Blasii martiris, Corneli pape et martiris, Pancratii martiris, Ursi^y martiris, 40 martirum, Zoili martiris, Abdon et Sennes martirum, de ciicio sancti Lamperti martiris,

a) superiorum Arch. b) bis B. c) superser. c. d) patuit corr. potuit c. e) ita edd.; perpetravit? f) pontifici edd. g) Omnibus — propriam post suppl. c. h) e corr. c. i) Thomae B. k) Romarico? l) Viviani? m) Grisc. c. n) ita c. o) Agathe B. p) Glotes. Arch. q) Pancratii B. r) scand. Arch.

1) De Nellenburg; cf. Ann. Scafh. SS. V, p. 388. 2) Quod perditum esse. Baumaun monet.

Secundini martiris, sancti^a Stephani pape et martiris, Ciriaci martiris, Bonifacii episcopi et martiris, de brachio sancti Fortunati martiris.

Treverorum archiepiscopus¹ dedicavit hoc altare in honore sancti Michaelis archangeli et omnium supernorum^b civium.

Reliquiae autem habentur sancti Thaei apostoli, de baculo sancti Petri apostoli, Constantii martiris, Laurentii martiris, Nonnosii confessoris.

a) deest B. b) superiorum Arch.

1) De Udone ex domo comitum de Nellenburg (a. 1066—1078) cogitavit Baumann; sed de tempore non constat, cum haec post addita esse videantur.

10 NOTAE S. GEREONIS COLONIENSIS.

Exscripsit has Wattenbach socius noster ex codice Stuttgartiensi fol. nr. 21. saec. XI, qui euangelia eleganter scripta continet, fol. 1. manu coaeva ecaratas, et primus edidit 'N. Arch.' VI, p. 447. Antea, ut ille Iafféo duce annovit, M. Mörckens in libro cui titulus: Conatus chronologicus (Colon. 1745. 4^o)
15 *ius usus est.* G. W.

Anno dominicae incarnationis millesimo sexagesimo 7, indictione 5, 11. Kal. Novemb. dedicata est inferior capella ab Annone Coloniensis civitatis archiepiscopo in honore domini nostri Iesu Christi et vivificae crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis et sancti Clementis martiris, Innocentium, Maurorum et sanctorum confessorum Severi, Nicolai et
20 sanctae Mariae Magdalena.

Anno incarnationis dominicae 1068, indictione 6, 11. Kal. Novemb. dedicata est cripta ab Annone archiepiscopo in honore domini nostri Iesu Christi et vivificae crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis et sanctorum martirum Georgii, Pancratii, sanctorum Maurorum.

Anno incarnationis dominicae 1069, indictione 7, 4. Kal. Septembris dedicatum est hoc
25 templum ab Annone archiepiscopo, Aezelino¹ sibi auxiliante, in honore domini nostri Iesu Christi et vivificae crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis et sancti Iohannis baptistae et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Iohannis apostoli et euangelistae et sancti Stephani protomartiris et sancti Gereonis, Victoris, Cassii, Florentii et sociorum eorum, Ciriaci et sociorum eius, Dionisii, Rustici, Eleutherii, Laurentii, Christophori, Symphoriani, Her-
30 metis et sanctorum Maurorum, et sanctorum confessorum Martini, Severini, Spei, Fortunati, Galli, et sanctorum virginum Scolasticae, Anastasiae, Eulaliae, Agathae, Wallburgis, Sabinae. In novo altari continentur de ligno sanctae crucis, de sudario Domini, de sepulchro Domini, de incenso quod sanctificatum est in sepulchro Domini, de veste et sepulchro sanctae Mariae, de veste et capillis sancti Iohannis baptistae, de capillis Stephani protomartiris, de lapide cum quo idem lapidatus
35 est, de lapide super quem decollatus est sanctus Gereon. In eo etiam continentur reliquiae Elisei prophetae et reliquiae sanctorum supra nominatorum.

Eodem die dedicata est superior capella ab Aezelino episcopo in honore domini nostri Iesu Christi et vivificae crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Blasii, Crispini, Crispiniani, Victoris, Maurorum et sancti Galli con-
40 fessoris, Severini, et sanctae Verenaе, Sabinae virginum.

1) Episcopo Skarensi, cuius meminit Adam Brem. IV, 23.

CHRONICON BREVE ALAMANNICUM.

Chronici, quod supra p. 260. editum est, extrema pars, non ultra primos Karoli Magni annos producta, exstat etiam in codicibus 1) Vaticano nr. 549, saec. XII; 2) Carlsruhano saec. XII. inc. et 2) Vindobonensi nr. 3334 (Schwandtn. I, 611), chart. saec. XV, in quibus Gesta Francorum excipit. Quare has notas iterum proponere iuvat.*

Pipinus senior annis 27. Huius 20.* anno Gotafrid^b dux mortuus est.

Karlus annis 27. Huius anno 17. obiit Beda presbiter Anglorum.

Pipinus et Karlomannus annis 10 simul.

Pipinus qui supra rex annis 17. Huius anno 2. Bonifacius^c martir effectus est^d, et 10 14.* hybernus^f grandis et durus.

Karlus et Karlomannus simul^g.

a) vicesimo 2*. 22. supra l. l. b) Gotefrid 2; Gotefridus 2*. c) Bonifacius 2. 2*. d) om. 1. e) 16 2; 13 supra e corr. cod. 1. f) hibernus 2. g) similiter 2.

SERIES REGUM FRANCORUM.

15

In codice Bernensi nr. 83 (olim S. Remigii Remensis), ex quo supra p. 382. catalogus abbatum S. Vedasti editus est, ex eius latere haec exstat series regum Francorum, a b. m. Pertz descripta.

Nomina regum Francorum.

*Hlotharius regnavit annos 44.	20
Dagobertus annos 17.	
Regii Sigebertus annos 23.	
hucusque. Hildebertus adoptivus annum 1.	
Grimoaldus [nothus*] annos 7.	
Hildericus annos 14.	25
Regius Theodricus annos 17.	
Pippinus [nothus*], filius Ansigisi, maior domus.	
Regius Hlodoveus annos 4; obiit in 5.	
Hildebertus annos 17.	
Regius Dagobertus annos 4; obiit in 5.	30
Karlus [nothus*] maior domus, filius Pippini.	
Hilpericus annos 5.	
Regius Theodricus annos 17.	
Carlomannus et Pippinus [filii* Karli nothi deinceps] ann. 7.	
Hildericus annos 9.	35
Pippinus annos 27 et dim.	
Carlus annos 47.	
Hludowicus annos [40*].	

a) superscr. alio atramento c. b) post add. eodem atramento quo unctio inclusa scripta et in catalogo abbatum S. Vedasti Folcho a. 4 addita sunt.

40

CHRONICON BREVE ISIDORO SUBIECTUM.

Isidori chronico in cod. Parisiensi nr. 4883 A. saec. XI.¹ in 4^o, qui etiam librum Fredegarii nomine vulgo inscriptum cum continuationibus continet, f. 6 et 7. subiecta est brevis continuatio usque ad a. 877. deducta, ex qua paucae lineae olim a b. m. G. H. Pertz exscriptas supra p. 261 n. edidi; alias v. 'Arch.' VII, p. 272. Nunc, codice benevole huc transmissio, V. Cl. Krusch integram descripsit necnon supputationem chronologicam eodem anno confectam. Auctor initio Bedae chronicon secutus est, post regum seriem eam recepit, quam in chronico brevi Alamannico (supra p. 260. et 724) notis historicis auctam habemus, tunc ut ex hoc apographo patet a. 809. 810. finitam, et ad 'Abbreuiationem chronicae' in quam plurimis codicibus seruatam et saepius continuatam (SS. II, p. 256; 'Arch.' VII, p. 272. 447. 867; XI, p. 286 sqq.) prope accedentem.

15 Constantinus, filius Heraclii, mensibus duobus^a. Paulus, successor Phiri, non tantum vesani doctrina, sicut Beda decessores eius, sed aperta persecutione catholicos cruciat, in tantum ut etiam spochrisianos Romanae ecclesiae, qui ad eius correctionem missi fuerant, partim carceribus, partim exiliis, partim etiam verberibus affecerit. [5842.]

Constantinus, frater Constantini, ann. 28. Martinus papa, congregata synodo 105 episcoporum, dampnavit sub anathemate Sergium et Pyrsiam et Paulum hereticos. Constantinus post plurimas^b et inauditas depredationes per provincias factas occisus in balneo perit^c.

Iustinianus ann. 2.^e Hic constituit pacem cum Sarracenis decennio terra marique. Sed et provincia Africae Romanis reddita est. Sergius Romanus pontifex clarus habetur. Iustinianus ob culpam perfidiae regni gloriae privatus, exsul in Pontum recessit.

Pipinus annis viginti septem.

25 Karolus ann. 27^a.

Pipinus et Karolomannus ann. 27^e.

Solus Pipinus ann. 17^e.

Karolus et Karolomannus ann. 4. Cuius regni anno 42, imperii vero 9, complentur anni ab Adam 4761. Inde

usque ad Hludovicum imperatorem ann. 5.

30 A Hludovico imperatore ad Karolum regem anni 27³. Cuius regni annus nunc agitur 37, completis a mundi initio annis 4829. Quorum numerositas extat iuxta Grecam supputationem 6077¹.

Sunt igitur ab initio mundi usque in annum presentem secundum Hebraicam veritatem 4829, secundum Gregorum vero supputationem sive iuxta LXX interpretes 6077, 35 qui est annus ab incarnatione Domini octingentesimus septuagesimus septimus, indictione 10, regnante gloriosissimo rege Karolo anno 37, imperii vero secundo.

ITEM ALIO-MODO.

Prima aetas usque ad cataclismum anno vitae Noe 600. iuxta Hebraicam veritatem continet annos 1656 per 10 generationes, id est Adae, Seth, Enos, Cainan, Malalehel, Iareth, Enoch, Mathusalae, Lamech, Noe. Porro secundum LXX sunt anni 2242.

40 Secunda aetas tenet annos 292 per 10 generationes, id est Sem, Arfaxat, Sale, Heber, Falech, Reu, Sarnch, Nachor, Thare, Abraham. Iuxta LXX 272, vel iuxta quosdam 1072 seu 942 per 11^e generationes.

Tertia aetas continet annos 942 per 14 generationes, id est Abraham, Isaac, Iacob, Iudae, Phares, 45 Esrom, Aram, Aminadab, Naason, Salmon, Booz, Obeth, Iesse, David. LXX in hac aetate non discordant ab Hebraica veritate.

Quarta aetas continet ann. 474 per generationes 14, id est David, Salomon, Roboam, Alnam, Assa, Iosaphat, Ioram, Aazias, Iosias, Iosaphat, Achaz^b, Manasse, Amon, Iosias. Secundum LXX 12 amplius.

a) 6 Beda. b) plurimos corr. eadem mens plurimas c. c) 10 Beda. d) lines vacat. e) 2 lines vacant. f) 4 lines 50 vacant. g) e corr. c. h) corr. Athaz c.

1) P. 261 n. perperam saec. IX. dicitur. 2) Alter annis 27. Huius anno 3. Bernhartus rex Italiae occiditur. 3) Similiter cod. Paris. dicitur ('Arch.' VII, p. 272). nr. 4860, ubi additur: Hludovicus rex imperator

Quinta aetas tenet ann. 589, similiter secundum LXX per generationes 14, id est Iechonis, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Azor, Sadoch, Achin, Eliud, Eleazar, Matthan, Ioseph, qui fuit balulus genitricis domini nostri Iesu Christi.

Sexta aetas incipiens a Christi natiuitate notior est nobis, notata ciclis decennouenisibus, ita ut, 28 ciclis dimissis, qui circulus magnus annus appellatur, id est quingentorum triginta duorum annorum, et item notatur per decennouenales ciclos, ita ut decem et octo de secundo magno anno iam transierimus ciclos et quartam cicli sequentis, quando notabamus, celebrare annum, id est eo unno, qui est a Domini natiuitate 877. et a passione 845. Cuius anni indiclio est 10, epactae lunares 3, solares 1, ciclus lunae 1, terminus paschalis 4. Nonas Apr., pascha 7. Idus Apr., luna 19.

ITEM.

Ab Adam usque ad Christum secundum Hebraicam veritatem sunt anni 3956. Quibus si addamus annos a natiuitate Christi 877, sunt anni 4829, iuxta LXX 4034. Additi vero anni Domini sunt 5407, vel secundum quosdam 5323 seu 5204.

ITEM.

Eusebius dicit: Ab Adam usque ad diluuium 2242; a diluuiio ad Abraham 942; ab Abraham usque ad natiuitatem Christi 2015.

Orosius vero: Ab Adam usque ad Ninum, quando natus est Abraham, 3184; a Nino usque ad Christum 2015; ab Adam usque ad Christum 5199.

HISTORIAE FRANCORUM STEINVELDENSES.

20

Codex olim monasterii Steinveldensis, nunc Musei Britannici nr. 21109, membr. s. XII, praeter Vitas Dagoberti, Karoli Magni et Ludouici Pii, Annales Einhardi, Widukindum (cf. Arch. VII, p. 364 sqq.) diuersis locis etiam breuiores rerum Francicarum historias continet, saeculo XII, ut videtur, vel scriptas vel collectas, quas ante multos annos, dum codex adhuc in Germania erat, descripsi, hucusque vero, nescio cur, ineditas inter schedas nostras inueni. Quare nunc eas luci dare fas duxi.

I. f. 199. Regum Francorum historia ad Pippini usque tempora ex Sigeberto conflata, addita narratione ex populi ore procul dubio hausta de origine nominis Karl filio eius dati. Sequuntur notae variae de regibus et maioribus domus, ordine temporum non seruato, eisque inserta alia de morte Tilpini archiepiscopi Remensis a. 794. Inter has partes legitur: Hoc apud Altumvilare (Hautvillers, dioec. Remensis) legit domnus abbas Wibaldus; quae quauis ad priorem partem pertinere videantur, omnia tamen ibi esse exscripta, innuere possunt. Wibaldus vero celeberrimus ille abbas Corbeiensis et Stabulensis habendus est, qui a. 1148. concilio Remensi affuit¹.

II. f. 84¹. Pippini et Plectrudis historia maximam partem ex Fredegarii continuatore sumta, sed notis additis quae originem Coloniensem indicare videntur.

III. f. 85. Fragmenta varia: locus ex Hincmari Annalibus descriptus; Genealogia regum Francorum ante a. 1131. scripta, iis igitur antiquior quas supra p. 249 sqq. edidimus; Fragmentum historiae Normannorum, qua etiam Hugo Floriacensis usus est; Notae breues a. 768. 855; Descriptio Galliae ex Hugonis Historia ecclesiastica sumta; Notae de S. Benedicti morte et corpore Floriacum translato. Haec in Gallia collecta esse, verisimile est.

Hoc vel simili codice Iordanus Osnabrugensis esse usus videtur. G. W.

¹) Janssen, 'Wibald' p. 96. 224.

I.

- Anno 420, domini Iesu Franci primum regem sibi statuerunt Pharamundum, qui regnavit annos 11. Pharamundus f. 199
 genuit Clodium, qui post eum regnavit annis 20. Clodius genuit Merovecum, qui post eum regnavit annis 10. Merovecus f. 419
 genuit Hildericum, qui post eum regnavit annis 31*. Hildericus genuit Lódoovicum, quem beatus Romigius cum tota gente f. 448
 Francorum baptizavit, et regnavit post eum annis 30. Ludovicus genuit Lotharium et fratres eius Theodericum, Clodomirum, a. 484.
 5 Chilpericum. Et Lotharius, cum fratribus regno comparito, regnavit annis 51^b. Iste filium suum Chramnum ceptum fecit
 igni cum uxore et filis consumi, quia et rebellabat, et in regno eius multa mala faciebat. Hic Lotharius genuit Chilpericum, a. 484.
 Charibertum, Guntramnum, Sigibertum. Et Chilpericus, cum fratribus regno comparito, regnavit annis 22. Chilpericus genuit a. 563
 Lotharium, qui post eum regnavit annis 45. Sub isto ceperunt esse maiores domus in disponenda re publica. Et a. 566.
 10 primus fuit Pippinus, filius Karolomani, qui ex Ita genuit Grimoaldum, Beggam, Gertrudem. Lotharius genuit Dago-
 bertum, qui post eum regnavit annis 14. Dagobertus genuit Clodoveum et Sigibertum. Et Clodoveus post eum regnavit
 annis 17, Sigiberto, fratre eius, regnante in Austria. Sub Sigiberto Pippinus maior domus obiit, et Grimoaldus, filius eius, a. 611.
 in aula Sigiberti potenter principatus; cuius soror Begga nupserat Ansigio, filio sancti Arnulfi. Clodoveus autem tres a. 645.
 habebat filios, Lotharium, Theodericum, Hildricum. Mortuo autem Sigiberto, Grimoaldus filium domini sui, quem in a. 658.
 15 fide susceperat, totumque et in Scythiam misit, nomine Dagobertum, et filium suum Hildebertum regem fecit Austrasiorum, a. 637.
 Ob hanc infidelitatem Franci eum ceperunt et Clodoveo Parisius optulerunt, et omnium iudicio in carcere consumptus
 est amara morte. Et Clodoveus Hildricum iuniorum filium suum regem fecit Austrasiorum. Iste in episcopum
 promovit sanctum Lambertum, rex, non invasor; quidam bene non intelligunt. Mortuo Clodoveo, a. 662.
 Lotharius filius successit et quatuor annis regnavit. Sub isto maior domus fuit Ebroinus. Abhinc Francorum regibus
 20 a solita fortitudine degenerantibus soloque nomine regnantibus, potentia regni disponebatur per maiores domus. Mortuo a. 666.
 Lothario, frater eius ab Ebroino maiore domus in regnum sublimatur. Franci autem propter insolentiam Ebroini Theo- a. 667.
 dericum repudiaverunt et fratrem eius Hildricum, qui in Austria regnabat, sibi regem constituerunt. Theodericum
 et Ebroinum attonos in cenobia detulerunt. Hildricus maior domus erat Vulfoaldus. Verum Hildricus levitate morum a. 676.
 suorum odia Francorum in se accendit et Bodilonem Francum ad stipitem ligatum cedi precepit. Bodilo autem Hildri- a. 679.
 25 cum ceptum in venatione cum Bithilde uxore sua pregnantem interfecit. Franci autem Theodericum, a cenobio
 Parisiensium revocatum, regno restituit et sub eo maiorem domus Leodesium constituerunt. Verum Ebroinus, a. 676.
 vir nimie calliditatis et perfidiae, a cenobio Lusitanense egressus est, et resumptus viribus in regem Theoderi-
 cum irruit, Leodesium interfecit, multa in tyrannidem exercens. Tandem in gratiam suam Theodericus eum a. 685.
 30 accepit et consilio eius multos episcopos ab episcopatu privavit, aliquos etiam inrevochabili exilio relegavit. In Austria
 autem mortuo Wilfoaldo, qui fuerat maior domus sub Hildrico, Pippinus, filius Ansigii^d ex Begga, principatum accepit a. 688.
 domus Neustriae adversatur Pippino in Austria principanti et Francos insolenter opprimit; quem Ermenfridus a. 689.
 interfecit et ad Pippinam in Austria confugit. Theodericus autem rex pro Ebroino maiorem domus constituit Wara-
 thonem, post Warathonem filium eius constituit Giselmaram, post Giselmaram Bertharium, Warathonis generum. Franci a. 690.
 35 autem, Berthario averti, affectant per obides amicitiam Pippini eumque instigant contra principatum Bertharii. Theode- a. 690.
 ricus vero rex cum Berthario congressus est Pippino, et victus et captus est ab eo, et in Pippino Neustriam sibi sub- a. 691.
 iugavit, et sub Theoderico solus toti regno principando, statum rerum melioravit. Sed cum omni parte nichil sit a. 698.
 ortum, Plictrudi legitime uxori superduxit Alpaidem, Dodonis sororem, de qua Martellus Karolus fuit. Theodericus a. 693.
 rex Francorum obiit, et Clodoveum et Hildebertum filios habuit. Clodoveus post eum regnavit annis 4, et post eum a. 697.
 40 regnavit frater eius Hildebertus annis 16. Drogo, filius Pippini, dux Campanensium obiit. Grimoaldus autem, frater a. 698.
 eius, a patre Pippino in aula regis Hildeberti maior domus constitutus est, quem ante aliarum bestiarum Lambertum orantem a. 713.
 interfecit Raingarus, satelles Rathodi ducis Fresionum, et Theodoaldus; filius Drogonis, ab avo suo Pippino maior
 domus constitutus est. Mortuis igitur Drogone et Grimoaldo, filiis Pippini, apud regem Hildebertum optinavit
 Pippinus, ut principatus sui heres esset Karus, filius suus ex Alpaide pelce, et eodem anno obiit. Mortuo a. 715.
 45 Hildeberto rege Francorum, Clodoveus, filius eius, regnavit annis 4. Clodoveo mortuo, et successoribus eius Dagoberto a. 715.
 et Lothario mortuis, et infra 6 annos gravibus bellis perpetratis de contentione principatus, Karus a. 719.
 Martellus, vir bellicosus, Chilpericum sibi regem fecit, qui 6 annis regnavit. Mortuo Chilperico, Karus a. 724.
 Theodericum sibi regem fecit, qui regnavit annis 15. Mortuo Theoderico, Karus Hildricum sibi regem fecit in a. 726.
 Neustria et Austria. a. 741.
- 50 Hucusque absque unctione regali regnabant reges in Neustria, id est in Gallia, et in
 Austria, id est Germania, et per maiores domus sub eis omnia. Pippinus ex alia matrona
 genuit Karlum et Campionem. Nam dum causa venationis in Arduenna silva ad quandam
 regiam villam nocte devenisset, post epulas aliquam filiam eius, quae in eadem villa vaccas
 regias pascebat, concubitu appetivit. Quae concipiens puerum peperit. Qui cum Pippino
 55 epulanti natus nuntiaretur¹, interrogavit, utrum masculus an puella esset. Cui cum nuntius
 propter assidentem Plictrudem obscure loquens, nollet masculum dicere, respondit, karl
 natum esse. Plictrudis attentius auscultans et hoc tenuiter aure percipiens, dixit cum irri-
 sione: 'Gualige then carl'², quod potest Latine dici: 'Euge illum baronem vel virum'. Nam
 karl dicitur lingua Francorum significare posse vel virum vel masculum, non proprietate
 60 verbi, sed circumloquutione sensus, sicut solent vulgo appellare baronem eum virum quem
 vel honoribus vel opibus vel viribus amplum laudant. Pippinus non curans quod Plictrudis
 dixerit, dixit: 'Ita nomen habeat'; et inde vocatus est Karus. Qui Pippinus tenuit princi-

a) 26 Sig. b) Ita codd. Sig. A et I. c) resumptus c. d) Ansigii, ex Begga principatum c. e) guali geth en carl c.

61) Cf. similem narrationem ap. Iordanum Osnabrug., De praerog. Rom. imperii c. 4, edit. meao p. 65.
 2) i. e. wclaga, wolago = euge; Graff, 'Sprachschatz' I, p. 835.

patum 27 annis. Karlus episcopus regni Francorum laicis hominibus et comitibus primus dedit, ita ut episcopis nichil potestatis in rebus ecclesiarum permitteret. Hic multos fiscalinos in honoribus exaltavit. Hoc apud Altum - vilare legit dominus abbas Wibaldus.

Clotarius, pater Dagoberti, regnavit annis 44. Dagobertus annis 34. Clodoveus, filius Dagoberti, annis 16. Clotharius, filius Clodovei, annis 4. Theodericus 19. Clodoveus annis 2. Childebertus annis 14, 5 cuius tempore sanctus Lambertus passus est. Dagobertus regnavit annis 5. Daniel, qui et Chilpericus, ex clerico regnavit annis 5. Contra hunc et Regenfredum pugnavit Karlus apud Amblavam et apud Vinciacum. Hic constituit sibi regem Clotharium, qui parvo tempore regnavit, superveniente ei predicto Chilperico. Post quem regnavit Theodericus, filius Dagoberti iunioris, annis 3.

Anno dominice incarnationis 794, indictione 2, anno 47. sui episcopus, 4. Nonas Septembris de- 10 functus est Tilpinus* archiepiscopus Remensis.

Anno ab initio mundi 5590, a conditione Rome 1164. Franci Sicambriam edificaverunt.

Anno 17. regni sui Dagobertus profluvio ventris mortuus.

Anno ab incarnatione Domini 659. mortuus Archinoaldus maior domus, et Franci Ebroinum con- 15 stitunt.

Anno ab incarnatione Domini 670. decedentibus regibus de^b Gallia, Pippinus et Martinus potentis- 20 simi duces dominabantur in Austrasia.

Anno 714. obiit Pippinus, cum obtinisset principatum annis 27.

Anno 717. apud Amblavam pugnatum est.

Anno 740^c. papa Gregorius minor claves sepulchri sancti Petri et vincula eiusdem misit Karolo 20 Martello principi, cum epistola, in qua eum Romanum imperatorem fieri desiderabat.

Anno Domini 741^d. Karolus princeps obiit, anno principatus sui 23. et mensibus 7. Obiit 11. Kal. 25 Novembris. Hec^e ac Sanctum

A transitu sancti Martini usque ad transitum Clodovei regis fuerunt anni 112. Regnavit autem in Francia annis 30.

Anno ab incarnatione Domini 749. misit Pippinus ad Zachariam papam pro ordinatione regni Francorum.

II.

- c. 84. Pippinus, filius Ansigisi, maior domus, regnante Theoderico, nobilem et prudentissimam duxit uxorem nomine
 Fred. cont. Plictrudem, genuitque ex ea filios duos. Nomen senioris Drogo, nomen iunioris Grimoaldus. Mortuo autem Theoderico, 30
 c. 101. et succedente fratre eius¹ Hildeberto, Drogo a patre Pippino diligenter eruditus et educatus, ducatum Campanie
 accepit, Grimoaldus iunior a Hildeberto maior domus et palatii super Francos electus est. Fuitque vir mitissimus et
 c. 102. mansuetudine repletus, largus in elemosinis et in orationibus promptus. Postea Pippinus contra Radbodonem gentilem
 Fresonum ducem dimicans, eum fugavit, et victor existens, cum spoliis et multa preda reversus est. Drogo, filius Pip-
 pini, a valida febre correptus moritur et sepelitur in Metensi urbe in basilica sancti Arnulfi confessoris. Grimoaldus 35
 c. 103. autem ex concubina genuit filium nomine Tiedoaldum. Pippinus, posthabita prefata Plictrude, aliam duxit
 uxorem nomine Adalheidam, ex qua genuit filium nomine Karolum. Plictrudis vero cum infinitis thesauris
 Coloniam secessit, et monasterium ibidem infra muros ipsius urbis, quod dicitur puellarum,
 in honore sanctae Mariae honorifice edificavit, quod prediis et thesauris strenue ampliavit.²
 c. 104. Grimoaldus vero predicti Radbodonis Fresonum ducis filiam duxit uxorem. Preterea Pippinus in Ioppila villa super Mosam 40
 sila egrotare cepit et ad se visitandum filium Grimoaldum invitavit. Qui adveniens, civitatem Leodium, basilicam
 sancti Lamberti martyris intravit, et ibi ante sanctum ipsius corpus se in orationem prostravit. Cumque
 orationem ex devotione et desiderio protendisset, a crudelissimo et impio viro Raingario in ipsa ora-
 tione interfectus est. Tiedoaldus, filius eius parvulus, loco eius maior domus succedit. Inseculo quoque tempore
 idem Pippinus dux moritur, et in Capremonte sepelitur⁴. Reliquit superstitem filium Karolum ex Alpaide. 45
 c. 105. Post obitum eius Plictrudis prefata matrona consilio suo atque regimine cuncta gerebat. Quae etiam sub huiusmodi diebus
 c. 106. Karolum privignum per multos dies Colonie in custodiam habuit; sed postea auxilio Dei liberatus est. Hil-
 pericus post haec et Regenfredus, adunata hostili plebe, Arduennam silvam transeunt, ab alia parte prestolante Radbodone
 duce cum exercitu suo, inde ad Coloniam urbem super Rhenum fluvium pervenerunt, regiones illas pariter devastantes.
 Sed munera multa et thesauros a prefata Plictrude accipientes, Coloniam intactam relinquentes, reversi sunt. 50
 c. 107. Quos Karolus persecutus, usque Parisius properavit et eos in fugam convertit. Deinde Coloniam urbem reversus, ipsam
 civitatem cepit, et prefata Plictrudis reseratos patris sui thesauros sibi restituit. Ipse quoque dominio suo subiecit et
 regem nomine Lotharium constituit. At vero Plictrudis plena operibus bonis et elemosinis Deo ser-
 viens, in castitate et humilitate perfecta, plena dierum in eadem urbe obiit et in monaste-
 rio suo sepeliri voluit. 55

III.

Eo⁵ tempore, postquam defuncti sunt cuncti nepotes Karoli regis, convenerunt ad eum⁵ ex diversis provinciis afferentes ei coronas singulorum regnorum, quae obtinuerunt nepotes

a) Tulpinus corr. Tilpinus c. b) regibus, de Gallia d. c. c) ita correcti; declass. c. d) necxi. c. e) Hic? sc.: sepultus est; nisi haec ad S. Dionysium lecta esse intelligere vis. f) vox crassa; Dionysium legendum esse videtur. 60
 g) hinc alia manus scriptura minori in membrana rasa.

1) Clodovei, qui praetermissus est. 2) De hac Ann. Mettenses a. 714, qui similiter narrationem con-
 fama, cuius primum hic legitur testimonium, cf. Ior-
 danum c. 4, p. 64, et quae ibi annotavi. 3) Cf. 5) Karolum Calvum.

eius. Unde Himarus Remorum archiepiscopus dixit¹: 'Quis pater Karoli regis, dominus Ludovicus pius imperator à Stephano papa ante sancte Dei genetricis et semper virginis Mariae altare Remis in imperatorem est coronatus, et demum factione quorundam terreno imperio destitutus, in predictam regni partem unanimiter episcoporum et fidelis populi ante sepulchrum sancti Dionisii eximii martiris aeclesiae redditus, et in hac domo ante hoc altare protomartyris Stephani, cuius nomen interpretatum resonat coronatus, per Domini sacerdotes ac clamore fidelis populi, sicut vidimus qui affuimus, corona regni est imperio restitutus; et quia, ut in historiis asserimus legimus, reges, quando regna obtinuerunt singulorum regnorum, sibi diademata imposuerunt, non incongruum videtur istis venerabilibus episcopis, si vestrae unanimitati placet, ut in obtentu regni, unde vos ad illum sponte convenistis et vos ei commendastis, sacerdotali ministerio ante altare hoc coronetur et sacra unctione consecratur. Quod si vobis placet, propriis vocibus consonate'. Et in hoc conclamantibus omnibus, dixit idem episcopus: 'Agamus ergo Domino unanimiter gratias, decantantes *Te Deum laudamus*'. Et post haec ab episcopis cum benedictione sacerdotali est idem rex coronatus.

Ludovicus Pius imperator genuit Karolum imperatorem ac Calvum. Karolus Calvus imperator genuit Ludovicum regem, patrem Karoli Simplicis. Karolus autem Simplex genuit Ludovicum. Ludovicus autem genuit Lotharium, de quo natus est Ludovicus, qui fuit huius regalis prosapiae rex ultimus. Ludovico quoque defuncto, Francorum proceres regem super se statuunt Hugonem ducem, qui fuit filius Hugonis Magni ducis. Hugo vero rex genuit domnum ac piissimum regem Rotbertum. Rotbertus denique rex, piissimus rex², genuit tres filios, Hugonem dulcissimum ac amatissimum regem, Henricum regem Rotbertumque Burgundie ducem. Henricus rex genuit Philippum regem et Hugonem Magnum. Philippus rex genuit Ludovicum. Ludovicus rex genuit Philippum³, Ludovicum et Henricum.

Tempore³ Karoli Calvi Dani piraticam exercentes duce Alstagno Frantiam invaserunt. Qui ut portum attigerunt, Flandrensium terram graviter devastaverunt. Tuaruense atque Noviomense territorium ita penitus attriverunt, ut et Sancti Quintini martyris monasterium flammis exurerent et nichil extra portam Noviomensis civitatis illesum et incontaminatum⁴ relinquerent. Set et Sancti Medardi monasterium ab eis concrematum, et aeclesia sanctae Genovefae in prospectu civitatis Parisiaca sita ab ipsis est conflagrata, et omnes ad quas pervenire potuerunt aeclesiae extra munitionem locatae. Nam totam Frantiam militum presidio nudam, cuius robur in bello Fontanido nuper deperierat, tantus metus corripuerat, ut ei nemo posset resistere, nemo posset repellere. Unde rex Karolus cum prefato tiranno fedus pepigit, et hostem, quem ferro nequibat, auro compescuit. Quo federe securus Alstagnus a Francorum terra per Oceanum pelagus Italiam tendens, Lunae portum attigit et ipsam urbem continuo cepit. Qua potitus, per numerosa annorum curricula ibidem deguit, regique familiaris postmodum factus est ex inimico amicus. Verum iste Alstagnus vulgo Gaurmundus verso nomine solet nominari.

Pippinus rex obiit 8. Kal. Octobr. anno incarnationis Domini 768. Regnavit autem post diem unctionis suae 18 annis, paulo amplius.

Anno ab incarnatione Domini 855, imperii vero 33. obiit Lotharius imperator, filius Ludovici Pii, monachus effectus in monasterio Prumiae.

Temporibus Merovei regis, patris Heilderici, avi Clodovei, irruerunt Huni in Gallias, et erat sanctus Sorvatus Tugrensium⁵ civitatis episcopus².

Migravit ad Dominum sanctus pater Benedictus vigilia pascae 12. Kal. April., anno incarnationis Domini 536. Translatum est corpus eius a Cassino Floriacum anno Domini 674, anno videlicet 138. transitus eius.

a) sic. b) ita Hugo; illesu c. iterum. c) Tugrensium c. d) sequitur Galliae descriptio ex Hugonis Flor. prologo libri V. Hist. eccl.: Universa Gallia — insulae Cycladae. e) videlicet c.

1) Ex Hiemari Annalibus ad a. 869, pag. 484, illum, sed eius fontem excerptum esse ostendunt. lin. 39 — 485, lin. 10. 2) Qui obiit a. 1131. 3) In anno 651. hanc translationem ponit Mabillon. 3) Cf. Hugonis Flor. Mod. r. Franc. actus, SS. IX, Ann. Ben. I, p. 428, p. 377. Sed hic nonnulla exstant, quae non librum

CHRONICI HERIMANNI CONTINUATIO CODICIS SANGALLENSIS AUCTORE, UT VIDETUR, BERTHOLDO.

Cum supra p. 61. chronicon arta necessitate cum Herimanni Augiensis libro coniunctum, quale etiam in codice Sangallensi olim exstabat, ederemus, huius continuationem addere, operae pretium fuisset. Nam quamvis b. m. G. H. Pertz in edendo Bertholdi chronico (SS. V, p. 265) ea usus est, neque ego dubitem, quin ex hoc sit descripta sive excerpta, non tamen ex editione illa satis perspicuum fit, quid codex ille pretiosissimus, cuius iacturam valde dolemus, continuerit; neque Bertholdo id tribuitur quod ab ipso scriptum esse persuasum habemus. Qua de re cum alibi accuratius acturus sim¹, hoc loco monuisse sufficiat, non Bertholdum Bernoldi chronico, sed hunc illius libro usum esse, haud pauca vero ex compilatione post in monasterio Sanblasiano facta Bertholdi operi esse inserta, quae seponere fas est. Exprimi feci editionem a Sichardo Basileae a. 1529. paratam, quam Urstisius (p. 336—338) uno saltem loco interpolavit², Pistorius etiam magis depravavit, nuper, his pagulis editioni iam paratis, P. Meyer non sine mendis exprimendam curavit³.

Cave vero, ne a. 1066. hanc continuationem scriptam esse credas⁴; nam codex in media sententia desinit et procul dubio fine caruit. Certe quae in aliis codicibus post hunc annum leguntur magnam partem eidem auctori deberi, 20 facile est intellectus⁵. G. W.

Herimannus, Wolferadi comitis filius, ab infantia omnibus membris contractus, sed omnes tunc temporis viros sapientia et virtutibus praecellens, in Aleshusan, praedio suo, defunctus ac sepultus est. Werinherus et Liutherus in Hierosolymitano itinere defuncti sunt. Conventus ab imperatore Mogonciae factus est; in quo Gebehardus Eiestetensium episcopus ab episcopis electus Romanque missus, ibique honorifice susceptus, in sequenti quadagesima in coena Domini 154. papa ordinatus, Victoris secundi nomen accepit.

1055. Apr. 13. 1055. Imperator natalem Domini Goslare celebravit, ac deinde expeditionem in Italiam paravit, et diem sanctae paschae Mantuae egit, diem autem pentecostes Florentiae; ibique coram eo a domino papa generali synodo habita, multa correcta sunt. Imperator Adalbertum, capitali sententiae adiudicatum, per interventum episcoporum dimisit. Eodem tempore 50 aut eo amplius armati milites a Normannia latenter per mare transeuntes, Nordmannis contra imperatorem auxilium praebere cupientes, a Pisentibus civibus capti atque ad imperatorem delati. Imperator Othonem Novariensem episcopum Constantinopolim misit, ubi pro Michaelae nuper defuncto quandam feminam totius regni monarchiam tenentem invenit, quae illum sequenti anno, suis etiam legatis adiunctis, amicitiam pactumque confirmandum imperatori remisit. Beatrix imperatori ad deditionem veniens, causa mariti sui, quanquam data fide, tenetur, filiusque eius, puer Bonifacius, hac causa venire veretur. Sed non multis interpositis diebus, cum imperator ibidem moraretur, idem puer moritur.

a) Picensibus Urst. b) Imperator praedictam Beatricem inde abduxit captivam, quippe multum moleste ferens, duci Gotefrido esse copulatam ex Bernoldo ms. Urst.

1) 'Forschungen' XXII. 2) A. 1055. Attamen de Urstisii editione perperam retulit. Neque Meyer aliis literis haec exprimi iussit, quod Pistorius l. l. rectius de ea indicavit, codicem ipsum ab Urneglexit. 3) 'Die Fortsetzer Hermanus von Reichenau' stisio expressum esse, ut videtur, ratus. Nec editio ('Historische Studien' IV), p. 44—48. 4) Ita Schulzen, princeps ipsi ad manus fuit. 5) Qui aliter statuit, De Bertoldi et Bernoldi chronicis p. 4; qui p. 6. P. Meyer penitus erravit.

Gebehardus Ratisponensis episcopus et Wellfus dux licentiam repatriandi ab Italia impetrauerant, militesque eorum, illis, ut aiunt, ignorantibus, contra imperatorem coniurauerunt. Quo tempore Wellfus dux, suis et omni populo admodum flebili morte praeventus, apud Altorfense coenobium sepultus est. Arnoltus^a episcopus Nemetensis moritur.

1056. Imperator de Italia per Baioariam rediens, natalem Domini apud castrum Turingum celebravit ibique Othonis marchionis filiam aequiuoco suo filio desponsavit. Gebehardus Ratisponensis episcopus ab imperatore de coniuratione contra se facta victus, primum in castro Ulfilingino¹, dein in Stofola² per aliquod tempus sub custodia tenetur. Conradus ab imperatore Nemeti pro Arnolto episcopo substituitur. Herimannus Agrippinae urbis archiepiscopus obiit; pro quo Hanno, Goslare prius praepositus, in archipraesulatum successit. Imperator diem sanctum paschae^b celebravit. Eodem anno Sclafi qui Liutici dicuntur terminos Saxonum insectantes, quam plurimos eorum principes cum Wilhelmio marchione peremerunt. Henricus imperator, domino apostolico ad se tempore autumnali invitato, cum in Saxonia in Bothfeldino commoraretur, morbo ingravescente infirmatus, obiit anno aetatis suae 39, regni vero 18, imperii 15, indictione 10. Qui inde asportatus Nemetumque translatus, in ecclesia sanctae Mariae, quam ipse construxerat, adhuc imperfecta, iuxta patrem matremque sepultus, et filius eius, Henricus quartus, 7. aetatis annum habens, pro eo regni iura suscipiens, a primoribus matri imperatrici educandum est commendatus.

1057. Henricus rex natalem Domini Ratisponae celebravit. 7. Kalendas^c Maias immensitas nivis et pruinae magnam partem vinearum perdidit. Romae Victor secundus decessit; in cuius locum Fridericus, frater Gotefridi ducis, dudum beati Leonis papae archidiaconus, tunc autem temporis monasterii Sancti Benedicti abbas, 135. papa ordinatus, Stephanus VIII. est nominatus. Otho dux Alemannorum obiit; cuius ducatum Rodolphus accepit. Hoc anno lapides mirae magnitudinis mixti grandine de caelo ceciderunt, et nonnulli hominum fulmine perierunt.

[1058]. Romae Stephanus papa obiit. Romani autem, accepta pecunia, quendam Iohannem^d contra canones elegerunt; qui sine consecratione per aliquot dies sedens, a Gotefrido duce expellitur, atque Florentinae civitatis episcopus 156. papa substitutus, Nicolaus secundus est vocatus. Eodem tempore Henricus Augustensis episcopus apud imperatricem summum consilii locum habuit; quod nonnullis regni principibus, eius insolentiam non ferentibus, multum displicuit.

1059. Hoc anno magna mortalitas hominum et pestis pecorum facta est. Orto inter Mediolanenses et Ticinenses bello, multi ex utraque parte ceciderunt. Rodolphus Alemannorum dux Mathildam, Henrici regis sororem, duxit uxorem. Fuldus Eberhardus abbas decessit; cui Sigefridus successit. Andreas Pannoniae rex, cum prius pacem pactumque per legatos cum Henrico rege confirmasset, etiam sororem eius minorem filio suo adhuc puero sponsam obtinuit.

1060. Henricus Galliarum rex obiit, et filius eius^e, adhuc puer, regnum cum matre gubernandum suscepit. Liudpaldus Mogonciensis archiepiscopus decessit; cui Sigefridus Fuldus abbas successit. Conradus Nemetensis episcopus moritur; in cuius locum Einhardus promovetur. Mathildas^f, soror regis¹, obiit. Henricus palatinus comes in amentiam versus, cum sub specie religionis quasi seculum derelinquens in monasterium Ephthirnacha se contulisset, inde abstractus, coniugem suam occidit. Et hoc anno, sicut in priori, mortalitas multos extinxit, hyems satis dura et nivosa et plus solito proluxa frumenti vini que maximum attulit damnum. Andreas² rex Pannoniarum, cum a fratre suo, regnum sibi circumquaque vastans³, multas iniurias perpeusus fuisset, tandem febre pulsatus, omnes thesauros suos in castrum Medilbecka^{4,5}, necnon et filium suum Henrico regi per Tiedbaldum comitem transmisit.

[1061]. Magna fames multos consumpsit. Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit; cui Otho successit. Conradus, qui Carentanis solo nomine ducis praefuit, moriens locum dedit; cuius ducatum Bertholdus Suevigena accepit. Romae Nicolao papa defuncto, Romani

a) Arnoltus ep. Nemetensis Sich. b) vocat Sich. c) Cal. Sich. semper. d) Iohannem Sich. e) Ista Sich. f) Medilbecka Sich.

1) Wülflingen. 2) Vel Stöffeln praef. Tubingen, vel Hohenstoffeln praef. Blumenthal; v. Stälin Wirt. Gesch. II, p. 769 n. 3) Philippus. 4) Uxor Rudolphi ducis. 5) Melk.

coronam et alia munera Henrico regi transmiserunt eumque pro eligendo summo pontifice interpellaverunt. Qui, ad se convocatis omnibus Italiae episcopis, generalique conventu Basileae habito, eadem imposita corona, patritius Romanorum appellatus est. Deinde cum communi consilio omnium Parmensem episcopum summum Romanae ecclesiae elegit pontificem. Interim dum haec aguntur Anshelmus episcopus de Luca, quibusdam Romanis faventibus, apostolicam sedem sibi usurpavit. Burchardus et Wezil de Zolorin occiduntur. Ecclesia Nemetensis dedicatur; et ^ana imperatrix, depositis regalibus vestimentis, sacro velamine circumdata.

1062. 6. Idus Febr^o terrae motus, fulgura et tonitrua facta sunt; pestilentia et mortalitas subsecuta multos extinxit. Henricus rex apud Traiectum, Frisiae urbem, diem paschae cum matre imperatrice egit. Hiis diebus Hanno Agrippinae Coloniae archiepiscopus, adniventibus quibusdam regni principibus, Henricum regem cum lancea et aliis imperii insignibus a matre imperatrice vi arripuit secumque Coloniā adduxit. Parmensis episcopus dudum electus Romam consecrandus adiit; cui cum Romani armati occurrerent ingressumque prohiberent, multitudo illorum a militibus eius et occiduntur et in Tiberi submerguntur, 15 caeleri fugantur.

1063. Tempore veris, medio mense Aprilis, per quatuor dies hyems saeva, ventosa et nivosa aves et pecora frigore extinxit, arborum et vinearum maximam quoque partem perdidit. Engilhardus episcopus de Magdiburg obiit; cui frater Coloniensis archiepiscopi successit. Henricus Augustensis episcopus obiit; cui Imbricus successit. Eodem anno quaedam mulier iuxta Constantiam infantem duo capita necnon et caetera membra adusque clunes duplicia habentem peperit.

Apr. 11. 1064. Henricus rex natalem Domini Coloniae celebravit, diem paschae autem Leodii. Synodus Mantuae.

1065. Henricus rex natalem Domini Goslare, diem autem paschae Wormatae celebravit. Domus regalis Goslari concremata est. Quod et factum est in 6. Kal. April., indictione 3. Et ibidem accinctus est gladio, anno regni sui 9, aetatis autem suae 14, et dux Gotifridus scutarius eius eligebatur. Pataviensis episcopus obiit; cui Altmannus, imperatricis capellanus, successit. Hoc tempore Sigifridus Mogonciacensis archiepiscopus, Wilhelmus^a Traiectensis episcopus et Guntharius Babinbergensis episcopus, Otto Ratisponensis episcopus cum magno apparatu et comitatu Hierusalem proficiscentes, in eo itinere a paganis multa sunt perpassi; nam et bellum cum eis inire sunt coacti. In eadem via Guntharius obiit; cui Ricimannus symoniace successit.

Apr. 16. 1066. Multi nobiles civili bello perierunt. Henricus rex natalem Domini . . .^b, pascha autem apud Traiectum egit. Eberhardus Treverensis archiepiscopus 17. Kal. Maii, sabbato sanctae paschae, completis a se ipsis diei officiis, ipsis sacerdotalibus vestimentis indutus, requievit in pace. Cui Conradus Coloniensis praepositus, electus a rege, succedere debuit, sed a clero et civibus Treverensibus refutatus est. Unde quidam comes de militia Treverensi nomine Theodoricus eundem Conradum Trevirum tendentem comprehendit et diu sub custodia maceratum quatuor militibus enecandum comisit. Qui dum eum ter per quoddam praecipitium decicissent et nihil sibi nisi brachium collidere possent, unus ex illis poenitentia ductus, ab eo veniam impetravit. Alius autem volens eum decollare, maxillam eius tantum abscidit. Et sic ipse Deo dignus martyr ad Dominum migravit Kal. Iun. Sepultus ad abbatiam quendam nomine Doleriam. Tres autem milites mortis illius auctores^c digna ultio postmodum subsecuta est; nam unus eorum acceptum cibum deglutire non valens, alii duo manus suas lacerantes^d.

a) Vilh. Sich. b) erat Sich. c) aut. Sich. d) ita desinit Sich.; ad claustra inferni descenderunt ex Bern. add. Urst.

GENEALOGIA WELFORUM.

In codice Monacensi nr. 21563 (Weihenstephanensi 63), membr. s. XII.¹ fol. 41, haec legitur Genealogia Welforum, quam non possum quin magni faciam. Quamvis enim pleraque quae hic leguntur etiam in Historia Welforum Weingartensi (SS. XXI, p. 457 sqq.), et fusius quidem narrantur, non tamen eius excerptum, sed potius fontem et quasi fundamentum hic exstare, persuasum habeo. Quod cum alio loco probare conatus sim², nunc monuisse sufficiat, hoc Welforum stemma non ultra Henricum, quem dicunt Superbum, eiusque fratrem Welfum, quem numerant VI, esse ~~notum~~ ^{notum}, neque tertii fratris

a. 1126. mortui, neque Henrici Leonis a. 1129. ~~potest~~ ^{potest} fieri mentionem; praeterea quam pluribus locis magis genuinam et antiquitatis indolem prae se ferentem narrationis formam hic deprehendi; errores quidem manifestos inveniri, tales vero quorum partem auctor historiae, qui etiam alia subsidia adhibuit, facile emendare poterit, dum alios retinuerit et latius propagaverit.

15 Qui haec de origine et generationibus familiae antiquae et valde illustris annotavit ex ore gentilis cuiusdam ea accepisse videtur³; historiae etiam, quales tam apud Annalistam Saxonem quam in Historia illa Weingartensi leguntur de primis huius stirpis viris, mythicam potius quam historicam indolem redolentes, ipsi procul dubio notae fuerunt; sed breviter eas tetigit, neque de rebus

20 gestis et officiis publicis egit, in ea potissimum re versatus. ut cognationem gentis ostenderet, pauca addens de praediis et monasteriis ad ipsam pertinentibus. Ex hac genealogia quaedam in Chronicon Urspergense transierunt, ab auctore cum

Historiae Welforum excerptis coniuncta⁴.

Hoc loco lectores monitos esse velim, de fragmentis codicis Monacensis,

25 olim Ranshofensis, in quibus pars Historiae Welforum continetur, V. Cl. de Giesebrecht nuper egisse⁵ eiusque lectiones valde commendasse, quae plerumque cum codicibus Monacensi olim Raitenbuchgno et Stuttgartiensi⁶ (2. et 3. editionis nostrae) conveniunt, uno vero loco primaeam libri formam servare videntur⁷.

G. W.

1. Eticho genuit filium Henricum et filiam Hiltigardam. Hiltigardam Luduwicus

30 Balbus imperator accepit uxorem⁸. H[enricus] imperatori hominum facit; pater in Ambergov 12 monachos instituit et ibi obiit. Henricus monachos Altenmunster transtulit, inde eos Wingarten, et dominas inde, que ibi erant, in Altenmunster⁹ transposuit⁹.

a) Altemin c.

1) In fol. 40. notae quaedam chronologicae scriptae p. 231 n. 5) 'SB. d. Münch. Akad.' 1870, p. 549 sqq.

35 sunt, quae ad tempora Friderici spectant, qui ita 6) De fragmento alterius codicis Stuttgartiensis, ex finiant: qui fuit annus ab eversione Mediolan., quando quo hic descriptus est, v. quae monui 'N. Arch.' IV, Venetia rebellavit atque Verona, et ipso anno natus p. 166. 7) Initio enim primum scriptum erat: Generationes principum nostrorum summa diligentia

40 pictura exstat, qua Altum⁹ abbas sancto Stephano inestigantes ac studiose in diversis chronica ac librum offert. Sedit ille a. 1182—1197; Mon. B. IX, hystoriis sive antiquis privilegii querendo laborantes, p. 348. 2) 'Abh. der Berl. Akademie' 1881. 3) Ita Guelfonem comitem, qui tempore Karoli Magni fuerat, nominatim invenimus; post additur: nominatim nullum

45 verba 'Per eam habemus' etc. interpretor, cum praedia ante (Guelfonem). 8) Haec prorsus falsa sunt; quae reoresentur non monasterium quoddam, sed nulla Hiltigarda cuidam imperatori Ludovico nupsit; neque Balbus imperatoriam dignitatem adeptus est. Welfus dux saec. XII. possederit. V. Cl. de Giesebrecht haec Augustino scripta esse coniecit; sed certe Historia haec omisit. 9) Hoc Hist. c. 10. demum a Welfone factam dicit; neque tamen certo testimonio

45 Elestinam villam Italianam nunquam Augustani possederunt. 4) SS. XXIII, p. 340. Quod primus a Welfone factam dicit; neque tamen certo testimonio niti videtur; cf. quae Weiland annotavit, SS. XXI.

2. Henricus Atham¹ duxit uxorem et genuit sanctum Chünradum Constantiensem episcopum, Ethichonem et Rüdolfum.
3. Eticho sine legitimo matrimonio decessit, genuit autem ex quadam ministeriali sua, quam postea cum liberis Rüdolfus ob amorem fratris libertate donavit, genuit inquam filios et filias, ex quibus illi de Hezilescella², de Üstera, de Ramptheswilaren^{3,4} descenderunt.
4. Rüdolfus⁵ uxorem accepit de Oningen⁶ Itam nomine, cuius pater fuit Chüno nobilissimus comes, mater vero filia Ottonis Magni imperatoris fuit^{7,8}. Is Chüno vero 4 genuit filios, Egebertum marchionem de Stadin⁹, Leopaldum, Liutoldum, Chünonem, et 4 filias, quarum una isti Rüdolfo, alia quidam¹⁰ de Rinvelden parenti Zaringorum, 3^a regi Rugorum¹¹, 4^a comiti nupsit de Andhes¹². Rüdolfus ex sua genuit Henricum, qui apud Lönon¹³ in venatione saxo percussus interiit, et Gwelfum huius nominis primum.
5. Quod nomen quamvis a Romano nobilissimo Catilina in hanc prosapiam sanguinis ratione descendit, a posterioribus urbanitatis causa refutatum, sub hoc igitur renovatum dicitur, quod puero nato, etsi nuncio rei ad se facto imperator: 'Pro catulo', ait, 'qui tibi est natus, domini redire festinas'. Et ille: 'Nomen', inquit, 'dedistis, quod mutari non debet'.¹⁴
6. Genuit quoque Rüdolfus, ex eadem Ita Richardam, que monasterium Ebersperch fundavit, cum filios ex quodam ditissimo Baw[arie] comite non haberet¹⁵. Fundavit quoque Gisenvell¹⁶ et Chübach¹⁷; set Ebersperch sepulta iacet.
7. Gwelfo uxorem duxit Salice^{18,19} de Glizperch²⁰ Imizam nomine, Henrici Noricorum ducis sororem²¹ et Friderici ducis Lotharingorum²² et Alberonis Metensis episcopi²³. Per eam habemus²⁴ villam Moringen²⁵ et Elisinam curtem²⁶ in Longobardia²⁷ mansuum sub uno vallo. Hic Gwelfo cum Brunone Ang[ustensi] gwerram agens, ipsam cepit et exussit²⁸ civitatem; et Wingarten sepultus est, uxor eius Altenmunster.
8. Hic genuit filiam Cunizam; quam marchio Etius²⁹ cum curte Elisina accepit uxorem, et genuit ex ea Gwelfonem; et³⁰ patre sine filio herede defuncto, cum tota hereditas ad Sanctum Martinum Wingarten esset destinata, superveniens³¹, hereditatem optinuit et primus in Baw[aria] huius nominis dux factus est.
9. Hic accepit³² filiam comitis³³ Flandrie, reginam Anglie³⁴, Iuditam nomine, et genuit ex ea Gwelfonem et Henricum³⁵, unum post unum duces Baw[arie]. Gwelfo cum Tinnone archiepiscopa Hierosolimam ivit et in via obiit.
10. Pro quo Gwelfo maior natu dux effectus Mathilde³⁶ comitisse nupsit ex Longob[ardia]; set sine liberis obiit. Henricus, frater eius, Wlfhildem, filiam³⁷ et Sophie, sororis Chölmanni regis Ungarie, duxit, et ex ea Henricum³⁸ et Gwelfonem nostrum genuit.

a) Rampthes, wilare c. b) filia iterum add. c. c) quidam c. d) vacat e) excussit c. f) a corr. et c. g) supervenio c. h) nomine add. sed del. c. i) z athalde c.

p. 454 n. Sed Henricus etiam in charta Welfonis et imperatorem Magnum (SS. XVII, p. 329). 10) Lana Iudithae a. 1094, fundator Weingartensis coenobii laudatur; Wirt. UB. I, p. 301. 1) *Beatum* Hist. Welforum. Sed Ata etiam in Cod. tradd. Weingartensium, 'Arch.' VI, p. 490, dicitur. 2) Gisela de Heziles-cella, nominatur in Cod. tradd. l. l. p. 491. Ideo auctor certe nomen non invenit, ut opinatus est Meyer v. Knonau, 'Forschungen' XIII, p. 79 n. V. Cl. Baumann vero littera mihi data opinatus est, vocabulum corruptum esse ex 'Herilescella', i. e. Hirsch-zell prope Kaufbeuren. 3) *Raprechtswillare* Hist.; i. e. Rapperswyl. 4) Scheid, Orr. Guelf. I, 5, quocum alii faciunt, duos discernendos esse Rüdolfos putavit, hunc iuniorem dixit. 5) Oehningeu, Cf. Meyer v. Knonau, 'Anz. f. Schw. Gesch.' 1870, nr. 1. 6) *Richtint* nomine add. Hist. Auctor perperam de Conrado duce Lotharingiae cogitasse videtur, qui duxit Liugardem, filiam Ottonis I. 7) Haec fabulosa sunt; cf. Orr. Guelf. II, p. 214. 8) Qua de re nihil constat. 9) *Diezon* Hist. Quod eandem significat familiam. Hoc nota Diessensi confirmari videtur, quae comitissae Kunizae avum dicit Ottonem inter Meran et Bozen. 11) Cf. Chron. Epersperg., SS. XX, p. 13; ubi Richlindis dicitur, quae nupsit Adalberoni, filio Udalrici et Richardis. 12) Cf. Chron. Epersperg. rec., SS. XXV, p. 871, ubi a fratre Adalberonis Eberhardo hoc conditum dicitur. 13) Kühbach ad Isar fluvium; cf. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' Vol. II, p. 236. 14) *de gente Salica* Hist.; quod neque refellere neque approbare velim. 15) Alias de Luxemburg; nam frater Imizae duxit filiam comitis de Gleiberg. 16) Qui obiit a. 1047. 17) Lotharingiae inferioris, qui obiit a. 1065. 18) III, qui sedit a. 1047—1072. 19) Cf. quae in praefatione dixi. 20) Möhring prope Friedberg in Bavaria. 21) De qua cf. Stälin II, p. 109 n. 50. 22) *Azzo* Hist. 23) *Baldwini* add. recte Hist. 24) Viduam Tostigi, fratris Haraldi regis Angliae. Eundem errorem v. ap. Ann. Sax. 1126, p. 764. Regina Angliae etiam in Necrologio Weingartensi dicitur, Hess. Mon. Guelf. p. 136. 25) *Maginonis* ducis Hist. 26) Qui patri in ducatu successit a. 1126, obiit a. 1139.

GENEALOGIA ZARINGORUM.

Genealogiae Welforum aliam subicere placet familiae aequae fere celeberrimae Alamannicae Zaringorum, quam ex codice monasterii S. Petri in Nigra silva ab ipsis fundati nuper eruit et illustravit V. Cl. F. L. Baumann (Freiburger Diöcesan-Archiv XIV, p. 65 sqq.). Codex non ante saec. XV. ex. quidem ab abbate Petro Gremelsbach scriptus praeter necrologium monasterii varias continet notas ad monasterii historiam spectantes, quas ille ex monumentis antiquioribus collegisse putandus est. Inter quas praecipuum sibi vindicat locum genealogia haec non ultra saec. XIII. initium deducta, et, ut Baumann recte statuisset videtur, hoc ipso tempore confecta, a Petro tamen nonnullis locis procul dubio interpolata. Eiusdem epitomen codex olim Tennenbacensis urbario monasterii inseruit, ex quo finem ab illo omissum supplere licet. Utrumque codicem nunc servat archivum publicum Carlsruhense; fragmentum Tennenbacense primus edidit Leichtlen (Züringer p. 92); ultimam partem hic omissam Riezler (Fürstenbergisches Urkundenbuch I, p. 67). Nunc quae a Petro Gremelsbach addita censeo unci inclusi, variam vero epitomes Tennenbacensis lectionem eam tantum enotavi quae genuinam libri formam servare videtur. — Subiecti vero catalogum principum et episcoporum qui de monasterio beneficii sunt, et hunc a Petro descriptum, sed non ultra primos saeculi XIII. annos progredientem. Eodem tempore etiam rotulus ille Sanpetrinus sive codex traditionum confectus est, qui non parum facit ad huius familiae et provinciae historiam enucleandam; ideo probabili sane coniectura haec omnia eidem deberi auctori, qui sub Bertholdo abbate scripsit, Baumann statuit. G. W.

1. Primus namque Bezelinus comes ponatur in hac genealogia, [ceteris qui antiquiores tempore fuerunt, silentio pretermisissis]; qui comes cum fratre Gebezone claustrum sanctimonialium dictum Sultzberg¹ construxit; qui vita decedentes in eodem cenobio honorifice sepulti sunt.

2. Huius filius Berchtoldus Cum-barba nominis huius primus etiam ducatum Suevie², deinde Karinthie principatum suscepit et apud cenobium Hirsow sepultus est. [Hic preposituram in villa Wilhelm constituit; quam postea filii eius nostri cenobii iuri cum omnibus appendiciis suis mancipaverunt].

3. Cui filius eius Berchtoldus huius nominis secundus³, dignus patri heres, in ducatum successit; qui nostri monasterii⁴ Deo devotus cum fratre suo Gebehardo Constantiensi episcopo fundator extitit. [Confrater vero eorum Hermannus in marchionem sublimatus est; quam dignitatem postea pro Deo deseruit, clamque fugiens, Cluniacum peciit ibique occultus in monachico habitu usque ad finem vite pauper Christi feliciter delituit⁵. Confrater vero eius, huius scilicet fundator loci, post digne decursam vitam ante altare sancte Crucis honestissimam sibi et successoribus suis sortitus est sepulturam]. Ibi et Agnes⁶, uxor eius, sepulta est anno ab incarnatione Domini 1111.

¹) Sancti Petri in Nigra silva T.

²) filia regis Rüdolfi Arolacensis (L. Arelatensis)⁴ add. T.

³) superius memoratus add. G.

⁴) Sultzburg prope Mühlheim; sed perperam eius haud nactus sit. ⁵) V. Bertholdum Const. a. 1073. fundatio huic tribuitur Bezelino. ⁶) Etiam hoc SS. V, p. 276. ⁷) Cf. p. 736 n. 12.

⁸) minus recte dicitur, cum ducatum Sueviae Bertoldus

4. Quo defuncto, filii eius, Berchtoldus scilicet huius nominis tertius et Conradus, [non minori devotione erga locum hunc liberales extiterunt]; quorum Berchtoldus prior natu cum in ducatum successisset, civitatem Friburg condidit anno dominice incarnationis 1118, et postea cum comite Hugone de Tagsburg vicum quemdam Alsacie Molsheim¹ dictum descendens, violenter hospitatus est et ab irruentibus civibus, sociis suis dissipatis, indigna morte peremptus est anno quarto postquam civitatem iam dictam condiderat, et sepultus est in [capitulo* nostro ante sedem abbatis], anno ab incarnatione Domini 1122². Huic liberi³ non fuerunt. Huius uxor Sophya, soror Heinrici ducis Saxonie, postea comiti de Stire⁴ copulata fuit⁵.

5. Successit autem ei in ducatum frater suus Conradus⁶, [qui post expletum huius vite⁷ tempus sepultus est ante crucem in sepulcro parentum suorum anno ab incarnatione Domini 1152. In eodem etiam tumulto⁸] conditi sunt fratres sui, Berchtoldus scilicet et⁹ Rudolfus, in adolescentia defuncti, et filius etiam suus Conradus. Uxor quoque eius Clementia de nobilissima progenie Francorum, de castro videlicet Nammeccensi^{10, 11}, [cum eisdem locata est].

6. Huic filii quatuor fuerunt: Berchtoldus huius nominis quartus, [qui etiam ante crucem humatus est]; secundus vero Rudolfus Leodiensis episcopus, qui post expletam expeditionem herosolimitanam, ad¹² quam cum imperatore Friderico profectus fuerat, rediens, antequam ad sedem suam regressus esset, morte interceptus in villa sua Herdra¹³ [obit anno dominice incarnationis 1190¹⁴ sepultusque est ante crucem singulariter in sinistra parte sepulcri¹⁵ paterni]. Tertius extitit frater eius Adelbertus, qui secedens castrum Tegg¹⁶ cum omnibus appendiciis suis sibi vendicavit. Hugo etiam, quartus frater eorum, predia non parva et beneficia in Brisgaugia¹⁷.

CONTINUATIO TENNENBACENSIS.

Hic autem genuit ducem Berchtoldum] rectorem Brisgaudie et Burgundie crudelissimum, qui sine filiis obiit anno Domini 1218, 12. Kalendas Marcii, et sepultus est in monasterio Friburg. Hic¹⁸ habuit duas sorores, quarum una Agnes copulata fuit comiti¹⁹ Egenoni seniori Cum-Barba dicto; et genuit hic Egenonem, qui contraxit cum Adelheidi de Nifen, et hic primus intravit dominium Friburg et est sepultus in Teninbach monasterio seu pomerio nostro. Qui²⁰ genuit Cünradum comitem, qui contraxit cum Sophya de Zolre. Qui²¹ genuit Egenonem comitem, qui contraxit cum Katerina de Liechtenberg. Qui²² genuit Cünradum comitem, qui contraxit cum filia ducis Lutoringie²³. Qui²⁴ genuit Fridericum²⁵, qui contraxit cum filia Rüdolfi] margravii de Hachberg²⁶.

NOMINA FUNDATORUM HUIUS LOCI MONASTERII SANCTI PETRI IN NIGRA SILVA.

Rudolfus rex de Arle²⁷. Adelheidis uxor. 35
Berchtoldus dux de Zaringen. Richwara uxor.
Berchtoldus 2. dux, primus huius loci fundator. Agnes uxor, filia Rüdolfi regis.
Berchtoldus 3. dux de Zaringen. Sophia, uxor eius.
Conradus dux. Clementia, uxor eius.
Berchtoldus 4. dux. Heilwig uxor²⁸. Eius quatuor erant fratres, scilicet Cünradus, 40
Rudolfus, Adelbertus, Hugo.

¹) Sancto Petro T.

²) apud Sanctum Petrum sunt sepulti T.

³) et Mortuāgia sortitus est¹⁸; qui sine filiis vita decedens, Alberhtum fratrem suum prediorum reliquit heredem, beneficiorum autem omnium ducem Berchtoldum], fratrelem¹⁹ suum, reliquit et heredem. Sepultus etiam fuit cum patribus suis in monasterio Sancti Petri [in Nigra silva] add. T. 45

a) filii T. b) deest G. c) iunior add. T. d) Nammeccensi T. e) Herdera T. f) Deche T. g) nobis contulit perperam add. G. h) hunc locum ex cod. edidit etiam Riezler l. I, p. 67. i) Quo Riezl. k) fere patrualem ed. 1) Molsheim in Alsacia. 2) V. Ann. Argent., SS. XVII, a. 1357. 11) Anna, quae obiit a. 1331. BAUM. 50 p. 88; Chron. reg. Col. ibid. p. 753. 3) Luitpoldo. 12) Rex Germaniae contra Heinricum IV. electus. 4) Filiam Godefridi comitis. Cf. Albrici chron. a. 1168. 13) Filia comitis Hermannii de Friebrich (t. Froburg; SS. XXIII, p. 851. 5) Herdera prope Freiburg. Stälin, 'Wirt. Gesch.' II, p. 296 n.); Albricus l. I. 6) A. 1191; v. Lamberti Ann., SS. XVI, p. 650; Ann. 14) Dux de Ulmburg dictus est; v. Stälin II, p. 291. S. Jacobi, ib. p. 642. 7) Teck. 8) De Urach. 15) i. e. fratris filium, Bertoldum V. 55
9) Katharina, filia ducis Friderici III. 10) Obit

- Berchtoldus quintus¹.
 Hermannus marchio². Iudinta uxor.
 Hermannus 2. marchio³.
 Hermannus 3. marchio⁴.
 5 Gebehardus dux de Zäringen⁵ et episcopus Constantiensis.
 Wito episcopus⁶. Udalricus episcopus⁷. Rüdolfus episcopus⁸. Adalbero episcopus⁹.
 Udalricus episcopus¹⁰. Hermannus episcopus. Otto episcopus. Hermannus episcopus.
 Berchtoldus episcopus. Dietelmus episcopus.
- 1) A. 1186—1218. 2) Comes de Linburg. 3) Cf. de Sancto Blasio, Adalberto Scafhussense, Dieggero
 10 Rotalum Sanpetr., Leichten p. 78 nr. 104. 4) Qui
 obiit a. 1160. 5) Frater Bertoldi II, episcopus
 Constantiensis 1084—1110. 6) Curiensis a. 1096
 —1122, de quo in Rotulo S. Petri (Leichten 'Züringer'
 15 p. 77) ita refertur: Anno ab incarnatione Domini 1113,
 indictione 7, 8. anno regis Henrici V, 2. Kalendas
 Octobris, feria 3, dedicatum est monasterium nostri
 coenobii a venerabili Witone Curiensi episcopo
 domno Udalrico Constantiensis ecclesiae electo prae-
 sente et annuente, una cum septem religiosis abba-
 20 tibus, hoc est domno Eppone tunc temporis eiusdem
 monasterii praeslato, Brunone Hersaugiense, Ruosteino
 de Sancto Georgio, Ottone Rinaugiense, Egenone
 Augustense, tantae sollemnitati concurrentibus et in
 cunctis quibus paterant devotissime agentibus. Non
 solum autem tales personae necnon et aliae religio-
 sorum hominum plurimae, id est clericorum, mona-
 chorum, conversorum, verum etiam secularium virorum
 non pauci, nobiles atque liberi, excepta promiscui
 sexus multitudine non parva, quae undique confluerat
 in illa die, huic negotio videbantur interesse. 7) Con-
 stantiensis a. 1127—1138. 8) Leodiensis, de quo
 supra p. 736. 9) Basiliensis a. 1130—1137.
 10) Sequentes omnes Constantienses a. 1127—1206.

CATALOGI ABBATUM EPTERNACENSIIUM.

Magna codicum Epternacensium pars bibliothecae Parisiensi est inlata
 25 ibique inter eos servantur qui olim Supplementi Latini nomine sunt compre-
 hensi. Inter quos tres sunt qui catalogos continent abbatum, unus olim a
 Martenio (Collectio IV, p. 505) editus, nuper a Weilando nostro, qui de codi-
 cibus illis nihil habuit compertum, inter Monumenta Epternacensia recusus
 (SS. XXI, p. 30), alii duo inediti. Quos nunc coniungere et ad codicum fidem
 30 proponere licet.

I. Erstat in codice Parisiensi nr. 9541, ultimis foliis coeva manu
 saec. XII. inc. exaratus. Auctor id consilii egit, ut varia monasterii fata,
 cum modo monachis, modo canonicis traditum esset, exponeret necnon abbates
 laicos et praepositos distingueret, eorum tempora cum regum annis coniun-
 35 geret, denique de bonis abbatiae et servitiis fratribus debitis pauca memoriae
 traderet. Nonnulla ex Reginonis chronico sumsit, alia ex monasterii chartis
 hausit, fortasse etiam antiquiorem catalogum vel breves annales ad manum
 habuit; nonnumquam tamen in annis indicandis, certis notis destitutus, erravit.

II. Codex Parisiensis nr. 8996 (Suppl. Lat. 1059) fol. maximi in prima
 40 pagina¹ alterum continet catalogum, quatuor columnis manu saec. XII. exa-
 ratum, sed iam scriptura valde detrita et folii parte a bibliopega abscisa ita
 laceratum, ut nonnisi fragmenta legi possint et, quod maxime dolendum, posterior
 pars in quarta columna scripta prorsus sit deleta. Auctor catalogum I. funda-
 mentum posuit, sed quaedam, ut sibi videbatur, supplevit, abbates et praepo-

45 1) Folium fortasse post huic volumini insertum est.
 SS. T. XIII.

sitos non distinxit, immo novum ordinem ita instituit, ut hos illorum catalogo insereret. Auctor sub Godefrido vel Gerardo II. abbate scripsit; certe ultra hos, qui temporibus Heinrici V, Lotharii et Friderici I. sederunt, non est progressus.

Ex hoc descriptus est catalogus saec. XVI, post Martenium SS. XXIII, p. 33. editus, cuius primam partem ad hoc tempus pertinere, Weiland opinatus est. Quo pariter ac I. ad lacunas explendas usus sum, uncis ea includens quae legere nequivi.

III. Codex Parisiensis nr. 8960. fol. 157'. brevem abbatum seriem continet cum regibus ita coniunctum, ut lineae transversae indicent, cuius temporibus singuli sederint. Auctor, qui etiam Friderici I. tempore scripsit, catalogum II. sequitur, sed unum alterumve abbatem adiecit; alia manus Heinricum VI. imperatorem et Godefridum II. abbatem addidit. G. W.

CATALOGUS I.

I. abbas huius loci. Anno incarnationis Domini 739, indictione 7. migravit ex hoc mundo sanctus Willibrordus, relinquens huius loci provisorem Albertum abbatem; fuitque temporibus regum Clodovei, filii Dagoberti, et Chlotarii, filii Clodovei, et Theoderici, fratris Chlotarii, et Childeberti, fratris Theoderici, atque Dagoberti, filii Childeberti, necnon Chilperici, qui non de eodem genere fuit, principumque Francorum Pippini, filii Anschisi ex Begga, sorore sanctae Gertrudis, ac filii eius Karoli bellicosus cognomento Martelli.

II. Albertus prefuit huic loco 38 annis, et 7. anno Magni Karoli regis, qui est annus incarnationis Domini 777, indict. 15. Berneradam Senonensem archiepiscopum reliquit huius loci provisorem atque abbatem.

III. Berneradus 20 annis regens hunc locum, 27. anno Magni Karoli regis, incarnationis vero Domini 797, indictione 5. Adonem abbatem reliquit sibi successorem.

III. Ado etiam 20 annis administrans regimen huius loci, 4. anno Ludovici Pii, filii Karoli Magni, qui est annus incarnationis Domini 817, indict. 10. Sigoaldum Spolitinae urbis episcopum in regimine huius loci sub nomine abbatis habuit successorem.

V. Sigoaldus autem postquam per 10 annos rexit hunc locum, 14. anno Ludovici Pii ac incarnationis Domini 827, indict. 5. cessit Hettino Trevirorum archiepiscopo regimen huius loci cum nomine abbatis.

VI. Hettinus rexit hunc locum 11 annis; et 25. anno Ludovici Pii, qui est annus incarnationis Domini 838, indict. 1. Hieronimus post eum suscepit nomen abbatis.

VII. Hieronimus etiam prefuit huic loco 11 annis; et 10. anno Lotharii imperatoris, filii Ludovici Pii, incarnationis vero Domini 849, indict. 12, nescimus quo ordine vel quo eventu, Adelardus comes suscepit nomen abbatis, introductisque clericis, Hiltgerum prepositum prefecit eis.

Ab obitu sancti Willibrordi usque ad 10. annum Lotharii imperatoris, filii Ludovici Pii, computantur 111 anni.

I. abbas canonicorum. Adelardus comes et abbas prefuit huic loco 7 annis, id est a 10. anno Lotharii imperatoris usque ad annum 2. Lotharii regis, filii eius, qui est annus incarnationis Domini 856, indict. 4.

Hic Lotharius rex excommunicatus est a Nicholao papa pro Waldrada pelice sua, quam duxit, relicta Thietberga regina.

Sub Adalardo comite et abbate fuerunt Hiltgerus et Guntrannus prepositi canonicorum.

II. Hatto episcopus [et abbas] successit Adelardo, prefuitque huic loco 8 annis, id est

^{a)} eadem manu superscr. c.

^{b)} Immo filii.

a 2. anno Lotharii regis usque ad 10. annum regni eiusdem, qui est annus incarnationis Domini 864, indict. 12.

III. Raginarius comes et abbas successit Hattoni, rexitque hunc locum 7 annis, id est a 10. anno Lotharii regis usque 16. annum regni eiusdem, qui est annus incarnationis Domini 870, indict. 3. Quo anno¹ idem rex pro absolute Romam veniens, ab Adriano papa absolutus,² apud Placentiam obiit, regnumque suum patrii eius Karolus et Ludovicus, filii Ludovici Pii, Reg. aequis partibus inter se dividerunt. Sub Raginario abbate et comite fuit Altpertus prepositus canonicorum.

III. Anno incarnationis Domini 871³, indictione 4. Carolus rex, frater Lútharii imperatoris, ^{Reg. a. 870.} filius Ludovici Pii, Karolmannum filium suum, qui per apostasiam diaconatus officium spreverat et turbam predonum ac laetronum sibi sociaverat, cum quibus regnum patrii infestabat ac ecclesias Dei devastabat, captum oculis privavit; cui a patre suo Ludovico rege coenobium Epternacense concessum est ad subsidium vite.

Invenimus etiam cartulam, quae anno 8. post obitum Lotharii regis, qui est annus incarnationis Domini 877, indict. 10. suis temporibus facta est, in qua continetur, Karolmannum nomen habuisse abbatis.

V. Quo 7. anno post amissionem oculorum suorum defuncto⁴, Adelardus iunior comes successit ei sub nomine abbatis anno 2. Ludovici, filii Ludovici regis Germaniae, qui fuit filius Ludovici⁵ Pii, qui est annus incarnationis Domini 878, indict. 11; sub quo Folericus et Hemerardus fuerunt prepositi canonicorum.

Prefuit autem huic loco [Adelardus⁶ iunior] 13 annis, ac 3. anno Arnulfi regis, filii Carlomanni regis Bawariorum, qui fuit filius Ludovici, filii Ludovici Pii, qui est annus incarnationis Domini 890, indict. 8, locus iste delegatus est cuidam Rúberto comiti ad regendum; sub quo fuerunt Helingaudus et Hilduinus prepositi canonicorum.

VI. Robertus cum 8 annis huic loco prefuisset, 10. anno Arnoldi regis ac incarnationis Domini 897, indict. 15. Reinerus comes adeptus est hunc locum cum nomine abbatis; sub quo fuit Berengaudus prepositus canonicorum.

VII. Reinerus 19 annis presidens huic loco, anno incarnationis Domini 915, indict. 3, anno 21. regnante Karolo, filio Ludovici Balbi ex Adeleida regina, contulit huic loco Berge⁷ et Rüdmacra, Waderloi et Thremethe cum aeclesiis et ceteris omnibus suis appenditiis.

VIII. Et post hec 10. anno Gisibertus dux, filius eius, successit ei in regimine huius loci sub nomine abbatis anno dominicae incarnationis 924, indict. 12, anno vero Heinrichi regis 7; cuius temporibus Goduinus et Herinus fuerunt prepositi canonicorum.

IX. Postquam autem 23 annis rexit hunc locum, anno incarnationis Domini 948⁸, indict. 6. Herimannus dux successit ei, anno regni primi Ottonis 11; quo anno Rinera huic loco est ^{948.} restituta⁹.

X. Post Herimannum successit dux¹⁰ Sigefridus; cuius hortatu idem Otto imperator anno 34. regni sui, imperii vero 12, incarnationis autem Domini 974, indict. 2. canonicos ex hoc loco expulsi et turmam monachorum hic adunavit abbatemque Ravangerum eis prefecit. Haec apud Magedeburch sancita sunt¹¹.

Fuerunt autem canonici in hoc loco 125 annis.

Prefuit autem huic loco vir venerabilis abbas Ravangerus annis 33, id est a novissimo anno primi Ottonis usque ad 6. annum Heinrichi, qui post tertium Ottonem elevatus est in regem; ac anno incarnationis Domini 1007, indict. 5. Uroldus abbas successit ei.

Cuius 10. ordinationis anno contigit incendium monasterii et claustrii 11. Kal. Septembris, et eodem anno fundamentum positum est novi, qui est annus dominicae incarnationis 1016, indict. 14. Qui infra 11 annos¹² hoc monasterium usque ad fenestras perfecit, calicem aureum et tabulam auream et multa alia, quae nostra non recolat memoria, huic aeclesiae ab eo sunt collata. Prefuit autem huic loco 21 anno¹³, id est a 6. anno Heinrichi usque ad 4. annum Cónradi; tandemque propter incontinentiam corporis est depositus, locumque regiminis suscepit abbas Humbertus, ex monasterio Sancti Maximini assumptus. Depositus itaque abbas Uroldus Wizenburch secessit, ibique sexto anno depositionis¹⁴ suae ex hoc saeculo migravit; sed postea a successore suo abbate¹⁵ Humberto inde est trans-

a) post add. c. b) filii add. c. c) superser. c. d) annis c. e) ita c. et cat. II. f) occupacionis corr. dep. c. g) e corr. c.

1) Obiit a. 869. 2) Immo a. 873. 3) Berg ad a. 939. 5) Rinerum prope Cleve; v. MR. UB. I, Mosellam, Rodemachern; cf. chartam Karoli Simplicis, MR. UB. II, p. 16. 4) Obiit Gisibertus iam UB. I, p. 292. 6) Comes Luxemburgensis. 7) MR.

latus ac in ecclesia ante altare sancti Stephani honorifice sepultus. Vir itaque venerandus dominus abbas Humbertus opus ab antecessore suo inceptum devotissime consummavit ac 4. anno ordinationis suae a Treberensi archiepiscopo Poppone anno dominicae incarnationis 1031. dedicari fecit, imaginibus et picturis decentissime decoravit, analogium argento adornavit, monasticum ordinem ante se pene neglectum strenuissime reparavit; multa suis temporibus huic loco adquisivit, et 24. ordinationis suae anno, id est dominicae incarnationis 1051, indict. 4, 5. Idus Aug. ex hoc saeculo migravit ac retro altare Omnium Sanctorum sepulturam meruit; cui successit dominus abbas Reginbertus in Kalendis Decembris, non impar meritis sui predecessoris. Praefuit autem huic loco dominus abbas Humbertus a 4. anno Cûnrâdi usque ad 13. annum Henrici III.

Dominus itaque abbas Reginbertus, assumpto pastoralis officio, ut fidelis servus et prudens dispensator, subditos sibi fratres ut pater filios educavit ac dilexit; abbatiam sub descriptione posuit, ex quibus locis et quibus temporibus quisque fiscus fratribus constitutam preberet annonam, ac diurnaliam servitiam instituit; pani fratrum quadrantem apposuit, prebendam in ovibus et caseis et untia adauxit, addens unicuique fratrum ad statutum ovum unum, et caseum, qui antea inter 4. dividebatur, inter 3. partiri iussit, et ad untiam 18 denarios addidit. In precipuis diebus et nataliciis sanctorum necnon in anniversariis patris ac matris et duorum fratrum suorum diurna servitia constituit; ad postremum successorem sibi dominum abbatem Tiofridum designavit, sicque 30. ordinationis suae anno 3. Idus Decembris in pace quievit et in sepulchro, quod ipse sibi vivens in conventu paraverat, [ab Egilberto Trevirorum archiepiscopo] ac devotis sibi filiis anno incarnationis Domini 1081, indict. 4. sepultus est, Henrico III. imperatore cum exercitu in Italia degente, anno 26. regni eius. Praefuit autem huic loco a 22. anno regni Henrici III. usque ad 26. annum regni Henrici III.

Quem post biennium adiens dominus abbas Tiofridus, Romae anno incarnationis Domini 1083, 13. Kal. Decembris abbatiam suscepit, eamque per 28. annos, in omnibus sequens vestigia predecessoris sui ut verus Israelita strenuissime rexit. Geihilingun¹, alodium apud Burnen² et Aldestorph² comparavit eaque fratrum usibus delegavit, ac anno incarnationis Domini 1110, indict. 3, tertio Nonas Aprilis in senectute bona obdormivit in Domino sepultusque est in conventu a Brunone Treberensi archiepiscopo; cui [in electione] successit Gerardus abbas 4. Kal. Maii. Praefuit autem huic loco beatae memoriae dominus abbas Tiofridus a 28. anno Henrici III. usque ad 3. annum regni Henrici V. Adepta itaque Geraldus abbatia, multa in rebus ecclesiasticis intulit dispendia. Immutavit omnia ab antecessoribus suis fratribus instituta, quaeque potuit laicis feodavit. Quorum consilio depravatus, succidi fecit circumadiacens nemus.

CATALOGUS II.

Ca. I. Sanctus Willibrordus ann¹ Pippino duce Francorum, filio Anschini ex Begga, sorore c. Y. Willibr. sancto Geretrudis, Romam directus est, et a beatae memoriae Sergio apostolicae sedis praesule 10. Kal. Decembris archiepiscopus Fresonum ordinatur, nomenque ei Clemens est impositum, ac non multo post, id est quarto anno Childeberti regis, cooperantibus domna Irmina abbatissa, Dagoberti regis filia, et eodem Pippino necnon uxore sua Plittrude^b atque filio suo Karolo Marfello multisque aliis principibus, Epternacense coenobium construxit, ibique primus abbas extitit; ubi anno incarnationis Domini 730, ordinationis suae 44, aetatis vero 81. in pace quievit; huius temporibus regum Clodovei, filii Dagoberti, et Clotharii, filii Clodovei, et Theoderici, fratris Clotharii, et Childeberti, fratris Theoderici, atque Dagoberti, filii Childeberti, necnon Chilperici.

II. Albertus abbas praefuit huic loco 37. annis, id est ab obitu sancti Willibrordi usque ad 5. annum regni Karoli Magni, qui est annus incarnationis Domini 775.

III. Bernardus Senonensis archiepiscopus et abbas praefuit huic loco 22. annis, id est a 5. anno regni Karoli Magni usque ad 27. annum regni eiusdem, qui est annus incarnationis Domini [797]. Post hunc Karolus rex praefuit huic loco paene per annum.

a) haec post add. c. b) a corr. ac c. c) corr. 13. IV. d) 20. corr. 26. c. e) add. sed del. c. f) ia erasa c. g) abrupta c. h) . . . itrude c. i) iam legi nequit.

1) Geichlingen; cf. MR. UB. I, p. 390. 2) Born prope Mombach; Alsdorf praefecturae Bitburg.

- III. Ado abbas praefuit huic loco 20 annis, id est a 27. anno Karoli Magni usque ad 3. annum regni Lüdovici Pii imperatoris, filii Karoli Magni, qui est annus incarnationis Domini 817.
- V. Sigoldus Spoletinae urbis episcopus et abbas praefuit huic loco 9 annis, id est a 4. anno Lüdovici Pii usque ad 14^a. annum^b regni eiusdem, qui est annus incarnationis Domini 827.
- 5 VI. Theotgaudus¹ abbas praefuit huic loco 4^e annis, id est a 14. anno Lüdovici Pii usque ad 19. annum regni eiusdem, qui est annus incarnationis Domini 832.
- VII. Heti Trevirorum archiepiscopus et abbas praefuit huic loco 6^e annis, id est a 19. anno reg[ni]⁴ Ludovici Pii usque ad annum regni eiusdem, qui est annus incarnationis Domini
- 10 VIII. Hieronimus [abbas praefuit] huic loco ann. 7 (?), id est a . . . anno regni Lüdovici Pii usque ad . . . annum Lotharii imperatoris, filii eius, qui est annus incarnationis Domini 847.
- VIII. Adelaricus comes et abbas praefuit canonicis huius loci 7 annis, a . . . anno Lotharii imperatoris usque ad . . . annum regni Lättharii regis, filii eius, qui est annus incarnationis Domini 856.
- X. H[atto] episcopus et abbas praefuit huic loco 7 annis, [id est a . . . anno] regni Lättharii [regis usque ad . . .] 15 annum regni eiusdem, qui est [annus incarnationis Domini 864].
- XI. Reinerus comes et abbas praefuit [huic loco . . .] annis, id est a . . . anno Lotharii regis usque ad . . . annum regni eiusdem, qui est incarnationis Domini
- XII. Karlomannus abbas, a patre suo Karolo rege Francorum, filio Lüdovici Pii, anno incarnationis Domini 8 . . . excecatus, a Lüdovico patruo suo rege [Lo]tharingorum locum hunc ad subsidium vi[tae] accepit, ubi 7. anno post 20 executionem suam vitam finivit.
- XIII. Adelaricus iunior^b comes et abbas praefuit hoc loco 13 annis, id est a 2. anno Lüdovici [III^e regis] usque ad 3. annum Arnolfi imperatoris, qui est annus incarnationis Domini
- XIII. Robertus comes et abbas praefuit huic loco 3 annis temporibus Arnulfi imperatoris usque ad annum incarnationis Domini 892.
- 25 XV. Rabodo Trevirorum archiepiscopus et abbas praefuit huic loco 4 annis, id est a 5. anno regni Arnulfi imperatoris usque ad 1. annum [Zuen]diboldi regis, qui est annus incarnationis Domini 898.
- XVI. Rainerus iunior^b comes et abbas praefuit huic loco 19^e annis, id est a 3. anno [Zuen]diboldi regis usque ad 4^e. annum Karoli^c regis, filii Ludovici Balbi, qui est annus incarnationis Domini 915.
- 30 XVII. Berengaudus prepositus et abbas praefuit huic loco 9 annis, id est a quarto anno regni Karoli usque ad 8^e. annum^e regni Henrici primi^b regis, qui est annus incarnationis Domini 923^e.
- XVIII. Giselbertus dux et abbas, filius Reineri, praefuit huic loco 24 annis, id est a 8^b. anno 35 Henrici humilis usque ad 15. annum regni primi Ottonis, qui est annus incarnationis Domini 949].
- XVIII. Godowinus et Herinus prepositi praefuerunt huic loco 25 annis sub ducibus Heremanno et Sicfrido, id est a 15. anno regni primi Ottonis usque ad annum 34. regni eiusdem, qui est annus incarnationis Domini 974; quo anno inicio Martii idem imperator, 40 suggerente eodem Sicfrido, canonicos ex hoc loco eiecit et turram monachorum hic adunavit abbate quo eis Ravangerum praefecit.
- XX. Ravangerus abbas praefuit huic loco 34 annis, id est a novissimo anno primi Ottonis usque ad 6. annum Henrici II. imperatoris, qui post tertium Ottonem elevatus est in regem; ac anno incarnationis Domini 1007. 19. Kal. Septembris in pace quievit.
- 45 XXI. Uoldus abbas praefuit huic loco 21 anno, id est a 6. anno Henrici imperatoris II. usque ad 4. annum Cónradi imperatoris, ac anno incarnationis Domini 1028. ab abbacia depositus Wizenburch recessit, ibique incarnationis dominicae 1034 (?) anno, 7. depositionis [suae] ex hoc seculo migravit]. Huius 10. ordinationis [anno contigit] incendium monasterii [et claustrii 11.] Kal. Septembris, eodem[quo] anno fundamenta posuit [novi], qui est annus [incarnationis 1016], et infra 11 annos usque [ad fenestras perfecit]. Ipso quoque tempore 50 anno [incarnationis] dominicae contigit miraculum celebre , ubi h
- XXII. Humbertus abbas praefuit huic loco 24 [annis, id est a 4.] anno Cónradi [regis] [usque] ad 13. annum Henrici regis III., [ac] anno incarnationis dominicae [1041, 5. Idus Augusti [diem] extremum. Hic 4. anno [ordinationis] suae a Treverensi archiepiscopo Poppone anno dominicae incarnationis 1031. hoc monasterium dedicari fecit et corpus sancti patris nostri Clementis Willibrordi eodem die a 55 loco sepulturae suae sub principale altare transtulit.

a) III. vel VIII, corr. m. rec. XIII c. b) superscr. c. c) ita corr. vel superlit. m. rec. c. d) haec deltria legi nequeunt.
e) III. r. post add. c. f) 28 (ut videtur) corr. 19 c. g) e corr. eiusdem manus quo f. L. B. add. c. h) 6. corr. 8. c.

1) In primo catalogo omittitur.

XXIII. Reginbertus abbas in Kal. Decemb., suscepta abbatia, prefuit huic loco 30 annis, id est a 22. regis Henrici III. usque ad 26. annum regni Henrici quarti, qui est annus incarnationis [dominicæ 1081. 3.] Idus Decemb. obdormivit in Domino.

XXIV. Theofridus abbas anno incarnationis dominicæ 1083, 13. Kal. Decemb. abbatiam Rome suscepit eamque per 28 annos strenuissime rexit, ac anno 1110. incarnationis dominicæ 3. Nonas Aprilis ex hac luce migravit. Prefuit autem huic loco a 28. anno regni Henrici III. usque ad 3. annum regni Henrici V.

XXV. Gerardus abbas, suscepta abbatia, prefuit [huic loco] 13(?) annis et anno [incarnationis dominicæ 1122. 3.] Kal. Novembr. iussu [Henrici imperat]oris et archiepiscopi Brunonis propter multimoda dispendia [ecclesiasticis rebus] illata pastoralem [virgam super] altare sancti Willibrordi [reddidit] anno 15. regni [Henrici] 26. Godefridus [suscepta abbatia Kal.] Ianuarii [rexit hunc locum 33] annis et 1

III. SERIES REGUM ET ABBATUM.

Pippinus maior domus 27 annis.	Sanctus Willibrordus a 3. ^a anno ordinationis sue prefuit hic. Fuit autem in episcopatu 44 ann.	15
Karolomannus [dux ^a], filius eius, 26 ^b (?)	Albertus abbas 37.	
Pippinus rex [alter ^c], filius Martelli, 19 ^d .	Beonradus [Sen. ¹ episcopus] abbas 22.	
Karolomannus, filius Pippini, 3.	Ado abbas 20.	
Karolus Magnus [imperator ^e augustus], frater eius, 47.	Sigoaldus [Spoletii ¹ episcopus] abbas 9.	
Ludowicus primus [imperator ^e], filius Karoli Magni, 27.	Theotgaudus abbas 5.	20
Lotharius [imperator ^e], filius Lud. Pii, post monachus, 18.	Hetti [Treberi ¹ episcopus] abbas 6.	
Lotharius [excommunicatus ^e], filius Lotharii, 15.	Iheronimus abbas 10. [Canonici ^b inducti].	
Lüd. [rex ^e], filius Lud. Pii, 6.	Adelardus comes et abbas [canonicorum ^b 7].	
Lüd. [rex ^e], filius eius, 6.	Hatto [episcopus ¹ Treberi] abbas 9.	
Karolus [imperator ^e], frater eius, 6.	Reinerus comes et abbas 7.	25
Arnoldus [imperator ^e] 40.	Karolomannus excecatus annis 7.	
Zvendiboldus [rex ^e de ^c pelice ^c], filius eius, 6.	Adelardus comes et abbas 13.	
Lüd. [rex ^e], filius Arnulfi [legimus ^e], 12.	Robertus comes et abbas 3.	
Cuonradus ^e [rex ^e Germanie] 8.	Rabodo episcopus [Treberi ¹] et abbas 4.	
Karolus ^f [Francorum ^g], filius Lud. Balbi.	Reinerus comes et abbas 19.	30
Henricus [rex ^e] humilis 15.	Berengaudus prepositus et abbas 9.	
Otto Magnus [imperator ^e] 41.	Gisbertus dux et abbas 24.	
Otto secundus [imperator ^e] 11.	Herinus et Godowinus [sub ^h Herm. et Sifrido ducibus] 25.	
Otto tercius [imperator ^e] 19.	Ravangerus [abbas ^k monachorum 33].	35
Henricus [imperator ^e] 24.	Uroldus abbas 21.	
Cunradus [rex ^e] 15.	Humbertus abbas 24.	
Henricus [imperator ^e], filius eius, 18.	Reginbertus abbas 30.	
Henricus [imperator ^e], filius eius, 53.	Theofridus abbas 28.	
Henricus [imperator ^e], filius eius, 19.	Gerardus abbas 13.	40
Lotharius [imperator ^e], dux Saxonum 14.	Godefridus abbas 33 et semis.	
Cunradus [rex ^e], filius sororis Henrici, 14.	Gerardus abbas 18.	
Fridericus [imperator ^e], filius Friderici, fratris Cûnr. [40 ^s].	Ludowicus abbas 8.	
Henricus imperator, filius eius.	[Godefridus ^k abbas].	45

a) post superscr. c. b) XXVI.; primum X e corr. c. c) eadem forte manu superscr. c. d) V e corr. c. e) haec in marg. post add. c. f) haec e corr. c. g) haec post add. c. h) e corr. c. i) eadem manu superscr. c. k) haec post add. videntur; et fortasse etiã abbi annorum numeri.

l) Haec ex catalogo recentiore l. l. p. 34. supplenda sunt.

CATALOGI ABBATUM S. EUGENDI IURENSIS.

Proponimus etiam monumenta monasterii Condatescensis sive Iurensis S. Eugendo dedicati (postea 'St. Claudé appellati), quod in dioecesi Lugdunensi, haud procul a finibus Gebennensibus situm¹, inter regni Burgundiae coenobia tum antiquitate tum litterarum studio enituit.

Catalogus primo loco positus exstat in duobus foliis, e codice maiore ut videtur evulsis, quae possidet comes L. de Laubespain eaque luci danda permisit V. Cl. Ul. Robert, de historiae Gallicae fontibus meritissimo, qui nuper editionem paravit ('Bibliothèque de l'école des chartes' *XLI*), quam non potuimus quin hoc loco repeteremus, omissa tamen serie regum Francorum, quae a Priamo usque ad Ludovicum iuniorem (VI) deducitur². Qui hanc praemisit sola abbatum nomina et annos annotavit, alter post de eorum tempore actisque compluria addidit, quae minoribus litteris exprimenda curavimus, sed tamquam maximam partem ex monasterii chartis hausta, cum hae perditae videantur, magni sane faciendae. Hoc catalogo Chiffletius esse usus videtur, cum conderet chronicon Condatescense, quo duce Sammarthanus abbatum ordinem confecit (*Gall. christ. edit. 1. Vol. IV, p. 546; ed. altera IV, p. 243 sqq.*). Sed nonnullis locis cum a nostro minus recte recessisse, Robert notavit et fusiore commentario se probaturum esse promisit. Initia vero fabulosa esse, vix est quod moncamus.

Subiecimus catalogum rhythmicum a Mabillonio (*Ann. Bened. I. p. 677*) editum, iis omissis quae de fundatione monasterii Condatescensis, S. Romani et Laucomensis praemittuntur, etiam a Mabillonio partim recisis. Non ultra Bertrandum (Belteraldum) saec. IX. progreditur, sed multo post scriptus est³, sive Mabillonius reliqua omisit sive codex eius mancus fuit. G. W.

Romanus fuit abbas annos 100. Vixit autem 135.

Hic anno ab incarnatione Domini 384. primum Iurim ingressus est, id est 3. anno Gratiani imperatoris.

30 Minausius⁴ ann. 50.

Eugendus 13, menses 6. Vixit 66.

Hic 10. anno post mortem Clodovei fuisse reperitur.

Antidiolus 13.

Olimpus 33.

35 1) De situ in carmine, quod etiam abbatum catalogum continet infra edendum, haec leguntur:

*In monte videlicet communiter dicto Iurae,
Inter fluvios fluentes Rhodunum et Ennam¹ bene,
Ipsam instructi scientes imperio subiaccere,*

40 *Et extra cunctos limites cuiuscunque regni esse.
Nam aqua Ennae terminat a parte orientali
Regnum quoque Burgundiae a regno Arelatensi².
Sunt in fine Tabernarum duo lapides erecti,
Quibus dicti principatus olim fuerunt dicisi.*

45 1) Ain. 2) Haec ad id tempus spectare videntur, quo comitatus Burgundiae, in cuius fine monasterium ad Bienne fluvium situm erat, a regno Arelatensi discernebatur; quod

2) Haec tantum exscribere iuvat sub Heirico rege scripta: *Robertus autem dux Burgundionum effectus est genitique Henricum, qui Odonem cognomento Borrel genuit, Odo vero Hugonem et Hugo Odonem alium ducem* (a. 1142—1162).

3) Id quod iam 'regni Arelatensis' mentione (infra n. 2) probatur. 4) Omittitur Lupicinus, qui in Vila, AA. SS. Mart. III, p. 267, etiam huius monasterii post Romanum dicitur abbas. Cf. catalogum rhythmicum.

post Friderici I. tempora factum est: v. Sternfeld, 'Verhättnis des Arelats' p. 19.

- Sapientius 17.
 Talasius menses 8.
 Dagamodus annis 9.
 Hic fuit 6. anno Flotbarii et 4. Childeberti.
 Audericus annis 2, m. 8. 5
 Iniuriosus ann. 17.
 Claudius archiepiscopus Bisuntinus et abbas Iurensis 55.
 Fuit 40. anno Clodovei, quando rex idem debitum recognovit, et 4. Childeberti abbas tantum, agit de decimo Pauliaci Wilfinus episcopus, actum Seduno; et 8. Karoli augusti episcopus invenitur. 10
 Rusticus 35. *
 Aufredus 7, m. 6.
 Ypolitus episcopus Belicensis et abbas 26.
 Fuit antem 4. anno Karoli, qui Quintinacum dedit, et 4. Pipini abbas tantum, et 4. item Pipini abbas et episcopus, et 7. abbas tantum, et 12. — id* est ab incarnatione 763, indict. 1. — 15
 Pipino Tassona dedit idem rex et etiam libertatem eligendi abbatem, et item 21.
 Vulfredus anno 1, m. 4.
 2. anno Karoli imperatoris.
 Bertrannus 7.
 4. Karoli et 1. Karolomanni. 20
 Rithbertus episcopus et abbas.
 22. Karoli.
 Belteraldus ann. 19.
 Hic fuit 4. anno Karoli et 9. et 11. et 15. et 17. et 20. et 25. et 27, et 22. Karoli regis Vulfrannus advocatus. Carlus rex Francorum ac patricius Romanorum. Actum Langobane palacio. 25
 Autelmus ann. 16, menses 10.
 Hic fuit anno 39. regnante domno Karolo rege Laibulfus comes, et 33. et 5. imperii eius Engalinus monachus, et 34. Karoli regis et 5. imperii Quelto, Manno, et 5. Karoli imperatoris et 37. regn. in Francia et 32. in Italia.
 Achinus ann. 16, m. 6. 30
 Hic fuit anno 2. et 15. et 18. Ludovici imperatoris.
 Isti abbates per 445 annos prefaerant.
 Zmaragdus^b abbas et Teutbertus capellanus, missi domni nostri Ludovici imperatoris, in anno 6. imperii eius inbrevarunt res monasterii Sancti Eugendi et invenerunt colonicas vestitas 840, absas 17. 35
 Anno^c ab incarnatione Domini 840, indict. 3. obiit Ludovicus imperator.
 Agilmarus archiepiscopus Viennensis.
 Hic fuit 1. anno Lotharii, et 8. Otto et Aalsinda dederunt Barbantum, et 8. imperii eiusdem abbas tantum, et 9. abbas et archiepiscopus, et item eiusdem in Italia 28. et in Francia 8, ind. 11. 40
 Anno ab incarnatione Domini 857, ind. 5. obiit Lotharius imperator.
 855. Remigius archiepiscopus Lugdunensis.
 Hic fuit 4. anno Karoli regis. Manno prepositus, Wichardus comes, et 35. eiusdem et in successione Lotharii 5. et Ludovici 25, et item 22. imperii Ludovici.
 Aurelianus archiepiscopus Lugdunensis. 45
 Hic anno ab incarnatione Domini 876, consecratur in pontificem, ind. 9, et fuit 5. et 6. anno Karoli imperatoris.
 877. Anno ab incarnatione Domini 867, ind. 15. obiit Karolus Calvus imperator.
 Hildebertus abbas.
 Fuit anno 26. et 27. Ludovici imperatoris seu regis. 50
 Quelto¹⁰ abbas. 50
 Hic invenitur propositus tantum tempore Karoli imperatoris et Manno monachus. Hic fuit anno 6. Karolo rege inuncto ad imperatorem.

a) id est ab inc. 763, ind. 1. post add. c. b) haec in inferiore marg. scr. c. c) in marg. c. d) sic c.

1) Fortasse Sedunensis; sed alibi haud notus. tasse Anianensis; de quo v. chron. Mois. 814, SS. I, 55
 2) Bellej, qui c. a. 776. obiisse dicitur. 3) De p. 311; vel S. Michaelis, Chron. S. Mich. c. 5, SS. IV, cuius sede non constat. Richertus dicitur Gall. chr. p. 80. 9) Cf. quae ex Necrologio afferuntur Gall. I, l. Omititur in catalogo rhythmico. 4) Berthardus christ. ed. 2, IV, p. 246: *Pridie Id. Martii Otto ibid.; Bertrandus cat. rhyth.* 5) Data sunt procul dubio chartarum. 6) Autelmus Gall. chr. 7) Hic filius, monachus, qui dederunt S. Eugendo cellam 60 et alia eiusmodi nomina eorum esse videntur, qui Borboniae atque Salegiae. 10) Hoc loco ordo annis indicatis chartas monasterio dederunt. 8) For- Gall. chr. ab hoc catalogo differt.

Manno prepositus⁴ tantum.

Hic fuit 11. anno Lotharii et 1. post obitum eius, et 1. et 2. Ludovici imperatoris, et 5. et 15. Lotharii Matfridus comes, et 3. et 4. Karoli post obitum Karolomanni, et 1. et 9. post obitum Karoli imperatoris Bernardus et Beleidis uxor. Hic obiit anno ab incarnatione Domini 880, ind. 13. Ab incarnatione 818^a, ind. 8. Ermengardis regina^a et principis^b Ludovici, filii Bosonis, anno 4. 891^c post obitum Karoli imperatoris.

Ab^c incarnatione 893. Aurelianus archiepiscopus Lugdunensis tantum. Manno prepositus, Bernoinus archiepiscopus Viennensis, Geraldus Matiscensis episcopus, Arginus^d Lingonensis.

Ab incarnatione 893, anno Rodulfi regis 6, ind. 11.

Gipperius abbas prepositus^e tantum.

Hic fuit anno 1. et 9. Ludovici imperatoris et 9. eiusdem, id est ab incarnatione 946, ind. 14, et 12. Gonradi regis, filii Rodulfi. Huius tempore invenitur Bernardus comes et Ermengardis uxor. Item primo anno Ludovici scribit Benedictus papa ei de electione abbatis, et 4. Ludovici abbas tantum. Item ab incarnatione 928, ind. 1, 3. anno regni sui scribit ei Hngo rex Francorum¹. Item 10. Rodulfi, filii Rodulfi.

Guido.

Ego² Layfnus pro anima senioris nostri Rodulfi regis seu Conradi genitoris sui et Hugonis avunculi sui.

Boso.

Hic fuit 16. Gonradi.

Achinardus.

Hic fuit 20. et 30. Gonradi.

Norbaldu.

Hic fuit 50. anno Gonradi, quando Boso et Cateldis Monasterium dederunt et Pontianum. Item 56. eiusdem³, et 15. vel 16. Rodulfi Stephanus abbas⁴ res de Nova-villa⁵ reddidit, Leodegarius scripsit. Bernardus prepositus.

Bernardus.

Hic fuit 8. anno Ludovici et 12. Rodulfi regis Iurensium. Huius temporibus Rotfredus rector abbatis et Gipperius prepositus.

Gaucerannus.

Leodegarius prepositus. — Hic fuit anno 15, [id⁶ est ab inc. 1000], Rodulfi regis Teutonum⁷ et in partibus Galliarum regnantis, et 19. et 25, id est ab inc. 1015, et 18. et 36. eiusdem Berengarius prior, et 20. Albericus consul. Idem rex per Burchardum fratrem suum archiepiscopum et per filium Hugonem Lausenne episcopum et alium Hugonem Gebennensem episcopum et Rotbertum comitem Gebennensem scribit ei de iure et servis 22. anno regni, id est ab inc. 1020, et 22. et 30. eiusdem Berengarius prior. Item Gonradi 12, ind. 8. Leodegarius prepositus, Ermengardis comitissa, uxor Aalgodi, filia Gisleberti et Iudith.

Ab^c incarnatione 1015, ind. 8. Gislebertus et Iudith, regnante Rodulfo.

Odericus.

30. et 36. Rodulfi, et sine rege⁸, et 1026, ind. 10.

Ab^c incarnatione 1033, obiit Rodulfus⁹ rex.

Ab^c incarnatione 1039, dedicatio ecclesie sancti Eugendi.

Iotsaldus.

12. Henrici¹⁰, Nandradus. Leo papa. Arcoldus scribit.

Leutaldus.

14. Henrici regis. Philippus rex¹¹, Nandradus prior sine rege. Item 1058, ind. 12. Humbertus archiepiscopus reddit sanctam Lupicinum. Ab incarnatione 1064, ind. 1, concurrente 2. scribit ei Humbertus archiepiscopus, Alexandro papa, Henrico rege, de sancto Lupicino.

Odo¹².

22. Henrici iunioris¹³. Item ab incarnatione 1079, ind. 2. scribit ei Gibuinus archiepiscopus Lugdunensis.

Ab^c incarnatione 1076, ind. 15, regni Philippi 18. Teobaldus comes laudavit res Barrenses.

Hunaldus.

33. Henrici — [certi¹⁴ regis¹⁵ —, id est ab incarnatione 1091, Urbani pape secundi 3, ind. 14, et 38. Henrici iunioris. Cepit ab incarnatione 1084, et Hugo archiepiscopus scribit ei.

a) ita c. in inf. marg.; sed de anno 891. agi videtur. b) ita ed.; principis? c) in inferiore margine c. d) Arginus emend. Rob. e) p. t. infra inter 9. et Ludovici inserit ed. f) superscr. c. g) sic c. h) l. r. superscr., nunc partim deleta c.

1) Is, ut videtur, cuius iussu complures codices scripti sunt, qui iam exstant; v. N. Arch. II, p. 330 n. — 2) Manno defunctus est a. 880, ind. 13, die mensis Augusti 16. Gall. chr. l. l. 3) Uxor Bosonis. 4) Italiae et Burgundiae meridiana. 5) Chartae initium, ut videtur. 6) 'incerti loci' Gall. chr. l. l. p. 247. 7) 'ubi est sita ecclesia in honorem S. Maurici iuxta silyam Lusciam' ibid. 8) Nota singularem Rodulfi titulum. 9) Rodulfo, ut videtur, a. 1032. mortuo. 10) III. Germaniae. 11) Galliae. 12) Qui obiit 8. Idus Maii a. 1084; Gall. chr. l. l. 13) IV. Germaniae regis.

Humbertus.

Hic post Hunaldum prefuit ann. 5, deinde iterum Hunaldus. Hic fuit ab incarnatione 1100, ind. 8, Paschalis pape secundi anno 1¹.

Ado.

Cepit ab incarnatione 1112. Obiit 1146².

5

Humbertus³. Ado. Humbertus. Girardus. Ado⁴.

CATALOGUS RHYTHMICUS.

Principali coenobio fundator abbas Romanus.	
Quo quidem sancto defuncto, successit tum Lupicinus.	
Deinde, isto defuncto, tertius fuit Minausius.	10
Quo sancto quidem sublato, quartus fuit Eugendus.	
Iste fuit gloriosus signorum patracione,	
Fuitque valde famosus, pollens utroque sermone;	
Fuit et propheta verus, ab ipsiusque nomine	
Locus est denominatus, ut videmus notorie.	15
Sub istis quatuor sanctis dicti loci abbatibus	
Floruerunt miraculis, scientia, virtutibus	
Palladius tunc iuuenis ac sanctus Sabinianus,	
Valentinus in levitis et sanctus Anthidiolus.	
Post beatum Eugendum beatus Anthidiolus	20
Dictum rexit coenobium, qui ecclesiam patribus	
Super sanctum Eugendum fecit construi devotus,	
Et divinum officium in ipsa deprompsit primus.	
Sanctus Olympius successit beato Anthidiolo;	
Hic admisit saeculares in Condatiscensi loco	
Ipsisque loca concessit sub annuali tributo,	25
Ut construerent hic domos, reservato dominio.	
Sapientius beatus in regimine successit;	
Protomartyri devotus oratorium construxit,	
In quo vir devotissimus sacramenta ordinavit	
Ministrari hominibus, quos dictus sanctus admisit.	30
Post sanctum Sapientium beatus vir Thalasius	
Dictum rexit coenobium; inde sanctus Dagamundus.	
Post cuius sancti transitum sanctus rexit Andericus ⁴ ,	
Qui humilis supra modum fertur fuisse et sanctus.	35
Beatus Iniuriosus undecimus abbas fuit;	
Hic corpora vir consultus sanctorum patrum extraxit	
De suis prioratibus atque ea deposuit	
In coenobio devotus iuxta aram, quam erexit.	
Sub illo sancto abbate beatissimus Claudius,	40
Relicta penitus urbe, velut alter Abaredus,	
Cupiens mundum fugere et delicias funditus,	
Convolavit celerrime ad coenobium fervidus.	
Beatissimus Claudius post sanctum Iniuriosum	
Suscepit quidem invitus saepe dictum coenobium;	45
Sed gubernavit vir sanctus iuxta suae fastigium	
Sanctitatis et potius ⁵ locum decoravit totum.	
Ac post beatum Claudium senior sanctus Rusticus	
Dictum rexit coenobium; post quem sanctus Anfredus ⁶ .	
Post cuius sancti decessum sanctus rexit Hippolytus,	50
Exereens episcopatum cum coenobio invitus.	

¹⁾ haec nomina alia manu f. 2. add. e. ²⁾ 'at. protinus' ed.

1) Necrologium ita: Pridie Nonas Augusti obiit Hunaldus nostri coenobii abbas; Gall. chr. p. 248. 2) Pridie Idus Aprilis; ib. 3) Sedit a. 1150—c. 1182. 4) Supra Andericus. 5) Autfredus supra.

Sub isto sancto abbate, Bellicensi episcopo,
 Pipinus rex devote isti dedit coenobio
 Cassonam¹ cum facultate fabricandi perpetuo
 Monetam², atque libere plura dedit ipse ultro.
 Post hunc regem rex Carolus sub isto sancto praesule
 Quintiniacum devotus coenobio dedit pure;
 Privilegia penitus huic renovavit libere,
 Cudendi monetam prius concessit cum pleno iure.
 Post beatum Hippolytum fuit beatus Wilferdus.
 Post quem beatum Wilferdum venerabilis Bertrandus³.
 Sub istis floruit multum sanctus comes et monachus
 Campaniae sanctus Simon⁴, mundum contemnens penitus.
 Iste fugiens honores, de Bertrandi licentia
 Pertransiit loci montes in hac ipsa lurae silva,
 Fundare per artifices atque construi moenia
 Fecit atque poni fratres; simul hic fuit coenobita⁴.
 Post haec a papa vocatus Romam devotus abiit,
 Pacem in reges devotus tractavit atque firmavit.
 Post hanc rediit infirmus et dies suos finivit,
 Atque in Urbe sepultus ante sacram Petri fuit⁵.

1) Tassonam supra. 2) Haec fabulosa esse constat; Fridericus I. ius monetæ dedit, Stumpf, Reg. nr. 4398.
 3) Qui supra Bertheraldus audit. 4) Cf. eius vitam, Mabillon, Acta VI, 2. p. 378. 5) A. 1080.

CATALOGUS EPISCOPORUM HILDESHEIMENSIIUM.

25 *B. m. G. H. Pertz cum ederet chronicon episcoporum Hildesheimensium a variis continuatum (SS. VII, p. 850 sqq.), catalogum a Leibnitio (SS. R. Brunsv. I, p. 772) ex codice Ekkehardi publici iuris factum tanquam ex illo excerptum ideoque nullius pretii habendum reiecit. Attamen nonnulla continet, quae ibi frustra quaeras; quae quamvis haud magni facienda in hac collectione desiderari nolumus, sed paucas plagulas etiam huic opusculo saec. XIII. tribuendas duximus. Codicis fata ignorantur.*
 G. W.

Karolus imperator Magnus, qui toto vite sue tempore diversis conflictibus Saxones demum bello ad fidem compulsi, ecclesias per loca, scilicet Paterborne, Corbeia — que tamen postea anno Hludvici, filii Karoli, 11. anno Domini 822, s. Idus Aug. denuo est fundata —, Minda, Hildensem, Herstello et ceteras edificari fecit et episcopatus 35 futuros praordinavit.

Anno Domini 814. Karolus ad Christum migravit [anno^a] etatis 73, regni 43, imperii 14. Cuius filius Ludewicus successit; qui et eodem episcopatus iuxta desiderium patris instituit.

Karolus autem in Aulica, que nunc Elcen dicitur, iuxta Hildesen ad duo miliaria, ubi Sala rivulus perennis beyne influit, sita, episcopatum esse decrevit, et ibidem ecclesie fundamenta ponens, sancto Petro apostolo dedicavit. Ludewicus, filius eius, eam in Hildensem transferens, eo, quod reliquo sancte Dei genitricis ab eo loco avelli ac deportari non poterant, in honore gloriose virginis episcopatum fundavit; et

I. Guntharium primum episcopum ordinari fecit. Hic in cimiterio capellanæ edificavit, in qua ipse sepultus in Chr. III. Domino requiescit.

II. Reybertus. Obiit 825^b.

45 III. Ebo episcopus Remensis deponitur et Hildensem imperatoris clementia relegatur; qui annis 12 sedit.

IV. Althridus 847. Hic monasterium inchoavit. Duas curtes suas, scilicet Salingenstad et Asenede Deo offerens, [abbatias^c] in Salingenstad monachorum, Asenede monialium constituit. Hic anno Domini 852 cum Ludolfo primo duce in Bruntheshusen, et quarto post her anno in Gaudersheins virginum coenobium inchoavit. Qui ecclesiam ibidem edificare cepit et Hathomudam, eiusdem ducis filiam Liudolphi, primam^c abbatissam ordinavit; qui 18.

50 a) deest ed. b) 835. Chr. c) primum ed.

post anno, Hathomudi defuncta, Gerbergam, sororem eius, secundam abbatissam consecravit. Ipse etiam anno Domini 872, ordinationis 26. Hildesheimense monasterium consummavit et Kalesd. Noveuh. in honore sancte Marie, Cosmo et Domini, Tiburtii et Yeterani sanctoque Cecelie dedicavit. Sedit annis 29. In die assumptionis obiit, et Asnedo in ecclesia est sepultus, quod ipse fundaverat anno Domini 875.

Post Althridum Ludolfus quidam monachus Corbeiensis postulatur, sed morbo preventus aufertur.

V. Marquardus. Hic abbas Salingustad et Asnedo negligenter amittit. Hic 4. ordinationis sue anno a Sclavis est occisus.

VI. Wighertus 880. Domini anno in episcopum est electus, artis medicine peritus. Bibham totam, que est adhuc in ecclesia, manu propria conscripsit. Hic anno Domini 883, sue ordinationis anno 4. ecclesiam in Gandersem dedicavit. Gerberga abbatissa defuncta, sororem eius Christianam ibidem instituit abbatissam.

VII. Welbertus 7. episcopus. Hic preposituram et prebendam fratrum, ut antecessor eius, instituit. Proposuerat, ut scilicet tertia pars preventuum ecclesie caderet fratribus. Iste etiam, Christina defuncta, Rotsuindam abbatissam Gandersem ordinavit.

VIII. Scharius 8. 926. anno Domini. Turrim occidentalem in Gandersem dedicavit, et Raituinda defuncta, Wendelgardam abbatissam ordinavit. Hic altare sancte Crucis et parietes et pulpitem euangelii argento redimiti.

IX. Thihardus, abbas Herfeldis, anno 9284. Hic tabulam maioris altaris auro purissimo et gemanis fieri ordinavit. Et novam ecclesiam in Gandersem in honore beate Marie virginis consecravit. Sedit annis 27.

X. Othwinus, Parthenopolitano ecclesie abbas, 10. episcopus. Hic curtem Gisenheim acquisivit. Vinum in summis festivitatibus instituit. Aurum et gemmas ad calicem et patenam collegit. Ecclesiam in honore sancte Marie et sancti Epiphani, quem de Papia adduxit, in australi parte principalis ecclesie construxit; qui 30. ordinationis sue anno in Domino requievit. Ipse etiam, Wendelgarda defuncta, Gerbergam abbatissam in Gandersem ordinavit.

XI. Ostagus 11. Hic triginta mansos cum curte maioris Alchramensem ecclesie comparavit 4. anno obiit.

XII. Gedagus. Hic curtem minoris Alchramensem et Siebrestekhusen ad 40 mansos ecclesie donavit. Qui 3. ordinationis sue anno, Roma rediens, 7. Idus Decembris migravit.

XIII. Sanctus Bernardus, regius capellanus. Hic calicem et patenam miro magnitudinis de auro et gemmis, quas Othwinus reliquerat, fabricavit et plurima suo ecclesie condonavit. Monasterium Sancti Michaelis construxit, abbatiam instituit. 300 mansos tributis ad convictum. Hic novam ecclesiam in Gandersem, presente Henrico rege et Willegio archiepiscopo, anno Domini 1007, dedicavit. 31. ordinationis sue anno obiit.

XIV. Sanctus Godehardus, Althahensis abbas. Hic exemplar iustitie, bonitatis perseverans, res ecclesie amplavit. Gandersemensem ecclesiam in curte sua Hildensem construxit, que postea est exusta. Hic 16. ordinationis sue anno ad Dominum migravit, anno Domini 1037. Obitus autem sui [anno] 92. Bertoldus Hildemensis episcopus ipsum obtinuit transferri et in sanctorum catalogo numerari ab Innocentio papa in Remensi concilio.

XV. Thianarus, regius capellanus. Hic in villa que dicitur Waagerda a Wilberto presbytero predium acquisivit. Hic, Sophia defuncta, Adelheidam abbatissam in Gandersem instituit. Decimas ab eadem ecclesia obtinuit, sed eas sub annuo servitio eidem ecclesie reconcessit. Ipse etiam coronam auro et argento radiantem, ante summum altare pendentem, contulit. Anno 6. morte subitanea prevenitur.

XVI. Azelinus, regius capellanus. Hic dedit anulum pontificalem, dorsale bonum, campanam Cantibona vocatam. Et morte etiam prevenitur, 10. anno obiit.

XVII. Hetzilo, Goslarie prepositus. Hic scientia et virtute conspicuus, rebus et multis ornatibus suam ecclesiam decoravit et prebendas ad certum numerum, scilicet quinquaginta, rededit. In ecclesia sancti Mauritii in Monte primo moniales, postea 20 canonicos collocavit. In ecclesia sancte Crucis 15 canonicos instituit. Hic magnus elemosinarius vivens nulla loca in tota Saxonia pretermisit, que non quantalocunque caritatis numero moriens honoravit. Obit anno 1079. in monasterio Sancti Mauritii tumulatus.

XVIII. Udo sedit annis 33. Obit 1115. Post hunc

XIX. Bruningus, ecclesie canonicus, Goslarie decanus, a rege Henrico investitus, scilicet 4 annis non confirmatus. Presidens autem Sultzam, vitam canonicam duxit; ibique est sepultus.

XX. Bertoldus. Sedit annis 10. Hic prepositus maior, sacras virgines in episcopatu suo conclusit. Canonicos regulares in Brethenrode instituit. Obit 1130.

XXI. Bernardus. Hic construxit ecclesiam sancti Godehardi, abbatem et monachos instituit. Sedit annis 24. in eadem ecclesia est sepultus. Hic prepositus summus fuerat; obiit 1153.

XXII. Bruno obiit 1161.

XXIII. Hermannus. Hic prepositus Sancte Crucis, in Italia obiit.

XXIV. Hadelbogus. Obit 1190, sepultus in medio crypte.

XXV. Beruo. Hic primo magister scolaram et postea decanus. Beatus Bernardus sabbato ante natalem Domini 1193. in sanctorum numerum refertur.

XXVI. Conradus, imperii cancellarius, ad Herbolensem ecclesiam translatus, occisus est.

XXVII. Haribertus, obiit 1200.

XXVIII. Sifridus obiit 1227, pridie Id. Septemb., sepultus in abside meridionali.

XXIX. Conradus. Hic magister in theologia. Fratres Predicatores et Minores Hildensem collocavit; 27 annis prefuit. Obit 1248, 15. Kal. Ianuar.

a) aedificavit ed. b) Walterus ed. c) Thiardus ed. d) 918. ed. e) Gredogus ed. f) abbatissam ed. g) deest ed. h) 36. ed.

1) Wicbertus. 2) Prope Hildesheim, ubi cella S. Bartholomaei, de qua in Chronico refertur; cf. Lüntzel, 'Gesch. Hildesheims' I, p. 346. 3) Banchenrode. Chron.

MONUMENTA WINDBERGENSIA.

Tomo hoc toto fere impresso, cum nuper Monachi Catalogi codicum Latinorum ultimam partem mox edendam perlustrarem, incidi in codicem nr. 21201. signatum, olim Windbergensem (nr. 201), folii maximi saec. XII. ex., cuius folio primo manus coeva intulit Annales usque ad a. 1191 (1201) deductos, necnon abbatum qui eo usque monasterio praefuerunt catalogum, quem alius scriba — 1273, postea vero complures idem aequales — 1598. continuaverunt. Quae hucusque inedita, maiore ex parte ab indefesso nostri operis fautore V. Cl. W. Meyer descripta, cum nullo aptius loco quam in hoc scriptorum tomo luci danda essent, pagulas asterisco notatas inserendas duxi, quamquam ne in indice quidem nominum hic traditorum mentio fieri potuit.

Annales magnam partem excerpti sunt ex Annalium Mellicensium codice qualem in monasterio Zwelensi nr. 102. descriptum et — a. 1170. continuatum habemus (SS. IX, p. 482); etiam anni 1178. et 1201. ad Mellicenses prope accedunt, neque tamen ex his eos exscriptos putarim. Certe has notas c. a. 1187. codici illatas esse, ex annorum supputatione praemissa conicere licet. Postea vero eadem manu de rebus a. 1186—1191. gestis relatum est, quem locum Hermannus Altahensis (SS. XVII, p. 385) exscripsit. Fortasse etiam nota a. 1201. eidem scriptori tribuenda est, alia a. 1241. vero post subiecta.

Abbatum catalogus, primum etiam a. 1191. membranae illatus, a coevis scriptoribus continuatur. Fidem habet quam maximam et ad seriem in Mon. Boicis (XIV, p. 6) propositam sive emendam sive confirmandam conducit: Monumenta historiae Windbergensis recentioris temporis edidit Jaffé, SS. XVII, p. 559. G. W.

ANNALES WINDBERGENSES.

Beatus Ieronimus in chronicis, quas propriis manibus contexuit, ita commemorat: Ab Adam usque ad diluuium anni duo milia 102. A diluio usque ad Abraham 943. Ab Abraham usque ad natiuitatem Christi anni duo milia 15^a; quorum summa inuenitur quinque milia 159. His adde annos incarnationis Domini 1187, et fiunt ab initio mundi 6346 anni.

30 Versus: Anno milleno centeno quo minus uno
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

Ann. Mell.
cod. Zwell.

Heinricus, filius imperatoris Heinrici, contra patrem suum in regnum surrexit.

1106. Heinricus III. imperator obiit.

1107. Heinricus post mortem patris imperavit 19 annis.

